(*Apud Fabricium sequebatur Index scriptorum e quibus Euthymii* Panoplia *concinnata est ; at tomo sequenti post ipsam* Panopliam *locum opportuniorem obtinebit.*)

II. Κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ἤτοι Ἰταλῶν κεφάλαια ιβ', δηλοῦντα ὡς ἐκ τοῦ Υἱοῦ οὐκ ἐκπορεύεται τὸ ἅγιον Πνεῦμα. *Adversus veteris Romæ asseclas, sive Italos, capita duodecim, demonstrantia, non ex Filio procedere Spiritum sanctum.* Mss. in bibl. regia Paris. Vide Allatium *De consensu* pag. 642; Nicolium sive Arnaldum in *Perpetuitate fidei Eccles. catholicæ de S. Eucharistia*, tom. I, cap. 12, pag. 167 ; sed et Rich. Simonem tom. III *Bibl. criticæ*, pag. 98 seq., qui hoc scriptum in cod. reg. 2995 negat differre ab iis quæ in *Panopliæ* codicibus Græcis titulo 13, de hoc argumento Euthymius disserit. Fabr. Consentit Fogginius l. cit. pag. 10 sq. et memorat cod. Paris. n. 1231, cod 1371, n. 21, et cod. 2782, n. 5 ; item Vatican. 1079, pag. 189 ; cod. 1180, p. 438, et cod. 1217, p. 199. Idem copiosus est de ms. cod. Vaticano Palatino 361, in quo contendit Euthym. *Christum magna quinta feria cum discipulis suis legale pascha celebrasse*, et suspicatur, libellum excerptum esse ex *Panoplia*. Vide etiam ad n. II, atque idem opusculum esse videtur quod exstat in cod. Wheler. Euthymii *Or. de tempore Paschatis :* Gr. in Cat. cod. Angl. etc., II, p. 358, n. 9123. — Add. supra in indice titulorum, ad tit. 13. Sunt loca ex illo opusculo in Nicetæ Choniatæ *Sylloge opinionum et sectarum, atque historia hominum qui illas instituerunt*, etc. Florent. in cod. Laur. 24, plut. 9, V. Bandini Cat. cod. Gr. I, pag. 433. — Venetiis in cod. 503, bibl. D. Marci, Euth. Zigabeni *De processione Spiritus sancti.* Inc. Εἰ ἁπλοῦν μὲν τὸ Πνεῦμα, etc. V. Cat. cod. Marc. pag. 265. Harl.

III. Ἔλεγχος καὶ θρίαμβος τῆς βλασφήμου καὶ πολυειδοῦς αἱρέσεως τῶν ἀθέων Μασσαλιανῶν, τῶν καὶ Φουνδαϊτῶν καὶ Βογομίλων καλουμένων καὶ Εὐχιτῶν καὶ Ἐνθουσιαστῶν καὶ Ἐγκρατητῶν καὶ Μαρκιωνιστῶν. *Victoria et triumphus de impia et multiplici exsecrabilium Massalianorum secta, qui et*

Digitized by Google

Phundaitæ (a) et Bogomili, nec non Euchitæ, Enthusiastæ, Encratitæ et Marcionitæ appellantur, una cum 15 *Anathematismis*, hæresi eorum oppositis. Ex codice Vindobonensi [67, n. 82.] in quo velut appendix *Panopliæ* legitur, edidit Græce, versionemque ac notas addidit Jacobus Tollius in *Insignibus itineris Italici* Trajecti ad Rhenum, 1696, 4, pag. 106 — 125. Primos tres anathematismos Græce vulgaverat Lambecius III, pag. 171 [pag. 424. ed. Kollar. cum notis Lambec. qui in not. 4 in anathem. 1. tanquam singulare adnotat, Petrum sive Lyco-Petrum pro primo hæreseos Massalianorum declarari. Tres illos anathematismos Latine vertit Coteler. *Monum. eccles. Græc.* tom. I, p. 737. Add. supra ad n. 1. de hoc cod. Add. cat. codd. Gr. Taurin., p. 297, 8, cod. CC. HARL.

IV. *Epistolæ variæ*, quæ mss. supersunt, ut *adversus Phundaitas* (al. *Phundagingitas*) sive Bogomilos, CPoli missa in patriam suam, Lambec. V, pag. 38 et 134. Incipit : Βούλομαι ἡμᾶς, ἀδελφοί μου · et altera steliteutica, *contra Armenios Theopaschitas*, id. V, p. 127. Incipit : Ἐπειδήπερ Εὐτυχὴς καὶ Διόσκορος. FABR. seu. in ed. Kollarii V, p. 83. cod. 213, n. 8, ubi V. not. Kollar.—Tum p. 256 in cod. 247, (qui continet syntagma miscellaneorum opuscul. de Massalianorum seu Bogomilorum aliorumque erroribus), n. 14. — Dein p. 284, n. 1, cod. 148; quod vero ms. a cod. 213 memorato non solum ob multas varr. lectt. valde discrepare, verum etiam multo auctius esse atque copiosius, animadvertit Lambec. Denique pag. 269, n. 28, cod. 247. — Est quoque in cod. Taurin. 200, n. 31. V. Cat. codd. Gr. Taur., p. 299. HARL.

V. Διάλεξις Εὐθυμίου μοναχοῦ καὶ Σαρακηνοῦ φιλοσόφου περὶ πίστεως, γενομένη ἐν τῇ πόλει Μελιτηνῇ. *Disputatio cum Saraceno philosopho de fide, habita in urbe Cappadociæ Melitene*. Ms. Lambec. IV. [cod. 188, 13], pag. 206. [p. 454. ed. Kollar.] Incipit : Πῶς ὁμολογεῖτε πολυθέϊαν.

VI. Μονῳδία ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ ἁγιωτάτου Θεσσαλονίκης κυρίου Εὐσταθίου, μετά τινας ἡμέρας τῆς αὐτοῦ τελευτῆς. *Oratio elegans ac diserta in obitum Eustathii, Thessalonicensis archiepiscopi*, dicta paucis ab ejus obitu diebus. Hæc ms. exstat cum Monodia Michaelis Choniatæ in eumdem Eustathium in bibliotheca Bodleiana, [v. p. 268, n. 22, Cat. codd. Angliæ, tum in c. Barocc. 231,] testaturque in illa Euthymius, se tenere multos fasces epistolarum, manu Eustathii scriptarum plenarumque rebus pulcherrimis, et vitia atque errores castigantium, φακέλλους πολλοὺς τῶν Ἐπιστολῶν σοφίαν τε πολλὴν ἐμπεφορτισμένας, καὶ κακίαν ἅπασαν στηλιτεύοντας. FABR. Vide ad initium sectionis de nostro Euthymio. HARL.

VII. *Commentarius in omnes Psalmos Davidis, et in X sacræ Scripturæ cantica*, Græce nondum prodiit, licet hoc legas apud Caveum, Crovæum aliosque. Ms. exstat in bibl. Bodleiana cod. Barocc. 122 (*b*), in regia

(*b*) An a *Funda*, Italiæ oppido ? HEUM. V. supra ad n. 1. Contra Kollar. ad Lamb. V. pag. 85. ubi de originatione voce. *Bogomili, Massaliani* et *Phundagiagitæ*, s. in al. cod., *Phundaitæ* docte fuseque disserit, nomen *Phundait.* derivat a recentiore Lat. vocabulo *Funda*, Græce φούνδα scripto, quod *marsupium* s. *crumenam* notat : ideo vero hæretici isti *Phundaitæ* et *Saccophori* appellabantur, quod ob austeram paupertatem, quam palam profitebantur, in saccos et crumenas stipem collegerint. Præivit Coteler. in not. ad *Monum. græc.* I, pag. 144. HARL.

(*b*) Exstat quoque in cod. bibl. sec. cat. codd. Angliæ, etc., in cod. Barocc. n. CXCIV, n. 253, inter mss. Thomæ Roe, inter codd. Bodlei. n. MMCMXLII. — Oxoniæ in coll. Mar. Magdal. cod. VI, sive n. 2131, ubi vero in catal. part. II, p. 71, additur hæc nota : Ita, n. Euthymius *in Psalmos*, male inscribitur a librario, cum sit *Theodoreti expositio*. — Inter codd. *Wheleri*, n. 9123 tom. II, p. 358. — In bibl. Leidensi inter codd. Vossianos, exemplar valde vetus, sed male servatum, et in alia variorum collectione, Euthymii aliquid in Psalmos, Gr. V. Catal. bibl. Leid., p. 395, n. 73 et p. 397 n. 30. — In bibl. Coislin. cod. XI et CIV. V. Montfauc. *Bibl. Coislin.*, p. 58 et 178. Romæ in bibl. Vaticana Euth. Zigab in 150 Psalmos. — In bibl. Ottobon. — Monachii in bibl. Bavar. V. Montf. *Bibl. bibl. mss.* I, p. 13, 186, 588 et 589. — Venetiis in bibl. Marci. cod. XVIII. — Taurini in bibl. regia, cod. CII, *in Psalmos* 9-146. Illi codici assutum est parvum Lexicon formularum loquendi, in Psalmis occurrentium, (λέξεις τῶν Ψαλμῶν κατὰ στοιχεῖον), quod, antea nondum editum, integrum exscripsit auctor Catal. codd. Gr. Taurin., p. 190 seqq. — Florentiæ in cod. Laurent. II, plut. 9. *Comm. in Psalmos* : præcedit proœmium, quod typis describendum curavit Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur. I. p. 389. Sequitur interpretatio Psalterii, et omnes ferme Psalmorum versiculi, quos explicuit Euthym. rubro charactere distinguuntur ab interpretatione : in margine fere sub initium codicis Basilii M. et Gregorii Nysseni in quædam Psalmorum loca interpretatio ab eodem scriptore rubris litteris apposita est. Sequuntur Euthymii in cantica 10 enarrationes. Atque ista cantica in plerisque codd. τῶν Ο', junguntur Psalmis : ita etiam reperit Matthæi in codd. 196 et 197, Mosquens. V. ejus notam ad præf. Ilentenii p. 75, prolegg. ad I tom. Euthym. Zig. Commen. etc. — Vindobonæ in Bibl. Cæsarea cod. XXXVI. Euthymii præfat. in Comm. in Psalmos; at nec plena nec integra, sed anonymi cujusdam arbitratu ita contracta, ut neque caput habeat, neque pedes. Plura de illo cod. observavit Kollar. supplem. ad Lambecii Comment. p. 265 seqq. — De codd. Mosquensibus tribus intelligenter latequeque disserit cl. Matthæi in præf. sæpius laudata pag. 25 seqq. Primus illorum continet quoque præter Psalmos et cantica cum Euthymii Comment. 1 (περὶ τοῦ ἀκατάληπτον εἶναι τὸν Θεόν. 2) syllogen dogmaticorum capp. necessariorum ex variis Patribus : 3 (adversus veteris Romæ asseclas ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ ἅγιον Πνεῦμα) atque ecl. Matthæi in nota observat, hæc capp. legi etiam in codd. Bibl. synod. in-8. n. CCCLIII. cum inscriptione : Εὐθυμίου μοναχοῦ τοῦ Ζυγαβήνου κεφαλαι. ιβ'. Εἰς τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα. add. *Foggin.* l. c. p. 10 seqq. 4 capp. præcipua ex orationibus Chrysostomi aliorumque Patrum :) de divina ἐνανθρω-

Digitized by Google

Parisiensi aliquoties et Coisliniana, in Vaticana quoque. Fuit et in Bigotiana, et in bibl. Isaaci Vossii, ex cujus codice præfationem in Psalmos, lectu dignam, Græce et Latine vulgavit Stephanus le Moyne in Variis sacris pag. 150-210; sed hinc inde hiantem lacunis, quas ex mss. codicibus Patricii Junii et Christiani Ravii supplevisse se omnes, unica excepta, scribit paralipomenis ad Caveum Colomesius. Idem ex ms. regio Paris. 2400, fecisse se testatur Rich. Simon tom. II. bibl. selectæ p. 48. Locum Græce ex Euthymii in Psalmos commentario producit Pearsonius ad Symbolum apostolicum pag. 420, edit. Latinæ. Versio latina Philippi Saulii, Brugnatensis episcopi, post auctoris mortem a Paulino Turchio, ord. Prædicatorum, vulgata dicataque Clementi VII, pontifici, primum prodiit Veronæ 1530. (*a*) fol., falliturque Gesnerus, qui scribit, Euthymium solum in septem Psalmos Veronæ excusum esse, cum in omnes Psalmos et cantica bibliorum]] lucem illo anno Veronæ viderit. Recusa inde sæpius est Parisiis 1543, 1547, 1560, [et 1562. V. Hamberger l. c. p. 82.] 8. Venet. 1568, 8. Lugd. 1573. [1575. ap. Hamberg.] 8, et in Bibliotheca Patrum edit. Lugd., tom. XIX.

VIII. *Commentarius in quatuor Evangelia*, ex Chrysostomo et aliis priscis Patribus non sine judicio delectus. Hoc quoque eximium opus necdum Græce lucem vidit, (*b*) licet id affirment viri docti, Ca-

πήσει. Tertius cod. habet breviora scholia, atque scholia ad priores XIII Psalmos idem Matthæi edidit in Lectionibus Mosquens. Lips. 1779. 8. vol. II. p. 41.—Anonymi autem, sive fuerit is ipse Euthymius, sive alius, qui post illum copiosiora scholia in compendium redegerit, interpretationem duarum odarum ex Evangelio Lucæ idem dedit post Evangelium Lucæ in edit. Euthymii Comm. tom. II, p. 680 seqq. cum textu, et prima nota, » diversa, inquit, paululum seu copiosior interpretatio, Euthymii Zigabeni nomine, legitur Latine in Bibliotheca maxima Patrum, Lugd. vol. XIX, p. 473 seqq. « Denique in præf. p. XXVII, seqq., speciminis loco adjecit interpretationem Psalmi CIX, cum V, L, trium illorum codd. et comparavit cum Theophylacti editione Veneta 1763, tom. IV, ubi Commentarius in Psalmos Græce primum editus est: (conf. *Ernesti* theolog. Biblioth. tom. V, p. 788.) Euthymius p. 29 ad verba Davidis ἕως ποδῶν σου provocat ad Commentarium suum in Evangelia, ex quo loco (et aliis similibus locis Comm. in Psalmos,) jure collegit cl. Matthæi, Euthymium esse auctorem Commentarii in Evangelia et hunc prius, quam Comm. in Psalmos ab eo esse scriptum. HARL.

(*a*) De hac et reliquis edd. et de Euthymio V. Freytag. analecta litter. p. 323. seqq. HARL.

(*b*) Tandem vero, addicentibus avibus, Græcus textus lucem aspexit cura studioque cel. Matthæi. Inscriptum autem est opus diu desideratum: *Euthymii Zigabeni Commentarius in quatuor Evangelia*, Græce et Latine. Textum Græcum, nunquam antea editum, ad fidem duorum codd. membran. bibliothecarum SS. synodi Mosquensis, auctoris ætate scriptorum, diligenter recensuit et repetita versione Latina Joannis Hentenii, suisque adjectis animadversionibus edidit Christian. Frider. Matthæi, collegiorum imperial. Rossicor. assessor, et academiæ Vitemberg. Græc. litt., professor. tom. I (in duab. part.) complectens præfationes et Evangelium Matthæi. — tom. II complectens Evangelia Marci et Lucæ. — tom. III complectens Evangelium Joannis, animadversiones J. Hentenii, editoris et indicem. Lipsiæ, 1792, 8. impensis Weidmann. Ad præfat. cl. editoris doctam lectuque dignissimam, in qua de Euthymio, codd. etc. judicat, aliquoties jam provocavi.— Suæ præfationi adjecit plura alia, notatu digna: 1) ex Richard Simon *Histoire critique des principaux commentateurs du Nouveau Testam.* cap. 29, p. 409 sqq. ed. Rotterd. 1693, 4 de Euthymii Comm. in quatuor Evang. et duobus codd. Paris. 2) Fabricii notitiam, h. l datam, cum notis, in quarum prima observat Matthæi, a Voigtio in cat. libr. rar., pag. 754 et ab aliis memorari edit. Paris. 1544, 8 apud Jo. Reigny. excud. Carel. Guillard. Enimvero illi tamen videtur Lovaniensis esse princeps, et pro 1544 legendum esse 1547: (adde quæ in sq. nota sunt ascripta). Sequuntur excerpta ex Phil. Labbe tomo I, Diss. histor. in Bellarminum, — ex Ernest. institutione interpr. N. T. — longus et egregius locus ex cel. I. Aug. Noesselti Comm. *De catenis Patrum Græcor.* Halæ, 1762, IV, p. 23 sqq. tum Jo. Hentenii epistola dedicatoria, scripta Lovan. 1543, sexto Idus Augusti; ejusdem admonitio de auctore horum commentarr. ex edit. Lovan. 1544, fol. cum notis; (Hentenius Euthymium cognominat Zigabenum:) ejusdem præfatio: ejusd. plura loca, in quibus ejus exemplar discedit a Græcis, cum animadversionibus, in quibus Matthæi V. C. de pluribus N. T. locis variisque lect. judicat, atque in Origenem et Erasmum interdum graviter invehitur, aliæque Hentenii observat. Porro a pag. 132, repetendum curavit pluribusque illustravit notis criticis Jo. Millii examen codicis Euthymii Barocciani ex ejus prolegomenis in N. T. § 1073 — 1079. Posthæc p. 132 — 205 posuit, aspersis notis criticis, lectiones varias utriusque cod. Mosquensis ad quatuor Evangelia, quorum quidem contextum, auctore operis redemptore, omisit, eumque breviter tantum ante singula scholia notavit. Denique Roberti Holmes brevis notitia duorum codd. Euthymii Baroccianorum. Conf. etiam longam censuram in: — Neue allgem. deutsche Biblioth. Anhang zum 1 — 28. Bande, Kilonii 1799, pag. 470 — 490 coll. Matthæi quibusdam obss. in quibus quædam censoris dubitationes tolluntur aliaque adnotantur in Lips. A. L. Anz. 1800, n. 115, pag. 1127, ubi quoque brevis fit commemoratio Euthymii Opusculi inediti: Εὐθυμίου μοναχοῦ τοῦ Ζηγαβηνοῦ κεφάλαια ιβ', εἰς τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα, in cod. Mosquensi bombyc. sæc. XIV, in 4. Inc. εἰ ἁπλοῦν μὲν τὸ Πνεῦμα. — Add. Foggin. l. c., pag. 6, qui memorat cod. Vatic. DCLXV, qui comm., in duo tantum priores evangelistas, Matthæum et Marcum, continet, et cod. DCLXIX, in quo est ejus explanatio in canticum Zachariæ in evang. Lucæ, atque cod. DCXXXVI, qui servat Euth. comm. in Pauli epistolas. — In cod. III Barocc. exstat Novi Testamenti pars cum Gr. scholiis, margini ascriptis minutissimo charactere. « Incipit, ait confector Catalogi codd. Angliæ, tom. I, p. 1, a c. 11, Act. V, 13, desinit vero in Apoc. XX, 1. Scholia hæc desumi videntur e Commentariis Œcumenii et Euthymii, » (hic esse videtur II cod. ab Holmesio descriptus). — In cod. XXVIII Barocc. Euthymii Zygabeni catena in quatuor Evangel., e Chrysostomo, uti ait idem confector pag. 3 præcipue, etiam ex aliis Patribus, conferente interdum symbolam suam ipso Euthymio. Hic esse videtur cod. quem uberius descripsit Millius. Enimvero

Digitized by Google

veus (*d*), Elias du Pin, atque alii. Latine e præclaro codice bibl. cœnobii Deiparæ Virginis Guadalupensis ord. D. Hieronymi in regno Castellæ, transtulit Io. Hentenius, accuratior Zino, Sauloque interpres, cujus versio prodiit primum Lovanii 1544. (*e*) fol. recusa Paris. 1547, 1560, 1602, 8, et in Bibliotheca Patrum tom. XIX, edit. Lugd. Duos codices Mstos Græcos hujus Commentarii, similibus, qualia Hentenius in suo reperit, scholiis instructos, in Bibl. regia Parisiensi evolvisse se testatur Rich. Simon lib. III. Historiæ criticæ Novi Test. cap. 29, in quorum altero, Mazariniano, sed recentioris manus scriptura Niceiæ tribuitur : quod non magis credibile, quam eorum conjectura, qui vel Œcumenio vel Ammonio, nescio cui, vel Theophylacto ascribere voluerunt. Plura loca Græce ex hoc Commentario producit Simonius, tum hoc capite, tum lib. I, p. 120, 143, et lib. III, pag. 84, et magni eum facit imprimis, assentiturque Maldonato, qui ad Matth. XVII, 8 Euthymium in verborum proprietatibus observandis diligentissimum esse observavit. Inter scriptores, e quibus aurea Thomæ Aquinatis catena in Evangelia collecta est, Euthymii nomen in recentioribus quibusdam editionibus additum, in antiquioribus et in Romana anni 1670, desideratur. Vide Simonis hist. criticam Novi Test. lib. III, p. 409 et 473.

IX. *Commentarius in epistolas Pauli*, itidem ex Chrysostomo et aliis Patribus studiose collectus, quem Romæ ms. Græce servari pridem Gesnerus scripsit. [V. ad n. 8.] Ex commentario Euthymii in epist. ad Timotheum nonnulla affert Allatius p. 196, *De interstitiis ordinum apud Græcos*. In codice ms. Vindobonensi libri primi Panopliæ Euthymianæ sequitur Hypothesis epistolæ ad Romanos, forte quam Euthymius suis in Paulum commentariis præmiserat.

X. *Commentarius in epistolas catholicas*, quem Græce ms. in bibl. Joannis Sambuci exstitisse, ex Simlero Caveus adnotavit.

collectionem illam male dici catenam ab Millio aliisque, sed rectius vocari Euthymii commentarium, quoniam in Euthymio, qui ex pluribus partibus opus fecisset perpetuum, sit nexus, monet cl. Matthæi in præfat. pag. 123, not. *g*, add. Fabric. infra in hoc vol. p. 787, 16 vet. edit. qui sect. 17 agit quoque de Thomæ Aquinatis catena aurea in quatuor Evangelia. Cum cod. Barocc. XXVIII conspirare videtur cod. Taur. reg. XLIII quantum ex initio singulorum Evangeliorum conjicere licet : nullibi quidem adjectum est auctoris nomen ; sed Euthymio eum comment. esse ascribendum docet confector cat. codd. Gr. Taur. qui pag. 149 sq. copiose recenset illum codicem. HARL.

(*d*) In nova ed. Basil. 1745, tom. II, p. 199, ubi Caveus de Euthymio, scriptis, codd. atque edit. uberius disserit, id correctum est. HARL.

(*e*) Quod Hentenius in admonitione scripserat : « Cum hos commentarios ante aliquot menses [a. an. 1543, sexto id. Aug., ut ex ejus præfat. intelligitur,] in lucem ederemus, nec certi quidquam haberemus, quod de auctore divinaremus, aliorum magis, quam nostrum secuti judicium, præfati sumus, quibusdam videri auctorem esse Œcumenium, — [quod tamen negat Matthæi ad h. l. in præf. p. 74, not. *c*]. — Nunc vero eumdem nacti auctorem in Psalmos Davidicos et in Cantica — jam secundo typis excusum certissimo certius ausi sumus ferre judicium, horum comment. auctorem esse Euthymium Zigabenum (sic) — maluimus in his, quæ nondum distracta erant, exemplaribus, studioso lectori id indicare, quam eum diutius suspensum tenere. — Anno 1544, Nonis Februarii, » ex his colligit Hamberger. l. c. pag. 83, probabile esse, 1) quædam exemplaria vel sine ulla nominis auctoris in fronte libri significatione, vel addito Œcumenii nomine, edita esse, 2) eaque in inscriptione notata esse an. 1543. Sed dubitat cl. Matthæi, in not. *e* ad Hentenii admonitionem p. 75 arbitrans, vocabulum ambiguum, *excusum*, ad comment. in Psalmos esse potius referendum ; et quod in ed. comm. in quatuor Evang. an. 1544, in indice scribitur, « liber hic neque Græce neque Latine antea typis unquam excusus est » atque in fine admonitionis, in his, quæ nondum distracta erant, putat, hanc esse edit. principem, mutato tantum indice. — In cod. Vatic. DCCCXX, p. 301, occurrit Euthymii ἐγκώμιον εἰς τὴν προσκύνησιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, καὶ εἰς τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας αὐτῆς σοροῦ τῆς ἐν Χαλκοπρατίοις, teste Fogginio l. c. p. 7, sq. ubi multus est de Chalcopratiis et sanctis soris, seu thecis. Sic enim appellabantur tum capsa, qua vestis et codices sepulcrales B. Mariæ continebantur, tum ædes, in qua depositæ illæ reliquiæ asservabantur. HARL.

JOANNI CHRISTOPHORO AMADUTIO

NICOLAUS FOGGINIUS S. D.

(*Anecdota litteraria e mss. codicibus eruta.* Tom. IV, Romæ, 1783.)

—

I. Eu, vir clarissime, opusculum Græcum (*a*), quod inter schedas meas ex cod. ms. descriptas, etsi mutilum, visum est tamen tibi aptum ut intersereres tomo IV Anecdotorum, quorum editionem reipublicæ litterariæ bono diligenter curas. Illud ante hos plures annos descripsi ex codice Vaticano 840, qui olim fuit Antonii Augustini archiepiscopi Tarraconensis ; et quia dum in Latinum

(*a*) Hoc est, librum *contra Bogomilos*, quem in hac editione recudimus. ED. PATR.

Digitized by Google

idioma converterem, complura adnotavi, tum quod attinet ad auctorem Opusculi, tum ad ea quæ in ipso Opusculo leguntur, has quoque adnotationes ad te mitto, quibus uti poteris, ut tibi magis placuerit.

III Itaque hoc primum adnotaveram, Euthymium Zygabenum Opusculi auctorem monasticam vitam egisse Constantinopoli in monasterio Peribleptæ, et doctrinæ laude inclaruisse a tempore Alexii I Comneni, cui acceptissimus fuit, et cujus jussu opus composuit inscriptum: *Panoplia dogmatica orthodoxæ fidei adversus omnes hæreticos ex Patrum scriptis contexta.* Marquardus Freherus (1) sub Alexio II Euthymium Panopliam concinnasse asseruit; sed erravit profecto toto cœlo, et hoc ex eo facile liquet, quod Anna Comnena celeberrima Alexii I filia luculentam hujus operis mentionem fecerit (2). Hæc Panoplia Latine tantum edita est Venetiis anno 1555 ex versione Petri Francisci Zini Veronensis; quæ versio deinde recusa est Parisiis, ac tandem inserta tom. XIX Bibliothecæ PP. Lugdunensis: et falso eam in Veneta editione textu Græco munitam esse asserit Gerardus Joannes Vossius (3). Textus Græcus Panopliæ Euthymii typis excusus est primum anno 1710, Tergovisti in Walachia. Porro Zinus in sua Latina versione, quæ Euthymius contra Latinos collegerat, editor vero textus Græci integrum titulum, qui contra Saracenos est, et quem Græce cum Latina versione Joannis Jacobi Beureri jam ediderat e cod. ms. Palatino Fridericus Sylburgius in Saracenicis, necnon etiam quædam in primis titulis, ubi de Trinitate disputatur, (hic certe veritus, ne Turcarum offensionem incurreret, ille vero fortassis ne operi auctoritatem et pretium imminueret) prætermiserunt. Itaque nullam habemus hactenus perfectam Panopliæ Euthymii editionem; quamvis huic adornandæ plures non desint codices in bibliothecis superstites. Insignis inter eos est codex Cæsareus Vindobonensis, quem ipsa Euthymii ætate scriptum putat Lambecius (4): nec minori in pretio fortasse est habendus regius Parisiensis, quem laudat Richardus Simonius (5), et quem a Zini editione in pluribus differre testatur. Præterea alium codicem præstantissimum ex Oriente secum attulit Michael Eneman Suecus, de quo fuse edisserit Joannes Albertus Fabricius (6). Etiam Bibliotheca Vaticana plures suppeditare posset codices, utique non spernendos; quos inter notatu dignus præcipue est, qui num. 1447 signatur; etenim Pachomii cujusdam monachi scholia et adnotationes in Euthymii Panopliam complectitur. Demum animadvertere juvat Panopliæ titulum XXIII, ubi de Bogomilis agitur, seorsim descriptum, veluti singularem libellum reperisse in codice Bodleiano Joh. Christophorum Wolfium, et hinc ita illum edidisse Græce et Latine in historia Bogomilorum, eruditissimis notis illustratum.

III. Præter Panopliam, Euthymius multa etiam alia digessit opera, præcipue in sacras Litteras. Commentarium in omnes Psalmos, et in sacræ Scripturæ Cantica Latinum fecit Philippus Saulus episcopus Brugnatensis, et post ejus obitum hanc versionem Paulinus Turchius ordinis Prædicatorum vulgavit Veronæ anno 1530, quæ pluries deinde, semper tamen sine Græco textu (*a*), recusa est. Solummodo præfationem, qua auctor de natura, usu, scopo, multiplici Psalmorum genere, obscuritate, variisque versionibus Græcis diligenter admodum disputat, Græce et Latine publici juris fecit Stephanus Moynius (7). Scripsit etiam Commentarium in quatuor Evangelia ex Chrysostomo, aliis que Patribus concinnatum, ex quo loca quædam Græce edidit Richardus Simonius (8): et quem integrum habemus tantummodo Latinum ex versione Joannis Hentenii, editum Lovanii anno 1544, ac deinde recusum iterum iterumque diversis in locis. Græcus hujus Commentarii textus exstat in codice Vaticano 665, mancus tamen, quia duos tantum priores evangelistas complectitur Matthæum et Marcum. Explanatio quædam in Canticum Zachariæ, quæ in codice Vaticano 669 sub Euthymii nomine descripta reperitur, an pars sit Commentarii in Evangelium Lucæ, an potius aliud peculiare opusculum mihi nunc certo non constat. Item in epistolas Pauli Commentarium ex Patribus studiose Euthymius collegit, cujus Græcus codex in eadem Vaticana bibliotheca num. 636 notatus asservatur. Is nec Græce, nec Latine editus est, nisi pauca quædam excipias, quæ ex Commentario in Epistolam ad Timotheum affert ex eodem forte codice Leo Allatius (9). Tandem Epistolas etiam Catholicas suo Commentario adornaverat, teste Guillelmo Caveio (10), sed ejus nullus mihi Græcus codex innotescit.

IV. Hisce libris, qui Euthymii sacram eruditionem testantur, plures accedunt, ex quibus ejus elucet ingenium et eloquentia. Etenim disputationem quamdam edidit de fide cum Saraceno philosopho in urbe Cappadociæ Melitene habitam, quam

(1) *In Chronographia.*
(2) *Alexiad.* lib. XV, pag. 490. edit. Reg.
(3) *De Historicis Græcis* lib. II, cap. 27.
(4) Tom. V, pag. 51.
(5) *Bibliothec. select.*, tom. I, pag. 49.
(6) *Biblioth. Græca*, vol. VII, pag. 461.
(7) *Var. Sacr.*, tom. I, pag. 150.
(8) *Hist. critic. Novi Testam.* lib. I, pag. 110, 145; lib. III, pag. 84.
(9) *De interstitiis Ordin. apud Græcos*, p. 196.
(10) *Histor. littér. scriptor. ecclesiast.*, pag. 567.

(*a*) Prodierat tamen Venetiis anno 1765, cum Theophylacti operibus, et hæc scribebat Foggínius Romæ 1785! EDIT. PATR.

Digitized by Google

habet Græcus Vaticanus codex 952 (11) et quæ, teste Lambecio (12), asservatur etiam in Græco codice bibliothecæ Vindobonensis. Præterea sub ejusdem nomine occurrit in Vaticano codice 820 (13) oratio, cujus etiam meminit Allatius (14) inscripta : Ἐγκώμιον εἰς τὴν προσκύνησιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, καὶ εἰς τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας αὐτῆς σοροῦ τῆς ἐν Χαλκοπρατίοις. *Encomium de cultu beatissimæ Deiparæ præstando, et de dedicatione sanctæ ejus sori, quæ est in Chalcopratiis.* Sancta sorus vel sancta theca appellabatur tum capsa ipsa, qua vestis et lodices sepulcrales B. Mariæ Virginis continebantur, tum ædes, in qua depositæ illæ reliquiæ asservabantur. Duæ autem erant hæ thecæ, altera in æde Blachernensi, Theophanonis Augustæ religione inclyta (15), ubi omophorium, seu velum Deiparæ custodiebatur, altera in æde beatæ Virginis Chalcopratiorum, ubi cæteræ vestes et fasciæ religiose custodiebantur. Jam quisque intelligit, tum Blachernas, tum Chalcopratios nomina esse locorum urbis Constantinopoleos, in quibus sacra hæc templa Deiparæ dedicata assurgebant. Disputant eruditi an hi Chalcopratii vicus quidam, seu platea fuerint, in quibus ærariæ officinæ sitæ essent, an potius legendum sit Chartopratii, ibique chartarias officinas exstitisse arbitremur. Verum quæstionem hanc, utpote huic loco minus opportunam, libens prætermittam. Nec diutius immorandum quoque opinor in perquirendo ædis hujus conditore, de quo non bene inter se conveniunt Byzantini scriptores. Id unum modo satis sit adnotasse, omnes in eo convenire, templum hoc antiquius Theodosio Juniore non fuisse. Hoc autem omnino præterire non licet, Alexium I Comnenum, cum, ærario exhausto, imminentibus imperii necessitatibus satisfacere non posset, argenteas valvas, ac vasa insuper nonnulla ex hoc templo abstulisse : quod cum ægre tulissent cives, ac in imperatorem rumores iniquos spargerent, ipse convocatis proceribus ab hoc crimine purgare se studuit, jussitque, ut in posterum ex ærario regio annuum vectigal persolveretur, ut ii alerentur, qui in hac Deiparæ æde divinas laudes quotidie celebrabant (16). Ad hujus itaque templi dedicationem pertinet panegyrica, de qua loquimur, Euthymii oratio, in qua, ut ex ejus inscriptione constat, plura etiam de cultu Deiparæ præstando disputavit. Nec male fortassis, meo quidem judicio, conjicere quis posset, ad hoc idem Chalcopratiorum Deiparæ templum esse referendum aliud Euthymii *Encomium in zonam B. Mariæ Virginis*, quod inter ms. Bodleianæ bibliothecæ codices recensetur. In eo namque templo, ut superius innuimus, vestes omnes ac fasciæ beatæ Virginis servabantur.

V. Utrum vero ascribenda Euthymio nostro sit etiam *Monodia*, sive *oratio funebris* « ad tumulum sanctissimi Thessalonicensis archiepiscopi domini Eustathii, paucis ab ejus obitu diebus recitata, » quæ sub ejus nomine in codice Bodleiano describitur, neque cum aliis affirmare ausim, nec solus inficiari. Si vere ad eum pertinet, ex ea intelligitur exactæ admodum ætatis Euthymium obiisse. Cum enim Alexii I jussu Panopliam scribere susceperit anno 1118, facile est sibi persuadere ipsum tunc in primo saltem juventæ flore fuisse. Quia vero Eustathius anno 1194, in templo S. Demetrii martyris Miroblytæ concionem habuit ad populum, concedamus licet, quod hoc ipso anno mortem obierit, ejus funebrem laudationem Euthymius nisi centum fere annos natus conficere haud potuit. Quin etiam centum annos prætergressus profecto confecisset, si habenda esset fides Alexandro Politio (17), qui Eustathium Xiphilino anno 1198 e vivis exempto superstitem putat, quia ipse memoratur ab Joanne Citri episcopo in responsione, quam dedit Constantino Cabasilæ circa ordinem in ecclesiasticis Officiis servandum. Nam cum protecdicus seu judex, in criminalibus causis clericorum inter minora officia prius connumeratus, ad majorem gradum ab Joanne Xiphilino fuisset evectus, idque aliquorum censuram suscitasset, in ea responsione Joannes Citri episcopus inquit, id optime a Xiphilino fuisse constitutum, atque ad eam innovationem Eustathii auctoritatem accessisse, qui id summopere commendaverat. Verum hoc non evincit, ut Politus censuit, Eustathium Xiphilino fuisse superstitem, et usque ad Joannis illius episcopi tempora pervenisse; sed potius Xiphilino dum ita faciendum decrevit, suum præbuisse assensum. Quod quidem ex ipsius quoque Joannis verbis erui posse videtur; dum enim Eustathii meminit, ea præmittit verba τοῦ ἐν ἁγίοις, quæ eum jam decessisse indicant, quoniam probos sanctosque viros in pace Christi quiescentes ita compellare consueverant.

VI. Hactenus Euthymii laudes prosecuti sumus, sed fateri oportet Græcorum schismati adhæsisse : quod potissimum constat ex libello cui titulus : Κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, ἤτοι τῶν Ἰταλῶν, ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ ἅγιον Πνεῦμα. *Adversus Romæ veteris cives, sive Italos, quod non ex Filio procedit Spiritus sanctus.* Leo Allatius (18) pluribus contenderat orthodoxiam Euthymii comprobare, sed ab Joanne Auberto monitus, se hujusmodi libellum in bibliotheca Parisiensi invenisse, non esse amplius defensioni locum fassus est. In eam sententiam Allatius descenderat, quod in edita Panopliæ Zini versione nihil invenerat quod catho-

(11) Pag. 147.
(12) Tom. V, pag. 206.
(13) Pag. 301.
(14) *De Symeonum scriptis*, pag. 108.
(15) Vid. Theoph. pag. 215.
(16) Vid. Annam Comnen. *Alexiad.* lib. xv, p. 157.
(17) *In Præfat. ad Comment. Eustathii in Homer.* pag. 16 et 17.
(18) *De utriusq. Eccles. consens.* lib. xi, cap. 10, pag. 612.

Digitized by Google

licæ fidei et Latinæ Ecclesiæ adversaretur; at in codice Græco, quem supra laudavimus, Michaelis Eneman, exstat titulus XIII, qui ex Photio decerptus est, totusque contra Romanos processionem Spiritus sancti a Patre et Filio asserentes conscriptus. Idipsum invenitur in alio etiam codice ms. Panopliæ, qui exstat in bibliotheca Regia Parisiensi, num. 1231; et hinc constat, prædictum libellum nihil esse aliud, nisi titulum XIII Panopliæ separatim descriptum, tum in duobus codicibus regiis (19), quorum unus ad manus venit Auberti, tum in tribus Vaticanis (20), qui omnes miscellas quasdam variorum excerptorum complectuntur. Hoc Bigotium olim animadvertisse testatur epistola, quam in Bibliotheca critica (21) edidit Saingiorius. Præterea alium quoque Euthymii libellum habemus in ms. codice Vaticano Palatino 361, in quo ille contendit, Christum magna quinta feria cum discipulis suis legale Pascha celebrasse; et hinc intelligitur, non modo defensionem suscepisse errorum Photii, sed etiam errorum in quos incidit Michael Cærularius. An hic quoque libellus ex Panoplia excerptus sit, certo affirmare non audeo, cum integrum ad manus non habeam Græcum textum Panopliæ. Attamen ita esse vehementer suspicor ex eo quod scriptor Græcus a Leone Allatio (22) citatus narrat, Alexium Comnenum Zigabeno Joannique Furno jussisse ἐκ πάντων τῶν θείων βίβλων λόγους ἐρανισάμενοι κατὰ τῶν αἱρέσεων τὴν δογματικὴν Πανοπλίαν συνέταξαν· καὶ κατ' αὐτῶν δὴ Ἰταλῶν διὰ τὴν προσθήκην τοῦ ἁγίου Συμβόλου καὶ τὰ ἄζυμα, *ut ex omnibus divinis commentariis sententias colligentes contra hæreses dogmaticam Panopliam componerent; et contra eosdem Italos propter additionem in sacro Symbolo et azyma.* Quod si de azymis Euthymius in Panoplia scripsit, frustra sane Leo Allatius (23) asseruit ex hoc capite erroris argui Euthymium non posse, quia adiaphoram quæstionem prosecutus esset. Cum enim Panopliam ad confutandas hæreticas quæstiones exaraverit, manifesto statim argui potest, Latinorum sententiam, et ritum ita oppugnasse, ut illam hæreseos insimulaverit, et hunc modo non illicitum, sed etiam uti invalidum et nullum rejecerit; in quo præcipue Michael Cærularius ejusque sectatores a recta fide aberrabant, et ob quam potissimum causam eos Leo IX Pontifex refutaverat atque damnaverat.

VII. Jam vero, ut ad opusculum, quod modo vulgandum est, proprius accedam, Euthymius contra Bogomilos illud concinnavit quorum hæresim alio quoque singulari opusculo insectatus est, quod integrum Græce et Latine eruditisque notis auctum et illustratum ex codice Vindobonensi in quo velut appendix Panopliæ legitur, edidit Jacobus Tollius (24). Inscriptum est: *Victoria*, seu *triumphus de impia Massalianorum secta*, quia in eo nonnullorum momentis Bogomilorum errores discutiuntur ac refutantur, sed singuli, uti jam refutati, anathematizantur. Codicem illum Vindobonensem jam descripserat Lambecius (25), et speciminis loco primos tres anathematismos vulgaverat. Idem Lambecius (26) nos docet in bibliotheca Vindobonensi aliquas etiam reperiisse epistolas contra Phundagiagitas, seu Bogomilos conscriptas, missasque a monasterio Peribleptæ in patriam suam, quarum epigraphem Tollius Græce recitat cum Latina versione, in qua verba τῆς μονῆς τῆς Περιβλέπτου *illustris cœnobii* Latine reddidit; sed rectius sane reddidisset *cœnobii Peribleptæ*, hanc Græcam vocem intactam relinquens, quia est veluti cognomen illius cœnobii, quo utebantur tanquam epitheto Virginis Deiparæ, cui cœnobium hoc erat dedicatum, ut ab aliis quæ erant Constantinopoli, cœnobiis ac templis eidem Deiparæ sacris distingueretur.

VIII. Qui fuerint Bogomilorum errores, necessarium non est hic exponere, quoniam vel ex iis solum, quæ in hoc libello narrat Euthymius, satis innotescunt. Appellabantur autem Bogomili ex voce *Bog*, quæ Bulgarorum lingua significat *Deum*, et voce *omilui*, quo verbo apud eosdem exprimitur *miserere*, quasi illi essent qui Dei misericordiam implorabant (27). Iidem Bogomili dicti sunt etiam Phundagiatæ, vel Phundaitæ ex eo, ut conjicit Cotelerius (28), quod marsupia ad colligendas eleemosynas gerebant: φοῦνδα enim apud Græcos sequioris ævi scriptores pro marsupio indicando reperitur. Præterea aliis etiam nominibus distinguebantur, nam et Massaliani, et Euchitæ, et Enthusiastæ, et Encratitæ, et Marcionitæ dicebantur, ut ex eodem Euthymio constat: quæ omnia Bogomilorum nomina prolixe admodum et erudite in adnotationibus suis Tollius (29) exposuit. At præ cæteris notatu dignum est nomen, quod Euthymius in hoc opusculo asserit Bogomilos sibi tribuisse, nempe *Christopolitas*, seu *Christi cives*; hoc enim nomine, quo specialem erga eos Christi dilectionem ostentabant, appellari gaudebant, ut facilius simpliciores in eorum errores pertraherent (30). Atque eamdem etiam ob causam mona-

(19) Cod. 1371, n. 21, et Cod. 2782, num. 5.
(20) Cod. 579, pag. 189., Cod. 680, pag. 438, et Cod. 717, pag. 199.
(21) Tom. III, cap. 21, pag. 97.
(22) *De utriusque Eccles. consens.* lib. XI, cap. 10, pag. 643.
(23) *De consens.*, p. 462.
(24) *Insignia itinerar. Italic.* pag. 106 et seqq.
(25) Tom. III, pag. 71.
(26) Tom. V, pag 38, 127, 134.
(27) Vid. cl. Præsulem Stephanum Borgiam in *Comment. de Cruce Vatic.* cap. 7, pag. 79. adn.(b)
(28 In notis ad pag. 144, tom. I, *Monument. Græc.*
(29) *Insignia itiner. Ital.* pag. 110, et seqq.
(30) Consule adnotationem, quam ad hoc nomen apposuit Tollius, pag. 122, num. 12.

Digitized by Google

sticam vitam profitebantur, tantamque sanctitatis speciem exterius simulabant, ut quasi omnis perfectionis cultores viderentur. Hanc eorum vitæ rationem ad vivum et eleganter describit oculata testis Anna Comnena (31), cujus tamen verba modo hic afferre non vacat.

IX. Inquirendum est potius quomodo impia Bogomilorum dogmata Periblepiæ monachos infecerint. Equidem in ea sum sententia, Bogomilos in unum quoddam collegium coaluisse, in quo monasticum vitæ institutum profiteri simularent. Causam cur ita sentiendum suspicor præbet mihi primum Christopolitarum nomen, quod eorum societati fecerunt; ac deinde Annæ Comnenæ (32) narratio, scribentis Basilium novæ hujus sectæ auctorem duodecim sibi discipulos adjunxisse, quos et apostolos, a Manetis exemplum, nominaverat. Ex hac enim narratione statim subit opinio, eos non communem cum aliis monachis vitam egisse, sed inter se tantum iniisse societatem; eo magis quod quasdam etiam discipulas iis fuisse immistas ab eadem Anna affirmatur. At vero patefacta demum Bogomilorum hæresi ac hypocrisi, et Basilio, jussu Alexii Comneni, in Hippodromo regiæ urbis exusto, impia hæc societas dissoluta est ac dispersa, ejusque errores damnati. Attamen sicuti quotidie usuvenire conspicimus, ut si quando error aliquis menti cujuspiam insederit, non facile animus ab eo retrahitur, ita de Bogomilis accidit. Nam sex et viginti annos postquam eorum hæresis damnata fuerat, Nipho quidam monachus illam rursus innovare jam cœperat, non paucis in suam sententiam pertractis. Quod cum delatum esset ad Manuelem Comnenum, Alexii I ex filio Joanne nepotem, qui tunc imperabat, synodum Constantinopoli cogi jussit, ut Niphonis causa discuteretur. Congregata ea synodus fuit anno 1144, pridie Idus Octobris, in Thomaite seu patriarchali triclinio, præsidente Michaele Oxita patriarcha, ac Manuele Comneno imperatore, pluribusque episcopis et optimatibus assidentibus, qui accersito Niphone, et de ejus sententiis perquisito, cum male eum in fide sentire deprehendissent, in monasterium Periblepiæ interim relegandum censuere, monentes abbatem, cæterosque monachos, ut neque ipsi cum eo colloquerentur, neque cuivis extra monasterium degenti ad eum aditus permitterent. Res tamen non cessit ex voto. Nipho enim, arrepta occasione, cum quibusdam Periblepiæ monachis paulatim cœpit instituere colloquia, et hæreseos suæ virus eis propinare; ob quam causam ejusdem synodi Patres, ne pestis illa monachorum mentes depasceret, Niphonem monasterio extractum, ac igne et aqua interdictum longius exsulare coegerunt. Utrumque synodale decretum, quo hæc acta constitutaque fuerunt, Græce et Latine edidit Leo Allatius (33). Quamobrem non male, ut arbitror, conjicere quis poterit, tum primum ex Niphonis consuetudine quosdam Periblepiæ monachos Bogomilorum errores fuisse amplexos.

X. Quanam vero ratione Euthymius horum monachorum pravitatem detexerit, eorumque deliramenta didicerit, ipse in hoc libello longius enarrandum aggreditur. Atque hic adnotes velim, Euthymium, ut melius rem totam cognosceret, imitatum fuisse Alexium Comnenum, qui Basilium comiter in palatio excepit simulans cordi sibi esse ejus dogmata ediscere, ut ille impietatis suæ venenum confidentius evomeret (34). Porro præcipuum Bogomilorum dogma totum ex Manetis doctrina desumptum erat; duo enim principia, quorum unum esset bonum, alterum malum, astruebant. Principium malum Dei nomine decorabant, ac divinis percolebant honoribus, ut in hoc libello innuit Euthymius, ac luculentius affirmat in Panoplia (35), ubi inquit Bogomilos *dæmonem Filio Verbo natu majorem, præstantioremque, utpote Primogenitum*, credidisse. Insurgit hic adversus Euthymium Beausobrius in sua, quam digessit Manichæorum historia (36), nimisque impudenter asserit, eum dolo malo tantam Bogomilis impietatem tribuisse. Nemini enim, ut ipse inquit, erit persuasum, Christianam sectam, quæ cruci et imaginibus omnem cultum præstare renuebat, Satanam Verbo præstantiorem credidisse. At vero totum Beausobrii sophisma corruit, si advertamus Manichæos, quorum germen erant Bogomili, cruci, Deiparæ, et imaginibus cultum ideo denegasse, quia illum tanquam idololatriam impie respuebant. Etenim sacrilega hæc secta Christum ex Maria Virgine nec gigni, nec nasci potuisse affirmaba', quia si vere genitus, natusque fuisset, non nisi per Satanæ vincula carni illigari potuisset. Ex quo eodem principio statuebant quoque, Christi mortem non veram, sed fallacem, et simulatam fuisse. Plura hanc in rem congessit contra Beausobrium ipsum in Alphabeto Tibetano vir longe doctissimus Augustinus Antonius Georgius (37). Ex his autem facile quisque intelligit, pseudochristianam illam sectam nec Deiparam, nec crucem venerari ullo modo debuisse, quia Christus nec in Virgine carnem susceperat, nec in crucis ligno vere obierat. Idipsum sentiebant etiam de sanctis cum Christo in cœlis regnantibus, quos item tanquam idololatrarum inventa aversabantur. Contra vero quis non videt, ideo tantam erga Satanam habuisse reverentiam, quod is tanquam Deus habitus apud illos fuerit, tantaque præditus potentia, ut

(31) *Alexiad.* lib. xv, pag. 486.
(32) *Ibid.*, pag. 847.
(33) *De utriusq. Eccles. consens.* lib. II, cap. 12, pag. 680, et seqq.
(34) Vid. Annam Comn. *Alexiad.* lib. xv, pag. 487.
(35) Titul. XXIII. § 6.
(36) *Histoire critique de Manichée*, etc. lib. III, cap. 5, § 6 pag. 524.
(37) Pag. 207. 208.

Digitized by Google

eidem mundi hujus opificium, hominisque creationem tribuerint ? Negavit certe callidus Calvinianus, Manichæos unquam principem tenebrarum Dei nomine honorasse, at quam immerito id fecerit, laudatus Georgius (38) satis edocuit.

XI. Præstat modo præcipuum Beausobrii argumentum exponere, quo nititur demonstrare, Bogomilos dum Satanam Verbo natu majorem dixerunt, recte in fide sensisse, Euthymiumque hujus sententiæ sensum ex industria pervertisse, ut inde tantam adversus eos calumniam confingeret. Duæ sunt, inquit, sententiæ, quas aliqui veteres scriptores catholici secuti sunt ; prima scilicet quod divinum Verbum hypostasim propriam habuerit primum a mundi creatione, altera, quod Satanas et angeli pluribus ante mundum hunc visibilem sæculis exstiterint. Itaque cum Bogomilis placuerit angelorum creationem ante mundum statuere, cumque Verbum divinum in mundi creatione hypostasim propriam habere cœperit, inde concludit, quod sine hæresi ii affirmare potuerunt, Satanam Verbo natu majorem esse. Hoc tamen Calviniani hominis deliramentum, quod prima fronte simplicioribus fortasse posset fucum facere, si paulo perpendamus, nullius prorsus est roboris. Atque, ut ab eo exordiar, quod absque ulla religionis injuria affirmari posset, angelos nempe pluribus ante mundum hunc visibilem sæculis fuisse creatos, ei ultro concedam. Quod vero ad alteram sententiam attinet, quam pro catholica confidenter obtrudit, notandum est per veteres illos scriptores catholicos Tatianum potissimum et Athenagoram designare voluisse, quasi eorum fuerit opinio, ut credidit etiam Petavius (39), Verbum divinum non ante mundi creationem propriam hypostasim habuisse. At, licet obscurius veteres hi Patres de Verbi generatione locuti sint, nunquam tamen quidquam dixerunt, quod ejus divinitati, æternitati et personalitati possit officere. Ac revera quod ad Tatianum pertinet, ait sane, in principio Verbum fuisse in Patre, utique ut in persona consubstantiali, cum quo omnia sustentabat ; quibus in verbis manifesto ejus divinitatem atque æternitatem ostendit. Dum vero addit, quod Verbum ex Patre prodierit quando ad mundi creationem progressum est, intelligit, quod Deus per Filium omnibus paternis ideis et attributis instructum omnia creaverit. Ac quamvis inter Verbi progressionem rerumque creationem necessariam ponat connexionem, tamen juxta eumdem Tatianum ita Verbum a Patre in rerum creatione progressum est, ut ab eo abscissum et separatum non fuerit, quia si abscissum fuisset, Pater ἄλογος foret. Itaque falso omnino asseritur, Tatianum sensisse, divinum Verbum hypostasim propriam habuisse in mundi creatione : nam id tantum astruit, Verbum illud, quod ab æterno in Patre omnia sustentabat, tum in rerum creatione ex Patre prodiisse, quia omnia per ipsum facta sunt. Eadem fere ratione Athenagoras quoque de Verbi divinitate disseruit. Dicit enim quod Deus, cum sit mens æterna, habuit ab æterno in seipso. Verbum, utpote ab æterno rationalis : et quod hoc Verbum prodierit, ut omnium creatarum rerum idea, et operatio exsisteret. Constat autem voluisse Athenagoram hisce in verbis hoc solum docere, per Verbum res omnes creatas esse, quoniam Filius aliquo modo dici potest Dei ratio, mens, sapientia, et operativa potentia, quæ primum in rerum creatione exterius prodiit. Hanc sententiam probavit quoque S. Augustinus, ubi illud Joannis *In principio erat Verbum* exponens : *Hoc loco*, inquit (40), *melius Verbum interpretamur, ut significetur non solum ad Patrem respectus, sed ad illa etiam, quæ per Verbum facta sunt, operativa potentia.* Habuit ergo Verbum propriam ac distinctam hypostasim ab æterno dum omnia cum Patre sustentabat, sed in rerum creatione patuit quodammodo, quia omnia per Verbum facta sunt. Ad hæc, ut magis eluceat infelix Beausobrii vafrities, animadvertere juvat, quod etiam admisso hoc errore, Verbum propriam habuisse hypostasim ex rerum creatione, necnon illa sententia angelos ante mundum creatos esse, nullatenus sequeretur anteriorem fuisse huic hypostasi Satanam ; tunc enim Verbum non in mundi, sed in angelorum creatione hypostasim habuisset, quia tunc extra Patrem prodiisset : ac proinde semper Verbi hypostasis angelorum creationem præcessisset.

XII. Cætera Bogomilicæ sectæ placita memorat in hoc libello Euthymius, neque est opus de singulis disserere. Fortassis distinctim illa Euthymius refutaverat, sed in codice Vaticano solum supersunt argumenta, quibus urget Bogomilos in eo, quod pertinet ad mortuorum resurrectionem. Ut autem eam certe futuram probet, opponit primum hæretico fidei Nicænæ symbolum trecentorum decem et octo Patrum auctoritate firmatum ; deinde vero concilium Chalcedonense, cujus auctoritati ut magis fidem conciliet, miraculum quoddam describit a Deo patratum per S. Euphemiam martyrem in cujus basilica hujus concilii Patres ab imperatore Marciano congregati fuerunt. Complures scriptores ejusdem miraculi meminere, sed alii ipsius concilii tempore, alii absoluto demum concilio illud evenisse narrant. Posteriorem sententiam secuti sunt Michael Glycas (41) ac Zonaras (42) : scribunt enim quod cum Eutychis Dioscorique fautores decreta concilii subsannarent, ejusque auctoritatem non veritate, sed potentia imperatoris niti dicerent, atque ita pravitatem sententiæ suæ stabilire cona-

(38) *Histoire critique de Manichée* lib. III, pag. 25.
(39) *De Trinit.* lib. I, cap. 3.
(40) Quæst. 63.
(41) *Annal.* Par. IV, pag. 263.
(42) *Annal.* lib. XIII, cap. 25.

Digitized by Google

rentur, Anatolius patriarcha, adversariis convocatis, proposuit ut unaquæque pars propriæ fidei symbolum libello inscriberet, et in loculo S. Euphemiæ uterque libellus deponeretur, ut gloriosa hæc martyr de veritate rectæ fidei judicium ferret ac testimonium. Hoc autem consilium cum et hæreticis placuisset, remoto lapide, qui loculum claudebat, duo libelli supra sanctæ martyris pectus positi sunt, et deinde loculus non modo iterum clausus, sed etiam utriusque partis sigillis munitus et obsignatus. Post triduum cum convenissent, imperatore etiam præsente, aperto loculo, hæreticorum libellus ad pedes martyris projectus, alter vero in manu ejus dextra inventus est. Verum ne huic Zonaræ Glycæque narrationi protinus fidem nostram præstemus prohibet Evagrii, aliorumque, qui de concilio Chalcedonensi scripsere, silentium; cum minus certe probabile videatur rem adeo mirabilem, ac recordatione dignissimam tum demum tot a concilio elapsis sæculis primum innotuisse. At vero magis procul dubio a veritate abhorret Theodori Besti, et Constantini Tii episcopi (43) opinio, quam Euthymius quoque amplexus est, qui hoc miraculum ipsius concilii tempore operatum fuisse affirmant. Ut enim egregie animadvertit Baronius (44), si hoc fidei experimentum a concilii Patribus tentatum fuisset, sane acta tunc diligenter conscripta tantum hoc miraculum nullo modo siluissent. Accedit insuper, quod nunquam Patres in œcumenicis conciliis ex miraculis quæsierunt dogmatum veritatem, quam ex divinis imprimis Scripturis, et antiquis Ecclesiæ traditionibus, ac demum ex sanctorum Patrum assertionibus quærere, proponere, affirmare, atque stabilire consueverunt. Quapropter eruditis viris libenter assentior, qui opinati sunt hoc miraculum posterioribus sæculis fuisse omnino conflictum, planique hanc fabellam ex ipsis concilii actis non bene intellectis profluxisse. Patres namque Chalcedonenses, absoluto concilio, ut ostenderent omnia, quæ in concilio feliciter gesta fuerant, patrocinio et auspiciis S. Euphemiæ esse referenda, ita in litteris ad S. Leonem pontificem datis loquuntur (45): *Deus enim erat qui operabatur, et quæ suo thalamo concilium coronarit ornata decore victoriæ Euphemia: quæ tanquam propriam confessionem fidei definitionem suscipiens a nobis, suo sponso per piissimum imperatorem, et amicam Christi Augustam obtulit, omnem quidem perturbationem contrariorum sedans, veritatis autem confessionem roborans, ut amicam, et manu, ac lingua universorum decretis pro demonstratione subscribens.* Præterea observandum est quoque, pictores veteres, ut hoc ipsum Euphemiæ martyris erga concilium patrocinium exprimerent, eam volumen manu tenentem quandoque in tabulis effinxisse, tanquam fidei professionem Patrum Chalcedonensium Deo offerentem; etenim probabile valde videtur quod hujusmodi etiam picturæ Græcis sequioris ævi miraculum illud comminiscendi præbuerint argumentum.

XIII. Nec falsum est minus aliud, quod Euthymius statim subdit, S. Basilii miraculum, etsi omnibus manifestum asserat. Ejus summa hæc est. Cum Ariani Valentis imperatoris freti potentia, ex Nicæna ecclesia catholicos militari manu ejecissent, orthodoxus populus ad S. Basilium accurrit multo clamore imperatoris injuriam expostulans, ob quam causam imperatorem Valentem ille adiit, ac tanta eum eloquentia tanquam violati juris reum libere increpavit, ut imperator rei judicium ipsi S. Basilio commiserit. Reversus itaque S. Basilius Nicæam pactum cum Arianis firmavit, ut clausis ecclesiæ januis, sigilloque obsignatis, utri populo post triduum eæ sponte patuissent, is ecclesia potiretur. Cum autem Ariani tres dies noctesque precando insumpsissent, sed inde supplices ad ecclesiam incassum progressi essent, tunc Basilius templum S. Diomedis martyris extra civitatem oraturus ingressus est, et expleta nocte pervigili populum ad urbem reduxit; et cum ad ecclesiam accessisset, clausæ obsignatæque ejus fores statim apertæ sunt tanquam vehementi aura pulsæ, et ad muros illisæ. Hæc est historia, quam pro certa et inconcussa in medium afferre non dubitat Euthymius, sed quæ profecto nimis imbecillo nititur fundamento. Scriptor Græcus, qui primus miraculi hujus meminit, est auctor Vitæ S. Basilii, quæ sæculo VIII, vel potius IX prodiit. Fuere quidem nonnulli, qui hanc Vitam S. Amphilochio Iconiensi episcopo, ipsique Basilio familiarissimo facile tribuerunt, quia in mss. codicibus sub Amphilochii nomine reperitur descripta, et quia certo scimus S. Amphilochium episcopum Iconiensem quoddam encomium S. Basilii posteris reliquisse. Verum encomium hoc ad nos usque pervenit, et ab hac vita stylo differt, et rebus. Quare communis criticorum est sententia, Amphilochium Vitæ S. Basilii scriptorem post tempora longa ab ætate sancti doctoris vixisse, et res non a se visas, sed in vulgus sparsas sine delectu descripsisse, et fortasse Amphilochii nomen sibi assumpsisse, ut operi suo auctoritatem conciliaret et fidem. Communi huic judicio adversatus est Franciscus Combefisius, cui hanc quoque Vitam S. Basilii S. Amphilochio episcopo placuit vindicare; compulsus est tamen et ipse fateri fuisse illam a monachis, per quorum manus decursu temporum transiit, interpolatam, et vulgaribus traditionibus, ni mavis etiam conflictis ad ornatum mirificis narrationibus commistam, et auctam. Græcum hujus Vitæ textum Latine reddidit Ursus, S. R. E. subdiaconus, Anastasio Bibliothecario coævus; et

(43) *In historia inventionis*, etc. num. IX.
(44) Ad annum 451, num. 122.
(45) Inter *Epist. S. Leonis Magni*, ep. 98, tom. I.

Digitized by Google

quia plura occurrunt in hac versione vel immutata, vel adjecta, vel omissa, necesse est dicere quod Ursus aut codicem ad manus habuerit puriorem, aut quod æquum bonumque duxerit non modo interpretis sibi partes sumere, sed etiam judicis. Porro quia inter omissa hoc ipsum est ab Euthymio memoratum miraculum, manifesto patet, etiam ante Euthymii ætatem illud vel pro penitus falso, vel saltem pro valde dubio fuisse habitum.

XIV. Hæc sunt, vir cl., quæ in meis schedis adnotaveram de Euthymio Zigabeno, et de ejus libro invectivo contra Bogomilos, cujus fragmentum ineditum, a me ex Vaticano codice olim descriptum, nunc juris tui libens facio. Plura adjicere potuissem ; sed esset profecto præter propositum tuum edendi veterum scriptorum anecdota, si tibi mitterem prolixum de Bogomilorum historia tractatum. Vale.

EUTHYMII ZIGABENI

COMMENTARIA

IN PSALMOS

ANT. BONGIOVANNI PRÆFATIO.

Si quis scire cupit quid in causa nobis fuerit, quamobrem istos Zigabeni Commentarios in Theophylacti operum editione locaremus (*a*) ; si paulum is attenderit ad ea quæ in Præfatione supra diximus, id ipse per se facile intelliget. Cum enim deessent Theophylacti Commentaria in septem prophetas minores ; eaque quæ in codice Bavarico continerentur, non Theophylacti, sed Theodoreti esse compertum habuerimus, necesse propterea fuit ad aliud alterius scriptoris opus confugere, quo quartus hic tomus compleretur. Multa porro nobis ex manuscriptis codicibus suppetebant præstantium auctorum opera, nondum vulgata, omnia sane digna quæ in lucem proferrentur. Ex his tamen delegimus Euthymii Zigabeni Commentaria in Psalmos, duabus de causis : altera quod Theophylacto par ingenio est Zigabenus ; altera, quod id opus ejusdem plane generis est, cujus Theophylacti scripta, quæ in sacris Scripturis interpretandis versarentur.

Venio nunc ad Latinam interpretationem. Ea est Sauli, episcopi Brugnatensis, qui, ut fere fit, plura modo, modo pauciora in codice suo reperit, quam in codice Veneto reperiantur. Interdum etiam quædam ex ingenio suo addit, explanationis gratia. Quæ itaque duobus uncis istis () clauduntur, ea in codice Veneto desiderantur; quæ vero signis his ‹› notantur, ea desunt in codice, quo usus est Latinus idem interpres ; eaque ex codice Veneto Græce et Latine primi damus. Hæc semel hoc loco monuisse sufficiat, ne eadem singulis fere paginis, idque sæpius, iterantes, fastidium legentibus moveamus.

Jam vero de operis præstantia supervacaneum est dicere. Satis enim se ipsum legentibus commendat, commendavitque semper merito suo auctorisque sui celebritate ; quo merito quave celebritate factum est, ut sæpius recuderetur. Plures enim ante hanc ejus operis editiones Latinæ prodierunt; altera Veronæ, altera Venetiis, Parisiis aliæ, aliæ aliis in locis. Quid hoc sibi vult? Id opus nimirum esse longe optimum atque præstantissimum : ni enim tale esset, placere tantopere non potuisset, idque semper, et omnibus, et ubique. Quod si tantopere placuit Latine tantum, extera lingua, auctori suo plane ignota, quanto magis, putas, id placebit Græca lingua, qua auctor egregius scripsit? Cum Latina verba legis, Saulum audis ; cum Græca, Zigabenum. Tantum porro inter hoc atque illud interest, quantum inter hominem intersit, et ejus imaginem, quæ in speculo repræsentatur. Ex optimis porro fontibus hausit auctor noster egregius, ut experientia docti compertum habemus. Præclare quidem is disserit in versiculum primum psalmi primi *Beatus vir*, docens per virum non excludi mulierem ; at hæc, ut pleraque alia, deprompsit

(*a*) Opp Theophylacti, Venet. 1758-63. — *Patrologiæ* tom. CXXIII-CXXVI.

Digitized by Google

ex Basilio (*a*), vel Theodoreto. Scite idem interpretatur versiculum tertium et nonum psalmi secundi, *Dirumpamus vincula eorum : reges eos in virga ferrea*, per vinculum Judaicam legem, per virgam crucem intelligens : at hæc, ut alia bene multa, deprompsit ex magno Athanasio (*b*). Egregie quoque disserit de septem sacrarum Scripturarum editionibus, quo quæque tempore, et a quo scriptæ fuerint. Verum hæc desumpsit ex auctore *Synopseos*, quæ magno eidem Athanasio tribuitur. Quæ vero de Psalterio, de ode, de diapsalmate, de cæteris edisserit in proœmio Zigabenus, ea, ut alia complura, αὐτολεξεὶ deprompsit ex Eusebii Pamphili argumento, reliquisque commentariis in Psalmos. Quoniam autem in hunc locum incidimus, operæ pretium ducimus hic exhibere argumenti ipsius initium, quod in celeberrima clarissimi Montfauconii editione desideratur. Id autem exscripsimus ex vetustissimo codice Bernardi Nani, Veneti senatoris, nuper (proh dolor !) fato functi, de re litteraria optime meriti, qui cum multos undique codices conquisisset, opera Jacobi fratris, strenui viri, navium præfecti, eos mihi, tanquam rem meam, utendos humanissime concessit. Ex his itaque codicibus, qui numero XXXII notatur, sic Eusebii argumentum in Psalmos exhibet :

Ὑπόθεσις Εὐσεβίου εἰς τὸ Διάψαλμα.

Πολλάκις ζητήσας τὴν αἰτίαν τοῦ ἐπιγράφεσθαι μεταξύ τινων ψαλμῶν διάψαλμα, ὕστερον παρατηρήσας ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, καὶ συνεξετάσας αὐτῷ τὸ Ἑλληνικὸν, εὗρον, ὅτι ὅπου Ἑβραῖοι σὲλ, Ἕλληνες δὲ ἀεὶ, ἤτοι τοιούτῳ ἰσοδυναμοῦν, ἐκεῖ οἱ Ο', καὶ Θεοδοτίων, καὶ Σύμμαχος ἔταξαν τὸ διάψαλμα. Ἔγραψαν τοίνυν τὸ διάψαλμα κ. τ. λ.

Hæc divus Hieronymus (*c*) ita Latine reddidit.

« Sæpe quærens causas, cur in quibusdam psalmis interponatur *diapsalma*, observavi diligentissime in Hebræo, et cum Græco contuli, invenique quia ubi lingua Hebræa *Sela* (*ms. Sel*) habet, Græca vero *semper*, aut aliquid istiusmodi, ibi Septuaginta, et Theodotion, et Symmachus transtulerunt *diapsalma*. »

Hæc Eusebius, ab Origene mutuatus ad verbum. Id autem libentissime damus, eoque etiam libentius, quod Eusebii nomine nondum vulgatum est, quodque tum Eusebio, tum Euthymio, tum etiam Origeni, unde sumptum est, illustrando plurimum confert. Ex his igitur omnibus hausit Zigabenus, nec ex his solum, sed etiam ex aliis, quorum opera aut interciderunt, aut in bibliothecis manuscripta delitescunt. Lege, si placet, Origenis Exegetica in Psalmos, percurre Basilii Commentarios, revolve Hesychii Hierosolymitani Scholia ; adi S. Joannem Chrysostomum, S. Cyrillum Alexandrinum, cæteros in aureis Catenis manuscriptis Græcæ D. Marci bibliothecæ, ex quibus omnibus multa Zigabenum deprompsisse comperies. Cum itaque præstantissimo ingenio sit Zigabenus, cum ex optimis ipse fontibus hauserit, Origene, Athanasio, Basilio, Chrysostomo, Hesychio, cæteris : nemo, opinor, amplius mirabitur, quod tam egregia sint ejus Commentaria in Psalmos, quodque viris eruditis tantopere semper placuerint. Quod cum ita sit, pergratum, opinor, perque jucundum omnibus erit id opus, quod ipsi primi Græce damus, ea nempe lingua, qua auctor hic eximius conscripsit. Æquo igitur animo viri, quotquot estis in orbe terrarum eruditi, isthæc egregia tum Theophylacti, tum Zigabeni opera, quæ nondum lucem viderunt, excipite.

Verum antequam præfari desino, unum adhuc moneo, nempe Commentarium in Psalmos, qui in Catalogo librorum et manuscriptorum bibliothecæ Regio-Parisiensis Theophylacto nostro inscribitur, hunc eumdem esse, quem hic edimus, Euthymii Zigabeni, quemque sæpe Parisiis promissum, et nondum, eum tertius ederetur tomus, a nobis acceptum fuisse, monuit qui in ipsum præfatus est sect. XIII. Scilicet ea inscriptio nos in spem erexerat, exstare aliquem Theophylacti in Psalmos Commentarium, quo istæc editio nostra posset locupletari atque compleri. Quare nullum non lapidem movimus, ut illius compotes fieremus. Verum cum, multo insumpto tempore ac labore, tandem illius primæ paginæ apographum ad nos perlatum esset, collatione facta comperimus, eo codice non aliud contineri, nisi textum Græcum, eumque ineditum, Commentarii Euthymii sæpius jam Latine editi. Quid doctissimum alias et solertissimum prædicti Catalogi auctorem in errorem induxerit, ut hunc Commentarium Theophylacto tribueret, nec divinare possumus, neque id disquirere nostra interest. Hoc tamen monere operæ pretium duximus, ne quis eumdem Catalogum percurrens, atque Commentarium in Psalmos Theophylacto inscriptum comperiens, eumque in editione nostra non videns, et hanc ut imperfectam minore haberet in pretio, et nos ceu in perquirendis colligendisque ejusdem Theophylacti operibus minus accuratos ac desides condemnaret.

(*a*) Com. in Psal. ad eum locum.
(*b*) Com. in Psal. ad eumd. locum.
(*c*) Ep. ad Marcel. T. I edit. Vallarsii, p. 133.

Digitized by Google

PAULINI TURCHII

EPISTOLA NUNCUPATORIA AD CLEMENTEM SEPTIMUM P. M.

Editioni Latinæ præmissa.

Illi imprimis, Pater beatissime, omni honore sunt prosequendi, qui divino Numine afflati, et proprii ingenii exercitatione, divina nobis tradere curaverunt : quales Moyses, David, Isaias, Paulus, ac cæteri canonicorum librorum scriptores : a quibus non longe absunt alii quamplurimi, qui eodem edocti Spiritu, quæ per illos tradita sunt, pro hominis captu intellecta, ut aliis quoque essent pervia, suo ingenio et laboribus effecere : ceu Dionysius, Athanasius, Basilius, Chrysostomus, multique alii, qui vitæ ac morum sanctitate insignes, et incomparabili doctrina conspicui, eximiis actionibus, eruditissimis libris a se conscriptis Christianam remp. illustrarunt. A quorum lectione cessasse, et monitis recessisse, malorum omnium occasio nobis fuit. Hinc enim innumeri errores et hæreses, hinc vitæ neglectus, contemptus virtutum, vitiorum tyrannis, initium pariter et incrementum sumpsere. Quis enim horum lectioni attentius vacans, in fide recta ac pietate non proficiat, animum colat, charitatem prosequatur, misericordiam, liberalitatem, justitiam cæterasque virtutes ? Avaritiam vero, invidiam, luxuriam, iracundiam, aliosque hujusmodi animi morbos multo magis quam serpentes ac mortem fugiat? Quo fit, ut credam nihil utilius Christianæ reip. afferri posse, quam ut ii nobis reddantur, per quos olim Dei Ecclesia, etiam inter acerrimos adversarios, pietatis doctrina, vitæ meritis et numero crevisse dignoscitur. Quod sane utinam attenderent multi nostrorum temporum, qui hoc officio commodius fungi possent : mallentque horum vertendo libros, publicæ utilitati consulere, quam propria temere effundendo, privatæ gloriæ deservire ! A quorum profecto consilio longe aberat Philippus Saulus, episcopus Brugnatensis, vir sane priscis illis Patribus, virtutum ornatu et sacrarum Litterarum peritia comparandus, qui huic saluberrimo instituto quam maxime intentus erat. Nam si quos huic operi idoneos nactus esset, excitabat, monebat, rogabat, et quibus posset modis ad hoc compellere non omittebat. Ipse vero tanto hujus rei studio tenebatur, ut dies ac noctes summa cum voluptate in hoc insumeret. Ab hoc profecto optimo viro plura et egregia sperare poteramus, nisi divina Providentia illum a nobis avocasset, felicitatem illi (ut merito speramus) recte anteactæ vitæ præmium benigne conferens, nobis vero paterna clementia (ut puto) indulgens, ne acriores dare pœnas nostræ ignaviæ cogeremur, qui tanti viri exemplo et monitis minus proficeremus. Hic elegantissimos commentarios Euthymii monachi, Patris sanctissimi et eruditissimi, nuper Latinos fecerat, puro quidem ac simplici dicendi genere, quos immatura morte præventus, in lucem edere non potuit. Ego vero, qui ejus doctrinæ ac sanctitatis testis diutius fueram, studiorum comes, consiliorum conscius, nimia ipsius humanitate summa illi necessitudine devinctus : talis amici, quo meliorem ne desiderare quidem licebat, tam sanctos labores deperire, nos vero tanto thesauro fraudari æquo animo ferre non poteram. Converti me igitur ad Joannem Matthæum, episcopum Veronensem, bonorum omnium (ut optime nosti) quam maxime studiosum, ipsum hortatus pariter et precatus, ut tanti boni nobis auctor fieret : ratus quod erit, ut hoc pacto amici defuncti sanctæ memoriæ, et viventis justæ mercedi, et communi omnium bonorum utilitati quam optime consulatur. Benigne annuit venerandus pontifex, ut est ad recta omnia et honesta studia quam promptissimus, suaque auctoritate, jussu et impensis effecit, ut egregium hoc opus quam optime dispositum prodiret in publicum : opus, inquam, a nemine satis pro dignitate laudandum, si eximii vatis divinam mentem et intelligentiam suspicias : si interpretum eruditionem et fidem, si correctoris et artificis peritiam et diligentiam attendas. Cui vero aptius nuncupetur quam tibi, si vel ipse respicturis vel ille ? Tu enim Christiani populi caput es et pater : cui et dignitate qua insigniris, et probitate qua fulges, bona cuncta et sacra merito sint dicanda : cum præcipue humanæ et divinæ litteræ clarissimæ familiæ tuæ Mediceæ plurimum debeant, cujus præcipuo studio et opera densissimis antea pressæ tenebris et quasi sepultæ, in lucem sunt redditæ. Ille vero domus tuæ alumnus tot tantisque beneficiis est affectus, ut nesciam magisne sit perspicuum, tua benignitate ipsum esse quod est : an nullum studium illi propensius esse posse quam cuncta efficere quæ ad salutem et gloriam tuam spectare videantur. Tibi igitur Pontifici Maximo divinum hoc opus dicamus et mittimus, quo tuo patrocinio et judicio munitum, securius et liberius omnibus se legendum exhibeat. Vale.

Digitized by Google

ΕΥΘΥΜΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΤΟΥ ΖΙΓΑΒΗΝΟΥ

ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟ ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ.

—

EUTHYMII ZIGABENI

COMMENTARIUS

IN PSALTERIUM

(Interprete Philippo Saulo, episcopo Brugnatensi.)

—

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Πατὴρ τοῦ παρόντος βιβλίου, τὸ μὲν ὅλον εἰπεῖν, ὁ Θεοῦ παῖς (Ὑπερασπιῶ, φησὶ, τῆς πόλεως ταύτης, δι' ἐμὲ καὶ διὰ Δαβὶδ τὸν παῖδά μου), ὁ Θεοῦ πατήρ. Βίβλος, φησὶ, γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβίδ· τὰ δ' ἄλλα συντόμως περιλαβεῖν, ὁ μετὰ Ἀβραὰμ μόνος τῶν ἐθνῶν πατὴρ, ὁ καθ' ἡμᾶς Ὀρφεύς, ὁ πρῶτος τῶν ἀρετῶν καλλιγράφος, ὁ πρῶτος τῶν τριῶν ὑποστάσεων τῆς μιᾶς Θεότητος κήρυξ, ὁ ποιμὴν ἅμα καὶ ἀριστεὺς, καὶ προφήτης καὶ βασιλεὺς, ὁ τοῦ πρώτου βασιλέως καρδία, καὶ γλῶσσα, καὶ κάλαμος, ὁ παρὰ Θεοῦ μαρτυρηθεὶς, ὁ πάσας κτησάμενος τὰς ἀρετὰς, ὅσαι τὸν ἄνθρωπον θεὸν ποιοῦσι, καὶ περὶ τὸν ἄνθρωπον ἀφορίζονται. Οὗτος Ἰεσσαὶ μὲν ἦν υἱὸς, καὶ τῶν ἀδελφῶν νεώτατος, ἀπείριττος μὲν τὴν ὄψιν, ὡραιότατος δὲ τὴν ψυχὴν, καὶ πάντων στρατηγῶν, καὶ προφητῶν, καὶ νομοθετῶν, καὶ βασιλέων εὐφορώτατος, καὶ ποικιλώτατος τὰ χαρίσματα, πραότατος μὲν τὸ πνεῦμα, καὶ τὴν φύσιν ἐπιεικέστατος· ἀνδρειότατος δὲ τὴν γνώμην, καὶ τὸ σῶμα ῥωμαλεώτατος, ἀρχικώτατος ἅμου καὶ κοινότατος, μεγαλοφρονέστατός τε καὶ μετριοφρονέστατος, ἁπλούστατος καὶ πολυτροπώτατος, ἡδὺς τὸ ἦθος, ὀξὺς τὸν λόγον, πολὺς τὸν νοῦν, ἔνθους τὴν θεωρίαν τῶν ὄντων, ἢ τοῦ ὄντος, αὐτοδίδακτος, ἢ θεοδίδακτος, ὅλος καὶ ὅλου ἅμα τοῦ πνεύματος· ἃ πάντα παραδραμὼν, ἢ συνελὼν, δύο μόνα σεμνολογήσω περὶ αὐτοῦ, σοφίαν καὶ ἀνδρίαν. Χρὴ δὲ περὶ τῆς σοφίας πρῶτον διαλαβεῖν.

PROOEMIUM.

A Cujus quidem libri auctor (ut plane quod summum est dicam) et Dei filius fuit (*Protegam enim*, inquit Dominus, *civitatem hanc propter me, et propter David filium meum* [1]) et pater Dei. *Liber* enim, inquit, *generationis Jesu Christi filii David* [2], cætera vero (ut paucis complectar) qui post Abraham solus fuit gentium pater, qui noster Orpheus, qui primus elegans conscriptor virtutum, et primus trium personarum uniusque Divinitatis præco : qui pastor una, et invictissimus miles, propheta et rex : qui et primi regis cor, lingua fuit et calamus : cui a Deo testimonium est præstitum : quique omnes eas sibi paravit virtutes, quæcunque hominem faciunt Deum, et homini ascribi possunt. Hic B Jesse quidem filius, et fratrum junior, exilis aspectu corporis, animo formosissimus : omnium prophetarum, imperatorum, legislatorum, regum fuit excellentissimus : et innumeris, præ cæteris omnibus, charismatum donis refertus : mitissimus quidem spiritu, et natura etiam modestissimus : virili præditus mente, et corpore etiam robustissimus : principem una atque æqualem omnibus se præbebat : magnanimus simul et comis : simplicissimus pariter ac prudentissimus : moribus dulcis, et acer sermone : intellectu multus, et divino numine plane afflatus ; dum in eorum quæ sunt, seu potius in ejus qui vere est contemplatione versatur, a seipso edoctus, et doctus a Deo : qui totus etiam, ac toto semper erat cum spiritu. Ilis tamen omnibus prætermissis, seu potius breviter in unum collectis, duas tantum nunc illius virtutes persequar : sapientiam scilicet et fortitudinem, et de sapientia quidem prius disseremus.

Φησί που βαθύτερον, ἢ σαφέστερον· Αἱ χεῖρές μου ἐποίησαν ὄργανα, δάκτυλοί μου ἥρμοσαν ψαλ-

Ait quodam in loco profundius, quam clarius : *Manus meæ fecerunt organum : et di-*

[1] IV Reg. xix, 34. [2] Matth. i, 1.

Digitized by Google

met concinnaverunt psalterium. Sapientia enim nihil aliud est, quam harmonia quædam, et concinnitas dictorum ac factorum. Præterea inter rationales scientias, musice optima est, et summa sapientiæ pars : quæ seipsam una, et omnes philosophiæ partes, atque ornamenta et sibi ipsi, et aliis mutuo per se accommodat et coaptat : symphoniaque et concentus quidam cæteris omnibus est, et proportio. Qui igitur hanc musicen confessus fuerit fuisse in David, universas ei etiam, rerum omnium scientias brevi ascribet. Observandum vero est, qua ratione beatus David, organo quidem manus et faciendi virtutem simpliciter ascripsit : psalterio vero digitos, concinnitatemque atque harmoniam. Quia scilicet organum simplicius instrumentum est ac magis vulgare : psalterium vero et ad sublimiorem scientiam pertinet, et arte indiget diligentiori. Juxta anagogon : Manus accipiuntur, pro virtute factiva, quæ vitam ac conversationem nostram, quasi organum, sibi ipsi consonam ac bene dispositam reddat; digiti vero, considerationes ac contemplationes sublimiores intelligendæ sunt : quæ intellectuale rationis judicium, quasi psalterium quoddam concinnant : ita ut superne inspiretur pulseturque, et ab alio majori moveatur. Item alibi in Psalmis ait : *Incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi* [3]. O admirandum Dei opus ! neque enim solam visibilium cognitionem, sed etiam arcanorum Dei scientiam edoctus est : quod scilicet unitas sit, et trinitas, et quæcunque alia ad Dei incarnationem pertinent : et rursus alio in loco dixit : *Super omnes docuisti me mandatum tuum* [4] : de eo loquens mandato quod ad actiones pertinet, in quo virtutis genere pariter primatum obtinuit.

τήριον. Σοφία γὰρ οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἁρμονία λόγων καὶ πραγμάτων. Ἄλλως τε κἂν ταῖς λογικαῖς ἐπιστήμαις ἁρμονικὴ τὸ κάλλιστόν τε καὶ κορυφαιότατον τῆς φιλοσοφίας, αὐτή τε ἑαυτὴν καὶ πάνθ' ὁμοῦ τὰ τῆς φιλοσοφίας μέρη καὶ κάλλη, καὶ ἑαυτῇ καὶ ἀλλήλοις δι' ἑαυτῆς ἁρμόζουσα, συμφωνία τις οὖσα πᾶσιν, ἢ ἀναλογία. Ὁ γοῦν ταύτην ἔχειν ὁμολογήσας, πᾶσαν ἐν βραχεῖ τὴν θεωρίαν αὐτῷ τῶν ὄντων προεμαρτύρησε. Παρατηρητέον δὲ, πῶς τῷ μὲν ὀργάνῳ τὰς χεῖρας καὶ ποιητικὴν δύναμιν ἀνέθηκε, τῷ δὲ ψαλτηρίῳ τοὺς δακτύλους καὶ τὴν ἁρμονικήν· ἐκεῖνο μὲν γὰρ, ἁπλούστερον καὶ κοινότερον· τοῦτο δὲ, τῶν ἐπιστημονικῶν τε καὶ λεπτοτέρων, καὶ ἀκριβεστέρας δεόμενον ἐπιτεχνήσεως. Ἀναγωγικῶς δὲ, χεῖρας μὲν οἰητέον τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν ὥσπερ ὄργανον ἀποτελοῦσαν τὸν βίον ἐμμελῆ καὶ σύμφωνον ἑαυτῇ· δακτύλους δὲ, τοὺς θεωρητικωτάτους λογισμούς, οἷα ψαλτήριον ἁρμόζοντας, τὸ νοερὸν τοῦ λόγου ψαλτήριον, ὡς ἐμπνεῖσθαι καὶ ἄνωθεν, ἢ κρούεσθαι, καὶ δι' ἑτέρου μείζονος ἀνακρούεσθαι. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ λέγει τῶν ψαλμῶν· *Τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι*. Οὐαὶ τῆς μεγαληγορίας ! οὐ μόνον γὰρ τῶν φαινομένων τὴν γνῶσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐμυήθη τὴν σύνεσιν, οἷον, ὅτι τριὰς καὶ μονὰς, καὶ περὶ τῆς ἀνανθρωπήσεως. Καὶ πάλιν· *Ὑπὲρ πάντας ἐσόφισάς με τὴν ἐντολήν σου*, περὶ τῆς πρακτικῆς φάσκων, καθ' ἣν αὐθις ἐπρώτευεν.

Atque hæc quidem de sapientia. De fortitudine vero idem ipse narrat dicens : *Exiri obviam Philistæo, et maledixit mihi in idolis suis, ego autem exserto ejus gladio, decollavi eum, et abstuli opprobrium a filiis Israel* [5]. Tu modo considera hic non fortitudinem tantum, sed et multo magis animi moderationem. Quippe cum multa et magna tunc recensere posset : inimicorum scilicet copias, audaciam, arma, bellicas artes, et studia : ipsius etiam gigantis, aut potius elephantis illius arrogantiam, peritiam, vires, magnitudinem, Judæorum præterea timorem, sollicitudinem, ipsiusque Saul regis anxietatem : et quomodo ob unicum etiam Philistæum omnes erant perterriti : dux, milites, juvenes, senes : quomodo ipse David adolescens erat et pusillus, inermis, belli ignarus : et tamen ausus sit adversus Barbarum illum decertare : unde dejecta tanta illa turri ac tali fera, facilem regi victoriam præstitit : quippe qui illius capite a reliquo corpore avulso, atque hoc ipsiusmet gigantis gladio, timorem omnem dissolvit : cædes antea fieri solitas repressit : exercitum, du-

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τῆς σοφίας· τὰ δὲ περὶ τῆς ἀνδρίας αὐτὸς πάλιν ἐκδιηγεῖται· φησὶ γάρ· *Ἐξῆλθον εἰς συνάντησιν τῷ ἀλλοφύλῳ, καὶ ἐπικατηράσατο μὲν ἐν τοῖς εἰδωλίοις αὐτοῦ· ἐγὼ δὲ σπασάμενος τὴν μάχαιραν, ἀπεκεφάλισα αὐτὸν, καὶ ἦρα ὀνειδος ἐξ υἱῶν Ἰσραήλ*. Ὅρα μὴ τὴν ἀνδρίαν μόνον, ἀλλὰ πολὺ πρῶτον τὴν ἐπιείκειαν· πολλὰ γὰρ καὶ μεγάλα λέγειν αὐτίκα, (1) τῶν μὲν πολεμίων τὰ πλήθη, τὰ θράση, τὰ ὅπλα, τὰς πολεμικὰς τέχνας καὶ μελέτας, αὐτοῦ τοῦ γίγαντος ἢ ἐλέφαντος ἐκείνου τὴν ἀλαζονείαν, τὴν ἐμπειρίαν, τὴν ἰσχὺν, τὸ μέγεθος, τῶν Ἰουδαίων τὴν δειλίαν, τὴν ἀγωνίαν, αὐτοῦ τοῦ βασιλέως τὴν ἀπορίαν, καὶ πῶς ἐπαφρίκεσαν πάντες καὶ στρατηγοὶ, καὶ στρατιῶται, καὶ νέοι, καὶ παλαιοὶ, τὸν ἀλλόφυλον, καὶ πῶς νεώτατος αὐτὸς ὢν, καὶ βραχὺς, καὶ ἄοπλος, καὶ πολέμων ἄπειρος, κατεθάρρησε τοῦ βαρβάρου, οἷα νεκρῷ τῷ τοσούτῳ πύργῳ, καὶ τοιούτῳ ὑηρὶ χρησάμενος, κατηγωνίσατο ῥᾳδίως, καὶ τῇ ἐκείνου μαχαίρᾳ τὴν κεφαλὴν τοῦ σώματος ἀφελὼν, ἔλυσεν τὸν φόβον, ἔστησε τὸν φόνον, ἔσωσε τὸ στρατόπεδον, καὶ τὸν ἡγεμόνα, καὶ προγόνων τάφους, καὶ νόμους

[3] Psal. L, 8. [4] Psal. CXVIII, 66. [5] I Reg. XVII, 43.

Variæ lectiones.

(1) Desideratur ἐξὸν vel δυνάμενος, vel certe subauditur.

Digitized by Google

πατρῴους, καὶ ἱερὰ, καὶ γονεῖς, καὶ σύμπαντα γένη, καὶ ἡλικίας· ὁ δὲ τούτων μὲν οὐδὲν ἐμεγαλαύχησεν, ἐπιεικέστατα δὲ πάνυ διεξῆλθε τὸ πρὸς τὸν Γολιὰθ μονομάχιον.

Ἀλλ' οὗτος ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος, ἵνα μὴ ἕκαστον διατρίβω λόγον, ἐξευτελίζεται μὲν παρὰ τοῦ πατρὸς, τὴν ἀρχὴν. . . . αἰνομένῳ προσέχοντος, ἀποβάλλεται δ' εἰς ποιμένας, καὶ (2) τούτων τοῖς ἐν τοῖς λοχευομένοις ὄπισθεν. Καὶ ὁ μὲν πατὴρ ὥσπερ. . . . ἴθει κάτωθεν, ὁ δὲ Θεὸς ἄνωθεν υἱοθέτει, καθάπερ βασιλικὸν παῖδα τὴν βασιλικὴν, εἶτ' οὖν ποιμαντικὴν ἐπιστήμην πρῶτον ἐν τοῖς ἀλόγοις ἐκμελετᾷν παρεσκεύασεν, ἐπαγρυπνεῖν, πολεμεῖν, κινδυνεύειν τῆς ποίμνης, παρατάττεσθαι πρὸς θῆρας, πρὸς λῃστὰς, πρὸς κλέπτας, πρὸς λιμὸν, πρὸς κρυμὸν, πρὸς φλόγα, προηγεῖσθαι, παρακαλεῖν πρὸς νομὰς, πρὸς σκιὰς, εἰς κρήνας, εἰς ποταμοὺς, (3) ἀνακομεῖσθαι, συνάγειν, τῇ βακτηρίᾳ, τῇ φωνῇ, τῇ ᾠδῇ, τῇ σύριγγι, τέρπειν, φοβεῖν, διαιτᾶν, φαρμακεύειν, ὧν ἁπάντων τέλος, μὴ πιότατον μόνον ἀποδεῖξαι τὸ ποίμνιον, ἀλλὰ καὶ σωφρονέστερον καὶ εὐπαιδευτότατον. Ἀλλὰ τί δεῖ μηκύνειν; Ἔρχεται μετ' ὀλίγον ὁ χρίστης, ἐπιζητεῖται δὲ ὁ χρισθῆναι μέλλων· ἐξέρχεται δὲ ὁ χορὸς τῶν παίδων, ὁ πολὺς ἐκεῖνος, ὁ καλὸς καὶ λαμπρὸς, ἐπιτίθεται τὸ κέρας, ὑπερτίθεται ὁ Θεός· ἀποδοκιμάζει τούτους, ὥσπερ δὴ ὁ πατὴρ τὸν Δαβίδ. Ἀναγκάζεται παραγαγεῖν αὐτὸς ὁ ἐξουθενῶν τὸν ἐξουθενούμενον· παράγεται, χρίεται καὶ ἄμφω, βασιλείαν καὶ προφητείαν· τῷ γὰρ κέρατι καὶ τῷ πνεύματι. Σύμβολα καὶ ταῦτα τοῦ Σωτῆρος Ἰησοῦ χρισθέντος ὕστερον εἰς βασιλέα τε καὶ Θεόν. Τί γοῦν τὸ μετὰ τοῦτο; Πόλεμος ἀλλοφύλων ἐφίσταται πολὺς καὶ ἄμαχος καὶ ἀμήχανος· ἐπὶ ξυροῦ δὲ τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ ἔθνει παντὶ τὰ πράγματα. Παρίσταται δὲ ὁ ῥύστης, ὁ προφήτης ὁμοῦ καὶ στρατιώτης καὶ βασιλεύς. Ἐξουθενεῖται πάλιν, ἀποβάλλεται πάλιν· ὑπερβάλλει πάλιν τοὺς ἀδελφοὺς, τῇ κακροθυμίᾳ· τὸν Σαοὺλ, τῇ ἀπολογίᾳ· τὸν Γολιὰθ, τῇ ἀνδρίᾳ· πάντας ἅμα, καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν τῇ ὑπερφυεῖ γιγαντομαχίᾳ· σώζει πάντας εἰς φανεὶς ὑπὲρ πάντων, καὶ ἀντὶ πάντων, καὶ ὑπὲρ πάντας. Εἶτα τί; Συμβασιλεύει, συνεκστρατεύει, συγκατορθοῖ· μᾶλλον δὲ, κατορθοῖ τὰ λείποντα· νικᾷ τοὺς μὲν ἔξω πολεμίους τοῖς ὅπλοις· τὸν ἔνδον δὲ, τὸ πνεῦμα δηλαδὴ τοῦ Σαοὺλ, τῇ μελῳδίᾳ τε καὶ τῷ πνεύματι· στεφανοῦται καὶ εὐφημεῖται παρὰ πάντων, καὶ ὑπὲρ πάντας· ᾠδὴ γίνεται καὶ ταῖς γυναιξίν· *Ἐπάταξε Σαοὺλ ἐν χιλιάσι, καὶ Δαβὶδ ἐν μυριάσι.* Φθονεῖται πάλιν, διώκεται, φεύγει, κρύπτεται, κυκλοῦται, κυκλοῖ τὸν κυκλώσαντα, καὶ οὐχ ἁρπάζει τὸν καιρὸν, οὐ λαμβάνει τοῦ πολέμου λύσιν, οὐκ ἀμύνεται τὸν ἐχθρὸν, ἀμύνει τούτῳ, φεύγων, οὐ μή τι πάθοι μᾶλλον,

cem, patriam, majorum sepulcra, leges patrias, templa, parentes ipsos, et omnem denique ætatem servavit : ipse tamen in his nihil gloriatus est, sed singulare certamen, quod sibi fuit cum ipso Goliath, tantum modestissime narravit.

Verumtamen hic noster tantus ac talis David, ne omnia per singula persequar, negligitur a patre (qui initio exteriora tantum spectabat) et ad greges mittitur et ad armenta : quinimo horum etiam fœtas oves sequebatur. Et pater quidem in terra eum abjiciebat, Deus vero desuper adoptabat, eumque veluti regium puerum, regali, hoc est pastorali scientiæ primum vacare, inter irrationalia præparavit : vigilare scilicet, certare pro grege, periculis se opponere, contendere adversus feras, latrones, fures, famem, frigora, flammam : præire etiam et advocare ad pascua, ad umbras, ad fontes, ad flumina : revocare item, et in unum adducere, virga, voce, cantu et fistula, delectare etiam ac perterrere : vivendi normam præbere, et mederi, quorum omnium is est finis, ut non pinguem modo, sed ut moderatissimum etiam, et castigatissimum gregem ostenderet. Sed quid pluribus opus est? Venit paulo post unctor : ungendus perquiritur. Procedit copiosus ille, pulcher, et clarus filiorum chorus : imponitur cornu, superponitur Deus : et quemadmodum antea pater ipsum David, sic et Deus omnes alios reprobavit. Cogitur pater qui neglexerat, neglectum adducere : adducitur itaque, et ungitur ad utrumque : ad regnum nimirum, et ad prophetiam : cornu siquidem, et spiritu. Figura erant hæc Salvatoris nostri Jesu Christi, qui in regem ungendus erat, et in Deum. Quid igitur post hæc? bellum adest a Philistæis, bellum, inquam, grande : quinimo immensum et insuperabile. Omnia tam regis, quam universæ gentis negotia in summo erant discrimine : ipse autem liberator advenit propheta, miles, pariter et rex. Negligitur rursus atque abjicitur : et rursus ipse, patientia sua fratres, responso Saul, fortitudine Goliath, et omnes insuper, qui tunc temporis, et antea ac postmodum fuerunt, immensa hac gigantea pugna superavit : unusque pro omnibus, contra omnes, servavit omnes. Sed quid deinceps? Simul regnat, simul exercitum ducit, simul dirigit atque administrat; imo vero quæ reliqua sunt, ipse unus moderatur, et exteros quidem inimicos, armis, suos vero, hoc est ipsius Saul malignos spiritus, melodia simul, ac spiritu, superat. Coronatur itaque et laudatur ab omnibus, et supra omnes, in cantumque ipsis etiam effectus est mulieribus : *Percussit Saul mille, et David decem millia* [a]. Invidetur rursus, persecutionem patitur, fugit, occultatur, circumdatur,

[a] I Reg. XVIII, 7.

Variæ lectiones.

(2) Adde πρόβατα καὶ, ut et sensus postulat, et Latinus legit interpres.
(3) Ἴσως, ἀνακομίζεσθαι.

Digitized by Google

et ipse circumdantem circumdat, nec tamen occasionem arripit, nec belli solutionem attendit, non ulciscitur inimicum : quinimo illum adjuvat fugiens ac timens, non ut ipse male quidpiam pateretur, sed potius, ne adversus Saulem aliquid eorum faceret, quæ sibi ab illo intentabantur. Adeo enim contraria hæc una temperavit, mansuetudinem scilicet et fortitudinem, ut fortitudo in eo major quam in cæteris : et mansuetudo ipsa etiam fortitudine major conspiceretur. Quid tum ? Regnat : prophetias prædicit : fatetur atque attestatur Deum, et testimonium illi perhibetur a Deo, promittiturque ei, quod æternam sedem habiturus sit, et hæreditate totum orbem consecuturus : ipsasque stellas, multitudine ac pulchritudine filiorum superaturus. Deinde (o calamitatem, o celerem mutationem !) qui antea electus erat, repente efficitur adulter : qui propheta, amens : qui Deo afflatus erat, insanus : qui verax, dolosus : qui pastor, latro : qui servator, homicida. Hinc consilii mutatio et tam grandes ausus : illinc musices cessatio, et contractio spiritus : hinc et vitæ immutatio, et plurimorum malorum mare : hinc qui numine erat instinctus, non modo privatur inspiratione illa superna : sed et qui pater erat, orbatur liberis. Et filiorum, alii quidem scelesti et sororum corruptores : alii his etiam sceleslores, fratricidæ scilicet ac parricidæ fiunt : et qui rex erat, errabundus fit : qui pugnator optimus, fugitivus : qui pastor, montivagus. Omnis denique præclara illa domus, ac sedes, in terram collabitur. Hinc etiam et fames, et tabefactio, et gravis peccatorum pœnitentia : hinc triplex illud, et perpetuum sacrificium : oculorum videlicet nocturni fluxus ac latices : cordis contritio et gemitus : linguæque assiduæ preces, et constans confessio : illa quidem vulnera, ista autem medicamina, adustiones, incisiones.

Sed me interea hæc narrantem, pene quod inceperam, fugit, orationis propositum, dum pluribus, quæ sese offerunt, semper detineor. Astat rursus post peccatum, propheta prophetæ, veluti medicus medico ægrotanti ac dubitanti : et quemadmodum antea unctor astiterat, ita et nunc non modo dignitatem, sed spiritum etiam ablaturus, si in aliquo deliquisset, quod ad propriam sanationem pertineret : si vulnus celasset, si reprehendi neglexisset. Astabat pariter, vindictæ hujus minister, sicut antea custos et adjutor validus, ita et nunc vindex terribilis angelus, exserto gladio : et ictum inferre paratissimus, nisi ille contra se suffragium tulisset, ac propria sententia divinam solvisset sententiam. Et hinc quidem aderant : ille judicii et causæ conflctor Nathan, et vindex angelus : illinc autem ipse judex David, personarum non acceptor, et qui adversus se tulit sententiam, qua jaculum citius evulsit, quam suscepisset : et Deus pariter : qui cicatricem vulneri non tantum induxit, sed ipsum etiam vulnus prorsus delevit : neque enim tantummodo pepercit : sed et abstulit peccatum. Rursus itaque divina gratia et rursus spiritus : rursus soni ac cantus : rursus supra omnes potestas : rursus promissa et pacta, tam de ejus adoptione, quam quod de ejus etiam stirpe nasci deberet Deus.

A ἀλλὰ μή τι δράσοι φοβούμενος τῶν ὧνπερ ἐφοβεῖτο παθεῖν. Τοσοῦτον ἐκέρασε τἀναντία, πραότητα καὶ τὴν ἀνδρίαν, ὡς εἶναι τὴν μὲν ἀνδρίαν αὐτοῦ μείζονα τῶν ἐν ἄλλοις· αὐτῆς δέ γε ταύτης αὖθις τὴν ἐπιείκειαν. Τί ἔτι; Βασιλεύει, προφητεύει, μαρτυρεῖ Θεὸν, μαρτυρεῖται παρὰ Θεοῦ, διαμαρτύρεται τὸν B θρόνον αἰώνιον ἕξειν, τὸν κόσμον κληρονομήσειν, τοὺς ἀστέρας ὑπερβάλλεσθαι τῷ πλήθει καὶ τῷ κάλλει τῶν παίδων. Εἶτα, βαβαὶ τῆς συμφορᾶς ! βαβαὶ τῆς μεταβολῆς ! ὁ ἐκλεκτὸς, ἅφνω μοιχός· ὁ προφήτης, ἔκφρων· ὁ θεοφόρητος, ἐκμανής· ὁ ἀληθινὸς, δολερός· ὁ ποιμὴν, λῃστής· ὁ σωτὴρ, ἀνδροφόνος. Ἐντεῦθεν ἡ μεταβολὴ ἔστι τῆς γνώμης, καὶ τὰ τολμήματα· ἐκεῖθεν ἡ ἐποχὴ τῶν κρουμάτων, καὶ ἡ τοῦ πνεύματος συστολή· ἐντεῦθεν ἡ ἐναλλαγὴ τοῦ C βίου, καὶ ἡ τῶν κακῶν θάλασσα· ἐντεῦθεν οὐ μόνον ὁ ἔνθους, ἄπνους, τὴν ἄνωθεν λέγω πνεῦσιν, ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ, ἄπαις, καὶ οἱ παῖδες, οἱ μὲν μιαροὶ καὶ ἀδελφοφθόροι· οἱ δὲ, καὶ μιαρώτεροι τούτων, καὶ ἀδελφοκτόνοι, καὶ πατραλοῖαι· καὶ βασιλεὺς, πλανήτης· καὶ ὁ ἀριστεὺς, φυγάς· καὶ ὁ ποιμὴν, ὀρειάλωτος· καὶ πᾶς ὁ λαμπρὸς οἶκος ἐκεῖνος καὶ θρόνος, εἰς γῆν κατερράγμενος. Ἐντεῦθεν ὁ λιμὸς καὶ ἡ τῆξις καὶ ὁ δεινὸς μετάμελος τῶν πραχθέντων· ἐντεῦθεν ἡ καινὴ καὶ τριπλὴ καὶ καθημερινὴ θυσία· τῶν μὲν ὀφθαλμῶν οἱ νυκτερινοὶ κρουνοὶ καὶ λουτῆρες· τῆς δὲ καρδίας ἡ συντριβὴ καὶ οἱ στεναγμοί· τῆς δὲ γλώσσης ἡ διηνεκὴς εὐχὴ καὶ ἐξομολόγησις· ἐκεῖνα τὰ τραύματα, ταῦτα τὰ φάρμακα, ἢ οἱ καυτῆρες, ἢ αἱ τομαί.

C Ἀλλ' ὁ μὲν καὶ μεταξὺ παρέδραμε, καὶ ὁ λόγος παρήνεγκε, τῶν κατὰ πόδας ἀεὶ ἐχόμενος. Ἐφίσταται μετὰ τὴν πτῶσιν πάλιν τῷ προφήτῃ προφήτης, καθάπερ ἰατρὸς ἰατρῷ νοσοῦντι καὶ ἀποροῦντι, καὶ ὥσπερ χρίστης τὸ πρότερον, οὕτω νῦν ἀφαιρέτης· οὐ τοῦ ἀξιώματος μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ πνεύματος, εἴ τι κακουργήσει περὶ τὴν ἰατρείαν, καὶ ἀποκρύψει τὸ τραῦμα, καὶ ἀποδυσπετήσει τὸν ἔλεγχον. Συνεφίσταται δὲ καὶ ὑπουργὸς τῇδε τῆς ἐκδικίας, καθάπερ τὸ πρὶν φύλαξ καὶ βοηθὸς ἰσχυρὸς, οὕτω καὶ νῦν τιμωρὸς ἄγγελος, τὴν ῥομφαίαν καὶ κατενεγκεῖν ἕτοιμος ὤν, εἰ μὴ κἀκεῖνος καθ' ἑαυτοῦ τὴν ψῆφον ἐξενεγκὼν, λύσει τὴν ἀπόφασιν ἀποφάσει. Ἐντεῦθεν ὁ ὑποκριτὴς τῆς δίκης, καὶ ὁ ἐκδικητὴς ἄγγελος· ἐκεῖθεν ὁ ἀπροσωπόληπτος δικαστὴς, καὶ D καθ' ἑαυτοῦ τὴν γνώμην ἐκφέρων, καὶ συντομώτερον ἐξελὼν τὸ βέλος, ἢπερ ἐδέξατο, καὶ ὁ Θεὸς οὐ συνουλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξαλείφων τὸ τραῦμα. Μὴ γὰρ συγχωρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφαιρῶν τὸ ἁμάρτημα. Πάλιν τὸ χάρισμα, πάλιν τὸ πνεῦμα, πάλιν τὰ κρούματα, πάλιν τὸ κατὰ πάντων κράτος, καὶ αἱ συνθῆκαι, καὶ τῆς υἱοθεσίας, καὶ τῆς θεοπατορίας.

Digitized by Google

Οὗτος οὖν ὁ πολλὰ μὲν παθών, πολλὰ δὲ κατορθώσας, μυρίας δὲ τροπὰς τραπείς, πᾶσαν τὴν καθ' ἑαυτὸν ἱστορίαν, καὶ τὰς περιπετείας ἐν τούτῳ παραδίδωσι τῷ συγγράμματι. Καὶ πρώτη μέν τις ὑπόθεσις, καὶ σκοπὸς ταῦτα τοῦ πονήματος· δεύτερον δὲ κεφάλαιον, ἡ τῆς ἀρχαιολογίας, οὐ τῆς Ἑβραϊκῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἔτι παλαιοτέρας ἐξήγησις· διέξεισι γὰρ ἐν πολλοῖς τοῖς ψαλμοῖς τὴν γέννησιν, τὴν πρᾶξιν τῶν πατριαρχῶν, τὴν πλάνην, τὴν μετανάστασιν, τὴν εἰς Αἴγυπτον κάθοδον, τὴν δουλείαν, τὴν ἔξοδον, τὴν νομοθεσίαν, τὴν σκηνήν, τὴν ἱερατείαν, τοὺς Ἀριθμούς, τὸ Δευτερονόμιον, τὸν Ἰησοῦν, τὴν κληροδοσίαν, τοὺς Κριτάς, τὰς Βασιλείας, καὶ εἴ τι τούτοις ἀκόλουθον. Τρίτον, ἡ φυσιολογία περὶ οὐρανοῦ καὶ τῶν κατ' οὐρανὸν, περὶ γῆς καὶ τῶν κατὰ γῆν, περὶ ζώων, περὶ στοιχείων, καὶ ἁπλῶς περὶ τῆς ὅλης δημιουργίας. Τέταρτον, ἡ περὶ τοῦ Σωτῆρος προφητεία, οἰκονομίας πάντων ἐκφαντικώτερον, ὅσα περὶ τὴν Παρθένον, ὅσα περὶ τὴν σάρκωσιν, τὰ κατὰ τὴν δωροφορίαν, τὰ τῆς εἰς Αἴγυπτον ἀποδημίας, καὶ ἐπανόδου, καὶ ἀναδείξεως, καὶ διδασκαλίας, καὶ θαυματοποιίας, τὰ τῆς συναγωγῆς, τὰ τοῦ φθόνου, καὶ τῆς ἐπιβουλῆς, καὶ τῆς προδοσίας, καὶ τῆς ἀπαγωγῆς, καὶ τῶν μαστίγων, καὶ τῶν ἐμπαιγμῶν, τὰ τοῦ σταυροῦ καὶ τῆς ὀρυχῆς τῶν χειρῶν καὶ ποδῶν, τὰ τοῦ διαμερισμοῦ τῶν ἱματίων καὶ τοῦ κλήρου, καὶ τῆς πικρᾶς γεύσεως, καὶ τῆς ἀποπνεύσεως, καὶ ταφῆς, καὶ ἀναστάσεως, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου, καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν καθέδρας, καὶ τῆς κατὰ πάντων καὶ ὑπὲρ ἁπάντων νίκης καὶ βασιλείας. Πέμπτον, ἡ τῶν μετὰ ταῦτα προφητῶν, τῶν ἐθνῶν ἡ κλῆσις, τῶν μαθητῶν ἡ δόξα, τὰ θαύματα, τῆς γῆς ἡ ὑποταγὴ, τῆς Ἐκκλησίας ἡ πῆξις καὶ ἐπίδοσις, ἡ τῶν Ῥωμαίων νίκη, τῶν Ἰουδαίων ἡ αἰχμαλωσία, τὰ κατὰ τὴν δευτέραν καὶ φρικτὴν τοῦ Σωτῆρος κάθοδον, καὶ ὅσα περὶ ἀναστάσεως καὶ κρίσεως καὶ ἀνταποδόσεως. Ἕκτον, ἡ θεολογία περὶ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. Ἕβδομον, ὅσα περὶ νοερῶν κτισμάτων, ἀγγέλων καὶ δαιμόνων, καὶ νοῦ καὶ ψυχῆς, καὶ ψυχικῆς δυνάμεως καὶ κινήσεως. Ὄγδοον, ὅσα τῆς ἠθικῆς παιδαγωγίας, περὶ ἀρετῆς, περὶ κακίας, καὶ τῶν τοιούτων. Ἔνατον, περὶ λογισμῶν, καὶ δαιμόνων ἐπιβουλῆς, καὶ περὶ τροπῶν, περὶ θεραπείας παθῶν, καὶ τῆς κατ' αὐτῶν πάλης καὶ στρατηγίας. Δέκατον, ὁ περὶ τῶν ἐντολῶν λόγος ἀκριβέστατός τε καὶ ὑψηλότατος, καὶ μικρὸν ἢ οὐδὲ λειπόμενος τῶν εὐαγγελικῶν διατάξεων.

Οὗτοι μὲν οὖν οἱ καθόλου λόγοι τῆς ὑποθέσεως τῶν ψαλμῶν, εἰς δέκα συναριθμούμενοι κεφάλαια, οἷς ἡ τῶν ψαλμῶν ἅπασα περιέχεται πραγματεία· ἰδικώτερα δὲ καὶ ἄλλα, οἷον ὁ δοξολογητικὸς, ὁ εὐχαριστήριος, ὁ εὐκτικὸς, ἡ προσευκτικὸς, ὁ παραμυθητικὸς, ὁ προτρεπτικὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὁ μεθοδικός. Οὐ μόνον γὰρ παραγγέλλει τόδε ποιεῖν, ἢ μὴ ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον ὑποτίθησι καὶ τὸν χρόνον. Καὶ ὅλως κοινόν ἐστι πᾶσιν ἰατρεῖον παντὸς πάθους, κι-

A Hic igitur qui multa passus est, et plura etiam propria virtute administravit, atque in varias incidit status sui mutationes ompem de se historiam, omnes vitæ suæ varietates, in hoc conscripsit volumine. Et primum quidem propositum, et primus operis scopus est, de propriis ærumnis ac laboribus tractare : deinde de antiquitatibus non Judaicis modo, sed vetustioribus. In multis enim psalmis edisserit generationem et gesta patriarcharum, peregrinationes, migrationes, descensum in Ægyptum, servitutem, exitum ex Ægypto, legem latam, tabernaculum, sacerdotium, Numeros, Deuteronomium, Jesum Nave, distributionem promissæ terræ, Judices, Reges, et siquid aliud est his consequens. Tertio, naturalium rerum rationem tradit : de
B cœlo et cœlestibus : de terra et terrestribus, de animalibus, de elementis, et generaliter de universo Dei opificio. Quarto, prophetia de crucis dispensatione in hoc opere, cæteris omnibus se manifestiorem ostendit : et quæcunque ad partum Virginis, ad Incarnationem, ad Magorum dona, ad fugam in Ægyptum, et illinc regressum, ad Christi doctrinam, ad miracula, et ad Synagogam pertinent : invidiæ item et proditiones, insidiæ, captura, flagella, illusiones, crux, manuum ac pedum confossiones, divisio et sortitio indumentorum, amara potio, exspiratio, sepultura, resurrectio, ascensio, sedes a dextris Patris : et supra omnia, victoria et regnum, quod in cœlo atque in terra sibi Christus
C paravit, clarissime hic conspiciuntur. Quinto, prophetia earum rerum quæ post prædicta omnia contigerunt : gentium videlicet advocatio, discipulorum Christi gloria, miracula, prædicatio, orbis terræ subjectio, Ecclesiæ stabilitas atque incrementum, Romanorum victoria, Judæorum captivitas, et quæcunque etiam ad secundum et horrendum Christi adventum, ad resurrectionem, ad judicium, et ad uniuscujusque retributionem pertinent. Sexto, theologia de Patre et Filio et Spiritu sancto. Septimo, quæcunque traduntur de intellectualibus creaturis, de angelis, dæmonibus, de intellectu et anima, et de animæ motibus et potentiis. Octavo, quæ ad morum disciplinam et ad in-
D stitutionem, quæ ad virtutem et vitium aliaque similia pertinent. Nono, de cogitationibus, et dæmonum insidiis et circuitionibus : de sanatione et cura passionum : de pugna et certamine adversus hujusmodi passiones. Decimo, mandatorum ratio adeo hic diligenter traditur, ut parum, aut nihil ab evangelicis præceptis abesse videatur.

Hæc igitur sunt argumenta psalmorum, redacta in decem capita quibus tota psalmorum lucubratio continetur, quanquam et alia sint magis privata, quæ in eis habeantur. Sunt namque et psalmi qui laudem et gloriam Dei canunt, qui gratias agunt qui orationes fundunt et vota. Sunt et consolatorii et exhortatorii. Ad hæc omnia, sunt et qui viam ad virtutem tradunt : quique non tantum admonent hoc facere, aut illud evitare, sed et modum

Digitized by Google

docent et tempus. In summa hic liber cumnune A est quoddam medicinæ promptuarium, et passionum omnium certissimum remedium : illiusque verba (quod etiam valde admirandum est, et hujus operis proprium) omnibus congruunt atque aptantur hominibus. Nulla est igitur inter homines actio, nulla ratio, nulla affectio, nulla cogitatio, cujus medicinam hic invenire non possis : cumulus enim et acervus quidam rerum est, omni plenus vitæ conversatione, omni contemplatione : ac veluti penu quoddam doctrinæ publicum, unicuique apta et convenientia distribuit. Nam et antiqua purgat vulnera, et nuper illatis celerem liberationem præstat. Insuper quod integrum est, sanum sincerumque conservat : multitudinem vero ipsam prorsus allicit ac suadet suavi quadam cum delectatione et B honesta voluptate : adeo ut per blandam et lenem illam vocem, utilitatem et commodum latenter etiam reportemus, juxta prudentum medicorum præcepta, qui, in austerioribus pharmacis, poculum inungi jubent melle : ita et nos, apparenter quidem, dulce ac suave melos canimus : re ipsa vero animas erudimus, et divinorum eloquiorum memoriam indelebilem conservamus.

κτημένον φάρμακον, καὶ πάντες οἱ λόγοι πᾶσιν ἀνθρώποις ἁρμόζουσιν ὃ καὶ θαυμασιώτατον, καὶ τῆς βίβλου ταύτης ἰδιαίτατον. Οὐκ ἔστιν οὖν ἐν ἀνθρώποις, οὐ πρᾶξις, οὐ λόγος, οὐ πάθος, οὐ διανόημα, οὗ μὴ τὴν ἰατρείαν εὕροι τις ἐνταῦθα · συμφόρημα γάρ ἐστι πάσης ἔμπλεον θεωρίας καὶ πολιτείας, δημόσιον ταμεῖον διδασκαλίας παρεχόμενον ἐνταῦθα τὸ πρόσφορον · τά τε γὰρ παλαιὰ τραύματα καθαίρει, καὶ τῷ νεοτρώτῳ ταχείαν δίδωσιν ἀπαλλαγήν, καὶ τὸ ἀκέραιον συντηρεῖ, καὶ καθόλου πᾶν πάθος (δ) ἐξαιρεῖται, καὶ τοῦτο μετά τινος ἐμμελοῦς ψυχαγωγίας καὶ σώφρονος ἡδονῆς, ἵνα τῷ προσηνεῖ καὶ λείῳ τῆς ἀκοῆς λεληθότως ὑποδεξώμεθα τὴν ἐκ τῶν λόγων ὠφέλειαν, κατὰ τοὺς σοφοὺς τῶν ἰατρῶν, οἵτινες ἐπὶ τῶν αὐστηροτέρων φαρμάκων, μέλιτι τὴν κύλικα περιχρίουσιν. Οὕτω γοῦν τῷ μὲν δοκεῖν, μειρδοῦμεν · τῇ δ' ἀληθείᾳ, τὰς ψυχὰς παιδευόμεθα, καὶ τὴν μνήμην τῶν λόγων ἔχομεν ἀνεξάλειπτον.

Psalmus sermo et conversatio est cum Deo, angelorum allectio, alacer animæ ordo ac status, diurni laboris quies, nocturni timoris propulsatio, juvenum et nupar introductorum regula, proficientium adjumentum, perfectorum solidatio, clypeus insuperabilis, ornamentum decentissimum, regibus, privatis, principibus, populis, militibus et belli ignaris, sapientibus et rudibus, monachis et civibus, sacerdotibus et plebibus, habitatoribus continentis atque insulanis, agricolis, nautis, arti- C ficibus et artium ignaris, viris, mulieribus, senibus, adolescentibus : omni denique naturæ, ætati, fortunæ, proposito, et communiter et privatim et semper, tam domi quam in foro, in ecclesiis, in agris, in solitudinibus, in itineribus et omnibus in locis : et est denique sicuti aeris spiratio, aut lucis effusio, aut usus ignis et aquæ, aut quodcunque aliud eorum quæ valde communia sunt et utilia. Quodque admiratione maxime dignum est, psalmorum cantus non interrumpit neque distrahit ab operibus : quinimo operantibus, ipsa suavitate ac melodia, austeritatem lenit laborum quorum omnium unus est finis : ut scilicet hujusmodi discipulus bonus, sapiens efficiatur, et Deus. Abunde igitur diximus quænam et quot sint hujus operis intentiones, et quanta ex his commoda consequamur, et quis finis. Restat nunc ut disseramus, an proprius sit hic liber beati David, et ab eo solo confectus [an etiam ab aliis] : quam appellationem habeat. Quid sit psalterium, quid psaltus, quid psalmus, quid psalmodus, quid diapsalma, quid canticum, quid hymnus, quid laus, quid confessio, quid oratio, quid votum, quid canticum psalmi : quid psalmus cantici : quot sint psalmi et quare tot sint, et a quonam fuerint collecti ; quot cantores,

Ψαλμὸς, ὁμιλία πρὸς Θεὸν, ἀγγέλων ἐπαγωγὴ, δαιμόνων ἀπαγωγὴ, ψυχῆς ἱλαρὰ κατάστασις, τῶν τῆς ἡμέρας πόνων ἀνάπαυσις, τῶν τῆς νυκτὸς φόβων ἀλεξητήριον, εἰσαγομένων στοιχείωσις, προκοπτόντων αὔξησις, τελειουμένων ἐδραίωσις, ὅπλον ἄμαχον, κόσμος κάλλιστος, βασιλεῦσιν, ἰδιώταις, ἄρχουσιν, ἀρχομένοις, στρατιώταις, ἀστρατεύτοις, σοφοῖς, ἀμαθέσι, μοναστᾶις, πολιτικοῖς, ἱερεῦσι, λαϊκοῖς, ἠπειρώταις, νησιώταις, γεωργοῖς, ναυτέλοις, τεχνίταις, ἀτέχνοις, ἀνδράσι, γυναιξὶ, γέρουσι, νέοις, πάσῃ φύσει καὶ ἡλικίᾳ, καὶ τύχῃ, καὶ προαιρέσει, καὶ κοινῇ, καὶ ἰδίᾳ, καὶ πάντοτε, καὶ ἐν οἴκοις, καὶ ἐν ἀγοραῖς, καὶ ἐν ἐκκλησίαις, καὶ ἐν ἀγροῖς, καὶ ἐν ἐρημίαις, καὶ ἐν ὁδοῖς, καὶ πανταχῆ, καθάπερ ἀέρος πνεῦσις, ἢ φωτὸς χύσις, ἢ πυρὸς χρῆσις καὶ ὕδατος, ἢ ὅσα τῶν παγκοίνων τε καὶ παγχρήστων. Καὶ τὸ παραδοξώτατον, μηδ' ἀφισταμένων τῶν ἔργων, ἀλλὰ καὶ τοὺς καμάτους διὰ τῆς μελῳδίας ἐπικουφίζουσιν · ὧν πάντων τέλος ἐν, ἀγαθὸν γενέσθαι τὸν τούτων μαθητὴν, καὶ σοφὸν, καὶ Θεόν. Τίνες μὲν οὖν οἱ σκοποὶ τῆς παρούσης βίβλου, καὶ πόσοι, καὶ τίνα τὰ χρήσιμα, καὶ ποῖον τὸ τέλος, ἱκανῶς εἰρήκαμεν. Λοιπὸν δ' ἂν εἴη λέγειν, εἰ γνησία καὶ μόνου Δαβὶδ ἡ βίβλος, ὁποίαν τε κλῆσιν ἔχει, καὶ τί ἐστι Ψαλτήριον, καὶ τί ψαλτὸν, καὶ τί ψαλμὸς, καὶ τί ψαλμῳδὸς, καὶ τί διάψαλμα, καὶ τί ᾠδὴ, καὶ τί ὕμνος, καὶ τί αἶνος, καὶ τί ἐξομολόγησις, καὶ τί προσευχὴ, καὶ τί εὐχὴ, καὶ τί ᾠδὴ ψαλμοῦ, καὶ τί ψαλμὸς ᾠδῆς, πόσοι ψαλμοὶ, καὶ διατί τοσοῦτοι, καὶ παρὰ τίνος συνελέγησαν, πόσοι ἀρχῳδοὶ, πόσοι χοροὶ, καὶ ἐκ ποίων, καὶ διατί τοσοῦτοι, καὶ ἐκ τοσούτων, τίς ἡ διαφορὰ τοῦ ψαλτῆρος πρὸς τὰ ἄλλα μουσικὰ ὄργανα, τίς ἡ τάσις τῶν ψαλμῶν, τίς ἡ ἐν πολλοῖς τῶν ψαλμῶν ἀσάφεια, πόσαι μεταβολαὶ τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου πρὸς τὴν Ἑλληνίδα, καὶ παρὰ τίνων,

Variæ lectiones.

(δ) Græca verba ita sonant : *Uno verbo prarum affectum omnem tollit, idque suavi quadam cum delectatione*. Saulus autem legit πλῆθος, *multitudinem*, minus recte.

Digitized by Google

τίνος ἕνεκεν τὸ μέλος ἐπινενόηται, πῶς ἓν ὂν τὸ θεῖον Πνεῦμα, ποτὲ μὲν ἐνίζεται, ποτὲ δὲ πληθύνεται. Πρότερον δὲ περὶ τοῦ προτέρου κεφαλαίου διαληπτέον.

seu canendi principes : quot chori, et ex quibus, et quare tot sint chori : et ex tot, quænam sit differentia psalterii ad alia musica instrumenta : quis psalmorum ordo : quænam sit in multis psalmis obscuritatis ratio : quot translationes sint de Hebraica lingua in Græcam : et a quibus fuerint factæ : quare sit inventus cantus : quare cum divinus Spiritus unus sit, aliquando singulari effertur sermone, et aliquando plurali. Et primo quidem de priori capite tractabimus.

Φασὶ μὴ μόνου τοῦ Δαβὶδ εἶναι τοὺς ψαλμούς, ἀλλά τινας καὶ Ἰδιθούμ, καὶ τῶν υἱῶν Κορὲ, καὶ τοῦ Ἀσὰφ, καὶ Αἰθὰμ, καὶ Αἱμὰν τοῦ Ἰσραηλίτου, ἵνα δὲ καὶ Μωσέως, καὶ Σολομῶντος ἄλλους· καὶ δῆλον ἀπὸ τῶν ἐπιγραφῶν, συλλεγέντας εἰς ἓν μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν ὑπὸ τοῦ Ἔσδρα. Πολλοὶ δὲ καὶ μόνον ἐπιγεγραμμένον ἔχουσιν Ἀλληλούϊα, καὶ ἄλλοι ἐπιγραφὴν μέν τινα φέρουσιν, ἀνώνυμοι δέ· ἕτεροι δὲ, παντάπασίν εἰσιν ἀνεπίγραφοι. Διὸ καὶ ἀπλῶτως βίβλος ψαλμῶν ὠνόμασται, καὶ καθὼς εὑρίσκομεν ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων, οὐκ εἰς Δαβὶδ μόνον ἀναφερομένη· καταχρηστικῶς γὰρ λέγεται αὕτη Ψαλτήριον, ὅτι ψαλτήριον κυρίως ὀργάνου εἶδος, *Ναῦλα* παρὰ Ἑβραίοις ὀνομαζόμενον, ἐκ τοῦ ψάλλειν, ὡς εὐκτήριον ἐκ τοῦ εὔχεσθαι. Μετηνέχθη καὶ ἐπὶ τὴν βίβλον ἡ κλῆσις ἄλλως, ἐκ τοῦ τηρεῖν τοὺς ψαλμούς. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν, οἷς καὶ ἐγὼ συντίθεμαι, πάντας τοὺς ψαλμοὺς εἶναι τοῦ Δαβὶδ· ὥσπερ γὰρ ὁ Μωϋσέως ἐπιγεγραμμένος, οὐκ ἔστι Μωσέως· εἰ γὰρ ἦν, πρῶτος ἂν ἔκειτο διὰ τὴν ἀρχαιογονίαν ἐκείνου, ἢ καὶ ἐν ταῖς τούτου βίβλοις ἀνέκειτο, καθάπερ αἱ ᾠδαὶ αὐτοῦ, ἡ μὲν ἐν τῇ Ἐξόδῳ, ἡ δὲ ἐν Ἀριθμοῖς, ἡ δὲ ἐν Δευτερονομίῳ· οὕτως οὐδὲ τ' ἄλλα, τὰ δοκοῦντα φέρειν ἀλλοτρίαν ἐπιγραφήν. Καὶ γὰρ Σολομῶντος δύο φασὶν εἶναι ψαλμοὺς, οἵτινες, εἰ ἐκείνου ἦσαν, τελευταῖον ἂν ἐτετάχατο, καὶ ἅμα ἢ καὶ ἐν ταῖς Βασιλείαις, ἢ καὶ τοῖς Παραλειπομένοις ἐμπεριείχοντο, ἢ καί που δηλοῦσθαι ἔμελλον, ὡς τό· *Ἦσαν αὐτῷ ᾠδαὶ πεντακισχίλιαι, καὶ παραβολαὶ τρισχίλιαι*· ψαλμῶν δὲ αὐτοῦ οὐκ ἐμνημόνευσεν ἡ θεία Γραφή. Λοιπὸν οὖν αἱ ἐπιγραφαὶ Ἰδιθοὺμ, καὶ τῶν υἱῶν Κορὲ, καὶ Ἀσὰφ, καὶ Αἱμὰν, καὶ Αἰθὰμ, παριστῶσιν, ὅτι τούτοις τοῖς ἀνδράσιν ἀρχηδοῖς χειροτονηθεῖσι τῶν χορῶν, οὓς ὁ Δαβὶδ ἐκ τῆς φυλῆς Λευῒ κατεστήσατο, καὶ ἀπεκλήρωσεν εἰς τὸ ὑμνεῖν τὸν Θεὸν ἐν τοῖς διαφόροις ὀργάνοις, ὧν εἶδη σαφῶς ὁ τελευταῖος ἀπαριθμεῖται ψαλμὸς, ἰδικῶς ἕκαστον τῶν οὕτως ἐπιγεγραμμένων ψαλμῶν οὕτος παρεδίδου ψάλλειν, τῶν ἄλλων κοινῶς· ὑπὸ πάντων ψαλλομένων· ὅθ' οὗ γοῦν ἕκαστος ἰδικῶς ἐψάλη, τούτου καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἀπηνέγκατο. Καὶ τοῦτο δὲ φανερὸν ἐξ ὧν φησιν ἡ βίβλος τῶν Παραλειπομένων, ὅτι καὶ *Ἦσε τὴν ᾠδὴν ταύτην, ἐν χειρὶ Ἀσάφ*. Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ ἐπιγράμματος τοῦ λϛ' ψαλμοῦ· *Εἰς τὸ τέλος γὰρ*, φησὶ, *τῷ Ἰδιθοὺμ, ᾠδὴ τῷ Δαβίδ*· ἐποιήθη μὲν γὰρ τῷ Δαβὶδ, ἀνετέθη δὲ τῷ Ἰδιθοὺμ εἰς τὸ ψαλῆναι. Καὶ αὖθις ὁ μγ' ψαλμὸς οὕτως ἐπιγέγραπται· *Εἰς τὸ τέλος τοῖς υἱοῖς Κορὲ, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ*. Καὶ πάντες δὲ οἱ φέροντες

Aiunt quidam psalmos non solius esse David, sed quosdam Idithum, alios filiorum Core, alios item Asaph, Etham et Emam, Israelitæ : unum Moysi, et alios Salomonis : quod manifestum esse asserunt ex inscriptionibus, eosque post captivitatem dicunt ab Esdra fuisse in unum collectos. Multi etiam psalmi pro inscriptione habent tantum *Alleluia*, et alii inscriptionem sine auctore, alii etiam omni prorsus carent inscriptione. Quam ob causam, totum hoc opus, non psalmos David, sed indefinite librum Psalmorum appellari aiunt, ut in Actibus apostolorum legimus, atque indicari, quod totus psalmorum liber soli David ascribendus non sit. Nam quod Psalterium appellamus hanc psalmorum collectionem, improprie id dicimus : quia Psalterium proprie organi quoddam genus est : quod apud Hebræos dicitur *Naula*, a psallendo sic dictum, quemadmodum oratorium ab orando : sed hujusmodi appellatio ad Psalmorum librum postmodum translata est, qui tamen vel ea etiam ratione denominationem hanc sortitus est, quia psalmos continet. Alii vero (quibus ego consentio) asserunt psalmos omnes a David fuisse compositos : et quemadmodum octogesimum octavum psalmum, qui Moysi inscribitur, dicunt Moysi non esse, quia si ejus esset, ob illius antiquitatem, primus in ordine legeretur, aut saltem haberetur inter libros Moysi, sicuti habentur ejus cantica, quorum unum in Exodo, alterum in Numeris, tertium in Deuteronomio reperitur ; ita etiam existimandum esse asserunt de aliis psalmis, qui aliorum inscriptiones præ se ferre videntur : [quod scilicet ab alio compositi non sint, quam a beato David.] Eadem etiam dicunt de duobus psalmis, qui Salomonis inscriptionem habent, quod scilicet si essent Salomonis, aut extremo in ordine collocari debuerant, aut in libris Regum, aut Paralipomenon interseri : aut saltem alicubi de eis meminisse haberi, eo modo quo cæterorum omnium ejus operum ratio habita est [1]. *Erant enim*, inquit, *illi, cantica quinquies mille, parabolæ ter mille* : psalmorum vero ejus, Scriptura non meminit. Cæterum inscriptiones, Idithum filiorum Core, Asaph, Emam et Etham, hoc tantum volunt significare : quod his viris, quos beatus David elegerat ex tribu Levi, in duces ac principes chorarum, quosque instituerat, ut variis organis Deum laudarent, et quorum organorum genera, aperte postremus omnium psalmus connumerat : quod his, inquam, viris unusquisque psalmorum, juxta

[1] III Reg. IV. 32.

Digitized by Google

nominum inscriptionem, privatim ad psallendum sit traditus : cum alii psalmi ab universis cantoribus, atque in commune canerentur. Illi igitur psalmi, qui privatim ab aliquo eorum decantati sunt, cantoris sui inscriptionem retinuerunt : quod etiam manifestius fit ex his quæ in libro Paralipomenon legimus [8]. *Cecinit*, inquit, *canticum hoc in manu Asaph*. Quin etiam ab inscriptione psalmi XXXVIII, quæ hujusmodi est [9], *In finem Idithum canticum ipsi David*. Compositum quippe fuit id canticum a beato David, et ab eo traditum Idithum, ut illud caneret. Psalmus etiam XLIII sic inscribitur [10] : *In finem filiis Core, psalmus ipsi David*. Præterea psalmi omnes, qui aliorum inscriptiones habent, non per genitivum casum, sed per dativum inscribuntur : quæ res abunde indicat, psalmos quidem a beato David fuisse conscriptos, sed illis cantoribus privatim traditos ad canendum. Quod si quis contra, illud dicat : plures etiam esse psalmos, qui in inscriptione habent nomen David, in tertio casu, videlicet *Psalmus ipsi David :* replicabimus multos esse etiam qui per secundum casum inscripti sunt : videlicet *Psalmus ipsius David :* quod tamen in aliis nominibus non reperitur : ut sciamus quod ab ipso quidem David conscripti sunt, non ei dati aut oblati : hoc enim differentiam introduxit. Ille autem psalmus qui Moysi inscribitur, hujusmodi habet inscriptionem [11] : *Oratio ipsi Moysi homini Dei*, quæ inscriptio docere videtur quod ille psalmus iis congruat, qui per divinam aquam, hoc est per salutare lavacrum baptismatis, homines Dei effecti sunt. Moyses quippe interpretatur, *assumptus ex aqua*. Ex aqua vero assumuntur omnes qui baptizantur. Unde etiam Dei homines merito cognominantur. Eos vero psalmos, qui Salomonis dicuntur, in Christum fuisse compositos reputamus. Salomon namque interpretatur *pacificus*. Verum quisnam alius tam fuit pacificus, quam Christus? qui natura ipsa pacem habet? [12] *Pacem*, enim, inquit, *meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*. De psalmis qui sine inscriptione sunt, illud in primis sciendum est, quod multa Hebræorum exemplaria, conjunctum habent secundum psalmum cum primo : cum apud eos non sit numerus in psalmis : secundus autem, sine contradictione, conscriptus fuit a beato David. Cujus rei testes habemus apostolos, in Actibus dicentes ad Deum : [13] *Tu qui per os David pueri tui dixisti : Quare insurrexerunt gentes*, etc. Unde etiam demonstratur primum psalmum pari modo ipsius esse David : quod si primum et secundum psalmum, qui carent inscriptione, dicimus esse David, consequenter alii omnes, qui sine inscriptione sunt, ejusdem erunt : sicuti inter cæteros esse scimus psalmum nonagesimum quartum, ut attestatur Apostolus in Epistola sua ad Hebræos, dicens [14] : *Iterum quamdam determinat diem hodie in David, dicens post tantum tempus : hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra*. Psalmi quoque qui sunt sine nomine, eidem ascribendi

A ἀλλοτρίας ἐπιγραφάς, οὐ τοῦ δεῖνος, ἀλλὰ τῷ δεῖνι ἐπιγεγράφαται, ὃ καὶ αὐτὸ σημεῖον ἐναργὲς, ὅτι τῷ Δαβὶδ ποιηθέντες, τούτοις ἰδιαίτερον πρὸς τὸ ψάλλειν ἐνετέθησαν. Εἰ δ' εἴποι τις, ὅτι καὶ μὴν καὶ ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ἐπιγέγραπται τοῖς πλείοσιν, ἐροῦμεν, ὅτι καὶ πολλοῖς πάλιν, ψαλμὸς τοῦ Δαβὶδ, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων οὐχ εὑρήσεις, ἵνα γνῶμεν, ὅτι τοῦ Δαβὶδ εἰσι καὶ πεποιημένοι, οὐ δεδομένοι καὶ ἀνακείμενοι· τοῦτο γὰρ τὴν διαφορὰν εἰσήγαγεν. Ὁ δ' εἰς τὸν Μωϋσῆν ἀναφερόμενος, τοιαύτην ἔχει τὴν ἐπιγραφήν· *Προσευχὴ Μωϋσῇ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ*, μονονουχὶ διδάσκουσαν, ὡς ὁ ψαλμὸς οὗτος ἁρμόζει τοῖς διὰ τοῦ θείου ὕδατος, ἤτοι τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος, ἀνθρώποις τοῦ Θεοῦ γινομένοις· Μωϋσῆς γὰρ *ληφθεὶς ἐξ ὕδατος* ἑρμηνεύεται.

B Λαμβάνονται δὲ ἐξ ὕδατος, καὶ Θεοῦ ἄνθρωποι χρηματίζουσιν, οἱ βαπτιζόμενοι. Τοὺς δὲ τοῦ Σολομῶντος λεγομένους εἰς τὸν Χριστὸν εἰρῆσθαί φαμεν. Σολομὼν γὰρ *εἰρηνικώτατος* ἑρμηνεύεται, ὅπερ ἐστὶν ὁ Χριστὸς, κατὰ φύσιν τὴν εἰρήνην ἔχων· *Εἰρήνην* γὰρ, φησὶ, *τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν*. Περὶ δὲ τῶν ἀνεπιγράφων, πολλὰ τῶν Ἑβραϊκῶν ἀντιγράφων συνημμένον ἔχουσι τῷ πρώτῳ ψαλμῷ τὸν δεύτερον, οὗ προσκειμένου τοῖς ψαλμοῖς ἀριθμοῦ παρ' αὐτοῖς· ὁ δὲ δεύτερος, ἀναντιῤῥήτως τοῦ Δαβὶδ. Καὶ τούτου μάρτυρες οἱ ἀπόστολοι, λέγοντες πρὸς τὸν Θεὸν ἐν ταῖς Πράξεσιν· *Ὁ διὰ στόματος Δαβὶδ τοῦ παιδός σου εἰπών· Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη*, καὶ τὰ ἑξῆς. Συναποδείκνυται οὖν καὶ ὁ πρῶτος ψαλμὸς τοῦ

C Δαβὶδ εἶναι. Εἰ δὲ καὶ ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος τῶν ἀνεπιγράφων, τοῦ Δαβὶδ, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἀνεπίγραφοι, καθὰ δήπου καὶ ὁ ἐνενηκοστὸς τέταρτος, ὡς μαρτυρεῖ ὁ ἀπόστολος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ, φάσκων· *Τινὰ ὁρίζει ἡμέραν σήμερον ἐν Δαβὶδ, λέγων μετὰ τοσοῦτον χρόνον, καθὼς εἴρηται· Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν*. Καὶ οἱ ἀνώνυμοι δὲ Δαβὶδ εἰσιν, ὡς διδάσκει Στέφανος ὁ πρωτομάρτυς ἐν ταῖς Πράξεσι· φησὶ γὰρ πρὸς Ἰουδαίους· *Ἕως τῶν ἡμερῶν Δαβὶδ, ὃς εὗρε χάριν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ᾐτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ*. Τοῦτο δὲ τὸ ῥητὸν τοῦ ρλα' ψαλμοῦ, δῆλόν ἐστιν, ὡς ἔστιν ἀνώνυμος. Ἀλλὰ

D καὶ οἱ τὸ *Ἀλληλούϊα* ἐπιγεγραμμένον ἔχοντες τοῦ Δαβὶδ εἰσιν· αὐτίκα γὰρ ὁ πρῶτος αὐτῶν, ὁ ῥδ' ἐν τοῖς Παραλειπομένοις τῷ Δαβὶδ πεποιῆσθαι γέγραπται. Δοκεῖ οὖν αἰτία τοῦ μὲν εἶναί τινας ἀνεπιγράφους, ὅτι οὐκ εἰς ὄνομα ἑνὸς ἔθνους ἕκαστος τῶν τοιούτων λέγεται· τοῦ δὲ ἀνωνύμους, ὅτι εἰς τὸν Κύριον εἴρηνται· τοῦ δὲ φέρειν *Ἀλληλούϊα*, ὅτι πρὸς Θεόν εἰσιν εὐχαριστία καὶ ὕμνος. Καὶ περὶ μὲν τούτου τοσαῦτα· καιρὸς δὲ εἰπεῖν καὶ περὶ τῶν ἄλλων.

[8] Psal. XXXV, 15. [9] Psal. XXXVIII, 1. [10] Psal. LXXXIV, 1. [11] Psal. LXXXIX, 1. [12] Joan. XIV, 27. [13] Act. IV, 25, [14] Hebr. III, 8.

Digitized by Google

sunt, ut docet beatus Stephanus protomartyr in Actibus dicens ad Judæos : [15] *Usque ad dies David, qui invenit gratiam coram Deo, et petiit, ut inveniret tabernaculum Deo Jacob.* Quod dictum manifeste sumptum est ex psalmo CXXXI, qui auctoris caret nomine. Simili modo etiam psalmi, qui loco inscriptionis habent *Alleluia*, ipsius David repotandi sunt : siquidem eorum primus qui est CIV, manifeste ab eo fuit compositus, ut legimus in libro Paralipomenon. Ratio autem, quare psalmorum aliqui carent inscriptione, videtur ea esse, quia non in unius tantum gentis nomine, unusquisque eorum dictus est ; quod vero sint sine nomine, ea videtur esse ratio, quia in ipsum Dominum dicti sunt : quod habent *Alleluia*, ratio est, quia gratiarum actiones et laudes in Deum continent. Verum de his hæc dicta sufficiant : tempus est, ut de cæteris etiam tractemus.

Ψαλτὸς μὲν, ὁ ᾄδόμενος Θεός· ψαλμὸς δὲ, τὸ ποιημάτιον καὶ τὸ μέλος αὐτοῦ· ψαλμῳδὸς δὲ, ὁ ποιητὴς τούτων· ψαλτῳδὸς δὲ, ὁ ψάλλων τοῦτο χορός· τὸ μέντοι διάψαλμα μεταβολὴν σημαίνει νοήματος, ἢ μέλους, ἢ ἀναβολήν τινα κρούματος, ἢ τηνικαῦτα θείου Πνεύματος ἔλλαμψιν εἰς τοὺς ψάλλοντας· ἀπεγράφοντο γὰρ ταῦτα πάντα διὰ τὴν ἀκρίβειαν. Ἀλλὰ ψαλμὸς μὲν κυρίως, ὁ μετὰ ὀργανικοῦ ψαλτηρίου ἐμμελῶς ἐκφωνούμενος· ᾠδὴ δὲ, φωνή τις μουσική τε καὶ ἐναρμόνιος, ἀπὸ μόνου στόματος. Καταχρηστικώτερον δὲ λέγεται κἀκεῖνος ᾠδὴ, καὶ αὕτη ψαλμός· ἀρχαιότερον δὲ ἡ ᾠδή· καὶ γὰρ Μωϋσῆς ἦρξε ταύτης, καὶ διήρκεσεν ἕως Δαβίδ. Οὗτος δὲ πρῶτος ἦρξατο τῶν ψαλμῶν· εἰ γὰρ καὶ περιῆν ψαλτήριον ὄργανον, ἀλλ' ἄτεχνον καὶ ἰδιωτικὸν, καὶ πρὸς μόνα ψάλλον τὰ ποίμνια· Δαβὶδ δὲ σοφώτερον τοῦτο κατεσκεύασεν, ἢ ἥρμοσεν, καὶ τὴν χρῆσιν αὐτοῦ πρὸς Θεὸν μετήνεγκεν. Ὕμνος δὲ, ἡ ἐπιτεταμένη δοξολογία· αἶνος δὲ, ὁ σύντομος ἔπαινος· ἐξομολόγησις δὲ, ἡ κατ' ἐπίτασιν ὁμολογία ἢ καλῶν ὧν πεποιήκαμεν, ἢ κακῶν ὧν δεδράκαμεν· προσευχὴ δὲ, ἡ δέησις· εὐχὴ δὲ, ἡ ὑπόσχεσις. Πάντα δὲ λέγονται πρὸς Θεόν. Τί μὲν οὖν ἐστι ψαλμὸς, καὶ τί ᾠδὴ, προσηκόντως εἴρηται. ὨΙδὰς δὲ ψαλμῶν ὑπολειπτέον, ὅτι προτάσσεται μὲν ἡ δι' ὀργάνου μουσικὴ, ἕπεται δὲ ἡ διὰ στόματος φωνὴ, δευτέραν λαμβάνουσα χώραν· ψαλμοὶ δὲ ᾠδῶν, ὅτε τοὐναντίον γίνηται. Κατὰ δὲ τοὺς νόμους τῆς ἀναγωγῆς, ψαλμὸς μὲν ἂν εἴη, ὅτε τὸ σῶμα τείνοντες, ὡς ὀργανικὸν ψαλτήριον, καὶ διὰ τῶν καλῶν ἔργων ἐπαφώμενοι τρόπον τινὰ, καὶ ψαύοντες αὐτοῦ, πρᾶξιν ἀποτελοῦμεν ἀγαθήν τε καὶ ἐναρμόνιον, εἰ καὶ μήπω θεωρίας ἐπέβημεν· ᾠδὴ δὲ, ὅτε χωρὶς τοῦ πρακτικοῦ θεωροῦμεν τὰ τῆς ἀληθείας μυστήρια, γεγυμνασμένοι ἤδη τυγχάνοντες· ᾠδὴ δὲ ψαλμοῦ, ὅταν προαγούσης ἀγαθῆς πράξεως, εἰς θεωρίαν καταντήσωμεν, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ἐπεθύμησας σοφίαν, διατήρησον ἐντολὰς, καὶ Κύριος χορηγήσει σοι αὐτήν.* Ψαλμὸς δὲ ᾠδῆς, ὅτε τῆς θεωρίας σαφηνιζούσης τινὰ τῶν κεκρυμμένων ἠθικῶν, εἰς ἐργασίαν τούτων ἐρχόμεθα. Καὶ τάχα διὰ τοῦτο πρῶτον οἱ ψαλμοὶ, εἶτα αἱ ᾠδαὶ, ὅτι χρὴ καὶ διὰ τῆς πρακτικῆς ἰόντας, εἰς θεωρίαν ἐλθεῖν. Ἔνθεν τοι καὶ πρὸς τῷ τέλει πυλλαὶ ᾠδαί· καὶ ὅπου ἀναβαθμὸς, οὐδαμοῦ ψαλμὸς, οὔτε μετ' ἐμπλοκῆς ᾠδῆς. Ἐν γὰρ ταῖς ἀναβάσεσιν οἱ ἅγιοι πρὸς μόνην τῷ θεωρεῖν εἰσιν.

A Psaltus quidem Deus est qui canitur : psalmus vero poema et carmen quod de eo canimus : psalmodus, poeta est qui hæc conficit carmina : et Psaltodus, chorus canentium psalmos : diapsalma, mutationem sententiæ, aut cantus significat : aut pausam, seu interjectionem quamdam pulsationis, vel fulgorem, atque illuminationem divini Spiritus, quæ tunc canentibus apparebat : scribebantur enim omnia hæc ab eis diligenter. Psalmus proprie est illud carmen, quod simul cum Psalterii instrumento suavi voce profertur : ode seu canticum, vox quædam est musica cum harmonia, solo ore prolata, quamquam improprie ipsum canticum sæpenumero Psalmus dicatur. B Est autem canticum psalmo antiquius : Moyses quippe cantici auctor fuit, illiusque usus usque ad beati David tempora perseveravit : qui primus omnium cœpit psalmos conscribere. Nam et si antea psalterii instrumento uterentur, illius usus et sine arte ulla erat, et admodum vulgaris ; ad solos enim greges mulcendos pulsabatur. David igitur homini instrumentum sapientius coaptavit, et illius usum ad Deum transtulit. Hymnus vero est divinæ gloriæ extensior atque amplior quædam laus. Nam cum laudis nomen simpliciter dicimus, vulgariores ac breviores laudes significamus. Confessio etiam amplum quoddam testimonium est et fides, qua aut bona quæ recepimus fatemur, aut mala quæ commisimus. Porro oratio preces C significat, et votum promissionem, omniaque ad Deum pertinent. Quid itaque sit psalmus, et quid canticum, abunde diximus. Canticum autem psalmi tunc est, quando musice per organicum instrumentum prius disponitur, et deinde consequitur vox ore emissa, quæ secundum occupat locum. Psalmus vero cantici tunc dicitur, quando ejus quod nunc diximus contrarium fit. Juxta anagogen ac moralem sensum, psalmum tunc canimus, quando corpus nostrum quasi psalterii instrumentum intendimus, et per bona opera quodammodo ipsum palpantes, bonas ac concinnas actiones perficimus, quamquam ad altiores contemplationes nondum ascenderimus. Oden vero aut canticum canere tunc dici possumus, quando absque D ullis operationibus veritatis tantum mysteria contemplamur, effecti jam in ea re admodum exercitati : et canticum psalmi, quando præcedentibus bonis actionibus, in contemplationem devenimus : juxta quod dicitur : *Concupisti sapientiam : serva mandatum, et Dominus tibi eam ministrabit* [16].

[15] Act. VII, 46 [16] Eccli. I, 33.

Digitized by Google

Psalmum etiam cantici tunc vere canimus, quando contemplatione, occulta quædam quæ ad mores pertinent, nobis revelante, nos in eorum operationem procedimus. Hac ratione fortassis psalmi primo loco, et deinde cantica collocata sunt : cum deceat ut per actiones ad contemplationem accedamus. Multa enim cantica habentur circa finem libri, verum ubi gradus est, seu assensus, illic nusquam est psalmus, neque etiam conjunctus cum cantico ; sancti enim viri in ascensionibus contemplationi tantum intenti sunt.

Sunt qui Esdram, et alii qui Ezechiam dicant psalmos in unum collegisse, qui centenario et quinquagenario numero continentur. In quo numero et quinquagenarius numerus Pentecostes dictus, atque ab Hebræis veneratus, cernitur, per hebdomadas hebdomadarum perfectus, id est septenario multiplicatus, et Trinitatis pariter contemplari potest mysterium, addita videlicet unitate propter unam quæ est in tribus personis unitatem. Cantorum quatuor erant principes, quatuor choris præfecti, ob totidem mundi climata, ad quæ psalmorum voces perventuræ erant. Unusquisque autem chorus, ex duobus et septuaginta cantoribus constabat : ut quidam retulerunt se apud Hebræos legisse, juxta proportionem ac numerum linguarum quæ in Babylonicæ turris ædificatione confusæ, seu potius divisæ fuerunt. Futurum enim erat, ut omnis lingua hujusmodi psalmos decantaret. Et alii quidem cantorum tuba, tympano, organo, cymbalis, lyra, aut cythara, dulce ac suaviter canebant : David vero regium psalterii instrumentum tenebat. Tubæ, syringæ ac fistulæ inflantur, lyra et cythara intenduntur, cymbala et tympana pulsantur, et alia quæcunque sonum potius habent quam vocem : psalterium vero, quod etiam alicubi cinyram et cytharam et lyram appellant, ad id genus instrumentorum pertinet, quæ intenduntur. Est tamen instrumentum hoc rectum, et superne causas habet unde emittat voces : ea nimirum ratione, ut addiscamus et nos, recti consistere, supernaque ac cœlestia meditari, atque ut hoc pacto efficiamur spirituale psalterium, consentiente intra nos in unum anima et corpore : ipsoque sancto Spiritu, veluti peritissimo quodam artifice, pulsante nos ac percutiente : decem vero clavi in ipsius psalterii brachio circumvoluti intendebant chordas, easque remittebant ad ipsius modulantis arbitrium ac concentum. Et dextera quidem manus plectrum tenebat, sinistra vero desuper contrectans et circumferens clavos, gravem, aut acutam, seu etiam mistam vocem reddebat. Decem præterea chordas, vocibus sibi invicem contrariis habebat, ex quo docemur, oportere nos, ex decem sibi mutuo adversantibus chordis, ex quinque corporis sensibus harmoniacum et concinnum cantum in hac vita Deo præludere.

Psalmorum ordo ille amplius non est, qui a principio fuit, quando fuere conscripti : nec tamen casu, aut fortuito hujusmodi ordo datus est, sed potius ex dispensatione divina, quæ consequentium temporum nullam habuit rationem. Nam quemadmodum in artibus, tam factivis quam rationalibus, alia est instrumentorum et canonum inventio et ordo, atque alius etiam eorum usus, juxta ipsa tempora nimirum aut varias rerum rationes (alius enim fortassis medicus primum

A Οἱ μὲν οὖν εἶπον Ἔσδραν, οἱ δὲ Ἐζεκίαν συναγαγεῖν τοὺς ψαλμοὺς, εἰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα συναριθμουμένους. Ὁμοῦ γὰρ ὁ παρ' Ἑβραίοις ἐνθεωρεῖται τιμώμενος ἀριθμὸς τῆς Πεντηκοστῆς, δι' ἑβδομάδος ἑβδομάδων συμπεραινόμενος, ὁμοῦ δὲ καὶ τὸ τῆς Τριάδος συνεπιθεωρεῖται μυστήριον, τῆς μονάδος ἐκεῖ προστιθεμένης, διὰ τὴν μίαν ἐν τρισὶν προσώποις Θεότητα. Τέσσαρες δὲ οἱ ἀρχηδοὶ, τεσσάρων ἡγούμενοι χορῶν, διὰ τὰ τοῦ κόσμου τέσσαρα κλίματα, ὧν ἄχρι διαδραμεῖν ἔμελλον οἱ ψαλμοί. Ἓξ δύο δὲ καὶ ἑβδομήκοντα χορὸς ἕκαστος, ὡς ἔφασάν τινες, ἀπὸ τοῦ Ἑβραϊκοῦ ἀναλεξάμενοι, κατὰ ἀναλογίαν τῶν συγχυθεισῶν, ἢ μᾶλλον διακριθεισῶν ἐν τῇ πυργοποιΐᾳ γλωττῶν, διὰ τὸ μέλλειν πᾶσαν γλῶσσαν, ᾄδειν τοὺς τοιούτους ψαλμούς. Καὶ B οἱ μὲν ἄλλοι σάλπιγγι καὶ τυμπάνῳ καὶ ὀργάνῳ καὶ κυμβάλοις, ἢ λύρᾳ καὶ κιθάρᾳ μελῳδοῦντες ἦσαν· Δαβὶδ δὲ τὸ βασιλικὸν κατεῖχεν ὄργανον, τὸ ψαλτήριον. Σάλπιγγες μὲν οὖν καὶ σύριγγες, ἐμπνευστά· λύρα δὲ καὶ κιθάρα, ἐντατά· κύμβαλα δὲ καὶ τύμπανα, κρουστὰ, καὶ ὅσα μᾶλλον ἦχους, ἢ φθόγγους ἔχουσι. Ψαλτήριον δὲ, ὃ καὶ ἀλλαχοῦ καλοῦσι κινύραν, καὶ κιθάραν καὶ λύραν, τῶν ἐντατῶν μὲν ἦν. Ἦλῃν, ὄρθιον, καὶ ἄνωθεν εἶχε τῶν φθόγγων τὰς ἀφορμὰς, ἵνα καὶ ἡμεῖς εὐθεῖς ὦμεν, καὶ τὰ ἄνω μελετῶμεν, καὶ γινώμεθα ψαλτήριον, συμφωνούντων ἐν ἡμῖν ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ πλήττοντος ἡμᾶς οἷα τεχνίτου τινὸς τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Δέκα γὰρ κόλαβοι παρὰ τὸν πῆχυν τοῦ ψαλτῆρος C στρεφόμενοι, ἔτεινόν τε καὶ ἐχάλων τὰς χορδὰς, πρὸς τὸ τοῦ μεταχειριζομένου βούλημα καὶ τὸν ῥυθμόν. Καὶ ἡ μὲν δεξιὰ χεὶρ κατεῖχε τὸ πλῆκτρον· ἡ δ' ἀριστερὰ, τῶν κολάβων ἄνωθεν ἐπαφωμένη καὶ περιστρέφουσα, βαρὺν, ἢ ὀξὺν, ἢ κεκραμένον φθόγγον εἰργάζετο. Δέκα δὲ χορδὰς ἀντιφθόγγους ἀλλήλως εἶχε, διδάσκων, ὅτι δεῖ καὶ ἡμᾶς ἐξ ἀντιφθόγγων χορδῶν δέκα, τῶν μὲν τῆς ψυχῆς πέντε δυνάμεων, πέντε δὲ τῶν τοῦ σώματος αἰσθήσεων, ἐναρμόνιον μέλος ἀνακρούεσθαι τῷ Θεῷ.

D Ἡ δὲ τῶν ψαλμῶν τάξις, οὔθ' ὡς κατ' ἀρχὰς ἐποιήθησαν, οὔτε μὴν ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ μᾶλλον οἰκονομικὴ, μηδὲν τῆς χρονικῆς ἐπιστρεφομένη ἀκολουθίας· καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων πρακτικῶν τεχνῶν ἢ λογικῶν, ἑτέρα μὲν, ἢ τῶν ὀργάνων, ἢ τῶν κανόνων εὕρεσις καὶ τάξις· ἑτέρα δὲ, ἡ χρῆσις παρὰ τοὺς καιροὺς, ἢ τὰ πράγματα· καὶ ὁ μὲν τέμνει τυχὸν πρῶτον, ὁ δὲ φαρμακεύει, ὁ δὲ χρίει, καὶ ὁ μὲν φοβεῖ πρότερον, ὁ δὲ παρακαλεῖ, καὶ οὐδὲν τῷ τεχνίτῃ μέλει τῆς ἐκείνων τάξεως· ἀλλὰ

Digitized by Google

πρῶτον (5) αὐτὸ δοκεῖ τὸ κατὰ χρείαν ἢ δύναμιν, ὃ τάξιν ἄταχτον λέγομεν, πρὸς τὸ οἰκεῖον συμφέρον· οὕτω καὶ τῷ ἡμετέρῳ τεχνίτῃ, τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, μηδὲν τῆς ἱστορίας μελῆσαν, τῆς ὠφελείας τῶν ἐντυγχανόντων ἐμέλησεν, καὶ ὅπως τὸ τῆς ἡμετέρας ἄγαλμα ψυχῆς γλυφῇ κατὰ τρόπον, καὶ πρὸς κάλλος ἀποξεσθῇ, καὶ τέλος μορφωθῇ πρὸς Θεόν. Διὰ τοῦτο πρῶτα μὲν ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ τῆς ἀσεβείας ἅμα καὶ ἁμαρτίας ἀπορρήγνυσιν· ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ, τίνος ἐσμὲν κλῆρος, καὶ τίνι προσκολληθῆναι δέον ἀποδεικνύει· ἐν δὲ τῷ τρίτῳ, τὴν κατὰ τῶν Θεῷ προσκολληθέντων ἐπιβουλήν τε καὶ προσβολὴν προλέγει τοῦ ἀντικάλου, καὶ καθεξῆς τὰς θεραπείας τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν, ἢ προσβολῶν ὑποτίθησιν.

A incidit, alius pharmacum præstat et ungit : alius similiter hic primum perterret, ille consolatur : quippe cum artifici ordo curæ non sit, sed illud primum ab eo judicetur, quod vi ac virtute sua novit esse præcipuum, et vulneri cui applicatur conferre : quam rem, ordinem absque ordine solemus appellare), sic et summo huic nostro artifici sancto scilicet Spiritui, curæ fuit, non quod ad historiam, sed quod ad legentium utilitatem pertineret, atque ut hæc animæ nostræ imago, ut ita dicam, aut statua, ad mores sculperetur, ad pulchritudinem expoliretur, ac tandem formaretur in Deum. Ob hanc causam propheta, in primo quidem psalmo, ab impietate primum nos separat et a peccatis : in secundo autem subdemonstrat cujus hæreditas simus, cuique adhærere et adjungi nos oporteat : in tertio, prædicit insidias et congressus inimici, adversus eos qui Deo conjuncti sunt : deinde sanationes et curas passionum, quæ in nobis insunt, et calamitatum, subjicit.

Ἔστι δὲ καὶ λόγος ἕτερος, ὅτι ποτὲ τῶν Ἰουδαίων καταφρονησάντων τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν πατρίων ἐθῶν λαβόντων λήθην, καὶ πολὺ μάλιστα τῶν Γραφῶν παρερρύησαν αἱ βίβλοι, καὶ διεφθάρησαν. Ὕστερον δὲ περὶ τὴν συναγωγὴν αὐτῶν σπουδάσας, εἴτε Ἔσδρας, εἴτε Ἐζεκίας, καὶ οὐκ ἀθρόως, ἀλλὰ καθ' ἕνα τούτους ἀναλεγόμενος, πρὸς τὸν χρόνον τῆς εὑρέσεως ἑκάστου, καὶ τὴν φαινομένην τάξιν ἐπέθηκεν· οὐ καθ' οὓς ἐλέχθησαν χρόνους, ἀλλὰ καθ' οὓς εὑρέθησαν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, ὅτι μὴ παρὰ τοὺς χρόνους, ἀλλὰ παρὰ τὰς ἡμέρας μᾶλλον, ἐν αἷς τὸ πρῶτον ἐποιήθησαν οἱ ψαλμοί, τὸ μετὰ τοῦτο συνετάγησαν. Γένοιτο δ' ἂν οὕτω φανερώτερον τὸ λεγόμενον· πρῶτον Θεοῦ σύλληψις, εἶτα γέννησις, εἶτα κλῆσις καὶ περιτομὴ καὶ προσαγωγὴ πρὸς τὸν ναὸν, καὶ ὑπάντησις, μετὰ τριάκοντα χρόνους ἡ βάπτισις, ἡ φανέρωσις, ἡ διδασκαλία, τὰ θαύματα, τὰ παθήματα, καὶ πάντων ἔσχατον ἡ ἀνάστασις· ἀλλ' ἡμῖν γε τοὐναντίον ἐπὶ τῶν ἑορτῶν ἔχει τὰ διαστήματα, πρῶτον σύλληψις, εἶτ' εὐθὺς ἀνάστασις. Ὁρᾷς δση τῶν μὲν ἑορτῶν ἡ ἀπόστασις, τῶν δὲ ἡμερῶν ἡ συνάφεια; πάλιν ἀνάληψις, μεταμόρφωσις, εἶθ' ἡ γέννησις, εἶτα πάντων ἔσχατον ἡ φανέρωσις. Ὁρᾷς δση τῶν πραγμάτων ἡ ἀναντίωσις; καὶ ἡ μὲν τῶν ἐν μησὶν ἡμερῶν διεσώθη τάξις, ἡ δὲ τῶν πραγμάτων αὐτῶν διακόπη μάλιστα, καὶ γέγονε τάξις ἐν ἀταξίᾳ τις.

B Est et alia præterea hujus ordinis ratio. Judæis enim Deum olim negligentibus, omnes patrii mores prorsus pene oblivioni dati sunt, unde quam plurimi sacræ Scripturæ libri, eorum ignavia perierunt. Cumque Esdras seu Ezechias, quisquis eorum fuerit, utilitatis publicæ certe studiosus, hujusmodi psalmos, non tamen una omnes, sed singulares ac dispersos reperisset, collectos postea et in unum compositos, eo ordine quo reperti sunt, ita in publicum edidit, habita temporis ratione, non quo confecti sunt, sed quo inventi. Illud etiam dici potest quod psalmi non juxta tempora, sed juxta dies, quibus primum compositi sunt, ita postea in unum ordinati fuere. Quod dicimus manifestius fiet ex his quæ subjiciam. Christi conceptio tempore primum fuit; postmodum nativitas, deinde impositio nominis et circumcisio : post hæc adductio in templum et hypantesis [hoc est *obviatio*, quam Latini purificationem Virginis appellant] ; demum post triginta annos baptismus et manifestatio Domini : deinde doctrina, miracula, passiones, et postremo resurrectio. Verum apud nos festivitates istæ alio ordine atque alio intervallo celebrantur. Primo enim conceptionem, ac deinde statim resurrectionem celebramus. (6) Vides quanta sit temporis festivitatum distantia et dierum conjunctio. Rursus assumptio, transfiguratio, nativitas, et deinde postrema omnium apparitio ac manifestatio celebratur. Vides quanta sit rerum diversitas Ordo quippe dierum in mensibus servatus est, rerum autem valde disjunctus : et factus est ordo quidam, quasi sine ordine.

C

Ἀλλὰ καιρὸς διδάξαι λοιπὸν, καὶ τίς ἡ ἐν πολλοῖς τῶν ψαλμῶν ἀσάφεια, καὶ πόσαι μεταβολαὶ, καὶ παρὰ τίνων τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου πρὸς τὴν Ἑλληνίδα γεγόνασιν. Αἰτία τῆς ἀσαφείας τῆς παλαιᾶς Γραφῆς, τό τε συμβολικὸν τῶν ὅσα Χριστὸν καὶ τὰ κατὰ Χριστὸν, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ τῆς νέας χάριτος προετύπουν, καὶ τὰ ἰδιώματα τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου πρὸς τὴν Ἑλληνίδα. Διαφόροις γὰρ κέχρηται τὸ προφητικὸν ἔθος εἰ καὶ μὴ ἐν πᾶσι· συν-

D Sed tempus est ut jam deinceps doceamus, quænam sit obscuritatis ratio, quæ in multis psalmis reperitur, et quot translationes sint, ex Hebraica lingua in Græcam, et a quibus factæ. Quod igitur tam multa in veteri Scriptura obscura inveniantur, in causa sunt figuræ, quæcunque Christum, illiusque actiones, et novam gratiam præsignabant (omnia quippe hæc quæ ad gentium vocationem pertinere videbantur, prophetæ de industria obscure

Variæ lectiones.

(5) Scribendum fortasse αὐτῷ.
(6) Græce per interrogationem efferuntur, ut et paulo post : *Vides quanta*, etc.

Digitized by Google

admodum pertractarunt : ne si invidentissima illa Judæorum gens futuram primogeniti Israelis ruinam et gentium adoptionem cognovisset, sacros libros, ubi hæc prædicta sunt, omnes igni tradere, atque eorum memoriam obliterare studeret, neque enim alioquin sustinuissent tanta adversus se ferri testimonia. Unde non mediocre damnum posteris illatum fuisset, quod Dei consilium quodam in loco unus prophetarum nobis indicavit, dicens ex persona Dei ad Judæorum gentem [17] : *Neque credidisti, neque a principio aperui tibi aures. Noveram enim quod inobediens non pareres*). Præterea obscuritatis alia etiam est ratio, idioma scilicet Hebraicæ linguæ diversum a Græca : variis enim ac multiplicibus loquendi modis prophetæ sæpenumero usi sunt, (quanquam non sic semper,) adumbrate etiam multa dixere, ob incredulitatem et duritiem auditorum : quæ tamen paucioribus ac sanctis viris revelata sunt, quæque a solo rerum exitu ac fine recte judicantur. Postremo etiam illa addatur ratio, quod de patria ac propria Hebraica lingua in aliam, antiqua omnia legimus translata. Omnis autem lingua in aliam conversa, ut plurimum, difficultatem atque obscuritatem generat. Translatio ista facta est tempore, quo Ptolemæus Philadelphus, regnum Ægypti administrabat. Septem enim fuere translationes Veteris Testamenti.

A ἐσκιασμένα γὰρ τὰ πλεῖστα διὰ τὴν τῶν ἀκροατῶν ἀπείθειαν καὶ σκληρότητα, καὶ ὀλίγοις τῶν ἁγίων παραγυμνούμενα, καὶ ὀρθῶς ἀπὸ τοῦ τέλους μόνου κρινόμενα. Τελευταῖον δὲ αἴτιον, ἡ ἀπὸ τῆς Ἑβραΐδος ἐπὶ τὴν Ἑλληνίδα γλῶτταν τούτων μεταβολή· πᾶσα γὰρ γλῶττα μετατιθεμένη πρὸς ἀλλοτρίαν, ὡς ἐπίπαν, ἔχει τὸ ἀσαφὲς καὶ δυσκατανόητον. Μεθηρμηνεύθησαν δὲ ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου, διέποντος τῆς Αἰγύπτου τὴν βασιλείαν. Ἐπτὰ δὲ τῆς παλαιᾶς Γραφῆς μεθερμηνεύσεις γεγόνασι

Prima a LXX viris facta, qui Hebræi erant et electi fuerunt, juxta numerum septuaginta seniorum, quos elegit Moyses. Hi igitur, commemorati regis hortatu, ad hanc provinciam designati, in unam per omnia interpretationem convenere. Secunda Aquilæ Sinopensis. Hic Græcus fuit, atque e Ponto, et Hierosolymis baptizatus : deinde cum offensus inimicusque effectus esset quibusdam Christianis, spreto baptismate, Judæis se adjunxit, et Scripturam transtulit sub Adriano imperatore eo, qui lepram passus est CCC et XXX annis post translationem LXX. Hic itaque iratus Christianis, multa pervertit. Tertiam fecit Symmachus, patria Samaritanus : qui cum apud suos, quantum honoris optabat non assequeretur, Judæos adiit, et rursum circumcisus, in Samaritanorum offensam, sacram interpretatus est Scripturam, sub Severo imperatore. Qui etiam ut Judæis placeret, quæcunque ad Christum pertinebant, non sane transtulit : annis sex et quinquaginta post editionem Aquilæ. Quarta fuit Theodotionis Ephesii, qui cum ex Marcionis hæresi esset, aliquando offensus suis cohæreticis, propriam interpretationem edidit, sub imperatore Commodo. Quinta certum non habet auctorem; inventa est autem in Iliericho, dolio operta, sub Caracalla imperatore. Sexta sine auctoris nomine reperta est Nicopoli, apud Actium, sub Alexandro Mamææ imperatore. Septima prodiit a Luciano magno eremita et martyre : qui omnibus his editionibus visis, et cum Hebraica veritate diligentissime, et magno cum labore collatis, propriam editionem, nihil mancum et nihil habentem superfluum, Christianis tradidit : quæ apud Nicomediam, manu ejus conscripta reperta est in turre quadam, apud Judæos calce illita, post ipsius Luciani certamen, et post persecutionem, quæ a Diocletiano et (7)

B Πρώτη, ἡ τῶν ἑβδομήκοντα, οἵτινες Ἑβραῖοι ὄντες, ἐξελέγησαν κατὰ ἀριθμὸν τῶν ὑπὸ Μωσέως ἐκλεγέντων ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρων, κατὰ παράκλησιν τοῦ δηλωθέντος βασιλέως, καὶ σύμφωνον εἰς ἅπαν ἑρμηνείαν ἐξέθεντο. Δευτέρα, ἡ τοῦ Σινωπέως Ἀκύλα. Οὗτος γὰρ Ἕλλην ὢν ἐκ τῆς Ποντικῆς, ἐβαπτίσθη ἐν Ἱεροσολύμοις· εἶτα προσκρούσας Χριστιανοῖς τισιν, ἠθέτησέ τε τὸ βάπτισμα, καὶ συνδραμὼν Ἰουδαίοις, ἑρμηνείαν τῆς Γραφῆς ἐξέδωκεν, ἐπὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως τοῦ λεπρωθέντος, τὴν τῶν ἑβδομήκοντα, τριάκοντα καὶ τετρακοσίοις ἔτεσιν ὑστερίζουσαν. Πολλὰ δὲ παρέφθειρε, Χριστιανοῖς ἐγκοτῶν. Τρίτη, ἡ τοῦ Συμμάχου, ὃς ὢν Σαμαρείτης, καὶ μὴ τυγχάνων ὅσης ἐβούλετο τιμῆς, πρόσεισιν Ἰουδαίοις, καὶ δεύτερον περιτέμνεται, καὶ πρὸς ἀντιπάθειαν Σαμαρειτῶν, τὴν θείαν ἑρμηνεύει Γραφὴν, ἐπὶ Σεβήρου βασιλέως. Ὡς καὶ τοῖς Ἑβραίοις χαριζόμενος, ὅσα ἦν περὶ Χριστοῦ παρερμήνευσε, μετὰ ἓξ ἔτη καὶ πεντήκοντα τῆς τοῦ Ἀκύλα ἐκδόσεως. Τετάρτη καὶ Ἐφεσίου Θεοδοτίωνος, ὃς τῆς αἱρέσεως Μαρκίωνος ὢν, καὶ μηνίσας ποτὲ τοῖς συναιρεσιώταις, ἔκδοσιν ἰδίαν ἐποιήσατο, βασιλεύοντος Κομμόδου. Ἡ δὲ πέμπτη ἑρμηνεία, πατέρα μὲν οὐκ ἔχει γνώριμον, εὑρέθη δ' οὖν ἐν Ἱεριχῶ, πίθῳ κεχρυμμένη, Καρακάλλου βασιλεύοντος. Καὶ ἡ ἕκτη δὲ, ἀνώνυμος οὖσα, τὴν εὕρεσιν ὁμοίαν ἔσχεν ἐν Νικοπόλει, τῇ κατὰ τὸ Ἄκτιον, ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίου. Ἑβδόμη δὲ προέβη παρὰ Λουκιανοῦ τοῦ μεγάλου ἀσκητοῦ καὶ μάρτυρος, ὃς ταῖς προρρηθείσαις ἐπιστήσας ἐκδόσεσι, καὶ τοῖς Ἑβραϊκοῖς φιλοπονώτερον ἐντυχὼν, καὶ ἀκριβωσάμενος ἔκδοσιν ἰδιόκληρον, καὶ μηδὲν ἐλλεῖπον ἢ περιττὸν ἔχουσαν, Χριστιανοῖς ἐποιήσατο, ἥτις εὑρέθη κατὰ Νικομήδειαν, ἰδιόγραφος αὐτοῦ, ἐν πυργίσκῳ, παρὰ Ἰουδαίοις κεχρισμένῳ κονιάματι, μετὰ τὴν ἄθλησιν αὐτοῦ, καὶ τὸν παρὰ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ διωγμὸν, Κωνσταν-

[17] Deut. III, 23.

Variæ lectiones.

(7) Cod. Ven. Μαξιμιανοῦ, *Maximiani*, et recte quidem.

Digitized by Google

τίνου τοῦ Μεγάλου τὴν βασιλείαν διέποντος. Αὕτη συνάδει τῇ τῶν ἑβδομήκοντα, τὰ περιεφθαρμένα τῶν ἄλλων ἀθετοῦσα.

Maximino facta est, sub magno imperatore Constantino. Hæc cum LXX Interpretum editione consentit, et quæ ab aliis depravata fuerant, reprobavit.

Ἐκεῖνο μὲν οὖν πρόδηλον, ὅτι καθάπερ τὰ θρέμματα τοῖς αὐλήμασιν, οὕτω δὲ καὶ ὁ πολὺς ἄνθρωπος ἄγεται καὶ καλεῖται μέλεσι. Πολὺ δὲ παρ' ἡμῖν τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος, καὶ οὐκ ἔλαττον τὸ ἄωρον τοῦ καθεστηκότος, τὸ ἄγριον τοῦ ἡμερωτέρου, τὸ ἀπαίδευτον τοῦ πεπαιδευμένου. Καὶ ἐν αὐτῷ μὲν τῷ ἄῤῥενι τὸ μὲν λογικὸν τῆς ψυχῆς μέρος· τὸ δὲ ἄλογον καὶ θηριῶδες, ὧν πάντων ἡ ἡδονὴ κρατεῖ. Διὰ γοῦν ταῦτα καὶ μέλος τῶν ψαλμῶν, δι' οὗ συνειλεῖται, καθάπερ διὰ περόνης, ταῖς ψυχαῖς ἡ ἀπὸ τούτων ὠφέλεια, τὸ αὐστηρὸν τῶν πνευματικῶν φαρμάκων, ὡς μέλιτός τινος, συναλοιοῦντος τούτου, καὶ καταφαρμακεύοντος, καὶ τοῖς ᾠδαῖς τὰ λυσιτελῆ παραρτύοντος. Τὸ χαριέστερον γὰρ ᾠδαῖς ἐγκαταδύνει, καὶ μονιμώτερον γίνεται. Πρῶτον μὲν τοῦτο τοῦ μέλους αἴτιον. Ἐπεὶ δὲ διὰ τῆς ἀπατηλῆς ἡδονῆς ἀπόλλυσι τὸν ἄνθρωπον ὁ ἐχθρὸς, πάλιν διὰ τῆς ἀτέχνου (8) ταύτης καὶ οἰκονομικῆς ἀνασώζεσθαι τοῦτον ὁ Θεὸς ἐπενόησεν. Αἴτιον καὶ τοῦτο δεύτερον τοῦ μελίσματος. Τὸ δὲ τρίτον, ὅτι (9) καὶ ἀγάπην ἐπινενόηται καὶ ὁμόνοιαν, ὥσπερ τὰς γλώσσας τῶν ᾀδόντων, οὕτω καὶ τὰς γνώμας εἰς ἓν συνάγειν δυνάμενον, καὶ συναρμολογεῖν, πάσας τε καὶ ἑκάστην ἑκάστῃ καὶ πάσαις· τί γὰρ οὕτως ἐστὶ διαλλακτήριον, ὡς ᾆσμα κοινὸν ἱκετήριον, ἐξ ἑκάστου καὶ πάντων ὑπὲρ ἑκάστου καὶ πάντων ἀναφερόμενον; Καὶ χωρὶς δὲ τούτων, πολλὴν ἔχει τὸ μέλος δύναμιν πρὸς ἤθους κατασκευὴν, ἢ ἐπανόρθωσιν, μεταλλάττων καὶ ῥυθμίζων αὐτό· σωφρονικά τε γὰρ παρὰ τοῖς ἀρχαιοτέροις εἶναι (10) μέλη, καὶ τούναντίον ἐρωτικὰ, καὶ πολεμοποιὰ, καὶ εἰρηνικὰ, καὶ λυπηρὰ, καὶ χαρίεντα, καὶ ῥωννύοντα, καὶ ἀμβλύνοντα. Φασὶν ὅτι καὶ Πυθαγόρας, μειράκιον ἐκτόπως ἐρῶν, μεταστρέψας τὸν αὐλὸν, μετέστρεψε καὶ τοῦ ἔρωτος· καὶ ἄλλο μετὰ ξίφους ὁρμῶν ἐξέλυσεν. Ὁ δὲ Τιμόθεος μεταξὺ τραπέζης καὶ ἡδονῆς τὸν νόμον ᾄσας τὸν ὀρθιον, τὸν θυμὸν ἤγειρε τοῦ Μακεδόνος, καὶ ἁρπάσαντα τὴν σκευὴν ἀναπηδῆσαι πεποίηκε. Οὕτω γοῦν ἡμῶν ἡ φύσις οἰκείως ἔχει πρὸς τὰ μέλη τῶν ᾀσμάτων καὶ ἡδέως, ὡς καὶ τὰ ὑπομάζια παιδία κλαυθμυριζόμενα, τούτοις καὶ μόνοις κατακοιμίζεσθαι· κατεπάδουσι γὰρ ᾄσματα παιδικὰ τούτοις αἱ τίτθαι, καὶ δι' αὐτῶν κατακοιμίζουσι τὰ βλέφαρα. Καὶ ὁδοιπόροι δὲ, πολλάκις κατὰ μεσημβρίαν ἐλαύνοντες, ᾄσμασι παραμυθοῦνται τὴν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ταλαιπωρίαν. Καὶ χειροτέχναι πάντες ἐργαζόμενοι ᾄδουσιν, ὡς τῇ ψυχῇ τῷ μέλει κυκλουμένῃ, καὶ ῥᾴον φερούσῃ τὰ ὀχληρὰ καὶ ἐπίπονα. Καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῶν λογικῶν; ὅπου γε καὶ ἵπποι σάλπιγγος μὲν ἀκούοντες, πρὸς πόλεμον εὐτρεπίζονται· θρέμματα δὲ ταῖς σύριγξιν ἕπονται, καὶ τόγε πλέον τέρπονται, καὶ

Illud autem omnibus manifestum est, quod quemadmodum greges fistula, sic etiam multi hominum aguntur et mulcentur carminibus : inter homines autem multo magis femina quam vir ; nec minus etiam is qui immaturæ est ætatis, quam qui senio confectus ; aut qui ferocior est, quam qui mitior ; aut docto indoctior : et in ipso quidem homine alia est rationalis animæ pars et alia irrationalis ac ferina, quas omnes tamen voluptas vincit ac superat. Hac igitur de causa psalmorum cantus introductus est, per quem utilitas, quæ ab ipsis psalmis provenit, humanis animis veluti per fibulam quamdam adnectitur et conjungitur : ipso scilicet cantu, quasi melle quodam, alterante ac moderante spiritualis medicinæ austeritatem, et utilia dulcibus condiente. Nam quod gratum est, id jucundius recipitur et constantius retinetur. Hæc est igitur prima cantus ratio. Secunda vero illa est : quia inani ac falsa voluptate, dæmon hominem perdiderat, cogitavit Deus per eamdem, artificiose dispositam, illum rursus salvare. Tertio, cantus ad mutuam concordiam et dilectionem inventus est : utpote qui possit, ut canentium voces, ita et eorum animos, in unum componere. Quid enim est quod ita inimicitias generet, ut cantus amicitiam et amorem conciliat ? ille videlicet cantus, qui a singulis atque ab omnibus, pro singulis et pro omnibus communiter offertur Deo. [Aut quisnam adeo est immitis et ferox, qui illum possit inimicum ducere, quem sciat Deum pro se placasse ?] Multam præterea vim harmonia habet et cantus, ut possint et bonos mores parare, et labantes, aut perditos dirigere, atque in melius componere. Legimus etiam apud antiquos auctores, varia fuisse cantuum genera, ita ut alii casti essent et temperati, alii amatorii, alii etiam bellici, sic et pacifici et mœsti ac lugubres : alii denique robur, et alii hebetudinem præstantes. Aiunt enim Pythagoram, adolescentis immodice amantis, mutatis tibiæ modis, amorem simul mutasse, et alium gladio insilientem pari modo molliisse ac compescuisse : et Timotheum in cœna, atque inter voluptates, dum cantum quemdam caneret, qui Orthius dicebatur, animum ferunt Macedonis excitasse atque effecisse, ut, arrepta armatura, protinus exsiliret. Adeo enim humana natura cantibus familiaris est, eisque delectatur, ut vagientes etiam infantes his solis compescantur. Canunt quippe illis nutrices pueriles nænias, quibus eorum oculi sopiuntur. Viatores præterea, sæpius de media die fatigati,

Variæ lectiones.

(8) Ἴσ. ἐντέχνου, ut et Latinus legit interpres.
(9) Ἴσ. ὅτι εἰς, exploso καί.
(10) Desideratur, vel certe subauditur verbum, quo infinitus εἶναι regatur.

Digitized by Google

itineris laborem, cantu ac carmine consolantur. Omnes etiam artifices operando cantant, quasi operantis animus carmine mulceatur, et canendo facilius molestias omnes perferat ac labores. Sed quid opus est rationales homines percensere quando irrationalia ipsa, equi nimirum, tuba ad prælium parentur, et oves fistulam sequantur, ac tunc magis gaudeant et pinguescant? et feris multis cantus et carmina, solatio sint, multis ea sint pro plagis, aut laqueis? ipse siquidem unicornis pulchritudine ac cantu superatur.

A παίονται· πολλοῖς δὲ καὶ θέλγητρα ταῦτα θηρῶν, καὶ θήρατρα· καὶ ὄγε μονόκερως, μέλους καὶ κάλλους λάφυρον.

Verum ii qui divina doctius ac sublimius interpretati sunt, aiunt per cantum organicum concinnitatem animæ significari. Animæ autem concinnitas est consonantia quædam et concentus illarum partium et potentiarum quæ intra animam sunt: de qua latius dicemus. Consonantia enim est harmonia rerum differentium quidem per sese, sed in unam postea consentientium et convenientium melodiam. Hoc autem videre licebit, quando præcipue consonantiarum rationes, interioribus animæ partibus congruerint: et aliud quidem in primo sit ordine, et tantummodo imperet, nunquam serviat (rationalem partem dico), aliud autem (pars scilicet irascibilis) medium locum habeat, et regatur a primo, ipsum autem posteriori imperet: quod vero extremum tenet locum, pars sit concupiscibilis, quæ tantum pareat, nunquam imperet. Tunc siquidem animæ consonantia inveniri poterit (rationalis dico partis ad irascibilem), ut ejus chordæ, quæ Hypatæ dicitur, ad Mesen. Hanc enim supremam et gravissimam vocem appellant, quæ servat consonantiam diatessaron; similiter et irascibilis ad concupiscibilem, ut Mesæ chordæ, ad eam quæ dicitur Nete: hanc autem altissimam atque acutissimam vocem nominant, quæ est diapente. Eodem modo etiam irascibilis ad concupiscibilem, ut chordæ illius, quam Hypaten diximus ad Neten, hanc siquidem vocem, quæ de gravisima acutissimaque conficitur, Diapason appellant. Quod si par est, non loca, aut nomina, attendere, sed vim potius ipsam sequi, et rerum efficaciam: rationalis pars sane potius Mese appellanda est, eo quod ad irascibilem, quasi ad chordam Neten (hæc enim acutissima est et concitatissima animæ pars) eam rationem consonantiæ habeat quæ est Diapente; et ad concupiscibilem ut ad Hypaten (hæc enim latior est et mollior) rationem eam servat quæ est Diatessaron, intensionemque illius, et hujus remissionem coaptat atque conciunat; qua mistura optimam harmoniam perficit. His itaque sic præmissis, restat ut dicamus, quomodo divinus Spiritus unus cum sit, aliquando singulari numero dicatur: ut illud [18]: *Spiritus Domini super me: propterea unxit me;* item [19]: *Spiritum sanctum tuum ne auferas a me:* item [20]: *Et Spiritus oris ejus omnis virtus eorum;* et aliquando plurali: *Spiritus*, inquit [21], *prophetarum prophetis subjecti sunt;* item [22]: *Requiescent super eum septem spiritus.* Manifestum est autem Spiritum quidem unum esse quemadmodum et unum Artificem, instrumenta autem plura. Organa enim Artificis fuerunt

B

C

D

Ἀλλ' οἴγε τὰ θεῖα κομψότερον ἑρμηνεύοντες, φασὶ, διὰ τοῦ ὀργανικοῦ μέλους τὴν ἐμμέλειαν ὑποσημαίνεσθαι τῆς ψυχῆς. Μουσουργία δὲ ψυχῆς, ἡ τῶν ἔνδον αὐτῆς μερῶν συμφωνία, περὶ ἧς ἐροῦμεν πλατύτερον. Συμφωνία γάρ ἐστιν ἁρμονία διαφερομένων μὲν, ὁμολογούντων δέ· τοῦτο δὲ ἔστιν ἰδεῖν, ὅταν οἱ κάλλιστοι τῶν συμφωνιῶν λόγοι τοῖς ἔνδον τῆς ψυχῆς μέρεσιν ἐφαρμόσωσι, καὶ τὸ μὲν τὴν πρώτην ἔχῃ τάξιν, καὶ μόνον ἄρχῃ, λέγω δὲ τὸ λογιστικόν· τὸ δὲ τὴν μέσην, οἷον τὸ θυμικὸν, ὑπὸ τοῦ πρώτου μὲν ἀρχόμενον, ἄρχον δὲ τοῦ τελευταίου· τὸ δὲ τὴν ἐσχάτην, ὡς τὸ ἐπιθυμητικὸν, ἀρχόμενον μόνως. Τότε γὰρ ἂν εἴη καὶ συμφωνία ψυχῆς· τοῦ μὲν λογιστικοῦ πρὸς τὸ θυμοειδὲς, ὡς ὑπάτης πρὸς μέσην, τοῦτο γὰρ τὸν ἀνώτατον καὶ βαρύτατον καλοῦσι φθόγγον, τὴν διὰ τεσσάρων συμφωνίαν σώζοντος· τοῦ δὲ θυμοειδοῦς πρὸς τὸ ἐπιθυμητικὸν, ὡς μέσης πρὸς νήτην, τοῦτο γὰρ τὸν ἀκρότατον καὶ ὀξύτατον ὀνομάζουσι τὴν διὰ πέντε πάλιν· αὐτοῦ δὲ τοῦ λογιστικοῦ πρὸς τὸ ἐπιθυμητικὸν, ὡς ὑπάτης πρὸς νήτην· τοῦτο γὰρ λέγουσι τὸν βαρύτατον πρὸς τὸν ὀξύτατον τὴν διὰ πασῶν. Εἰ δὲ δεῖ μὴ τοῖς τόποις καὶ τοῖς ὀνόμασι προσέχειν, ἀλλὰ ταῖς δυνάμεσι καὶ τοῖς ἐνεργήμασιν, εἴη ἂν μέση μᾶλλον τὸ λογιστικόν· πρὸς μὲν τὸ θυμικὸν, ὡς πρὸς νήτην, τοῦτο γὰρ τὸ ὀξύτατον, καὶ ὁρμητικώτατον τῆς ψυχῆς μέρος τοὺς λόγους τῆς διὰ πέντε σῴζον συμφωνίας· πρὸς δὲ τὸ ἐπιθυμητικὸν, ὡς πρὸς ὑπάτην, τοῦτο γὰρ αὐτῆς τὸ χαλαρώτερον καὶ χαυνότερον, τοὺς τῆς διὰ τεσσάρων· κἀκείνου μὲν τὴν ἐπίτασιν, τούτου δὲ τὴν ἄνεσιν ῥυθμίζον καὶ κατακιρνῶν, καλλίστην ἁρμονίαν ἐργάζεται. Τούτων οὖν προαποδεδομένων ἡμῖν, ἔστι παραστῆσαι βούλεται, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν λείπεται, πῶς ἓν ὂν τὸ θεῖον Πνεῦμα, ποτὲ μὲν ἐνίζεται· *Πνεῦμα* γὰρ, φησὶ, *Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με·* καὶ· *Τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ·* καὶ· *Τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν·* ποτὲ δὲ πληθύνεται· *Πνεύματα* γὰρ, φησὶ, *προφητῶν, προφήταις ὑποτάσσεται·* καὶ· *Ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἑπτὰ πνεύματα.* Δῆλον οὖν ὅτι τὸ μὲν Πνεῦμα ἓν, καθάπερ καὶ ὁ Τεχνίτης εἷς· ὄργανα δὲ, πολλά· τοῦτο γὰρ οἱ προφῆται, καὶ διὰ τοῦτο διάφορα καὶ τὰ κρούματα, ἢ ἐμπνεύματα. Καὶ οὐκ ἐπὶ πολλῶν μόνον πολλὰ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ πολλὰ καὶ διάφορα, τοῦ Τεχνίτου τὰ μὲν ἐνιέντος, τὰ δ' ἐπιτείνοντος, τὰ δὲ μεταβάλλοντος, τὰ δὲ καὶ κιρνῶντος· πάντα μὲν οὖν οὐδαμῶς· τίς γὰρ αὐτῶν ἀτόμων ἡ γνῶσις; τὰ γενικώτατα δὲ, μέχρι τῶν ἰδικωτάτων ὥρισται, κατά τε ποιότητα καὶ ποσότητα· πειραιτέρω γὰρ οὐ πρόεισι τῶν ἑπτά.

[18] Psal. xliv, 8. [19] Psal. l, 13. [20] Psal. xxxii, 6. [21] I Cor. xiv, 32. [22] Isa. xi, 2.

Digitized by Google

prophetæ, unde et variæ sunt organorum voces ac soni, nec tantum in variis instrumentis varia hæc esse reperiuntur, sed in uno atque eodem multiplicia ac diversa, Artifice scilicet hæc laxante, illa intendente, alia immutante, alia etiam miscente ac temperante. Omnia vero et singula Spiritus organa definiri non possunt, cum nulla sit individuorum cognitio : possunt tamen eorum diversa genera et species secundum qualitatem et quantitatem definiri, atque ideo non plus quam septem esse dicuntur.

Λοιπὸν οὖν ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς τρόπους τῆς προφητείας· ὁ μὲν γὰρ τῶν παρελθόντων, ὁ δὲ τῶν ἐνεστώτων, ὁ δὲ τῶν μελλόντων τὴν γνῶσιν ἔσχηκεν· ὁ μὲν, τόδε τι λέγων, ὁ δὲ, τόδε τι πράττων· καὶ ὁ μὲν, ἐναργῶς· ὁ δὲ, αἰνιγματωδῶς. Καὶ τρόποι πάλιν τούτων τῶν τρόπων ἕτεροι· ὁ μὲν δι' ὁράσεως, ὁ δὲ δι' ἀκοῆς, ὁ δὲ δι' ὀσφρήσεως καὶ συνέσεως, ἢ ἁφῆς, νοερῶς πάντα· τοσαῦται γὰρ καὶ νοὸς αἰσθήσεις, ὅσαι καὶ σώματος· ἀλλ' ὁράσεις λέγονται πᾶσαι, κατὰ τὸ γενικώτερον, ἢ τιμιώτερον. Ὁρᾷ μὲν οὖν Ἰεζεκιήλ· *Καὶ ἐώρων*, φησὶ, *καὶ ἀνέβαινον σάρκες, καὶ παρετείνετο δέρμα*, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀλλὰ καὶ ἀκούει· *Καὶ σὺ*, φησὶν, *υἱὲ ἀνθρώπου, ἄκουε τοῦ λαλοῦντος πρὸς σέ*· ἀλλὰ καὶ γεύεται· *Καὶ ἐψώμισε*, φησὶ, *τὴν κεφαλίδα ταύτην, καὶ εἶπε πρός με· Υἱὲ ἀνθρώπου, τὸ στόμα σου φάγεται, καὶ ἡ κοιλία σου πλησθήσεται τῆς κεφαλίδος ταύτης*· τὸ μὲν ἄκρον καὶ δραστικώτερον τοῦ νοὸς στόμα καλῶν, τὸ καὶ πρώτως ἀπογευόμενον τῶν θείων βρωμάτων· τὸ δεύτερον δὲ καὶ χωρητικώτερον, ἤτοι τὴν διάνοιαν, κοιλίαν ὀνομάζων, ἣν καὶ λέγει· Πλησθήσεται τῆς κεφαλίδος, ὡς ἐκ μικρῶν σπερμάτων τοῦ Πνεύματος, πολλῶν πληρουμένην ἄρα λογίων. Ὁρᾷ δὲ καὶ ἀκούει καὶ Ἡσαΐας· *Τίς*, φησὶ, *πορεύσεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον; Καὶ εἶπον, Ἰδοὺ ἐγώ, Κύριε.* Νῦν ὁ ἀκούων· τίς δὲ ὁ βλέπων; *Καὶ ἐώρων ἕως ὄρθροι ἐτέθησαν, καὶ Παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθησεν*, ἀμφοῖν τούτοιν τοῦ μὲν τὴν ἀνάστασιν, τοῦ δὲ τὴν κρίσιν μερισαμένων (11). Πολλὰ γοῦν τοῦ ἀκούειν, καὶ βλέπειν, καὶ γεύεσθαι τὰ παραδείγματα. Τίνα δὲ καὶ τοῦ ἅπτεσθαι; (12) Ναοὺμ τὸ θεῖον λῆμμα τὴν θεολῆψίαν οὕτω καλοῦντος, καθάπερ ἐπαρωμένου τοῦ ἡγεμονικοῦ τῆς ψυχῆς, καὶ τυπουμένου καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

A Cæterum de prophetiæ modis dicamus : alius enim præterita narrat, alius præsentia, et alius futura prædicit : et hic quidem aliquid dicens, ille vero aliquid faciens, alius item manifeste, alius vero obscure atque ænigmatice : horum etiam modorum, rursus alii sunt modi. Hic per visionem, ille per auditum, alius per odoratum, alius per gustum, et per tactum alius : omnia tamen secundum intellectum. Totidem enim sensus intellectus habet, quot corpus : verum omnes hi modi visiones etiam appellantur, vel quia generalior sit visionis modus, vel quia dignior. Vidit quidem Ezechiel : *Et vidi*, inquit, *et ascendebant carnes, et extendebatur cutis* [25]. Verum et alibi audivit, cum ait : *Tu, fili hominis, audi eum qui loquitur ad te* [26]. Alibi etiam gustavit dicens : *Et cibavit me illo volumine, et dixit ad me : Fili hominis, os tuum comedet, venter tuus implebitur hoc volumine :* summam illam nimirum efficacissimamque ac principem partem intellectus, quæ divinos cibos primum gustat, os, secundum vero et capaciorem admodum, mentem dico, ventrem appellans, quam volumine implendam esse dixit : quasi ex minimis Spiritus sancti seminibus, multis impleri deberet divinis eloquiis. Videt etiam et audit Isaias : *Quis*, inquit, *accedet ad hunc populum* [27] ? *Et dixi : Ecce ego, Domine.* Nunc igitur audivit, alibi vero vidit. *Et vidi*, inquit, *donec positæ sunt sedes, et qui Antiquus erat dierum, sedit.* Horum autem duorum prophetarum, ut vides, alter resurrectionem, et alter judicium sibi partiti sunt. Multa alia sunt, auditus, visus et gustus exempla. Tactus exemplum habes apud Naum : qui juxta translationem LXX, quod alii interpretes *Onus Ninive* reddiderunt, *Assumptionem Ninive* appellavit : assumptionem quamdam divinam, principalioris animæ partis intelligens, non secus ac si a sancto Spiritu, manibus quibusdam contrectata fuisset et formata.

B C D

Ἀλλ' ἵνα εἴπωμεν συντομώτερον, ἄλλων κατ' ἄλλον ἐνεργουμένων καὶ χρόνον καὶ τρόπον, καὶ κομιδῇ γε ὀλίγων καὶ ἐπ' ὀλίγου, κατὰ δύο μόνους χρόνους, ἢ καὶ τρόπους, πολλάκις τρεῖς· μόνος ὁ θεοπάτωρ οὗτος λέγοιτο δ' ἂν καὶ προφητοπάτωρ, δι' ἁπάντων ἦλθε καὶ χρόνων καὶ τρόπων· καὶ νῦν μὲν λέγει τὰ παρελθόντα, νῦν δὲ τὰ ὄντα, νῦν δὲ τὰ μέλλοντα, καὶ νῦν μὲν ὁρᾷ· *Καὶ εἶδε*, φησὶ, *τὸν Κύριον*, ἢ τὰ τοῦ Κυρίου· νῦν δὲ ἀκούει· *Εἶπε*, γὰρ, φησὶ, *Κύριος τῷ Δαβίδ*· νῦν δὲ ἅπτεται· *Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου, γλῶτταν οὐ τὴν ἔξω λέγων, λέγειν γὰρ ἂν αὐτὴν* (13)

Verum ut breviter sermonem expediamus, cum cæterorum prophetarum alii per varia tempora et modos : atque hi quidem pauci et raro, quippe cum per duo tantum tempora, vel modos, ad summum tres, agi eis contigerit, solus hic noster, Dei et prophetarum etiam Pater, omnia percurrit tempora et modos : et nunc quidem præterita dicit, nunc præsentia, modo etiam futura, et modo videt. *Vidit*, inquit, *David Dominum*, aut ea quæ Domini sunt : modo audit : *Dixit*, enim, inquit, *Dominus ad David* [28] : Nunc tangit : *Lingua mea*, inquit, *calamus scribæ velociter scribentis* . linguam,

[25] Ezech. XXXVII, 8. [26] Ezech. I, 1, 3. [27] Isa. VI, 8. [28] Psal. XLIV, 2.

Variæ lectiones.

(11) Ἴσ. μερισαμένοιν.

(12) Græcorum verborum sensus est : *Naum quidem* divinum lemma *dicit. divinam quamdam prehensionem sic appellans, quasi princeps animi pars prehenderetur.*

(13) Adde, vel subaudi ἐχρῆν, vel aliud hujusmodi.

Digitized by Google

inquam, non hanc exteriorem intelligens; quippe cum loqui eam potius quam scribere par fuisset, sed interiorem intellectus linguam, quæ novo atque ineffabili quodam modo, ipsum Spiritum tangebat, palpabatque eo nimirum modo, quo a scriptore tangitur calamus: per quem, ea quæ illi revelata erant, eleganter scribebat: neque id tantum, sed et velociter id agebat. Unde et manifestationem prophetiæ indicat, et vehementem etiam, ac validam Spiritus concitationem, dum velocissimo scribæ eam comparat. Alibi gustum sibi adesse attestatur dicens: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo* [37]. Ipsius etenim intellectus os ac fauces delectabantur, cum divina oraculorum eloquia deglutiret, ac rursus revocaret. Maximam enim propheta, tum deglutiendo ea, tum revocando percipiebat voluptatem. Alio etiam in loco eructasse dicit cor suum verbum bonum [38]: vim quamdam intellectus profundissimam, et ut ita dicam, omnium capacissimam sic appellans, veluti quæ omnibus sancti Spiritus cibis ad summum plena esset. Rarior in eo fuit odoratus figura: sed cæteris omnibus multo molestior. Nam quod legimus: *Myrrha et stacte et cassia a vestimentis tuis* [39], id ab eo dictum est, cum [adversus putredinem et corruptionem cicatricum suarum] bonum ac suavem Christi odorem præsensisset. Hoc pacto per omnia intellectus sensoria, scientias ac virtutes omnes spirituales adeptus est. Conditionem autem, atque habitum Prophetæ, oratione atque sermone suo clarum facit, cum nihil differat apud eum, præsentia dicere, aut futura. Sæpenumero non ordinem immutat, et aliquid ut jam factum narrat quod futurum est: contra etiam aliquando futura pro jam factis, cujusmodi illud est: *Quare insurrexerunt gentes* [40], [*et populi meditati sunt inania?*] *Et astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum*, etc., pro eo quod est, *Insurgent, meditabuntur, astabunt, convenient.* Item illud: *In flumine pertransibunt pede* [41], hoc est pertransierunt. Est enim hoc divini Spiritus peculiare, ut nihil præteritum ducat, aut futurum, cum illi omnia præsentia sint.

μᾶλλον, ἀλλ' ἢ γράφειν, ἀλλὰ τὴν τοῦ νοεῖν δηλονότι, καινόν τινα τρόπον ἐφαπτομένην τοῦ πνεύματος, ὡς ὑπογραφέως κάλαμος, δ.' αὐτῆς τὰς γνώσεις καλλιγραφοῦντος, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ὀξυγραφοῦντος· οὕτω διὰ μὲν τῶν γραμμάτων τὴν ἐνάργειαν τῆς προφητείας ἐδήλωσεν· τὴν ὀξύτητα δὲ, διὰ τῆς ὀξυγραφίας. Νῦν δὲ τὴν γευστικὴν ἑαυτῷ προσμαρτυρεῖ δύναμιν· *Ὡς γλυκέα* γὰρ, φησὶ, *τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου.* Καὶ γὰρ τὸ νοητὸν ἡδύνετο στόμα, τὰ λόγια τῶν χρησμῶν καταπίνον, καὶ αὖ ἀναφέρον, πολλῆς ἡδονῆς περί τε τὴν κατάποσιν καὶ τὴν ἀνάδοσιν αἰσθανόμενος· ἀλλαχοῦ δὲ καὶ τὴν καρδίαν ἐρευγομένην λέγει τὸ ἀγαθὸν, τὴν βαθυτάτην, ὡς ἂν εἴποις, καὶ ὑποδεκτικὴν πάντων τοῦ νοὸς δύναμιν, ὡς ὑπερεμπεπληρωμένην ὅλην καὶ ὅλων τῶν ἀγαθῶν ῥρωμάτων τοῦ Πνεύματος. Σπάνιος ὁ τῆς ὀσφραντικῆς ἐν αὐτῷ τύπος, καὶ πολὺ τῶν ἄλλων δυσφωρατώτερος· *Σμύρνα*, φησὶ, *καὶ στακτὴ, καὶ κασσία, ἀπὸ τῶν ἱματίων σου*, τῆς εὐωδίας τῆς κατὰ Χριστὸν ἀντιλαμβανόμενος. Οὕτω δι' ὅλων τοῦ νοὸς τῶν αἰσθήσεων, τῶν τοῦ Πνεύματος ὅλων ἀντελάβετο, καὶ γνώσεων καὶ δυνάμεων. Δηλοῖ δὲ τὴν προφητικὴν ἕξιν διὰ τοῦ λόγου, καὶ οὐδὲν αὐτῷ διαφέρον τὰ παρελθόντα (14) λέγειν, ἢ καὶ τὰ μέλλοντα. Πολλάκις γοῦν ἐναλλάττει τὴν τάξιν· καὶ τὸ μὲν, ὡς ἤδη γεγονότα λέγει τὰ γενησόμενα· τὸ δὲ τούναντίον· οὕτω γὰρ τό· *Ἵνα τί μὲν ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ παρέστησαν καὶ συνήχθησαν*, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, ἀντὶ τοῦ Φρυάξονται, καὶ Παραστήσονται, καὶ Συναχθήσονται. Τὸ δέ· *Ἐν ποταμῷ διελεύσονται ποδί*, ἀντὶ τοῦ, Διεληλύθεσαν, ὅ καὶ τοῦ θείου Πνεύματος ἰδιαίτατον, μηδὲν παρεληλυθὸς ἔχειν, ἢ μέλλον, ἀλλ' ἐνεστῶτα πάντα.

Iis omnibus consideratis, accedamus ad particularem uniuscujusque psalmi interpretationem, uno tantum necessario et generali dicto adhuc præmisso: quod non omnia dicta, uno modo interpretabimur, videlicet secundum historiam, aut secundum prophetiam, aut secundum allegoriam, aut secundum moralem sensum: sed unum atque idem dictum, sæpenumero variis sensibus subjiciemus. Nam quemadmodum in arboribus et seminibus, plura ac varia sunt germina et vires, siquidem in arbore et radix est, et truncus; item rami, cortex, folia et medulla: et in seminibus, herba, stipula, aristæ, squammulæ et fructus pro uno innumerabiles: sic etiam et multo magis in his quæ sunt spiritus. Neque accusabis auctorem de inventis, sed ignosces potius in omissis. Quis enim quod satis ac justum est digne dixerit? In univer-

Τοσαῦτα παραθεωρήσαντες, ἐπὶ τὴν κατὰ λέξιν ὁρμήσωμεν τῶν ψαλμῶν ἐξήγησιν, ἐκεῖνο κοινῶς καὶ ἀναγκαίως ἀποφηνάμενοι, ὡς οὐχ ἅπαντα τὰ ῥητὰ καθ' ἕνα τρόπον ἐξετασθήσεται, οἷον ἢ καθ' ἱστορίαν μόνον, ἢ κατὰ προφητείαν, ἢ κατὰ ἀλληγορίαν, ἢ κατὰ τὴν ἠθικὴν διδασκαλίαν· ἀλλὰ τὸ αὐτὸ πολλάκις πολλοῖς καὶ διαφόροις τρόποις ὑποβληθήσεται, καὶ ὥσπερ ἐν δένδροις, εἴτε καὶ σπέρμασι, πολλαί τινες αἱ ἐκφύσεις καὶ δυνάμεις· καὶ γὰρ ἐν δένδρῳ ῥίζα, καὶ στέλεχος, καὶ κλάδος, καὶ φλοιὸς, καὶ φύλλα, καὶ ἐντεριώνη· καὶ ἐν σπέρμασι χλόη, καὶ κάλαμος, καὶ ἀνθερίσκοι, καὶ λέπος, καὶ ὁ καρπὸς ἀνθ' ἑνὸς μυρίος, οὕτω καὶ πολλῷ πλέον ἐπὶ τοῦ Πνεύματος. Καὶ οὐ μέμψει τῶν εὑρεθέντων, ἀλλὰ συγγνώμῃ τῶν παρευρεθέντων· τῆς γὰρ ἀξίας οὐδεὶς ἂν δικαίως ἐφίκοιτο. Καθόλου δὲ εἰπεῖν, δυνάμεθα τοὺς ψαλμοὺς προσαρμόζειν, ἐχθροὺς τοῦ

[37] Psal. CXVIII, 103. [38] Psal. XLIV, 2. [39] Psal. XLIV, 9. [40] Psal. II, 1. [41] Psal. LXV, 6.

Variæ lectiones.

(14) Græce παρελθόντα, *præterita*. Saulus legit παρόντα.

Digitized by Google

Χριστοῦ νοοῦντες τοὺς ἐχθροὺς τῶν Χριστιανῶν δαίμονας, καὶ Σαοὺλ καὶ Ἀβεσαλὼμ, καὶ εἴ τις τύραννος, αὐτὸν δήπου τὸν διάβολον, καὶ πάντα ἐπιβούλους καὶ βλίβοντας καὶ καταδιώκοντας, καὶ ὅσα τοιαῦτα, τοὺς δαίμονας· Δαβὶδ δὲ, καὶ χριστὸν καὶ βασιλέα, τὸν καθ' ἕκαστον ἡμῶν· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ἐχρίσθη τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀρχῆς εἰς βασιλείαν, οὕτω καὶ ἡμεῖς τῷ ἐλαίῳ τοῦ βαπτίσματος εἰς βασιλείαν [15] τῶν ἐν οὐρανοῖς. Ὅσα δὲ τῶν ῥητῶν οὐ προσαρμόζουσι, ταῦτα ἐκφωνοῦμεν ἁπλῶς, ὡς φωνὰς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἁγιάζοντες διὰ τούτων ἑαυτούς, ὁποῖα τὰ τοῦ δευτέρου ψαλμοῦ καὶ τῶν τοιούτων. Ἀνεπίγραφος μὲν οὖν παρ' Ἑβραίοις ὢν ὁ πρῶτος ψαλμὸς, οὐδὲ παρὰ τῶν ἑρμηνευσάντων ἔτυχον ἐπιγραφῆς. Ἔστι δὲ οὐ μόνον ἠθικὸς, ἀλλὰ καὶ δογματικός· οὐ μόνον παραινεῖ προσέχειν τοῖς θείοις λόγοις, ἀλλὰ καὶ ἀσεβῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἁμαρτωλῶν, περιέχει κατηγορίαν καὶ τιμωρίαν.

A sum illud etiam sit dictum, quod possumus [nobis ipsis] omnes psalmos accommodare : pro inimicis Christi, dæmones Christianorum : inimicos pro Saule etiam et Absalone, aut si quis alius est hujuscemodi tyrannus, dæmonem pari modo intelligentes : quos omnes in figura signatos esse intelligimus, per beati David persecutorum atque insidiatorum personas. Quæ vero ipsi beato David et uncto et regi conveniunt, ea unicuique nostrum accommodabimus; nam quemadmodum ille regio oleo in regem unctus est, ita et nos oleo baptismatis ad regnum cœlorum. Quæcunque autem recte nobis congruere non possunt, ea simpliciter quasi sancti Spiritus voces efferemus, hujusmodi verbis nosmetipsos sanctificantes, qualia sunt quæ in secundo B sunt psalmo et in aliis similibus. Primus igitur psalmus quemadmodum apud Hebræos sine inscriptione habetur, ita ab omnibus interpretibus est dimissus. Est autem, non moralis tantum, sed dogmatis etiam refertus : neque enim tantum admonet, ut divinis insistamus eloquiis, sed impiorum, et aliorum delinquentium accusationem continet et supplicia.

Variæ lectiones.

(15) *Ισ.* τήν.

ΑΡΧΗ ΤΗΣ ΕΞΗΓΗΣΕΩΣ.

INITIUM EXPOSITIONIS.

ΨΑΛΜΟΣ Α'.

Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν. Μακάριος κυρίως μὲν ὁ Θεὸς, καθὼς φησιν ὁ παῦλος, *Ὁ μακάριος*, λέγων, *καὶ μόνος δυνάστης*. Παρεχώρησε δὲ διὰ τῆς προσηγορίας ταύτης καὶ ἡμῖν, ὡς καὶ τῆς Θεός, ὡς τό· *Ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε*, καὶ πολλῶν ἄλλων τοιούτων. Τὸ γοῦν ὄνομα τοῦτο, τῆς μὲν κατ' ἀρετὴν τελειότητος ὑπάρχει καρπός· δηλοῖ δὲ τὸν ἀνώλεθρον, ὡς ἑστερημένον πάσης κηρὸς, τοῦ μ πλεονάσαντος· συμπεριλαμβάνει δὲ καὶ τὴν γυναῖκα πάντως ὁ μακαρισμὸς, ὡς ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν· ***Κεφαλὴ μὲν γὰρ γυναικὸς ὁ ἀνὴρ***, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον· συνάπτεται δὲ τῇ κεφαλῇ τὰ μέρη τοῦ σώματος· καὶ ὧν ἡ ἀνθρωπότης κοινὴ, τούτων καὶ τὰ ἔργα καὶ ὁ μισθός. Τῇ φύσει δὲ τῶν πραγ-

PSALMUS I.

C

Vers. 1. ***Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiæ non sedit.*** Beatus proprie Deus est, ut inquit Paulus, de eo dicens [32] : ***Qui beatus est et solus potens :*** et tamen appellationem hanc nobis indulsit, quemadmodum et illam Dei [33] : ***Ego*** enim, inquit, ***dixi : Dii estis*** [*et filii Excelsi omnes*] ; et multa alia hujusmodi nomina nobis largitus est. Hoc autem beatitudinis nomen, fructus est illius perfectionis, quæ virtute constat : et juxta Græci nominis etymologiam immortalitatem significat : tanquam expertem mortis omnis, redundante μ ; quanquam sub masculina voce propheticus sermo prolatus sit, feminam tamen comprehendit, veluti D totum a parte. Nam secundum Apostolum [34] ***Mulieris caput est vir :*** conjunguntur autem capiti

[32] I Tim. VI, 15. [33] Psal. LXXXI, 6. [34] Ephes. V, 23.

Digitized by Google

cætera corporis membra : et quibus communis est humanitas, iis etiam opera communia sunt, et præmia. Rerum vero naturam secutus beatus David, congruum quemdam ordinem servavit in dictis suis. *Consilium.* Nam quod in corde residet, radix est operationum corporis : quemadmodum et Dominus docet, intus esse, inquiens, ea quæ coinquinant hominem. Unde primo consulimus; deinde consilium firmamus, ac demum obfirmato consilio insistimus. Quia etiam impius is dicitur, qui vel Deum non colit, vel plures colit : et peccator ille est, qui licet fidelis sit, pravis tamen ac perditis est moribus : et pestis merito is dici potest, qui non ipse tantum peccat, sed morbo suo alios inficit : idcirco Propheta beatos eos appellat, qui tria hæc vitia prorsus vitaverint : qui videlicet impiis consiliis (quæ adversus religionem in Deum sunt) non communicaverint, ne obiter quidem atque in transitu (ita enim puto significare dictionem, *abiit*), quique cum peccatoribus in pravo aliquo opere diu non constiterint : tametsi modicum quid propria infirmitate aliquando ad id rapti sint : et postremo, qui cum pestilentibus hominibus non perseveraverint : cum his, inquam, qui in concupiscentiis ac vitiis suis constantiores sunt ac stabiliores : et qui per cathedram a Propheta subsignari videntur. Vel aliter : Consilium impiorum pro consilio et conventu intelligendum (quemadmodum Aquila et Theodotion interpretati sunt) : viam vero peccatorum, dæmonem. Nam qui in dæmone non steterit, ad Christum veniet, qui dixit [35], *Ego sum via* : qua nimirum homines ad virtutem perveniunt. Item cathedram pestilentiæ pro doctrina non sana; sed quoniam ad perfectionem virtutis consequendam, non satis est fugere a malo, *Decline* [36] enim, inquit, *a malo et fac bonum*; et Isaias [37] : *Cessate ab iniquitatibus vestris, et discite bona facere* : idcirco valde consequenter adjunxit :

A μάτων ἐπόμενος ὁ Δαβὶδ, τάξιν τινὰ τοῖς ῥητοῖς ἐπέθηκε (16). Ῥίζα γὰρ ἡ ἐν τῇ καρδίᾳ βουλὴ, τῶν διὰ τοῦ σώματος ἐνεργημάτων, ὡς καὶ ὁ Κύριος ἔνδον φησὶ τὰ κοινοῦντα. Ὅθεν βουλευόμεθα μὲν πρότερον, εἶτα ἱστῶμεν τὸ βούλευμα· εἶθ' οὕτω τοῖς βουλευθεῖσιν ἐναπομένομεν. Ἐπεὶ δὲ ἀσεβὴς μὲν, ὁ ἄθεος, ἢ πολύθεος· ἁμαρτωλὸς δὲ, ὁ εὐσεβὴς μὲν, παράνομον δὲ καὶ διεφθαρμένον βίον αἱρούμενος· λοιμὸς δὲ, ὁ μὴ μόνον αὐτὸς ἁμαρτωλὸς, ἀλλὰ καὶ ἄλλους διαφθείρων, καὶ τῆς νόσου ταύτης μεταδιδούς· μακαρίζει τὸν καὶ τοὺς τρεῖς ἀπεφυγόντα, καὶ μήτε τῇ τοῖς ἀσεβέσι βουλῇ κατὰ τοῦ ὄντος Θεοῦ κοινωνήσαντα, μηδ' ὅσον ἐν παρόδῳ· τοῦτο γὰρ οἶμαι τὴν πορείαν ἐνταῦθα σημαίνειν· μήτε τοῖς ἁμαρτωλοῖς τῆς ἐπὶ τοῦ κακοῦ στάσεως, εἰ καί
B πως συναρπαγείη, μήτε τοῖς λοιμοῖς τῆς ἐν τῷ τοιούτῳ πάθει μονιμότητος (17)· τοῦτο γὰρ ἡ ἐν *καθέδρᾳ* βούλεται. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως, βουλὴν μὲν ἀσεβῶν τὸ συνέδριον αὐτῶν ὑπολαμβάνειν, ὡς ὁ Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων ἡρμήνευσαν· ὁδὸν δὲ ἁμαρτωλῶν, τὸν διάβολον· ὁ γὰρ μὴ στὰς ἐν αὐτῷ, πρὸς Κύριον ἥξει, τὸν εἰπόντα· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς*, δι' ἧς βαδίζουσιν εἰς ἀρετὴν οἱ ἄνθρωποι· καθέδραν δὲ, τὴν διδασκαλίαν τῶν πονηρῶν. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἀπόχρη εἰς ἀρετῆς τελείωσιν ἡ τῆς κακίας φυγή· *Ἔκκλινον* γάρ, φησὶν, *ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν*· καὶ ὁ Ἡσαΐας· *Παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηρῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν*· μάλα εἰκότως ἐπήγαγεν·

VERS. 2. *Sed in lege Domini voluntas ejus et in lege ejus meditabitur die ac nocte.* Beatus, inquit, ille qui non modo commemoratis vitiis non communicavit, sed legi etiam divinæ suam conjunxit voluntatem, eadem volens, quæ jubet lex. Hoc unum perpetuo meditatur, eaque meditatione vitam ac conversationem moderatur, et dirigit. Hoc enim illud est, quod per Moysem olim nobis Deus mandavit dicens [38] : *Et erunt verba hujus legis semper in ore tuo, et meditaberis ea, sedens, surgens, et cubans : et habebis ea in manu tua, eruntque immobilia ante oculos tuos.* Deinde qui fructus inde oriatur ostendit.

C Ἀλλ' ἡ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. Μακάριος, φησὶν, ὃς οὐ μόνον οὐδενὶ τῶν προειρημένων ἐκοινώνησεν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ οἰκεῖον θέλημα συνήρμοσε, ταῦτα θέλων, ἅπερ ἐκεῖνος ὑπαγορεύει, καὶ τοῦτο διὰ παντὸς ἐμμελετῶν, εἰς τὸν ἑαυτοῦ βίον ἐντεῦθεν ῥυθμίζων. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Θεὸς διὰ Μωσέως ἐνομοθέτει, λέγων· *Καὶ ἔστωι τὰ ῥήματα τοῦ νόμου τούτου διὰ παντὸς ἐν τῷ στόματί σου, καὶ μελετήσεις ἐν αὐτῷ, καθήμενος, καὶ ἀνιστάμενος, καὶ κοιταζόμενος, καὶ ἀπαρτίσεις κατὰ τῆς χειρός σου, καὶ ἔστωι ἀσάλευτα πρὸ ὀφθαλμῶν σου.* Εἶτα δείκνυσι τὸν ἐκεῖθεν φυόμενον καρπόν.

VERS. 3. *Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, et folium ejus non defluet, et omnia quæcunque faciet prosperabuntur.* Qui ita se se habet, ut diximus, is instar arboris plantatus, juxta fluenta eloquiorum Dei atque illorum doctrina

D *Καὶ ἔσται* ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ· καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται, καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ, κατευοδωθήσεται. Ὁ γὰρ οὕτως ἔχων, οἷον παραπεφυτευμένος τοῖς τῶν θείων λογίων νάμασι, καὶ διὰ

[35] Joan. XIV, 6. [36] Psal. XXXVI, 27. [37] Isa. I, 17. [38] Deut. VI, 7.

Variæ lectiones.

(16) Addit βουλὴν, ut in codice suo legit et Latinus interpres.

(17) Græca verba ita sonant : *Id enim sibi volunt verba* in cathedra.

Digitized by Google

τῆς διδασκαλίας αὐτῶν ἀρδόμενος, θάλλει καὶ προκόπτει, δίκην δένδρου παραπεφυτευμένου τοῖς τῶν ὑδάτων ῥεύμασι, καρπὸν μὲν τὰς ἀρετὰς φέρων ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι, οὐκ ἀποβάλλων δὲ τὰ φύλλα, δηλαδὴ τὴν σκέπουσαν καὶ συντηροῦσαν αὐτὰς ταπεινοφροσύνην. Ἢ καρπὸν μὲν ὑποληπτέον τὸν ἀπὸ τῶν πόνων συλλεγόμενον πνευματικὸν πλοῦτον, φύλλα δὲ τὴν ἐπιθάλπουσαν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἧς οὐδένα καιρὸν ἀφίστανται, τὴν αἴσθησιν τῶν ἀλγηδόνων ἀφαιρουμένης. Εἰκότως δὲ τὰ θεῖα λόγια ὕδασιν ἀπείκασεν, διὰ τὸ ποτίζειν καὶ παίνειν τὰς ψυχάς, ὡς ἐκεῖνα τὰ φυόμενα. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τὴν οἰκείαν διδασκαλίαν ἐκάλεσεν· *Εἴ τις διψᾷ*, λέγων, *ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω*· καὶ· *Ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, ὕδατος ζῶντος ποταμοὶ ῥεύσουσιν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ*· καὶ· *Ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα.* Τῷ δὲ τοιούτῳ ἀνδρὶ καὶ ὁ Θεὸς συνεργεῖ· πρὸς πάντα. Παρὰ Κυρίου γάρ, φησὶ, τὰ διαβήματα αὐτοῦ, κατευθύνεται, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει σφόδρα. Καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ λέγει πάλιν· *Τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθόν.* Τὸ δὲ, *πάντα*, πρόσκειται· μετὰ ἀκριβείας· ὁ γὰρ εἰς τοῦτο φθάσας, οὐδέποτέ τι κακὸν ποιῆσαι θελήσει· διὸ καὶ εὐδοκεῖται ἐν πᾶσι παρὰ Θεοῦ. Οὕτω διὰ τῶν ἀγαθῶν προτρέψας εἰς ἀρετὴν, καὶ διὰ τῶν ἐναντίων ἀλείψει τοὺς ἀθλητὰς ἐν τῷ εἰπεῖν·

Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως. Τουτέστιν, οὐχ ὡς ὁ προειρημένος ἀνὴρ θάλλουσι καὶ καρποφοροῦσι, καὶ τῶν ἄλλων ἀπολαύουσιν ἀγαθῶν. Διὰ δὲ τοῦ διπλασιασμοῦ τὴν ἀπαγόρευσιν ἐβεβαίωσεν.

Ἀλλὰ ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. Ὥσπερ ὁ ἄνεμος προσπεσὼν, ῥᾷον μεταφέρει τὸν χοῦν καὶ διασκεδάννυσιν, οὕτω καὶ τοὺς ἀσεβεῖς οἱ ἀντικείμενοι δαίμονες. Πρόσωπον δὲ τῆς γῆς, τὸ φαινόμενον αὐτῆς νοητέον. Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ νῶτα, διὰ τὸ βαστάζειν τὰ ἐπ' αὐτῆς σώματα· καθάπερ καὶ κόλπος, τὸ ταύτης βάθος. Ἀσεβεῖς δὲ ἐντεῦθα πάντας ὀνομάζει τοὺς ἄνω ῥηθέντας, κοινωσάμενος τὸ πρόσρημα. Νοοῖντο δ' ἂν ἀσεβεῖς καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, οἱ μὴ σεβόμενοι τὸν Υἱὸν, οἱ διεσκορπίσθησαν, τοῦ κηρύγματος τῶν ἱερῶν ἀποστόλων πνεύσαντος.

Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει. Ὅρα τοῦ θείου Πνεύματος τὴν ἀκρίβειαν· οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, *Οὐκ ἀναστήσονται*, ἀλλὰ καὶ τὸ, *Ἐν κρίσει*, προσέθηκεν. Ἀναστήσονται μὲν γὰρ καὶ οὗτοι, ἀλλὰ οὐχ ἵνα κριθῶσι· πῶς γὰρ (18) οἷγε αὐτῷ κατάκριτοι; *Ὁ γὰρ μὴ πιστεύων εἰς ἐμέ*, φησὶν, *ἤδη κέκριται*· ἀλλ' ἵνα τιμωρηθῶσι. Παρατηρητέον δὲ

perpetuo irrigatus, germinabit, fructumque (ipsas nempe virtutes) opportuno ferens tempore, folia non dimittet; hoc est humilitatem non deponet, quæ virtutes omnes, non secus ac proprios fructus protegit atque conservat. Vel aliter, per fructum intelligere possumus universas illas divitias quæ de spiritualibus laboribus congregantur: et per folia, virescentem spem salutis: quæ cum nunquam deficiat, omnium dolorum sensum tollit. Merito autem divina eloquia aquis comparavit, cum non minus animæ illis irrigentur atque impinguentur, quam aquis plantæ: unde et Christus doctrinam suam appellavit, dicens: [39] *Si quis sitit, veniat ad me et bibat: et qui credit in me, flumina viventis aquæ fluent de ventre ejus: et qui biberit de aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* Hujusmodi igitur viro, Deus cooperatur in omnibus: A Domino enim gressus ejus dirigentur, et viam ejus volet valde. Ipse etiam Apostolus: [40] *Diligentibus Deum*, inquit, *omnia cooperantur in bonum.* Dictio etiam, *omnia*, hic non otiose jacet. Nam qui ad hunc usque virtutis cumulum pervenerit, malum amplius aliquid facere nusquam sustinebit: qua ratione a Deo in omnibus prosperabitur: verum cum per bona ad virtutem superioribus exhortatus sit, deinceps, quasi virtutis athletam, oleo inunxit, dum ex contrariis munit, dicens:

Vers. 4. *Non sic impii, non sic.* Non ita florent impii, inquit, nec germinant aut fructum ferunt, nec tantis fruuntur bonis, quantis vir ille quem beatum diximus: et dum negationem repetit, quod negatum est magis confirmat. [Quomodo autem illis agendum sit subjicit.]

Sed tanquam pulvis quem projicit ventus a facie terræ. Quemadmodum irruentes venti, facile pulverem transferunt et dispergunt, ita et adversarii dæmones impios quosque facile dissipabunt. Per faciem vero terræ, ejus superficiem intellige: quam terræ humeros etiam appellant, eo quod ferat ac sustineat corpora omnia quæ in ea sunt: sicuti et terræ sinum eam partem dicunt, quæ in ea magis profunda. Impios vero communicato nomine hic eos omnes appellat, quos superius triplici ordine distingui a Propheta docuimus. Possumus etiam per impios, Judæos intelligere, qui Filium non adorant, et spiritu prædicationis sanctorum apostolorum per totum orbem dispersi sunt.

Vers. 5. *Ideo non resurgent impii in judicio.* Vide exquisitum sancti Spiritus loquendi modum: non simpliciter dixit, *Non resurgent*: sed apposuit, *In judicio.* Resurgent quippe et impii, non ut judicentur, utpote qui jam condemnati sunt: [41] *Qui non credit in me*, inquit, *jam judicatus est*: sed ut suppliciis plectantur. Observandum est autem, quod

[39] Joan. VII, 37, 38. [40] Rom. VIII, 28. [41] Joan. III, 18.

Variæ lectiones.

(18) Græca sic: *Qui enim hoc fiat? cum jam condemnati sint.*

Digitized by Google

cum Moyses de resurrectione nihil nobis manifeste tradiderit, primus omnium David eam apertius nos docere incepit.

Neque peccatores in consilio justorum. Peccatores hoc in loco appellat eos, qui impii quidem non sunt, sed perversis moribus scatent : qui judicabuntur soli, et condemnati, procul a justis relegabuntur. *Consilium* autem Aquila et Theodotion hic, *justorum congregationem* interpretati sunt : verum justos Scriptura appellare solet non eos tantum, qui in propria ac peculiari justitiæ virtute exercitati sunt, sed omnes sanctos generaliter, tanquam justificatos a Deo.

VERS. 6. *Quoniam novit Dominus viam justorum.* Docet neminem posse Deum latere. Etenim vias quidem justorum novit, alibi etiam ait [42] : *Novit Dominus vias immaculatorum :* item alibi [43] : *Novit Dominus eos qui sui sunt:* nam cum [ut alibi dixi.] ipse sit via, necesse est ut omnes videat qui per ipsum, id est per mandata ejus incedunt : peccatores vero quanquam non minus noverit quam justos, tamen veluti cognitione sua indignos ignorare simulat. Hac ratione cum peccasset Adam, interrogavit ubi esset [44] : quod observavit etiam in Cain, et in multis aliis.

Et iter impiorum peribit. Virtutes justorum permanent, veluti eorum divitiæ quædam ac coronæ : perversa autem impiorum scelera atque actiones delebuntur atque inanes reddentur, actiones enim, itineris nomine, iterum expressit. Huic autem dicto illud Apostoli consimile est [45] : *Si cujus opus arserit, detrimentum patietur.*

PSALMUS II.

Secundus etiam psalmus apud Hebræos inscriptione prorsus caret et titulo : qui prædicit autem eorum insidias qui Dominum occiderunt : vocationem etiam gentium et Judæorum perditionem.

VERS. 1, 2. *Quare insurrexerunt gentes, et populi meditati sunt inania ; astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum ?* Propheticis oculis furorem ac rabiem eorum perspiciens beatus David, cum lamentatione quadam ac fletu sermonem inchoat : Heu me, inquit, cur tanto cum furore tumultuati sunt ? cur cuncta perturbarunt, ac tam grandia arrogantes præsumpserunt facinora ? Ita enim significare aiunt verbum, *insurrexerunt*, il, qui ex Hebraica in Græcam linguam converterunt : per gentes vero, Romanos milites intellige, qui cum Pilato erant : et per populos Judæos, qui cum Anna et Caipha : per reges et principes, Herodem et Pilatum, ut Actus apostolorum declarant : quorum alter rex erat, et alter princeps. Quod si plurali numero dictiones a Propheta prolatæ sunt, jaxta Hebraicæ linguæ consuetudinem id factum

ὅτι, μηδὲν τοῦ Μωσέως περὶ ἀναστάσεως εἰπόντος, πρῶτος ὁ Δαβὶδ ἐδίδαξεν περὶ ταύτης.

Οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων. Ἁμαρτωλούς, τό γε νῦν ἔχον, κοινῶς καλεῖ τοὺς μὴ ἀσεβεῖς μὲν, ἄλλως δὲ διεφθαρμένους καὶ φαύλους, οἵτινες κριθήσονται μόνοι, καὶ πόρρω τῶν δικαίων ἀποπεμφθήσονται. *Βουλὴν* γὰρ ὁ Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων *τὴν συναγωγὴν* τῶν δικαίων ἡρμήνευσαν. Δικαίους δὲ καλεῖν ἔθος τῇ θείᾳ Γραφῇ, οὐ μόνον τοὺς τὴν ἰδικὴν ἀρετὴν τῆς δικαιοσύνης ἀσκήσαντας, ἀλλὰ καὶ καθόλου πάντας τοὺς ἁγίους, ὡς δεδικαιωμένους ὑπὸ Θεοῦ.

Ὅτι γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων. Δείκνυσιν, ὡς οὐδεὶς λανθάνει Θεόν· καὶ γὰρ τὰς μὲν ὁδοὺς τῶν δικαίων οἶδεν· *Γινώσκει* γὰρ, φησὶ, *Κύριος τὰς ὁδοὺς τῶν ἀμώμων*· καὶ πάλιν· *Ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ*· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς εἶπεν, *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός*· καὶ οἶδε τοὺς διὰ αὐτοῦ βαδίζοντας, ἤτοι τῶν αὐτοῦ προσταγμάτων· τὰ κακὰ δὲ (19), ὡς ἀνάξια τῆς ἐκείνου γνώσεως, ἀγνοεῖν προσποιεῖται. Οὗ χάριν καὶ ἡμαρτηκότος Ἀδὰμ πυνθάνεται, ποῦ ἐστι. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ Κάϊν, καὶ ἐπὶ ἄλλων πεποίηκε πολλῶν.

Καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται. Τῶν μὲν γὰρ δικαίων αἱ ἀρεταὶ μένουσιν, ὡς πλοῦτοι αὐτῶν καὶ στέφανοι· τῶν δὲ φαύλων ἡ πρᾶξις καὶ ἡ πονηρία, ἅπερ ὁδὸν ὠνόμασε νῦν, ἀφανίζονται καὶ ἀνενέργητοι γίνονται. Τούτῳ δὲ καὶ τὸ ἀποστολικὸν ἔοικεν ῥητόν· *Εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται.*

ΨΑΛΜΟΣ Β'.

Ὁ δεύτερος ψαλμὸς ἀνεπίγραφος καὶ οὗτος παρ' Ἑβραίοις· προαγορεύει δὲ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος τῶν ἀνελόντων ἐπιβουλήν· εἶτα καὶ κλῆσιν ἐθνῶν, καὶ Ἰουδαίων ἀπώλειαν.

Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά, παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό ; Τοῖς προφητικοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρῶν αὐτῶν τὴν λύτταν ὁ Δαβὶδ, σχετλιαστικῶς καὶ θρηνητικῶς προάγει τὸν λόγον· ὅτι, Φεῦ ! διατί τοσοῦτον μανέντες ἐθορύβησαν, καὶ πάντα ἐκίνησαν, καὶ ἠλαζονεύσαντο ; Ταυτα γὰρ σημαίνειν τὸ, *ἐφρύαξαν*, οἱ τὸ Ἑβραϊκὸν ἐξελληνίσαντες λέγουσιν. Ἔθνη μὲν οὖν, οἱ ἀμφὶ τὸν Πιλάτον Ῥωμαῖοι στρατιῶται· λαοὶ δὲ, οἱ ἀμφὶ τὸν Ἄνναν καὶ Καϊάφαν Ἰουδαῖοι· βασιλεῖς δὲ, Ἡρῴδης· ἄρχοντες δὲ, Πιλάτος. Οὕτω γὰρ καὶ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Πράξεων ἱστόρηται. Τὸ *βασιλεῖς* δὲ καὶ οἱ *ἄρχοντες* πληθυντικῶς εἴρηται, κατὰ τὴν τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου συνήθειαν, πληθυντικοῖ, ἀντὶ ἑνικῶν χρωμένης· ἢ καὶ βαθυτέραν ἐπιβολήν· μετὰ μὲν γὰρ τοῦ βασιλέως Ἡρῴδου ὡπλίζετο καὶ ὁ βα-

[42] Psal. xxxvi, 18. [43] II Tim. II, 19. [44] Gen. III, 9 ; IV, 9. [45] I Cor. III, 15.

Variæ lectiones.

(19) Vel, ut Græca sonant : *Mala vero, tanquam cognitione sua prorsus indigna, ignorare se simulat.*

Digitized by Google

σιλεὺς τῆς ἁμαρτίας διάβολος· μετὰ δὲ τοῦ ἄρχοντος Πιλάτου, καὶ αἱ ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι τῶν δαιμόνων, *πρὸς ἃς ἡμῖν ἡ πάλη*, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον. Ἐκ δύο γὰρ φύσεων ὄντος τοῦ Χριστοῦ, ἀοράτου καὶ ὁρατῆς, διπλοῦς ἦν καὶ ὁ πόλεμος ἐξ ἀοράτων πολεμίων καὶ ὁρατῶν. *Κενὰ δὲ ἐμελέτησαν*, ἀντὶ τοῦ· Μάτην ἐσπούδασαν, ὁμονοήσαντες ἐκ μέσου τοῦτον ποιήσασθαι. Ἀνέστη γὰρ, καὶ ζῇ εἰς αἰῶνας. Καὶ πρὸς μόνους δὲ Ἰουδαίους ὁ λόγος, ὅτι μάτην ἐμελέτησαν τὴν Γραφὴν, μὴ συνιέντες, ὅτι περὶ αὐτοῦ κατήγγειλε.

A est : quæ plurali numero sæpe utitur pro singulari, vel juxta altiorem quemdam sensum, alia fortassis ratione, quia simul cum Herode rege, adversus Christum, alius peccati rex diabolus armatus est, et cum Pilato principe, multi principes, dæmonum nimirum potestates : *adversus quas* (ut docet Apostolus [66]) *nobis lucta est et certamen*. Nam cum ex duplici constaret Christus natura, visibili scilicet et invisibili, duplex etiam certamen, invisibilium, inquam, et visibilium inimicorum sustinuit. Meditatos vero inania dicit, pro Frustra conati sunt, dum arbitrarentur posse se illum e medio tollere, qui resurrexit et vivit in æternum. Possunt etiam hæc verba adversus solos dici Judæos, qui sacræ Scripturæ studiis incumbentes, in cassum eam meditati sunt : cum non intellexerint quanta in ea de Christo prædicantur.

Κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ Χριστοῦ αὐτοῦ. Ἐφρύαξαν, καὶ παρέστησαν, καὶ συνήχθησαν κατὰ τοῦ Πατρὸς οὐχ ἧττον, καὶ κατὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, ὃν αὐτὸς ἔχρισεν εἰς βασιλέα πάντων ἐθνῶν, δοὺς B αὐτῷ ταῦτα κληρονομίαν. Ὁ γὰρ κατὰ τοῦ Υἱοῦ πόλεμος καὶ πρὸς τὸν Πατέρα διαβαίνει. Κύριον μὲν ὑπολητέον τὸν Πατέρα· Χριστὸν δὲ, τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, κατὰ τὴν ῥηθεῖσαν ἐξήγησιν. Αὐτὸς γὰρ τοῦτον κατέστησε βασιλέα ἐπ' αὐτοὺς, κατὰ τὸν τῆς οἰκονομίας λόγον. Εἰ δὲ *κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτῶν* εἴποιμεν, ὡς πολλὰ τῶν ἀντιγράφων ἔχει, ἐκτενοῦμεν κατὰ πάντων, καὶ Ἰουδαίων, καὶ ἐθνῶν, καὶ δαιμόνων. Τούτῳ γὰρ *πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων.*

Adversus Dominum et adversus Christum ejus. Insurrexerunt, inquit, astiterunt, et congregati sunt, non minus adversus Patrem, quam adversus Filium : Filium, inquam, quem Pater in gentium regem unxerat ; eas enim in hæreditatem illi dederat. Bellum quippe, quod adversus Filium ab illis gestum est, pervenit etiam ad Patrem. Pro Domino igitur Patrem, et pro Christo Filium, hoc in loco intelligamus. Etenim Pater ipse divinæ dispensationis ratione regem eum constituit Quod si, ut in multis exemplaribus, in plurali numero legamus, *adversus Christum eorum*, relatio illa extendenda erit, tam ad Judæos omnes, quam ad gentes, et ad ipsos etiam dæmones, quoniam illi [67] *Omne genu flectitur cœlestium, terrestrium, et infernorum.*

Διάψαλμα. Περὶ τούτου σαφῶς ἐν τῷ προοιμίῳ διελάβομεν.

Diapsalma. Quid sit diapsalma abunde diximus in procemio.

Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀπορρίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν. Ταῦτα ἢ C ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐγκελευομένου τοῖς ἐσομένοις πιστοῖς ἀποστῆναι καὶ τῶν εἰδωλολατρούντων Ῥωμαίων, καὶ τῶν ἀσυνέτων Ἰουδαίων· κἀκείνων μὲν, τοὺς περικειμένους διαῤῥῆξαι τῆς δουλείας δεσμούς· τούτων δὲ, ἀπορρίψαι τὸν ἐπικείμενον τοῦ νόμου ζυγὸν, ὡς βαρὺν καὶ ἀποκτένοντα· ἑλέσθαι δὲ τὸν τοῦ Χριστοῦ, ἐλαφρὸν καὶ ζωογονοῦντα. Ἢ ὡς ἀπὸ τῶν φονευτῶν τοῦ Σωτῆρος, μονονουχὶ ταῦτα εἰρηκότων, καὶ δι' ὧν ἔπραττον, καὶ δι' ὧν ἔλεγον, καὶ ἀφηνιασάντων, καὶ τῶν δεσμῶν τῆς δουλείας τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ζυγοῦ τῆς ὑποταγῆς, οἷς ἐνείχοντο κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τῆς φύσεως.

Adversus Christum eorum. Verba hæc dicta sunt veluti ex persona sancti Spiritus, jubentis posteris fidelibus ut ab idololatris Romanis atque ab imprudentibus Judæis discedant : et illorum quidem servitutis vincula dirumpant, quibus detinebantur : horum vero jugum, quo propter legem gravabantur exeutiant, veluti onerosum ac mortiferum : et vice illius leve ac vivificum Christi jugum sumant. Quanquam et alio modo intelligi possunt, ut dicta videantur, ex eorum persona, qui Christum occiderunt : qui et re ipsa, et verbis, servitutis vincula ac subjectionis jugum recusarunt : quibus, ipso etiam jure naturæ, tam Filio quam Patri devincti erant.

Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς, καὶ ὁ Κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς. Αὐτοὶ οἱ παρὰ D τούτων βλασφημούμενοι, ὅ τε κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς Πατὴρ, καὶ Υἱὸς ὁ Κύριος πάντων, κατὰ τὸν λόγον τῆς θεότητος, λίαν γελάσονται, καὶ ἐκμυκτηριοῦσιν αὐτούς. Ἐπίτασιν γὰρ ἐμφαίνει ἡ πρόθεσις, καὶ διελέγξουσιν ἀνοήτους, ὡς ἀνηνύτοις ἐπιχειρήσαντας, ὅτι τε θανατῶσαι τὴν ζωὴν προσεδόκησαν, καὶ ὅτι Ῥωμαῖοι μὲν ἀντὶ Θεοῦ δαίμονας εἵλοντο· Ἰουδαῖοι δὲ, ἀντὶ ἀληθείας σκιάν.

Vers. 4. Qui habitat in cœlis irridebit eos, et Dominus subsannabit eos. Illi igitur qui a prædictis blasphemantur, Pater nimirum qui in cœlis habitat et Filius qui divinitatis ratione omnium Dominus dicitur, deridebunt et subsannabunt eos : intensionem enim innuit præpositio, convincentque fatuos eos fuisse, quod inania atque impossibilia conati sint, et speraverint ipsum Dominum, quinimo vitam ipsam, morte afficere : quodque Romani, dæmonas potius quam Deum, et Judæi, umbram potius quam veritatem, elegerint.

[66] Philipp. I, 30. [67] Philipp. II, 10.

Digitized by Google

VERS. 5. *Tunc loquetur ad eos in ira sua.* Tunc intelligc locutum ad eos Dominum fuisse, quando Judæos palam redarguit, et perventura in eos mala prædixit : quando inter cætera dixisse legimus [48] : *Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ,* [49] *quia auferetur a vobis regnum Dei,* etc.

Et in furore suo conturbabit eos. Ob summam illorum pravitatem Propheta indignatus, futuras eis annuntiat calamitates, perturbationemque et suspicionem eis plurimam imponit, [redarguente autem eos Domino] quem prophetam arbitrabantur, par est multos fuisse perterritos. Alii vero dicunt his verbis significari calamitates, quæ ex futura Romanorum obsidione eis impendebant. Possunt etiam de futuro judicio intelligi, quando tanti criminis rei, a Deo condemnati, perpetuis pœnis subjicientur. Ira autem et furor (quem, ut Græcæ dictionis θυμὸς verior significatio postulat, indignationem, seu potius excandescentiam quis dixerit) aliquando pro eodem ponuntur, aliquando ut diversa, ita ut excandescentia motus sit ad iram, et juxta etymologiam, excitationem et motum significet : ira vero, juxta eamdem Græci nominis etymologiam vehementiorem et concitatiorem ad vindictam denotet fervorem.

A *Τότε λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ.* Ὅτε δηλαδὴ φανερῶς ἤλεγχε τοὺς Ἰουδαίους, καὶ τὰ καταληψόμενα τούτους κακὰ προεφήτευσε, λέγων ἄλλα τε πολλὰ, καὶ ὅτι *Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ,* καὶ τὰ ἑξῆς.

B *Καὶ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταράξει αὐτούς.* Θυμούμενος γὰρ ἐπὶ ταῖς πονηρίαις αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦτο λέγων συμφορὰς μελλούσας, τάραχον καὶ ὑποψίαν τούτοις ἐνετίθει· πολλοὶ γὰρ ὑπελάμβανον αὐτὸν προφήτην. Οἱ δέ φασι τάραχον τὸν ἐπιγενόμενον ὕστερον θόρυβον ἐκ τῆς παρὰ τῶν Ῥωμαίων πολιορκίας. Νοοῖντο δ' ἂν ταῦτα τὰ ῥητὰ καὶ περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως, ὅτε καταδικάζων αὐτοὺς, ὑποβαλεῖ τιμωρίαις. Ὀργὴ δὲ καὶ θυμὸς ποτὲ μὲν ταὐτὸ σημαίνουσι, ποτὲ δὲ διαφέρουσι· ὡς εἶναι (20) θυμὸν μετὰ τὴν κίνησιν τῆς ὀργῆς, παρὰ τοῦ *θύειν* καὶ *ὁρμᾶν*· ὀργὴν δὲ, παρὰ τοῦ *ὀργᾶν* καὶ *σφύζειν* τὴν σφοδρὰν καὶ ὀξεῖαν ζέσιν εἰς ἄμυναν.

VERS. 6. *Ego autem constitutus sum rex ab eo.* Sermonem nunc facit ex Christi persona : prophetarum enim mos est et materias, et personas variare : utpote qui veluti organa quædam atque instrumenta ab artifice suo moderata, ea loquebantur, quæ sanctus illis Spiritus subministrabat. Annuntiat autem Christus regnum, quod sibi, ut homini, a Patre traditum est. *Data est* enim, inquit, *mihi omnis potestas in cœlo et in terra* [50].

C *Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ.* Τοῦ λοιποῦ προσώπῳ τοῦ Χριστοῦ ποιεῖται τὸν λόγον· τοιοῦτον γὰρ ἡ προφητεία· ποτὲ μὲν ὑπὲρ τούτου, ποτὲ δὲ ὑπὲρ ἐκείνου λέγειν καὶ μεταπηδᾷν, ὡς εἶναι δῆλον ὅτι, καθάπερ ὄργανον, ἅπερ ἐνηχοῦντο παρὰ τοῦ Πνεύματος, ἐπεφθέγγοντο. Προαναφωνεῖ δὲ τὴν βασιλείαν, ἣν ἔλαβεν παρὰ τοῦ Πατρὸς, ὡς ἄνθρωπος· *Ἐδόθη μοι* γὰρ, φησὶ, *πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς.*

Super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum ejus. A monte qui dicitur Sion totam Judæam significavit, et sensus talis est : Ego rex constitutus sum ut doceam evangelica mandata, præceptum Domini appellans hæc mandata : ut unam atque eamdem esse sibi cum Patre voluntatem ostenderet : *A me ipso enim,* inquit [51], *nihil locutus sum, sed quæcunque audio a Patre meo.*

Ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα Κυρίου. Ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ καλουμένου Σιὼν τὴν ὅλην Ἰουδαίαν ἐδήλωσεν. Ὁ δὲ νοῦς τοῦ ῥητοῦ τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι Κατέστην βασιλεὺς, διδάσκων τὰς εὐαγγελικὰς ἐντολὰς, κατὰ τὸ ὄρος Σιὼν, ἤτοι ἐν Ἱερουσαλήμ. Πρόσταγμα δὲ Κυρίου τὰς ἐντολὰς ταύτας ἐκάλεσε, δεικνὺς ἓν θέλημα ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ Πατρός. Ἀπ' *ἐμαυτοῦ* γὰρ, φησὶ, *λαλῶ οὐδέν· ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσω παρὰ τοῦ Πατρός.*

VERS. 7. *Dominus dixit ad me : Filius meus es tu.* Hæc verba propter æternam ac divinam generationem dicta sunt.

Κύριος εἶπε πρός με· Υἱός μου εἶ σύ. Τοῦτο διὰ τὴν προαιώνιον γέννησιν.

Ego hodie genui te. Hæc propter carnis dispensationem. Quod vero ait, *hodie,* intellige ut ad distinctionem æternitatis sit dictum, ut tempus signaret, hoc est, In his temporibus. *Genui* autem posuit pro *creavi.* Pater namque creaturarum omnium Deus dicitur ut earum formator et factor.

D *Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.* Τοῦτο διὰ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν. Καὶ τὸ μὲν *σήμερον,* ἀντὶ τοῦ χρονικῶς ἐν τοῖς παροῦσι καιροῖς· τὸ δὲ *γεγέννηκα,* ἀντὶ τοῦ *ἔκτισα* (21)· Πατὴρ γὰρ ὁ Θεὸς λέγεται, καὶ τῶν κτιστῶν ὁ πλάστης καὶ ποιητής.

VERS. 8. *Postula a me et dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* Cum Christus quod ad carnem ejus pertinebat ex Judæorum esset cognatione, et in propria ideo venisset, ut cognatos doceret, a suis

Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου. Ἐπειδὴ κατὰ σάρκα συγγενὴς ὢν τῶν Ἰουδαίων, ἦλθεν εἰς τὰ ἴδια διδάσκων, οἱ δὲ καὶ αὐτὸν ἀπεβάλλοντο· εἰκότως οἰκειοῦται τὰ

[48] Luc. XI, 42. [49] Matth. XXI, 43. [50] Matth. XXVIII, 18. [51] Joan. XIV, 10.

Variæ lectiones.

(20) Græca ita sonant : *Ita ut furor sit post motum iræ, a verbo* θύειν, quod impetum facere significat.

(21) Ad naturam scilicet humanam, quod attinet ; dixit enim supra ea verba intelligenda esse διὰ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν.

Digitized by Google

ἔθνη, προτραπεὶς παρὰ τοῦ Πατρὸς αἰτεῖσθαι, καὶ λαβεῖν εἰς κλῆρον ταῦτα· καὶ γὰρ καὶ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον Υἱὸς Θεοῦ γεγονὼς, ἐπωφείλετο κλῆρον.

A non receptus, jure gentium nationes, ut suas sibi vindicavit : præcipue cum Pater eum monuisset, ut illas peteret, et pollicitus fuisset petenti se eas traditurum. Nam ex quo ut homo alia ratione factus erat Filius Dei, consequenter aliqua illi deberi videbatur hæreditas.

Καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. Καὶ τὴν ἐξουσίαν τῆς κληρονομίας σου διήκουσαν μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς. Εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν γῆν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, ὁ τοῦ Εὐαγγελίου λόγος ἐξῆλθεν. Ὑποτίθεται δὲ ὁ Πατὴρ αἰτεῖσθαι, ὡς εὐδοκῶν καὶ θέλων τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀνάπλασιν. Αἰτεῖται δὲ ταύτην ὁ Υἱὸς, ὡς ὑπὲρ ἡμῶν ἐνανθρωπήσας, καὶ μεσίτης γενόμενος Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Αἰσχυνέσθωσαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, προσαρμόζειν οὐκ ἔχοντές τινι ταυτὶ τὰ ῥητά. Τίς γὰρ ἕτερος τοσαύτην ἐκτήσατο κατάσχεσιν;

Et possessionem tuam terminos terræ. Et potestatem, inquit, hæreditatis tuæ quæ ad terræ usque fines pertingit. In omnem enim terram et in omnes fines orbis terræ evangelicus sermo penetravit. Et ipse quidem Pater a Propheta introducitur, monens re atque instans ut Filius hæreditatem hanc petat : ut ostendat quam cuperet Pater, humani generis instaurationem : Filius vero non immerito etiam postulare id dicitur : quando quidem et humanitatem sumpserit, et Dei atque hominum mediator effectus B sit. Erubescant igitur et confundantur Judæi, neminem habentes cui verba hæc accommodari possint. Quis enim alius, præter Christum, tantam sibi possessionem paravit ?

Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ. Τοῦτο ἀπὸ τοῦ προφήτου λέγεται· Μὴ δεξαμένους γὰρ, φησὶ, τοὺς λόγους τοὺς σοὺς, παιδεύσεις αὐτοὺς, ἐν μάστιγι στερρᾷ· σημαίνει δὲ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχήν. Ἀρνησάμενοι γὰρ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ Καίσαρα ἔχειν ὁμολογήσαντες, τὴν Καίσαρος ἐπίστησαν ἐξουσίαν, ὑφ' ἧς διεφθάρησαν. Σιδηρᾶν δὲ αὐτὴν ἐκάλεσεν, διὰ τὸ ἰσχυρόν· ἐπεὶ καὶ Δανιὴλ σιδηρᾶν αὐτὴν εἶδεν ἐν ταῖς ὁράσεσιν.

VERS. 9. *Pasces eos in virga ferrea.* Simile est illud Prophetæ dicentis : Eos qui sermones tuos non susceperint, castigabis flagello ferreo : et significare mihi videtur hic verbis Propheta, Romanorum imperium. Etenim cum Christi regnum negassent Judæi, sub imperio Cæsaris se esse affirmantes, Cæsaris merito potentiam sustinuerunt, a qua prorsus pene perditi sunt. Ferream vero eam dixit, veluti validam ac fortem ; nam et Daniel in visionibus suis ferream eam etiam appellavit.

Ὡς σκεύη κεραμέως συντρίψεις αὐτούς. Τοῦτο διὰ τὴν εὐχερῆ τούτων παναλεθρίαν. Ἄλλοι δέ φασι, τὴν ἐξ ἐθνῶν αἰνίττεσθαι σωτηρίαν, ὅτι Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν τῇ συμπανσθενεῖ δυνάμει· καὶ C καθάπερ ὁ κεραμεὺς, ἐπειδὰν ᾖ σοι τὰ πεπλασμένα σκεύη ἀδόκιμα, συντρίβει ταῦτα πρὸ τοῦ προσομιλῆσαι πυρὶ, καὶ ἀναπλάττει· οὕτω καὶ σὺ τούτων τὰ φρονήματα συντρίψεις τῷ Εὐαγγελίῳ, καὶ ἀναπλάσεις τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας, καὶ στερεοὺς ἀπεργάσῃ τῷ θείῳ πυρὶ τοῦ Πνεύματος.

Tanquam vasa figuli confringes eos. Hoc loquendi modo expressit Propheta, quam facile Judæi, et quam funditus a Deo perdendi essent. Alii his verbis significari aiunt gentium salutem : Pasces eos, inquiunt, in valida ac forti potentia tua : et quemadmodum figulus ubi reproba esse viderit vasa, quæ formavit, conterit illa, ea nimirum ratione ut rursus igni admoveat et reformet : ita et tu, Domine, harum gentium cogitationes, Evangelio tuo destrues, ut eas postmodum lavacro regenerationis reformes, et divino sancti Spiritus igne fortiores reddas.

Καὶ νῦν, βασιλεῖς, σύνετε· παιδεύθητε πάντες οἱ κρίνοντες τὴν γῆν. Τὸ *νῦν*, ἀντὶ τοῦ, διὰ τοῦτο, ὦ βασιλεῖς Ῥωμαίων καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, καὶ οἱ κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν κριταὶ, οἱ κρίνοντες τοὺς γηΐνους ἀνθρώπους, μαθόντες εἶναι συμφορὰ κατίλαβον ἀθετήσαντας αὐτὸν, καὶ μαθόντες ὅτι εἰς κλῆρους ὑμᾶς ἐξελέξατο, συνετοὶ γενέσθε, τὴν πρὶν ἄνοιαν ἀπορρίψαντες· καὶ παιδεύθητε ἀπό τε τούτων καὶ ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν. Διὰ τῶν ἀρχόντων δὲ περιέλαβε καὶ τοὺς ὑπηκόους.

VERS. 10. *Et nunc reges intelligite, erudimini omnes qui judicatis terram.* Dictio *nunc*, hoc in loco rationem reddit : ac si dictum esset : Et propterea vos, o Romanorum et cæterarum gentium reges, vosque, o judices qui in universa estis terra, vel vos, o qui terrenos homines judicatis, ex quo addiscere potuistis, quantis calamitatibus oppressi fuerint ii, qui Christum hunc temere reprobarunt, et illud pariter nostis quod a Deo in hæreditatem electi estis : vos omnes, inquam, moneo, sapientes estote, et abjecta priori illa amentia, erudimini tum ab iis, tum a Scripturis etiam divinis. Verum dum reges ac principes admonentur a Propheta, ipsos etiam populos eis subjectos admoneri pariter arbitrantur.

Δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν φόβῳ. Συνέντες, φησὶν, ὅτι καὶ Θεός ἐστι, καὶ ἐκδικητὴς, καὶ φοβερὸς, καὶ ὅτι κτῆμα αὐτοῦ καὶ χάρις ἤδη ἐχρηματίσατε, καὶ ὀνομισθέντες ἱκανῶς τὰ ἔθνη, ὡς δεσπότῃ δουλεύ-

VERS. 11. *Servite Domino in timore.* Intelligentes, inquit, quod Christus, et Deus est, et vindex, et terribilis, quod illius possessio et sors appellati atque effecti estis, quod reliquum est, modera-

Digitized by Google

compositisque moribus vestris, servite ei in timore, veluti Domino. In timore autem ideo dico, quia ubi est timor Dei, illic et mandatorum observatio.

σατε αὐτῷ ἐν φόβῳ· ὦ γὰρ φόβος, ἐντολῶν τήρησις.

Et exsultate ei in tremore. Et servientes, inquit, gaudete in eo, veluti in defensore ac Salvatore vestro. *Gaudete* enim, inquit Apostolus, *in Domino semper, gaudete* [88]: verum hoc vestrum gaudium tremore etiam commistum sit, et non effusum. Exsultate propter spem, sed contremiscite ob peccatum. Est enim diligentissimus omnium exquisitor, atque investigator Deus, et nemo latere eum potest.

Καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ. Καὶ δουλεύοντες, χαίρετε ἐν αὐτῷ, ὡς κηδεμόνι καὶ Σωτῆρι. *Χαίρετε* γὰρ, φησὶν, *ἐν Κυρίῳ πάντοτε, χαίρετε·* πλὴν ἡ χαρὰ τρόμῳ σύμμικτος ἔστω, καὶ μὴ ἄνετος. Ἀγάλλεσθε μὲν γὰρ, διὰ τὴν ἐλπίδα· τρέμετε δὲ, διὰ τὴν ἁμαρτίαν. Ἀκριβὴς γάρ ἐστιν ἐξεταστὴς καὶ ἀλάθητος.

VERS. 12. *Apprehendite disciplinam.* Majorem his verbis intensionem adjungit ad id quod dixerat, ac si diceret : Erudimini, inquam, non in superficie, sed summo studio contendite ut perfectam virtutem consequamini. Dictum est autem hoc ex metaphora eorum qui pugno aliquid constanter tenent.

Δράξασθε παιδείας. Τοῦτο ἐπίτασίς ἐστι τοῦ *παιδεύθητε*, τουτέστι, μὴ ἐπιπόλαιον, ἀλλὰ τέλεον, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐν τῷ δρακί τι βεβαίως κατεχόντων.

Ne quando irascatur Dominus et pereatis de via justa. Per viam justam, justorum hominum vitam, ac conversationem intelligit. Via enim apud Hebræos multa significat; vel etiam quia ad ipsam gradiuntur.

Μήποτε ὀργισθῇ Κύριος, καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας. Ὁδὸν δικαίαν ὠνόμασε τὴν διατριβὴν καὶ τάξιν τῶν δικαίων· διάφορα γὰρ σημαίνει παρ' Ἑβραίοις ἡ ὁδός· ἢ καὶ διότι πρὸς αὐτὴν ὁδεύουσιν.

Cum exarserit in brevi ira ejus. Judicii diem significat. Quod vero ait *in brevi*, vehementiam denotat et celeritatem. Nam etsi in præsentiarum sæpe irascatur Deus, remissius tamen id facit, ut pœnitentiæ locum tribuat.

Ὅταν ἐκκαυθῇ ἐν τάχει ὁ θυμὸς αὐτοῦ. Τὴν τῆς κρίσεως ἡμέραν ἐδήλωσεν. *Ἐν τάχει* δὲ, ἀντὶ τοῦ σφοδρῶς καὶ ὀξέως. Νῦν γὰρ εἰ καὶ θυμοῦται, ἀλλὰ μαλακώτερον καὶ σχολαιότερον, διδοὺς χώραν τῇ μετανοίᾳ.

Beati omnes qui confidunt in eo. Qui terrena omnia contemnunt, et spem in eo omnem collocant. Sunt qui hunc psalmum cum superiori conjungendum dicant : atque illinc maxime probationis vires sumunt, quod beatus David a beatitudine exorsus, in beatitudinem desinat.

Μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτόν. Οἱ τῶν γηΐνων μὲν καταφρονήσαντες, ἐπ' αὐτὸν δὲ θέμενοι πᾶσαν τὴν ἐλπίδα. Οἱ γοῦν τὸν παρόντα ψαλμὸν τῷ πρώτῳ συνάπτοντες, ἐντεῦθεν ἰσχυρίζονται, λέγοντες, ὡς ἀπὸ μακαρισμοῦ Δαβὶδ ἀρξάμενος, εἰς μακαρισμὸν κατέληξεν.

Psalmus ipsi David cum fugeret a facie Absalon filii sui.

PSALMUS III.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ὅτε ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου Ἀβεσαλὼμ υἱοῦ αὐτοῦ.

ΨΑΛΜΟΣ Γ.

Inscriptio psalmi clara est, iis præcipue, qui Regum historias legerint. Psalmus vero unicuique facile accommodari potest, qui visibilium, seu invisibilium inimicorum pugnam sustineat.

Δήλη μὲν ἡ ἐπιγραφὴ τοῦ ψαλμοῦ τοῖς ἀνεγνωκόσι τὴν ἱστορίαν τῶν Βασιλειῶν· ἁρμόζει δὲ παντὶ πολεμουμένῳ παρ' ἐχθρῶν, εἴτε ὁρατῶν, εἴτε ἀοράτων.

VERS. 2. *Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me ? Ægre* ferens Propheta, hujusmodi se, et subditorum et amicorum insidiis affligi, ad solum Deum animum suum intendens, causam interrogat, cur multis in dies ad parricidam filium undique accedentibus, multiplicarentur inimici atque insidiatores sui, cum ipse in neminem eorum aliquando iniquus exstitisset. Possunt etiam hæc verba intelligi, ut dicta sint propter dæmonum insidias.

Κύριε, τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με; Δεινοπαθήσας ὁ Προφήτης, ὅτι τοιαύτης ἐπειράσθη τῶν ὑπηκόων καὶ φίλων ἐπιβουλῆς, πρὸς μόνον τὸν Θεὸν ἀνατείνει ψυχὴν, ἐρωτῶν τίνος ἕνεκεν οἱ ἀμφὶ τὸν πατραλοίαν Ἀβεσαλὼμ ἐχθροὶ αὐτοῦ (τούτους γὰρ θλίβοντας ἐκάλεσε) πληθύνονται, τῇ προσθήκῃ τῶν ἑκάστοτε προσχωρούντων, μηδενὸς αὐτῶν ἀδικηθέντος ὑπ' αὐτοῦ πώποτε. Ἢ καὶ περὶ τῶν δαιμόνων ὁ λόγος.

Multi insurgunt adversum me. Apertius exprimit quod dixerat *multiplicati sunt.*

Πολλοὶ ἐπανίστανται ἐπ' ἐμέ. Τοῦτο σαφηνιστικόν ἐστι τοῦ *ἐπληθύνθησαν.*

VERS. 3. *Multi dicunt animæ meæ : Non est salus illi in Deo ejus.* Multi eorum, inquit, qui insurrexerunt adversum me, mutuo se exhortantes, de anima mea, hoc est de me ipso, hujusmodi verba

Πολλοὶ λέγουσι τῇ ψυχῇ μου· Οὐκ ἔστι σωτηρία αὐτῷ ἐν τῷ Θεῷ αὐτοῦ. Πολλοὶ, φησὶ, τῶν κατεξανισταμένων μου παραθαρρύνοντες ἀλλήλους, λέγουσι περὶ τῆς ψυχῆς μου, τουτέστι περὶ ἐμοῦ,

[88] Philipp. IV, 4.

Digitized by Google

ὅτι Ῥᾳδίως οὕτω καταδιωκόμενος, ἀπώλεσεν ἤδη τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν, διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ. Ἢ καὶ πολλοὶ τῶν ὁρώντων τὰς ἐμὰς συμφορὰς. Τὸ *ἐν τῷ Θεῷ αὐτοῦ*, ἀντὶ τοῦ Ἐν τῷ Θεῷ, ἐφ' ὃν ἀεὶ πέποιθεν.

A

loquuntur, quod is, qui tam facile depelli potuit et fugari, merito existimandus sit ob propria peccata, a Deo derelictus, illiusque opem atque auxilium amisisse. Vel multi id dicunt, eorum scilicet, qui calamitates meas vident. Quod vero sit, *in Deo ejus*, idem sibi vult quod : In illo Deo in quo ipse speravit.

Διάψαλμα. Εἴρηται ἐν τῷ προοιμίῳ περὶ τούτου.

Diapsalma. In proœmio operis dictum est, quid sit diapsalma.

Ἀντιλήπτωρ μου ε.. Ἐκεῖνοι μὲν λεγέτωσαν, φησὶν, ἃ βούλονται· σὺ δὲ τῶν ὄντων ἐν πειρασμοῖς ἀντιλαμβάνῃ, καὶ μᾶλλον, εἴπερ ὧσι καὶ ἀντιλήψεως ἄξιοι.

VERS. 4. *Tu autem, Domine, adjutor meus.* Illi dicant quod libet, tu vero afflictorum omnium adjutor es, eorum præcipue, qui ope tua digni sunt.

Δόξα μου, καὶ ὑψῶν τὴν κεφαλήν μου. Ἄλλοι μὲν ἄλλα, γένος, ἢ τύχην, ἢ πλοῦτον, ἢ τι τοιοῦτον εἰς δόξαν ἔχουσι· ἐγὼ δὲ ἐπὶ σοὶ μόνῳ θαῤῥῶ, καὶ μέγα φρονῶ. Δοξάζεις γάρ με, βοηθός μοι γινόμενος, καὶ ὑψοῖς τὴν κεφαλήν μου, (22) νικῶντος πρότερον, ταῖς συμφοραῖς καμπτομένην.

B

Gloria mea, et exaltans caput meum. Alii genus, fortunam, divitias, aut aliud quid simile, magnum et præclarum putant : ego autem in te solo confido et glorior. Nam si adjutor fueris, gloriam etiam præstabis : et caput meum, frequentibus olim depressum calamitatibus, extolles atque exaltabis.

Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα, καὶ ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ. Ἐβόησα μόνον, εἴτε αἰσθητῶς, εἴτε νοητῶς· καὶ ταχέως ὑπήκουσέ μου, καὶ ἐγγὺς Κύριος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν. Ὄρος δὲ ἅγιον καὶ τὴν Σιὼν ἐκάλεσεν, εἰς τοῦτο γὰρ ἐπιδημεῖν τὸ Θεῖον ἐπιστεύετο, καὶ διαλέγεσθαι τοῖς ἀξίοις. Ἢ τὸν οὐρανὸν οὕτω νοητέον, ὃν καὶ κατοικητήριον Θεοῦ λέγομεν.

VERS. 5. *Voce mea ad Dominum clamari et exaudivit me de monte sancto suo.* Tantum, inquit, clamavi (seu oris, seu mentis clamorem intelligens) et statim exaudivit me. Prope enim est Dominus invocantibus eum. Per montem autem sanctum, Sion intelligit, ubi habitare credebatur Deus, probisque ac dignis Deo hominibus loqui. Vel ipsum cœlum, quod Dei habitationem appellamus.

Διάψαλμα. Καὶ περὶ τούτου προείρηται.

Diapsalma. De hoc quoque supra dictum est.

Ἐγὼ δ' ἐκοιμήθην. Ἀνέπεσον, φησὶ, τῷ καρωτικῷ βάρει τῶν θλίψεων κατασπασθείς, καὶ ἀνενέργητος μεμένηκα.

C

VERS. 6. *Ego dormivi.* Ego, inquit, gravi afflictionum pondere depressus, decidi admodum, atque inutilis effectus sum.

Καὶ ὑπνωσα. Ἐφ' ἱκανὸν τῷ πάθει τούτῳ κατεσχέθην.

Et soporatus sum. Hoc est, Hujusmodi passione diu detentus fui.

Ἐξηγέρθην, ὅτι Κύριος ἀντιλήψεταί μου. Αἰσθόμενος οἷα προφήτης, ὅτι βοηθήσεις μοι, ἤδη τὸ καταπεπτωκὸς ἀνέστησα φρόνημα. Τινὲς δέ φασι, περὶ τῆς ἀναστάσεως ταῦτα λέγειν, ἀντὶ τοῦ, Κοιμηθήσομαι θανὼν, καὶ ὑπνώσω ἐπὶ μακρὸν, τοῦ σώματος ἀνενεργήτου μένοντος· ἐξεγερθήσομαι δὲ χρόνοις ὕστερον, ἢ ὅτε Χριστὸς εἰς ᾅδου κατελθὼν ἀναστήσει τοὺς συνεχομένους· ἢ ὅτε πάντας ἐγερεῖ τοὺς νεκροὺς ἐν τῇ συντελείᾳ.

Et resurrexi quia Dominus adjuvabit me. Præmoscens, ut propheta, quod Dominus opem mihi allaturus erat, pene mortuas vires atque animum languidum suscitavi. Aliqui dicta hæc intelligunt de resurrectione, et tempus poni pro tempore : hoc est : Dormiam ego, et cum mortuus fuero, sopore ac somno detinebor, corpore nimirum viribus defecto, ac deinde resurgam, vel tempore illo, quando descendens ad inferos Christus suscitabit eos qui illic aderunt, vel in consummatione sæculi, quando mortui omnes resurgent.

Οὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ μυριάδων λαοῦ τῶν κύκλῳ συνεπιτιθεμένων μοι. Τῇ σῇ πεποιθὼς δηλαδὴ ἀντιλήψει. Συνεπιτιθεμένους δὲ καλεῖ τοὺς κατεπιχειροῦντας αὐτοῦ, τουτέστι τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἀβεσσαλὼμ ἱστορικῶς, ἢ ἀναγωγικῶς τοὺς δαίμονας. Ἐπὶ μέντοι τῶν δαιμόνων, οὕτω νοητέον τὴν κύκλῳ ἐπίθεσιν. Ἐπιβουλεύουσι γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν, ὅταν ἐλπίδας ὑποτείνωσιν εὐπραγίας· καὶ ἀπὸ τῶν ὄπισθεν, ὅταν τῇ μνήμῃ τῶν προλαβόντων παθῶν τὴν ψυχὴν μολύνωσι· καὶ ἀπὸ τῶν δεξιῶν, ὅταν συνεργοῦντες πρὸς ἀρετὴν, εἰς κενοδοξίαν συνελαύ-

D

VERS. 7. *Non timebo millia populorum, in circuitu irruentium contra me.* Tuo, inquit, fretus auxilio, non timebo. Per irruentes autem contra se, juxta historiam, Absalonem intelligit et complices, qui adversus eum semper insidiarum aliquid moliebantur : vel dæmones juxta anagogen, qui in circuitu aggredi aliquem dicuntur, quoniam et ab anteriori parte insidias ponunt, spes nimirum prosperi exitus suggerentes ; et a tergo invadunt, quando antiquorum vitiorum memoria animam coinquinant ; et a dextris, quando ad virtutem nobis opem ferunt,

Variæ lectiones.

(22) Horum sensus clarior est sine verbo νικῶντος, quod quidem non legisse videtur Latinus interpres.

Digitized by Google

ut ad inanem nos gloriam impellant : et a sinistris, quando omni abjecto velamine, manifestam nobis vim inferunt.

νωσι, καὶ ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν, ὅταν ἀπαραιτήτως εἰς ἁμαρτίαν βιάζωνται.

Exsurge, Domine; salvum me fac, Deus meus. Tu Domine, inquit, qui longanimitate hactenus usus es, ut dormire quodammodo videreris, exsurge, et commovearis adversus inimicos meos. Vel forte Salvatoris Christi resurrectionem prædicit, ad humani generis salutem eum advocans : ita ut humanæ naturæ personam, prophetam induisse dicamus.

Ἀνάστα, Κύριε· σῶσόν με, ὁ Θεός μου. Τὸ *ἀνάστα*, ἀντὶ τοῦ, Κινήθητι κατὰ τῶν ἐχθρῶν, ὁ δοκῶν τῇ μακροθυμίᾳ καθεύδειν. Ἢ καὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἀνακρούεται, καλῶν αὐτὸν εἰς τὸ σῶσαι τοὺς ἀνθρώπους, οὓς καὶ διὰ ἑαυτοῦ ἀνίστησι.

VERS. 8. *Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa.* Propheticis oculis inimicorum suorum perditionem prævidens, beatus David gratias Deo agit, et collatum in se beneficium agnoscit. B

Ὅτι σὺ ἐπάταξας πάντας τοὺς ἐχθραίνοντάς μοι ματαίως. Τοῖς προφητικοῖς ὀφθαλμοῖς ἤδη προϊδὼν τὴν ἀπώλειαν τῶν πολεμίων, εὐχαριστεῖ, καὶ ἐξομολογεῖται τὴν χάριν.

Dentes peccatorum contrivisti. Per dentes, vires intelligit. Translatum est autem hoc a feris, quæ in dentibus summum habent robur ; peccatores vero inimicos omnes appellat, peccare illos significans, quia ob solam morum perversitatem, temere adversus eum pugnabant.

Ὀδόντας ἁμαρτωλῶν συνέθλασας. Δηλαδὴ τὴν ἰσχύν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν θηρίων, ἅπερ ἐπὶ τοῖς ὀδοῦσιν ἔχει τὴν δύναμιν. Ἁμαρτωλοὺς δὲ λέγει πάντας τοὺς δυσμενεῖς, ὡς ἁμαρτάνοντας ἐν τῷ προσπολεμεῖν, διὰ τὸ μάτην, διὰ μόνην πονηρίαν.

VERS. 9. *Domini est salus.* Atque hoc ad gratiarum actionem pertinet, et significat quod solus Deus, et nullus alius eum salvabit.

Τοῦ Κυρίου ἡ σωτηρία. Καὶ τοῦτο εὐχαριστήριον ἐπιφώνημα, δηλοῦντος ὅτι Κύριος ἔσωσεν αὐτὸν, καὶ οὐδεὶς ἕτερος.

Et super populum tuum benedictio tua. Et veniat, inquit, benedictio tua super populum tuum, qui mecum pariter inimicorum injurias perpessus est : vel omnem populum simpliciter, qui sub meo est imperio ; vel super fidelium Christianorum populum. Per benedictionem vero intelligere debemus pacem et divina beneficia, quæ benedictionis sunt causa. Quippe cum et populus, et quicunque alii viderint quale auxilium consecutus est a Deo beatus David, daturi omnes sint summam Deo gloriam C

Καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου ἡ εὐλογία σου. Καὶ ἦλθε, φησὶν, ἡ εὐλογία σου ἐπὶ τὸν λαόν σου, ἢ τὸν σὺν ἐμοὶ πολεμούμενον, ἢ ἁπλῶς τὸν ὑπὸ τὴν ὅλην μου βασιλείαν, ἢ τὸν τῶν πιστῶν. Εὐλογίαν δὲ ὑποληπτέον τὴν εἰρήνην, καὶ τὴν εὐεργεσίαν, ὡς αἰτίαν εὐλογίας γεγενημένην. Αὐτός τε γὰρ ὁ λαὸς τὸν Θεὸν ἐδόξασε, καὶ οἱ ἰδόντες, οἷας ἀπήλαυσαν (23) ἀρωγῆς.

In finem in hymnis psalmus ipsi David.

PSALMUS IV.

Τῷ Δαβὶδ ψαλμὸς εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις.

ΨΑΛΜΟΣ Δ'.

Inscribitur *in finem* hic psalmus, quia ut inferius dicemus, resurrectionis prophetiam continet, et quæ ad futurum sæculum pertinent, quod præsentis esse sæculi finem nemo ambigit. *In hymnis* vero ideo appositum est, quia mirabilia Dei opera continet : quibus effectum est, ut Absalonis tyrannidem superaverit, quo facto præsentem psalmum decantavit. Congruit etiam hic psalmus cuicunque a periculis liberato. D

Εἰς τὸ τέλος μὲν ἐπιγέγραπται, διὰ τὸ προφητεῦσαι περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, ὡς προϊόντες ἐπιδείξομεν, ἥτις τοῦ μέλλοντός ἐστιν αἰῶνος, ὃν οἴδαμεν τοῦ παρόντος τέλος. *Ἐν ὕμνοις* δὲ, διὰ τὸ κηρύττειν τὰ τοῦ Θεοῦ θαυμάσια, ποιήσαντος αὐτὸν ὑπέρτερον τῆς Ἀβεσαλὼμ τυραννίδος, μεθ' ἣν ᾖσε τὸν παρόντα ψαλμόν. Ἁρμόζει δὲ καὶ παντὶ ἀπαλλαγέντι κινδύνου.

VERS. 2 *Cum invocarem, exaudivit me Deus justitiæ meæ.* Contemplare celeritatem, cum adhuc invocaret exauditus est ; sicut alibi etiam ait[83] : *Adhuc loquente te dicam, Ecce adsum.* Neque enim verborum copia persuadet Deo, sed pura simplicis animæ affectio. Quod vero ait : *Deus justitiæ meæ*, circumlocutus est pro, Deus mei David : mei inquam qui Absaloni comparatus justus videri pos-

Ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαί με, εἰσήκουσέ μου ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης μου. Ὅρα τὸ τάχος· ἔτι καὶ ἐπικαλουμένου ἐπήκουσεν. Ἔτι γὰρ, φησὶ, λαλοῦντός σου, ἐρῶ· Ἰδοὺ πάρειμι. Οὐ γὰρ πλῆθος ῥημάτων πείθει τὸν Θεὸν, ἀλλὰ ψυχῆς καθαρὰ διάθεσις. Τὸ δὲ, *τῆς δικαιοσύνης μου*, περίφρασίς ἐστιν, ἀντὶ τοῦ, Ὁ Θεὸς ἐμοῦ τοῦ δικαίου, ὅσον πρὸς τὴν ἀδικίαν Ἀβεσαλὼμ ἠδικήθην· καὶ γὰρ οὐκ ἠδίκησα.

[83] Isa. LVIII, 9.

Variæ lectiones.

(23) Cod. habet ἀπήλαυσαν, *consecuti sint*, ut ad populos, non ad Davidem referatur.

Digitized by Google

Πολλαχοῦ δὲ τῷ τρόπῳ τούτῳ χρῆται, δίκαιον καὶ ὅσιον, καὶ τὰ τοιαῦτα καλῶν ἑαυτὸν, οὐ κομπάζων, ἀλλὰ πρὸς τὰς τῶν πολεμούντων παρεξεταζόμενος πονηρίας.

A sum, dum justiorem causam foveo. Neque enim illum ego, sed ille me affecit injuria. Et sæpenumero hoc loquendi modo utitur Propheta, ut sanctum se aut justum appellet, aut aliquid ejusmodi, non veluti jactabundus, sed adversariorum se comparans pravitati.

Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με. Διαχεῖ μὲν γὰρ ἡ χαρὰ, στενοῖ δὲ ἡ θλῖψις· ἐμὲ δὲ, τοὐναντίον, ἐν τῷ καιρῷ τῆς λύπης μᾶλλον ἐποίησας μεγαλόψυχον, ὡς καὶ παραγγέλλειν φείδεσθαι τοῦ πατραλοίου παιδός.

In tribulatione dilatasti me. Gaudium dilatare solet et diffundere animum, afflictio autem angere atque angustare. Verum tu, inquit, in mœroris ac tristitiæ tempore, non pusillanimem, sed magnanimum potius me fecisti : ita ut ipsi etiam parricidæ filio parci mandaverim.

Οἰκτείρησόν με καὶ εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου. Ἐλεηθῆναι καὶ ἔτι δυσωπεῖ, καὶ περιπίπτοντος αὖθις ἴσως πειρασμοῖς μὴ παροφθῆναι τὴν προφερομένην τηνικαῦτα δέησιν.

Miserere mei et exaudi orationem meam. Adhuc Deum magis ad misericordiam allicit, rogatque preces suas non despici, si quando in tentationes B fortassis rursus inciderit.

Υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως πότε βαρυκάρδιοι; Πρὸς τοὺς φίλους καὶ γνωστοὺς ὁ λόγος, πειρωμένου; βοηθεῖν ἐκ τῶν παρόντων, ὅτε τὰ τῆς συμφορᾶς ἐπεκράτει. Λέγει γοῦν ὅτι Μέχρι τίνος οὐχ ὑψοῦτε τὴν καρδίαν ἐν ταῖς θλίψεσιν εἰς Θεὸν, ἀλλὰ βαρύνετε ταύτην, κατασπῶντες ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς, καὶ ταῖς βωτικαῖς φροντίσι; Τὸ δὲ, *Υἱοὶ ἀνθρώπων*, αὖθις περίφρασις, ἀντὶ τοῦ, ὦ ἄνθρωποι· σύνηθες γὰρ τοῦτο τῇ τῶν Ἑβραίων διαλέκτῳ.

Vers. 3. *Filii hominum, usquequo gravi corde?* Sermonem ad notos sibi, atque ad amicos dirigit, qui invalescentibus calamitatibus studebant præsentibus ac temporalibus auxiliis ei opem ferre, aitque : Usquequo inter afflictiones cor vestrum ad Deum non tollitis? usquequo animum ac cor vestrum humanis rationibus gravabitis, et vanis distrahemini sollicitudinibus? Quod vero ait, *Filii hominum*, periphrasis est et circumlocutio, pro eo quod est, Homines : estque idioma Hebraicæ linguæ.

Ἵνατί ἀγαπᾶτε ματαιότητα, καὶ ζητεῖτε ψεῦδος; Ἀνωφελεῖς αἱ ἀνθρώπιναι μηχαναὶ, καὶ σαίνουσι μὲν ταῖς ἐλπίσιν, ἀποτυγχάνουσι δέ. Ἢ καὶ διὰ τοὺς προστετηκότας τοῖς παροῦσιν, ὡς μένουσι, ταῦτά φησιν, ἅπερ οὐχ ὑφίσταται· δοκοῦντα μὲν, διὰ τὸ φαινόμενον· οὐκ ὄντα δὲ, διὰ τὴν μεταβολήν· καὶ γὰρ αὐτὸς, βασιλεὺς ὢν, ἰδιώτευσεν, καὶ κατεδιώκετο.

Cur diligitis vanitatem et quæritis mendacium? Inutiles sunt humani conatus : et primo quidem aspectu, conceptæ animo spei videntur applaudere, sed postmodum frustrantur. Vel fortassis verba C hæc ad illos dicta sunt, qui præsentibus rebus, tanquam perpetuis student, tametsi stabiles non sunt; videntur quidem esse propter id quod in superficie apparet, revera tamen ob assiduas mutationes de illis aliter judicandum non est, quam si non essent. Nam et ipse beatus David rex erat, et tamen privatam vitam agebat, et persecutionem sustinebat.

Καὶ γνῶτε ὅτι ἐθαυμάστωσε Κύριος τὸν ὅσιον αὐτοῦ. Περιττὸς ὁ καὶ σύνδεσμος ἐνταῦθα· καὶ γὰρ ἰδίωμα καὶ τοῦτο τῆς Ἑβραΐδος γραφῆς, ὡς πολλαχοῦ παρατηροῦντες εὕρωμεν, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, εὑρήσωμεν. Μάθετε οὖν, φησὶν, ὅτι ὁ Θεὸς περιδόητον ἐποίησεν ἐμὲ τὸν ἀφωσιωμένον καὶ ἀνακείμενον αὐτῷ, καὶ ἐπ' αὐτῷ μόνῳ τὰς ἐλπίδας ἔχοντα· καὶ πῶς γὰρ οὐ περιδόητος γέγονε, καθελὼν τὸν καθελόντα, καὶ νικήσας ὁ φυγὰς τὸν διώκοντα, καὶ μετὰ εὐαριθμήτων ἀνδρῶν, τὸν ταῖς μυριάσι χρώμενον;

Vers. 4. *Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum.* Conjunctio, *et*, superflua est hoc in loco, quemadmodum ex more Hebraici idiomatis sæpenumero alibi aliqua reperiuntur superflua. Discite igitur, inquit, quod celebrem me Deus ac conspicuum reddidit; me, inquam, qui ei sanctificatus, hoc est oblatus ac dedicatus sum, quique in eo solo spes meas ratas esse constitui; vere autem celebris ac clarus fuit beatus David, qui (24) destructorem destruxit, qui fugitivus persequentem vicit : qui parva militum manu, multas copias superavit.

Κύριος εἰσακούσεταί μου ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς αὐτόν. Ταχείας οὕτω τυχὼν τῆς ἀρωγῆς, καὶ τηλικούτου κινδύνου παρ' ἐλπίδα διασωθείς, ἔγνων ὅτι ἐλεεῖ με ὁ Θεὸς, καὶ πέποιθα, καὶ πάλιν εἰσακούσεταί μου κεκραγότος πρὸς αὐτὸν ἐν περιστάσεσιν.

Dominus exaudiet me cum clamavero ad eum. Postquam Dei ope, tam celeriter a tanto periculo me liberatum perspexi, summam in me Dei misericordiam statim agnovi : atque ideo confido, quod rursus me clamantem atque in afflictionibus constitutum exaudiet.

Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Ὀργίζεσθαι μὲν ὡς ἀνθρώπους οὐ κωλύει· μὴ ἁμαρτάνειν δὲ, τῇ

Vers. 5. *Irascimini et nolite peccare.* Irasci quidem ut homines non prohibet, sed admonet ut

Variæ lectiones.

(24) Illæ in Græco textu per interrogationem : *Quomodo enim celebris non erasit, qui*, etc.

Digitized by Google

non peccemus, et ne sinamus a passionis vehementia nos pertrahi: ne supra modum irascamur: neu temere aliquem ulciscamur. Contra vitium enim insita est hominibus ira. Nam qui irascitur ut illatas sibi injurias ulciscatur, irascitur, et peccat: qui vero tantum irascitur, ut alterum corrigat, irascitur quidem, sed non peccat, quemadmodum nec peccat pater, qui non obtemperanti filio irascitur.

A τοῦ πάθους ὀξύτητι παρασυρομένους ἡμᾶς, ἢ πέρα τοῦ μετρίου θυμουμένους, προτρέπεται, ἢ τινα ἀκαίρως, ἢ ἀναιτίως ἀμυνομένους· κατὰ τῆς κακίας γὰρ ὁ θυμὸς ἀνθρώποις ἐφυτεύθη. Ὁ μὲν γὰρ ἑαυτὸν ἐκδικῶν, ὀργίζεται, καὶ ἁμαρτάνει· ὁ δὲ ἕτερον διορθούμενος, ὀργίζεται, καὶ οὐχ ἁμαρτάνει, ὡς πατὴρ υἱῷ ὀργιζόμενος.

Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini. Perge, inquit, in tuum cubile, ubi maxima adest securitas: et illic amplo cum otio ac quiete teipsum dijudica: et cogitationes discute, quas habuisti per diem, noctu præterea atque in cubili tuo ut dixi doleas, et pœnitentiam tecum agas ob peccata quæ interdiu in animo tuo revolvisti. Mihi enim, inquit, beatus David, sic facienti, B ut te moneo, prospere cuncta succedunt. Sume itaque et tu experimentum, cum ex me didiceris hujusmodi utilitatem percipere. Hoc enim tibi ut facias suadeo. Quod si ut propheta indicat, cogitationum pœnas daturi sumus, quanto magis operationum? Considera etiam quomodo tam ad præservandum a peccatis, quam ad castigandum peccatorem, aptissimis Propheta usus sit pharmacis. Nam quod ait, *Irasciminii et nolite peccare*, custodit et præservat a peccato: et si fortassis in peccata quis inciderit, vicissim castigat et corrigit, dum ait: *Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.*

Τὰ εἰπὲ ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε. Ἐπὶ τὴν κοίτην ἰόντες, ἐν ᾗ καιρὸς ἀδείας ἐστὶν, ἀνακρίνετε κατὰ σχολὴν ἑαυτοὺς περὶ τῶν ἡμερινῶν ἐνθυμημάτων, καὶ ἃ πλημμελῶς ἐν ἡμέρᾳ διαλογίζεσθε, ἐπὶ τούτοις μεταμέλεσθε, ἐπὶ τὸν τῆς κοίτης χρόνον. Οὕτω κἀγὼ ποιῶν, εὐδοῦμαι, καὶ πείρᾳ (25) τὴν ἐντεῦθεν ὠφέλειαν μαθὼν, τοῦτο ποιεῖν παραινῶ καὶ ὑμῖν. Εἰ δὲ τὰς ἐνθυμήσεις δεῖ κολάζειν, πολὺ μᾶλλον τὰς πράξεις. Ὅρα δὲ, πῶς καὶ προφυλακτικοῖς καὶ διορθωτικοῖς ἐχρήσατο φαρμάκοις· τὸ μὲν γὰρ, *Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε*, προφυλακτικόν· τὸ δὲ, *Ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε*, διορθωτικόν.

Vers. 6. *Sacrificate sacrificium justitiæ, et sperate in Domino.* Justitiam vestram quasi fructum quemdam Deo, inquit, offerte, neminem injuria afficientes: et auxilium a Deo exspectate, qui oppressis potissimum auxilio esse solet. Conversationem C præterea ac vitam futuræ Ecclesiæ prænuntiat, quæ vice animalium, spirituale virtutum sacrificium Deo erat oblatura. Justitiam enim hic non particularem virtutem, sed generaliter pro omni virtute intelligit.

Θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης, καὶ ἐλπίσατε ἐπὶ Κύριον. Καρποφορήσατε μόνον δικαιοσύνην τῷ Θεῷ, ἀδικοῦντες; μηδένα, καὶ ἀπεκδέχεσθε τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ βοήθειαν, ὃς τοῖς ἐπηρεαζομένοις μάλιστα συμμαχεῖ. Προδιαγράφει καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν πολιτείαν, πνευματικῶς θύειν μέλλουσαν ἀντὶ ζώων τὰς ἀρετάς· εἴγε δικαιοσύνην οὐκ ἰδικῶς, ἀλλὰ καθόλου τὴν ἀρετὴν πᾶσαν ὑπολήψόμεθα.

Multi dicunt: Quis ostendet nobis bona? Cum sui exempli admonnerit atque exhortatus sit nos Propheta, ut in superioribus vidimus, modo objectionem quamdam a pusillaminibus fieri solitam apponit. Quidam enim, inquit, cum in calamitates inciderint, ægre ferentes, statim desperant, nec credunt Deum prope esse invocantibus eum. Quinimo omni spe destituti, talia etiam effundunt verba: Quis adjutor deinceps erit nobis? quasi dicant, Nullus. Quæ verba extremæ omnino desperationis sunt. Vel aliter, de iis hominibus sermo est, qui carnis sequuntur desideria: qui cum in otio atque in deliciis summum bonum posuerint, eas totis velis insequuntur: afflictiones vero quæ divina dispensatione nobis immittuntur valde oderunt. Per illa etiam verba, *Quis ostendet nobis bona?* animæ ardentis atque immodice appetentis affectum intellige demonstrari.

Πολλοὶ λέγουσι· Τίς δείξει ἡμῖν τὰ ἀγαθά; Προσαγαγὼν τὴν παραίνεσιν ἀπὸ τοῦ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματος, τίθησιν ἀντίθεσίν τινα τῶν μικροψύχων. Τινὲς γὰρ, φησὶν, ὅταν προσομιλήσωσι πειρασμοῖς, βαρυθυμοῦντες, ἀπογινώσκουσι, καὶ οὐ πιστεύουσιν ὡς ἐγγὺς Κύριος τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν, ἀλλὰ λέγουσι· Τίς βοηθήσει ἡμῖν; ὅπερ ἰσχάτης ἀπογνώσεως ὄν, δίδωσι νοεῖν, ὡς οὐδείς. Ἢ καὶ περὶ τῶν φιλοσάρκων ὁ λόγος, οἵτινες ἀγαθὸν D ἡγούμενοι τὴν ἄνεσιν καὶ τρυφὴν, ταῦτα μόνα μεταδιώκουσι, σφόδρα μισοῦντες τὰς κακοπαθείας, αἳ κατ' οἰκονομίαν ἐπάγονται. Τὸ δὲ, *Τίς δείξει ἡμῖν;* ψυχῆς νοητέον ὀρεγομένης διακαῶς.

Vers. 7. *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* Verum ego, inquit, longe aliter sentio. In me enim signatum est lumen protectionis tuæ: quam lucem, illam esse intelligendum

Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε. Ἀλλ' ἐγὼ οὐχ οὕτως ἔχω, καὶ γὰρ ἐνεσημάνθη μοι ἡ ἀντίληψις τῆς σῆς ἐπισκοπῆς· ταύτην γὰρ φῶς ὑπολητέον, ὡς διαλύουσαν τὸ σκότος

Variæ lectiones.

(25) Græcorum verborum sensus est: *Atque experientia cum quanta sit utilitas didicerim, idem ut et ipsi facialis hortor.*

Digitized by Google

τῆς ἀθυμίας, καὶ ὥσπερ ἐγχαραχθεῖσα, γνώριμόν με καὶ τοῖς πόρρω πεποίηκε. Τινὲς δέ φασι προφητείας εἶναι τὸ ῥητὸν περὶ τῶν Χριστιανῶν, οἷς ἐσημειώθη, τουτέστιν, ἐτέθη γνώρισμα ὁ Χριστὸς, κληθεῖσι Χριστιανοῖς, ὃς ἐστι φῶς τοῦ Πατρός. Συνέταξε δὲ τούτοις ὁ Προφήτης ἑαυτὸν, διὰ τὴν τῶν ἀρετῶν συγγένειάν τε καὶ οἰκειότητα.

A est, quæ mœroris tenebras dissolvit : quæque in me quodam modo insculpta, notum me omnibus ac conspicuum facit, his etiam qui procul sunt. Quidam aiunt contineri his verbis prophetiam de Christianis, quibus per hoc nomen, quo Christiani appellantur, signum atque indicium quoddam impositum est, Christus nimirum, qui Patris lux est. [Per Christum enim Patrem agnovimus : *Qui enim vidit me*, inquit, *vidit et Patrem meum* [84] ; qui etiam character et forma Patris, ab Apostolo cognominatur [85].] Conjunxit autem seipsum Propheta Christianis, ob cognationem quamdam ac familiaritatem virtutum.

Ἔδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου. Ἢ διὰ τὴν ἀντίληψιν, τὴν δηλωθεῖσαν, ἢ διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ κλῆσιν τῶν εὐσεβῶν.

Dedisti lætitiam in corde meo. Vel propter prædictum auxilium, vel ob denominationem fidelium a Christo.

Ἀπὸ καρποῦ σίτου, οἴνου καὶ ἐλαίου αὐτῶν ἐπληθύνθησαν. Περὶ τῶν φιλοσάρκων λέγει πάλιν, ὅτι Καὶ τὰ γήϊνα φρονοῦσιν αὐτοῖς δαψιλῶς πάντα B χορηγεῖ ὑπὸ τῆς ἄγαν φιλανθρωπίας· ἀπαριθμεῖται γὰρ ὅτι ἀπὸ καρποῦ σίτου, οἴνου καὶ ἐλαίου, ἐπληθύνθησαν, τουτέστιν ἐνεπλήσθησαν, δηλαδὴ τῶν ἀπαριθμηθέντων, δι' ὧν ἀναγκαιότερον καὶ τ' ἄλλα τῶν βρωμάτων εἴδη συμπεριέλαβεν.

VERS. 8. *A fructu frumenti vini et olei, eis multiplicati sunt.* De carnalibus hominibus iterum sermo est : quibus terrena tantum cogitantibus, abunde omnia Deum præ magna benignitate subministrasse attestatur Propheta : et bona eis collata connumerat dicens, quod a fructu frumenti, vini, et olei, multiplicati sunt eis; hoc est, eis connumeratis bonis repleti, per quæ bona tanquam per magis necessaria, reliqua ciborum genera intellexit.

Ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι, καὶ ὑπνώσω. Τοὺς ἐνοχλοῦντάς μοι φόβους ἀπεθέμενος, ἀταράχως κοιμηθήσομαι, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ μέχρι κόρου. Τὸ μὲν γὰρ, *ἐπὶ τὸ αὐτὸ*, βούλεται τὸ ἅμα δηλοῦν, ὅτι Καὶ ἅμφω ταῦτα ποιήσω. Τὸ δὲ, *ὑπνώσω*, τῆς κατακλίσεώς ἐστιν ἐπίτασις. Ἢ καὶ προφητεύει περὶ τῆς ἑαυτοῦ τελευτῆς, ὡς οὐχ ἀποθανεῖται βιαίως, ἀλλὰ κατὰ φύσιν, ἔνθα καὶ νοήσομεν τὸ, *ἐπὶ τὸ αὐτὸ*, περὶ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς λέγειν, ὅτι Κοιμηθήσομαι ἐν εἰρήνῃ ὁμοῦ, καὶ κατὰ σῶμα, καὶ κατὰ ψυχήν· τούτου μὲν, τῶν ὁρατῶν ἀπαλλαγέντος ἐχθρῶν· ἐκείνης δὲ, τῶν ἀοράτων. Τὸ δὲ, *ὑπνώσω*, τὸν μέχρι τῆς ἀναστάσεως μακρὸν αἰνίττεται χρόνον.

VERS. 9. *In pace in idipsum dormiam et soporabor.* Deposito timore, quo perturbabar, deinceps quiete dormiam ; nec dormiam simpliciter, sed ad ipsam usque satietatem. Nam quod ait, *in idipsum*, idem sibi vult quod *una* : ac si dicat, Utraque hæc faciam, dormiam et pariter *soporabor*. Quo loquendi modo accubationis et quietis suæ intensionem expressit. Vel his verbis Propheta fortassis prædicit, quæ ad mortem suam pertinebant ; quod scilicet non violenta, sed naturali morte ei moriendum erat. Et quod dicit *in idipsum*, de anima et corpore intelligemus. Dormiam enim ego, inquit, in pace, corpore pariter et anima : corpore nimirum a visibilibus, et anima ab invisibilibus inimicis liberata. Quod vero ait, *soporabor*, longum resurrectionis tempus significare videtur.

Ὅτι σὺ, Κύριε, κατὰ μόνας ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με. Σύ με χωρὶς τῶν πονηρῶν οἰκεῖν ἐποίησας, ἐπ' ἐλπίδι σωτηρίας. Τινὲς δέ φασιν, ὅτι τοῦτο περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως προεφήτευσε, σχηματίσας τὸν λόγον ὡς ἀπὸ τοῦ σώματος, λέγοντος, ὅτι Σὺ, Κύριε, κατοικεῖν με τὸν τάφον ὥρισας μεμνωμένον τῆς συζύγου ψυχῆς· οὐχ ἁπλῶς δὲ, ἀλλ' D ἐλπίδι ἀναστάσεως, ὅτε καὶ τὴν ψυχὴν ἀπολήψομαι. Τὸ δὲ, *ὅτι*, παρέλκον δοκεῖ· καὶ γὰρ ἐν πολλοῖς ἰδίωμα καὶ τοῦτο τῆς Παλαιᾶς· νοεῖται δὲ καὶ βεβαιωτικὸν, ἀντὶ τοῦ *ὄντως*.

VERS. 10 *Quoniam tu, Domine, singulariter in spe habitare fecisti me.* Tu me, inquit, habitare fecisti seorsum a malignis atque in spe salutis. Quidam vero hæc de resurrectione a mortuis prophetice dicta esse aiunt : quodque beatus David, veluti ex corporis sui persona sermonem formavit, dicentis : Tu, Domine, habitare me fecisti in sepultura ; et constituisti me singularem ac solitarium illic esse, a propriaque ac socia mihi anima disjunctum. Verum hoc non simpliciter, sed in spe resurrectionis ; quandoquidem iterum animam susceperum sperem. Illa autem dictio, *quoniam*, abundare videtur hoc in loco, quemadmodum et sæpe alibi, juxta sacræ Scripturæ atque Hebraici idiomatis proprietatem : quanquam sæpenumero etiam hæc dictio apud Hebræos idem significat quod *vere*, et ponitur pro adverbio confirmandi.

Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης.

ΨΑΛΜΟΣ Ε'.

In finem pro ea quæ hæreditatem consequitur.

PSALMUS V.

Τί μὲν παρίστησιν ἡ *εἰς τὸ τέλος* ἐπιγραφὴ, προείρηται. Φασὶ δέ τινες ἐνταῦθα τὰς ἐσχάτας ἡμέρας ὑποδηλοῦσθαι, καθ' ἃς ὁ Κύριος ἐνηνθρώπησι· τη-

Quod sibi velit inscriptio *in finem*, superius dictum est : hoc autem in loco quidam per eam aiunt significari illos dies, quibus Christus homo factus

[84] Joan. XIV, 9. [85] Hebr. I, 3.

Digitized by Google

est, quando umbra legis finem accepit, atque hoc ex subsequentibus comprobari ; ex persona enim futuræ fidelium Ecclesiæ Propheta psalmum hunc composuit : quanquam et ipsius etiam beati David negotiis ac rebus congruat ; hanc igitur Ecclesiam, eam esse intelliges, quam Propheta dicit hæreditatem consequi : ea nimirum ratione, quia per baptismi regenerationem adoptata est, et adoptionis privilegia consecuta. Hæreditas vero quæ ei debetur, illa est quam *nec oculus vidit, [nec auris audivit* [56]] etc. De hac etiam Ecclesia tanquam de sponsa Paulus dicebat : *Aptavi virginem castam Christo constituere* [57] ; et Joannes, *Qui habet sponsam, sponsus est* [58] ; et beatus David alibi : *Astitit Regina a dextris tuis* [59]. In præsenti vero tempore dixit, *Quæ hæreditatem consequitur*, et non Quæ consecuta est, aut Quæ consequetur : quia Ecclesia semper hæres est, illi usque hæreditas finem ullum habitura nunquam est.

A νικαῦτα γὰρ τέλος ἔλαβεν ἡ σκιὰ τοῦ νόμου· καὶ πιστοῦνται τὸν λόγον ἀπὸ τοῦ ἐπαγομένου· προσώπῳ γὰρ τῆς Ἐκκλησίας τῶν ὕστερον πιστῶν ποιεῖται τὸν ψαλμὸν ὁ Προφήτης, εἰ καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον οὐδὲν ἧττον ἁρμόζει πράγμασι. Κληρονομοῦσαν δὲ ταύτην ὠνόμασεν, ὡς διὰ τῆς παλιγγενεσίας τοῦ βαπτίσματος υἱοθετηθεῖσαν· κλῆρος δὲ αὐτῆς, *ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε*, καὶ τὰ ἑξῆς. Περὶ ταύτης, ὡς νύμφης, καὶ Παῦλος ἔλεγεν· *Ἡρμοσάμην παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι Χριστῷ*· καὶ Ἰωάννης· *Ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστί*· καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ Δαβίδ· *Πάρεστι ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου*. Κληρονομοῦσαν δὲ, καὶ οὐ κληρονομήσασαν, ἢ κληρονομῆσαι μέλλουσαν εἴρηκεν, διὰ τὸ ἀεὶ κληρονομεῖν, καὶ μηδέποτε λήγειν.

Vers. 2. *Verba mea auribus percipe, Domine ; intellige clamorem meum, intende voci orationis meæ.* Eumdem sensum aliis atque aliis verbis repetit idem æquivalentibus, quemadmodum mos est iis qui ex corde supplicant. Vel per *verba*, preces intellige, tanquam sermones. *Clamorem* vero ideo addidit, ut cum tono atque intensione spiritus preces se fudisse ostenderet : et *vocem* ea ratione, ut clare atque aperte se locutum fuisse significaret : cum alioquin clamor ignotam soleat vocem efficere. Alia autem verba quæ his commista sunt, in propria sua significatione sunt posita. *Auribus* enim *percipe*, inquit, non simpliciter : sed *intellige*, atque ipso intellectu percipe quid sibi volunt preces meæ : nec fortuito eas tibi fuisse oblatas puta, seu labiis seu ipso tibi corde offerantur. Est autem mos sacræ Scripturæ, ut humanas sæpenumero operationes Deo ascribat : quemadmodum hoc in loco fieri videmus.

B *Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι, Κύριε, σύνες τῆς κραυγῆς μου, πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεως μου.* Ἢ τὸ αὐτὸ δηλοῖ δι' ἄλλων καὶ ἄλλων λέξεων ἰσοδυναμουσῶν, ὡς ἔθος τοῖς ἀπὸ καρδίας ἱκετεύουσιν· ἢ *ῥήματα* μέν φησι τὴν δέησιν, ὡς λόγους· *κραυγὴν* δὲ, ὡς μετὰ τόνου πνεύματος προσφερομένην· *φωνὴν* δὲ, ὡς εὔσημον· κυρίως γὰρ δῆμός ἐστιν ἡ κραυγή. Καὶ τὰ ὑποκείμενα δὲ οἰκείως ἀπεδόθησαν. *Ἐνώτισαι* γὰρ, καὶ μὴ ἁπλῶς, ἀλλὰ γνῶθι τί βούλονται· καὶ ἔτι, μὴ ἐν παρέργῳ θήσεις τὴν δέησιν, εἴτε διὰ χειλέων, εἴτε ἀλαλήτως προφέρεται. Ἴδίωμα δὲ καὶ τῆς Γραφῆς, καὶ τὸ καλεῖν τὰς θείας ἐνεργείας ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων, ὡς τὸ περὶ τούτων διδάσκει σύνταγμα.

C *Rex meus et Deus meus.* Te enim solum, inquit, habeo in Regem, veluti qui mei solius providentiam et procurationem habes : te solum pari modo ut Deum colo, tanquam verum omnium Creatorem. Idola enim omnia abjeci.

Ὁ βασιλεύς μου καὶ ὁ θεός μου. Σὲ γὰρ καὶ μόνον βασιλέα ἔχομεν, ὡς προνοητήν· θεὸν δὲ, ὡς πλάστην, τὰ εἴδωλα (26) *ῥίψας*.

Vers. 4, 5. *Quoniam ad te orabo, Domine.* Exaudi me, inquit, quoniam deinceps ad te solum, et non ad alium Deum ut antea preces meas effundam.

Ὅτι πρὸς σὲ προσεύξομαι, Κύριε. Εἰσάκουσόν μου, διότι τοῦ λοιποῦ πρὸς σὲ, καὶ οὐ πρὸς ἕτερον Θεὸν, ὡς πάλαι, προσεύξομαι.

Mane exaudies vocem meam, mane astabo tibi et videbis me. Illo inquam mane, quo Sol justitiæ Christus hominibus orietur. Ego etenim tunc ex Judæis, atque ex gentibus congregabor, et invocabo te, ac laudando, appropinquationis conversationem exhibebo. Tunc igitur tibi me appropinquantem, atque assistentem videbis. *Oculi* enim *Domini*, inquit, *super justos* [60]. Quædam vero exemplaria habent, *Et videbor*, hoc est, Manifestus fiam. Quod si juxta historiam psalmum exponamus de beato David, mane pro matutino tempore accipiendum

D *Τὸ πρωὶ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς μου, τὸ πρωὶ παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψει με.* Τότε δηλονότι, ὅταν Χριστὸς, ὁ τῆς δικαιοσύνης Ἥλιος, ἀνατείλῃ· τηνικαῦτα γὰρ ἐξ ἐθνῶν καὶ Ἰουδαίων συστήσομαι, καὶ ἐπικαλέσομαί σε, καὶ δι' ἐγγύτητος ἐναρέτου παραστήσομαι πολιτείας, καὶ οὕτω πλησιάζουσαν ἴδῃς με. *Ὀφθαλμοὶ* γὰρ, φησὶ, *Κυρίου, ἐπὶ δικαίους*. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων τὸ *ἐπόψομαι* φέρουσιν, ἀντὶ τοῦ ἐμφανισθήσομαι. Πρὸς μέντοι τὴν ὑπόθεσιν τοῦ Δαβὶδ, ὑπολητέον τὸ πρωὶ δηλοῦν τὸν ὀρθρινὸν χρόνον. Πρὸ ἔργου γὰρ, φησὶ, παντὸς, ἔστω

[56] I Cor. II, 9. [57] II Cor. XI, 2. [58] Joan. III, 29. [59] Psal. XLIV, 10. [60] Psal. XXXIII, 16.

Variæ lectiones.

(26) Legendum fortasse *ῥίψασα*, ex persona Ecclesiæ, ut paulo post ex persona ejusdem Ecclesiæ habet πλησιάζουσαν.

Digitized by Google

μοι τὸ παραχαλεῖν σε, καὶ τὰ ἑξῆς, ὃ καὶ ἡμεῖς ποιοῦμεν, εὐθὺς τῆς κοίτης ἐξανιστάμενοι· καὶ οὐχ ὅτι κατ' ἄλλον οὐ χρὴ προσεύχεσθαι καιρόν· *Εὐλογήσω* γὰρ, φησὶ, *τὸν Κύριον, ἐν παντὶ καιρῷ.*

A est, ac si diceret : Gratius mihi ac jucundius rebus omnibus fuerit matutino tempore ad te, Deus, orationem ac preces meas proferre : quod et nos facere consuevimus statim ubi e lecto consurreximus ; nec tamen hoc dico, quasi alio tempore orandum non sit : *Benedicam*, inquit, *Dominum in omni tempore* [61].

Ὅτι οὐχὶ Θεὸς θέλων ἀνομίαν σὺ εἶ. Τὰ γὰρ εἴδωλα τὰς ἀνομίας ἀγαπῶσιν. *Ἀνομίαν* δὲ καλεῖ πᾶσαν ἁμαρτίαν.

Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Longe enim abes ab idolorum perversitate, quæ iniquitates diligunt. Per *iniquitatem* vero omne peccati genus intelligit [quod extra æquitatis sit normam : seu, ut significantius Græca dictio ἀνομία exprimit, quod omni careat legis ratione. Ἄνομος quippe, unde ἀνομία, quem Latinus interpres assidue *iniquum* appellat, *exlegem* potius, quam *iniquum* significat ; sed vocabuli inopia ἀνομίαν *iniquitatem* appellamus.]

Οὐ παροικήσει σοι πονηρευόμενος. Οὐ μόνον δέ εἰσιν ἐμπαθεῖς οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν, ὡς αἱ περὶ τούτων βίβλοι διδάσκουσιν· ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶν ὁμοίων ζηλωτὰς παθῶν ὡς οἰκείους περιέπουσι, καὶ τοὺς ἑαυτῶν βεβήλους ναοὺς αὐτοῖς ὑπανοίγουσι. Σοῦ δὲ τῆς ἐγγύτητος καὶ οἰκειώσεως, τοῦτο γὰρ τὴν παροικίαν ἐπὶ τοῦ παρόντος ὑπολητέον, οὐ τεύξεται πονηρός. *Ἐγγὺς* γὰρ, φησὶ, *Κύριος τοῖς συντετριμμένοις τὴν καρδίαν, καὶ τοῖς φοβουμένοις αὐτόν.* Διὰ τοῦ πονηροῦ δὲ παντοῖον ἁμαρτωλὸν ἠνίξατο.

B Vers. 6. *Neque habitabit juxta te malignus.* Gentium dii, non tantum ipsi sceleribus ac vitiis repleti sunt, quemadmodum ex profanis eorum libris docemur : sed homines quosque, similium vitiorum amatores, veluti suos ac proprios fovent, suaque illis profana aperiunt fana. Tuam vero, o Deus, familiaritatem, aut tui appropinquationem (ita enim intelligere debemus quod ait : *Neque habitabit juxta te malignus*) homo nullus unquam consequetur. *Prope est enim Dominus iis qui contrito sunt corde* [62]. Item : *Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius* [63]. Malignum enim dicens Propheta, omnifarium peccatorem subsignavit.

Οὐδὲ διαμενοῦσι παράνομοι κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου. Τοῦτο διὰ τοὺς Ἰουδαίους προφητευθῆναι λέγουσιν, οἳ μέχρι μὲν τὸν νόμον ἐφύλαττον, ἐπισκοπῆς ἠξιοῦντο θείας· παραβάται δὲ τούτου γενόμενοι, δικαίως ἐξώσθησαν.

Nec permanebunt transgressores legis ante oculos tuos. His verbis contineri dicunt prophetiam de Judæis, qui donec legem servaverunt protectione et custodia Dei digni esse visi sunt : verum ubi illius transgredi cœperunt mandata, justo ac merito ab eo expulsi sunt.

C

Ἐμίσησας πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν. Τοῦτο διὰ τὰ ἔθνη τὰ ἄπιστα, νόμων Θεοῦ μὴ δεξάμενα. Νοεῖται δὲ καὶ ἄλλως· παράνομος μὲν, πᾶς ὁ μεμαθηκὼς τὸν νόμον, παραβαίνων δέ· ἄνομος δὲ, ὁ μὴ μαθεῖν ἀναστχόμενος. Πολλάκις δὲ τὸν παράνομον καλοῦμεν καὶ ἄνομον, ὡς μὴ νόμῳ χρώμενον. Εἰπὼν δὲ παθόλου περὶ τῶν ἁπλῶς ἁμαρτωλῶν, ἐκτίθεται καὶ κατὰ μέρος ἃ ἐδόκουν αὐτῷ κεφαλαιωδέστερα τότε τῶν ἁμαρτημάτων.

Vers. 7. *Odisti omnes qui operantur iniquitatem.* Hoc propter infideles gentes dictum est, quæ legem Dei non receperunt : [et quos juxta Græci nominis veriorem significatum, ut diximus, exleges potius dicere possumus, quam iniquos. Differt autem transgressor legis ab exlege], quia alter, legem quidem novit, sed non servat : alter vero is dicitur qui nullas omnino recipit leges ; quanquam sæpenumero alterum loco alterius ponitur (27'). particulatim nunc tradit quæ sibi visa sunt præcipua peccatorum capita.

Ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. Τοῦτο προηγουμένως μὲν διὰ τοὺς δοξάζοντας ἕτερον παρὰ τὸν ὄντα Θεὸν, καὶ τοὺς αἱρετικούς· ἑπομένως δὲ, καὶ διὰ τοὺς ὅπως δήποτε ψευδομένους, ὡς τοῦ διαβόλου διακόνους, πατὴρ γὰρ τοῦ ψεύδους ὁ Σατανᾶς, εἴτε ἐξ Ἰουδαίων εἰσὶν, εἴτε ἐξ ἐθνῶν. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, *Ἀπολεῖς*, παρίστησι βαρυτέραν αὐτῶν τὴν πόλασιν. Ἢ καὶ φοβῆσαι τοὺς προχείρους εἰς τὸ ψεῦδος βουλόμενος, ἐπιπολάζοντας καὶ ἀνειμένους, διὰ τὸ ῥᾷστον· ἢ καὶ ὅτι μὴ μόνον ἑαυτὸν (27) ἠχρείωσεν, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς ἀπολείας πρόξενοι γίνονται.

D *Perdes eos qui loquuntur mendacium.* Hoc principaliter propter eos dictum est, qui non verum Deum colebant : et propter hæreticos : consequenter propter omnes alios mendaces, ac dæmonis ministros, qui pater dicitur mendacii, seu ex Judæis sint, seu ex gentibus. Quod vero ait, *Perdes*, gravissima eorum tormenta denotavit. Vel fortassis id a Propheta dictum est, ut eos qui facilitate quadam proni ac labiles sunt ad mendacia, hoc pacto deterreret, qui non tantum seipsos lædunt, sed multis etiam perditionis causa exsistunt.

[61] Psal. xxxiii, 2. [62] Psal. cxliv, 18. [63] Psal. lxxxiv, 10.

Variæ lectiones.

(27) Col. ἑαυτόν, *seipsum* ; sed melius, opinor, ἑαυτούς, ut legit Latinus interpres.

(27') Quinimo et Latinus interpres utramque dictionem passim pro *iniquo* exponit.

Digitized by Google

Vers. 8. *Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus.* Vide quomodo interfectori dolosum conjunxit. Nam qui decipit, et in pericula aliquem conjicit, occidere etiam videtur.

A Ἄνδρα αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται Κύριος. Ὅρα πῶς τῷ φονεῖ τὸν δολερὸν προσέταξεν· ἀπατῶν γὰρ, καὶ ῥίπτων εἰς κίνδυνον, φονεύειν ὁμοιεῖ.

Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam. Ego, inquit, Ecclesia ob summam misericordiam tuam ab erroribus liberata, in domum tuam, quam olim imprudenter destruebam, ingrediar. Vel aliter : *Introibo in domum tuam*, digna nimirum effecta hujusmodi fiducia apud te, non ob meas virtutes, sed ob tuam tantum misericordiam. Aliqui per domum Dei conversationem ac vitam intelligunt virtute præditam. Requiescit enim Deus atque habitat in iis qui virtutes sectantur, quemadmodum in Evangelio ait : *Ego et Pater ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus* [64].

Ἐγὼ δὲ ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέου σου εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου. Ἐγὼ δὲ διὰ τὸ πολύ σου ἔλεος ἀπαλλαγεῖσα τῆς πλάνης, εἰσελεύσομαι εἰ; τὸν οἶκόν σου, ὃν πρὶν ἀφρόνως κατέσκαπτον. Ἢ καὶ ἄλλως· Εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου, τῆς παῤῥησίας ταύτης ἀξιωθεῖσα, οὐ διὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν, ἀλλὰ διὰ τὸ σὸν μόνον ἔλεος. Τινὲς δὲ λέγουσιν οἶκον Θεοῦ καὶ τὴν ἐνάρετον εἶναι πολιτείαν. Ἐπαναπαύεται γὰρ καὶ ἐνοικεῖ Θεὸς τοῖς μετιοῦσιν αὐτὴν, ὡ; καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις εἶπεν ὁ Σωτὴρ ἐλεύσεσθαι μετὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ μονὴν ποιήσασθαι παρὰ τοῖς ἀξίοις.

B

Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Ingressa, inquit, multa cum reverentia adorabo in timore. Templum vero aut terrenum hoc intellige, aut cœleste in quo adoratura est. Gentes quippe deorum suorum delubris intemperanter abutebantur, atque inhoneste. Cum autem hactenus Ecclesia vitiorum genera, quæ ad propositum a se sumptum pertinebant, narraverit per capita, eaque Deo esse ostenderit abominabilia, nunc ad seipsam revertitur, ac pollicetur vere se atque ingenue, et non pigre divino cultui inservituram : nec tamen id dicit veluti quæ per seipsam justificata sit, sed tanquam misericordiam consecuta : quamvis inclamando adversus peccatores, et seipsam in templum Dei inducendo, videatur quodammodo aliud (28) significare.

Προσκυνήσω πρὸς ναὸν τὸν ἅγιόν σου ἐν φόβῳ σου. Εἰσελθοῦσα δὲ μετὰ πάσης εὐλαβείας, ἐν φόβῳ προσκυνήσω, εἴτε τὸν ἐπίγειόν σου ναὸν, εἴτε τὸν οὐράνιον· τὰ γὰρ ἔθνη ἀκολάστως τοῖς ναοῖς τῶν θεῶν αὐτῶν ἐνασχημονοῦσι. Πρὸς μέντοι τὴν ἰδίαν ὑπόθεσιν ὁ Προφήτης τὰ εἴδη τῆς κακίας κεφαλαιωδέστερον ἐπελθὼν, καὶ δείξας βδελυκτὰ θεῷ, πρὸς ἑαυτὸν ἐπάνεισι, καὶ λατρεύειν ἐπαγγέλλεται γνησίως καὶ προθύμως, οὐχ ὡς δεδικαιωμένος, ἀλλ' ὡς ἠλεημένος. Εἰ καὶ ἐν οἷς καταβοᾷ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ἑαυτὸν εἰσάγει τῷ θείῳ ναῷ, τοῦτο νοεῖσθαι δίδωσι.

Vers. 9. *Domine deduc me in justitia tua.* Deduc me, Domine, per manum Filii tui : qui, ut ait Apostolus, justitia est, et sanctificatio, et redemptio [65] : vel in lege tua quæ est humana justitia.

C Κύριε, ὁδήγησόν με ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου. Χειραγώγησόν με, διὰ τοῦ Υἱοῦ σου, ὃς ἐστι δικαιοσύνη, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις, κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Καὶ ἐν τῷ σῷ νόμῳ· ἔστι γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη δικαιοσύνη.

Propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam. Propter visibiles inimicos meos, qui in semitis meis scandala seminant, et laqueos tendunt, explana, quæso, Domine, viam meam ad te : ita enim Symmachus reddidit. Vel, *Dirige me*, ne declinem ad dextram aut sinistram propter inimicos meos, qui latenter in insidiis me observant. Congruere etiam possunt hæc verba ipsi beato David.

Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου, κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου. Διὰ τοὺς ὁρατοὺς καὶ ἀοράτους ἐχθρούς μου, τοὺς κατασπείροντας ἐν τῇ τρίβῳ μου σκάνδαλα καὶ πάγας, ἐξομάλησον τὴν ὁδόν μου πρός σέ· οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος τὸ *Κατεύθυνον* ἡρμήνευσεν. Ἢ ὥστε μὴ ἐκκλίνειν ἐπὶ δεξιὰ ἢ ἐπ' ἀριστερὰ διὰ τοὺς ἐνεδρεύοντας ἐπιβούλους. Ἁρμόζει δὲ ταῦτα καὶ τῷ Δαβίδ.

D

Vers. 10. *Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est.* Et mentiuntur assidue ut fallaces : et inutilia semper ac vana cogitant ut maligni.

Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν ἀλήθεια, καὶ ἡ καρδία αὐτῶν ματαία. Ψεύδονται γὰρ, ὡς ἀπατεῶνες, καὶ ἀνόνητα μελετῶσιν, ὡς πονηροί.

Vers. 11. *Sepulcrum patens est guttur eorum.* Propter mortua illorum dogmata hoc dicit, et ob putidas hæreticorum blasphemias, et inhonesta intemperantiæ verba. Vel juxta historiam, ob turpes contumelias, et ob jurgia, quæ in David dicta fuere ab inimicis. [Quorum guttur, non tectæ atque apertæ sepulturæ comparavit, sed apertæ ac patenti, tetrumque odorem emittenti.] Nam si opertum esset sepulcrum, immunditias omnes et gravem illum spiritum celaret.

Τάφος ἀνεῳγμένος, ὁ λάρυγξ αὐτῶν. Τοῦτο, διὰ τὰ νεκρὰ δόγματα καὶ τὰς δυσώδεις βλασφημίας τῶν αἱρετικῶν, ἢ καὶ τὰ μυδῶντα τῆς ἀκολασίας ῥήματα, ἢ καὶ τὰς κατὰ τοῦ Δαβὶδ αἰσχρὰς ὕβρεις. Οὐ γὰρ κεκαλυμμένος ἐστὶν· οὕτω γὰρ (29) αὐτὴν δυσοσμίαν συνέκρυβε.

[64] Joan. XIV, 23. [65] 1 Cor. I, 30.

Variæ lectiones.

(28) Græce τοῦτο, *hoc.*

(29) Addendum puto ἄν.

Digitized by Google

Ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν. Εἴ τις μὲν δόλιος, οὗτος καὶ ψεύστης· οὐκ εἴ τις δὲ ψεύστης, οὗτος καὶ δόλιος. Ἡ γὰρ τοῦ δολίου κακουργία, χαλεπωτέρα. Λέγει τοίνυν ὅτι Ἐπιβούλως κατ' ἐμοῦ συνεμελέτων, καὶ συνεσκέπτοντο. A

Κρῖνον αὐτούς, ὁ Θεός. Τοιαῦτα ἐργαζομένους κατάκρινε, ὁ μισῶν πάντας τοιούτους ὡς (30) προεδήλωσεν.

Ἀποπεσάτωσαν ἀπὸ τῶν διαβουλίων αὐτῶν. Ἀστοχήτωσαν τῶν βουλευμάτων.

Κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀσεβειῶν αὐτῶν ἔξωσον αὐτούς. Διὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν *Ἔξωσον αὐτούς*· οὐ γὰρ τιμῶσί σε· καὶ μὴ δι' ἐμὲ, εἰ καὶ σὸς κλῆρος ἐγώ. Ἢ καὶ ἄλλως· ὅσον εἰσὶν ἀσεβεῖς, τοσοῦτον πόρρω τῆς σῆς εὐμενείας ἀπελαθήτωσαν. Ἀσεβὴς δὲ, οὐ μόνον ὁ ἄθεος, ἀλλὰ καὶ ὁ μὴ προσηκόντως τὸν Θεὸν σεβόμενος. B

Ὅτι παρεπίκρανάν σε, Κύριε. Οὐ μέλει μοι γὰρ τοσοῦτον ὑπὲρ ὧν εἰς ἐμὲ ποιοῦσιν, ἀλλὰ ὑπὲρ τῶν σῶν ἀλγῶ· παρεπίκραναν γάρ σε, διὰ τὰ προρρηθέντα τούτων ἐπιτηδεύματα. Ἄλλως τε· Καὶ ἐμοὶ πολεμοῦντες, τὰς σὰς ἐντολὰς φυλάττοντι, σὲ τὸν ἐμὸν Δεσπότην παραπικραίνουσι.

Καὶ εὐφρανθήτωσαν πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ σέ. Τῶν σῶν γὰρ ἐχθρῶν ἀνιωμένων, οἱ εὐσεβεῖς ἀντιθέτως χαίρουσιν, ὅτι σοὶ μόνῳ θαῤῥοῦντες, περιγίνονται τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων. C

Εἰς αἰῶνα ἀγαλλιάσονται. Ἀντὶ τοῦ διηνεκῶς, ἐγγὺς ἀεὶ τὴν σὴν παράκλησιν ἔχοντες.

Καὶ κατασκηνώσεις ἐν αὐτοῖς. Ἐπαναπαυόμενοι τῇ ὡραιότητι τῶν ψυχῶν αὐτῶν. Ἐνοικήσω γὰρ, φησὶν, ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοί ἔσονταί μοι λαός.

Καὶ καυχήσονται ἐν σοὶ, οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομά σου. Διότι μόνοι συνῆκαν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ εἰς τοῦτον μόνον τὰς ἐλπίδας ἐνέθεντο. Καὶ ἄλλως δὲ οἱ Χριστιανοὶ τοσοῦτον ἀγαπῶσι τὴν θείαν τοῦ Χριστοῦ κλῆσιν, ὡς ἀπὸ μόνης ταύτης θέλειν γνωρίζεσθαι, καὶ ἐν μόνῳ Χριστῷ καυχῶνται, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· *Ἐμοὶ* γὰρ, φησὶ, *μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*, τουτέστιν ἐν τῷ σταυρωθέντι Χριστῷ. D

Ὅτι σὺ εὐλογήσεις δίκαιον, Κύριε. Οὐ μόνον κατὰ τὸν παρόντα βίον ἀνακηρύττων αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν μέλλοντα, ὅταν ἐρεῖς· *Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου.* Σὺ οὖν εὐλογήσεις αὐτὸν, καὶ

Linguis suis dolose agebant. Dolosi omnes mendaces sunt, non quicunque mendax etiam dolosus. Doli etenim vitium perversus est. Ait igitur, quod insidias et dolos una adversus eam contexebant.

Judica illos, Deus. Tu, inquit, qui hujusmodi homines, ac talia operantes odisti, ut supra ostendisti, eos etiam condemna.

Decidant a cogitationibus suis. Hoc est frustrentur propriis consiliis.

Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos. Propter illorum impietatem eos, inquit, *Expelle*, quia te non venerantur. Neque enim propter me id expostulo : tametsi alioquin, sors atque hæreditas tua ego sum. Vel aliter : Quanto illi impii magis sunt, tanto a tua benevolentia longius abjiciantur. Impius vero non ille tantum est qui Deum non colit, sed et is qui non ut congruit eum veneratur.

Quoniam exacerbaverunt te, Domine. Non adeo mihi curæ sunt quæ adversum me operantur, quantum doleo ob ea quæ contra te agunt. Exacerbarunt enim te in studiis, atque in conversationibus suis, quas superius commemoravimus. Vel aliter : Quia exacerbaverunt te Dominum meum, dum mihi mandata tua observanti molesti sunt.

Vers. 12. *Et lætentur omnes qui sperant in te* Quoties inimici Dei mœrore ac tristitia afficiuntur, fideles ac pii quicunque sunt ex adverso gaudent : quod solo freti Deo, tantos ac tales superent inimicos.

In sæculum exsultabunt. Hoc est semper et perpetuo, cum prope atque assidue consolationem tuam habituri sint.

Et habitabis in eis. Requiescens nimirum in pulchritudine atque elegantia animarum eorum : *Inhabitabo enim alibi*, inquit, *in eis, et inambulabo, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus* [66].

Vers. 13. *Et gloriabuntur in te, qui diligunt nomen tuum.* Quia scilicet ipsi soli Deum verum intellexerunt, atque in hoc solo spem suam collocarunt. Et aliter Christiani viri divinum Christi nomen adeo diligunt, ut ex illo tantum velint cognosci. In solo etenim Christo juxta Apostolum gloriantur, dicentem : *Mihi autem absit ut glorier, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi* [67] ; hoc est nisi in Christo ipso crucifixo.

Quoniam tu benedices justo, Domine. Non tantum in præsenti sæculo tu eis benedices, laudes eorum omnibus notas faciens, sed et in futuro : quando vocabis eos, dicens : *Venite, benedicti Patris mei* [68].

[66] Levit. xxvi, 12 ; I Cor. vi, 16. [67] Galat. vi, 14. [68] Matth. xxv, 34.

Variæ lectiones

(30) *Isc.* προεδήλωσας.

Digitized by Google

Tu itaque benedices eis tametsi maligni contra, eis maledicant. Hujusmodi autem verbis eos consolatur qui propter virtutem blasphemiis ac maledictionibus impeti solent.

A οἱ πονηροὶ τοῦτον κακίζουσι. Παρηγορεῖ δὲ ἐν τούτῳ τοὺς διὰ τὴν ἀρετὴν βλασφημουμένους.

Ut scuto bonæ voluntatis coronasti nos. Tu, Domine, inquit, munisti nos valde, et circumdedisti cruce tua, quæ scutum est bonæ voluntatis : hoc est scutum tibi gratum ac placitum. Animadvertendum autem est esse hunc quemdam loquendi modum apud sacram Scripturam, quo *filium potentiæ* dicere solet pro potentem ; et, *virum sanguinum* pro sanguinarium ; *hominem* etiam *pacis* hoc est pacificum : ita et hic, *scutum bonæ voluntatis* pro scutum placitum et bene gratum. Ordo etiam fiat hoc modo : Munisti nos, Domine, potentia tua quasi scuto quodam probato ac forti. Corona enim circularis formæ est ; et munitiones etiam per circulum atque in circuitu fieri solent.

Ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμᾶς. Λίαν ἐκύκλωσας καὶ περιετείχισας ἡμᾶς τῷ σταυρῷ, τῷ ὅπλῳ τῆς εὐδοκίας, ἤτοι τῆς ἀῤῥήτου οἰκονομίας σου. Ἢ καὶ *ὅπλον εὐδοκίας*, τὸ εὐδόκιμον ὅπλον ὑποληπτέον. Συνήθης γὰρ τῇ Παλαιᾷ καὶ οὗτος ὁ σχηματισμός· *υἱὸν* γὰρ καλεῖ *δυνάμεως* τὸν δυνατὸν, καὶ *ἄνδρα αἱμάτων*, τὸν φονικὸν, καὶ *ἄνθρωπον εἰρήνης*, τὸν εἰρηνικόν. Καὶ συνταχτέον οὕτως· Περιετείχισας ἡμᾶς τῇ δυνάμει σου, καθάπερ ἐν ὅπλῳ εὐδοκίμῳ καὶ στερρῷ. Στεφάνη γὰρ, ὁ κύκλος· κυκλοτερὴς δὲ, καὶ ὁ τειχισμός.

In finem in hymnis pro octava psalmus ipsi David.

PSALMUS VI.

B Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις, ὑπὲρ τῆς ὀγδόης, Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ Ϛ'.

Quid significet *In finem* dictum est : præsenti vero psalmo laudat ac magnificat Deum Propheta : rogatque et preces fundit pro octava, hoc est pro futuro sæculo. Præsens enim sæculum revolutum ac completum, et quasi hebdomadæ commensuratum, septenario signatur numero, et septimum dicitur; futurum vero sæculum octavum appellatur, veluti quod septimum sequitur. In persona autem non sua tantum Propheta, sed et omnium nostrum fundit preces ad Deum, qui in futuro illo sæculo omnes judicaturus est. Hunc autem psalmum composuit beatus David postquam in angustias atque in afflictiones decidit, quæ ei ob peccata ejus obvenerant.

Τί μὲν δηλοῖ τὸ *Εἰς τὸ τέλος*, προείρηται. Ὑμνῶν δὲ καὶ μεγαλύνων τὸν Θεὸν ὁ προφήτης, ὑπὲρ τῆς ὀγδόης παρακαλεῖ, τουτέστιν, ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἑβδομος γὰρ ὁ παρὼν, ὅστις ἑβδομάδι μετρούμενος, καὶ ἀνακυκλούμενος, καὶ συμπληρούμενος· ὄγδοος δὲ ἐκεῖνος, ὡς μετὰ τὸν ἑβδομον τοῦτον. Οὐ προσώπῳ δὲ μόνον ἰδίῳ, ἀλλὰ καὶ πάντων ἡμῶν προσάγει τῷ κρῖναι τηνικαῦτα μέλλοντι Κυρίῳ τὴν δέησιν. Ἐξέθετο δὲ τὸν ψαλμὸν, πειρασμοῖς περισχεθεὶς, ἐπενεχθεῖσιν αὐτῷ διά τινα πλημμελήματα.

Vers. 2. *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Sed quomodo legimus apud beatum Job : *Beatus homo quem redarguit Dominus in terra* [69] ; et quomodo ipse etiam David alibi dixit : *Beatus homo quem tu corripueris, Domine* [70] ? Verum hoc in loco Propheta non reprehendi renuit aut castigari a Deo, sed quod poscit id tantum est, ne cum indignatione redarguatur aut cum ira. Nam cum intolerabilem esse noverit iram Dei, timet ne ab ea prorsus perdatur : modice tamen corripi optat, ut probatior effectus, futuri judicii pœnas melius effugiat. Consequenter etiam post redargutionem, correptionem subjunxit : et quanquam Deus a furore et ira et ab omni prorsus passione liber sit, prophetæ tamen sæpenumero hujusmodi affectionem ei tribuerunt, persuadere studentes lectoribus : quod omnium hominum Deus curam habet ; quod omnia videt et audit ; quod lætatur, et tristatur, et judicat, furit, et irascitur ; et quæcunque alia hujusmodi eum facere dicunt, ut saltem hoc pacto timore correpti homines desisterent a vitiis. Et aliter : Ab humanis operationibus prophetæ divina declarant : et quia qui loquuntur et qui audiunt homines sunt,

C Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. Καὶ μὴν ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ Ἰὼβ γέγραπται· *Μακάριος ἄνθρωπος ὃν ἤλεγξε Κύριος ἐπὶ τῆς ὀργῆς*· καὶ αὐτὸς δέ φησιν ἐν ἄλλοις· *Μακάριος ἄνθρωπος ὃν ἂν παιδεύσῃς, Κύριε.* Οὐ φεύγει γοῦν τὸν ἔλεγχον, οὐδὲ τὴν παίδευσιν ἁπλῶς· ἀλλὰ τὸν μετὰ θυμοῦ, καὶ τὸν μετ' ὀργῆς, ἵνα μὴ τῷ ἀνυποίστῳ διαφθαρείη· ἀλλὰ τῷ μετρίῳ βελτίων γενόμενος, ἐκφύγῃ τὰς ἐν τῇ μελλούσῃ κρίσει κολάσεις. Ἀκολούθως δὲ τῷ ἐλέγχῳ τὴν παίδευσιν ὡς ἑπομένην ἐπέταξε. Τὸ Θεῖον δὲ, καὶ θυμοῦ, καὶ παντὸς πάθους ἐλεύθερον. Οἱ προφῆται δὲ τὰς τοιαύτας θέσεις προσῆψαν αὐτῷ, βουλόμενοι πεῖσαι τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι προνοεῖται τοῦ παντὸς ὁ Θεὸς, καὶ ὁρᾷ, καὶ ἀκούει, καὶ ἥδεται, καὶ λυπεῖται, καὶ D κρίνει, καὶ θυμοῦται, καὶ ὀργίζεται, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἵν' οὕτω φοβηθέντες, τῆς κακίας ἀπόσχωνται. Ἄλλως τε δὲ ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων ἐνεργειῶν ἐμφαίνουσι τὰς θείας, ὅτι καὶ οἱ λέγοντες καὶ οἱ ἀκούοντες, ἄνθρωποι· καὶ ἡ ἀπόκρισις, ἀνθρωπίνη. Καὶ ἄλλως οὐκ ἐγχειρεῖ διαλέγεσθαι τοὺς ἐν σώματι, εἰ μὴ σωματικῶς· καὶ γὰρ καὶ Βαρβάροις διαλεγόμενοι, τῇ τούτων χρώμεθα διαλέκτῳ· καὶ παιδίῳ προσλαλοῦντες, ὑπαφελλίζομεν· καὶ εἰ μυριάκις ὦμεν

[69] Job v, 17. [70] Psal. xciii. 12.

Digitized by Google

σοφοί, πρὸς τὴν ἐκείνων καταβαίνομεν ταπεινότητα. Καὶ ταῦτά σοι καθολική τις ἔστω πρὸς ταῦτα διδασκαλία. Τὸ γοῦν, *Μὴ τῷ θυμῷ σου παιδεύσῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου*, ἀντὶ τοῦ, Μὴ ἀξίως καταδικάσῃς με, μὴ ἀξίαν ἀπαιτήσῃς με δίκην.

A humana lingua exprimunt quod loquuntur. Neque enim possibile est ut alio modo loquantur, qui in corpore sunt quam corporaliter. Nam et quotics Barbaros alloquimur, illorum lingua utimur : et cum pueris aliquid dicere volumus, eorum more balbutimus; et quamquam valde sapientes simus, ad illorum tamen humilitatem condescendimus. Hæc igitur tibi sit norma quædam universalis. Quod igitur ait : *Ne in furore tuo arguas me*, idem sibi vult, quod Nolis me juxta mea merita condemnare, neque debitas a me pœnas exigere.

Ἐλέησόν με, Κύριε, ὅτι ἀσθενὴς εἰμί. Εἰ μὴ γὰρ ἠσθένησεν ὁ νοῦς, οὐκ ἂν τὰ πάθη τούτου περιεγένοντο. Ἢ καὶ ὅτι ἀσθενής εἰμι, πρὸς τὸν ἀόρατον ἐχθρὸν, τὸν φανερῶς καὶ κρύβδην ἐπιβουλεύοντα. Ἢ καὶ ὅτι συντριβεὶς, ἐξησθένησα. Ὑπολόγισαι οὖν τὴν ἐμὴν ἀσθένειαν, καὶ μὴ καταδικάσῃς με τέλεον, ὡς ἑκουσίως νενικημένον· τῆς δὲ τοῦ Ἐλέησόν με φωνῆς, πάντες πάντοτε δεόμεθα· προῶν γάρ φησιν· Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς, Κύριε, τίς ὑποστήσεται; καὶ, Ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν. Καὶ πάλιν ἕτερος εἴρηκε· Τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν; ἢ τίς παρρησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ῥύπου; Πάντες μὲν οὖν ἐλέους δεόμεθα· οὐ πάντες δὲ ἐλεούμεθα· ὁ γὰρ θεῖος ἔλεος τὸν ἄξιον ἐπιζητεῖ. Καὶ ἀσθενεῖ δὲ πάντες καθ' ἑαυτοὺς ἐσμέν. Ἐὰν γὰρ μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες. Ἐὰν μὴ Κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων.

Vers. 3. *Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum.* Si intellectus, inquit, meus debilis non fuisset, passiones certe illum non superassent, vel quia infirmus sum adversus invisibilem inimicum, qui et palam et clam insidias disponit : vel quia assiduis afflictionibus debilitatus sum. Considera igitur et tu, Deus, debilitatem meam, et noli me penitus condemnare : quasi sponte mea superatus sim. Hac autem voce, *Miserere mei*, omnes nos perpetuo indigemus. Nam et alibi ait : *Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit*[71]? Item alibi : *Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens*[71a]. Et rursus propheta alius : *Quis gloriabitur*, inquit, *mundum cor habere, aut quis confidet mundus esse a sordibus*[72]? Omnes itaque indigemus divina misericordia : tametsi non omnes illam consequamur, cum Deus quærat tantum dignos se. Omnes etiam nos infirmi sumus : quia *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laborant qui ædificant eam*[73]. Et : *Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam*[74].

Ἴασαί με, Κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου. Τὸ ἀπὸ τῶν πειρασμῶν ἄλγος, καὶ αὐτῶν καθήκετο τῶν ἀναισθήτων ὀστέων μου, καὶ ἐκλόνησεν αὐτά. Διὰ τοῦτο δὲ παρέστησεν τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πάθους. Ἢ καὶ ὀστᾶ νοητέον, τὰς τοῦ νοῦ δυνάμεις, αἷς οὗτος ἐπερείδεται.

Sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Dolor qui summus mihi inest ab assiduis afflictionibus, ad usque ossa ipsa sensu carentia pervenit, atque ea concussit. His autem verbis passionis suæ vehementiam demonstravit. Vel per ossa intelligere possumus vires ac potentias, quibus mens ipsa sustinetur.

Καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. Μὴ φέρουσα τὴν βίαν ἀλγεινῶν. Πρόσφορον δὲ τὸ ῥητὸν, καὶ ὅταν τις οἰστρηθῇ πρὸς θυμὸν ἄλογον, ἢ πρὸς ἐπιθυμίαν αἰσχράν. Τότε γὰρ πνεύσας πολὺς ὁ διάβολος, ἐτάραξε καὶ τὸ σῶμα, καὶ τὴν ψυχὴν, ὡς ἄνεμος θαλάσσας, ἐμπεσών· κυκῶνται γὰρ ἄμφω, καὶ κυμαίνονται, καὶ οὐ φυλάττουσι τὴν ἑαυτῶν τάξιν, καὶ κατάστασιν.

Vers. 4. *Et anima mea turbata est valde.* Non sustinens scilicet dolorum vim. Commodissime autem dicitur hic versiculus, quoties quis ad iram aliquam irrationabilem, aut pravas concupiscentias fuerit stimulatus. Tunc enim diabolus immodice spirans animam solet et corpus perturbare, non secus ac validus ventus in mare irruens. Miscentur enim una ambo atque æstuant, nec proprium aliquem locum, aut ordinem servant.

Καὶ σὺ, Κύριε, ἕως πότε. Τοῦτο, οὐκ ἐγκαλοῦντός ἐστιν, ἀλλ' ὀδύναις κατατεινομένου. Μακρά μοι, φησὶ, γέγονεν ἡ ἀπὸ σοῦ παρόρασις, οὕτως ἔχοντι. Τοῖς μὲν οὖν πειραζομένοις ἐξ ἁμαρτίας, οὐκ εὐθὺς ἐπικουρεῖ κατ' οἰκονομίαν. Καιρῷ γάρ, φησὶ, δεκτῷ ἐπήκουσά σου· τοῖς δὲ ἐξ ἐπηρείας τοῦ πονηροῦ, καὶ μάλα· Ἔτι γάρ, φησὶ, λαλοῦντός σου, ἐρῶ· Ἰδοὺ πάρειμι.

Et tu, Domine, usquequo. Verba hæc non accusantis sunt, sed hominis in doloribus constituti. Diu, inquit, a te ego neglectus sum, cum tamen auxilio tuo indigerem. Deus enim iis qui propter propria peccata tentationes sustinent, non solet statim auxiliari : atque hoc magna cum dispensatione agit. *Tempore* enim *accepto*, inquit, *exaudivi te*. Iis vero qui ob dæmonis calumnias id patiuntur, statim adest : *Adhuc* enim, inquit, *loquente te dicam, Ecce adsum.*

Ἐπίστρεψον, Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου.

Vers. 5. *Convertere, Domine, eripe animam meam.*

[71] Psal. CXXIX, 3. [71a] Psal. CXLII, 2. [72] Ibid. [73] Psal. CXXVI, 1. [74] Ibid.

Digitized by Google

Convertere ad me, inquit, tametsi hactenus ob peccata mea aversus fueris a me : et eripe me ex afflictionibus.

Στράφηθι πρός με, εἰ καὶ ἀπεστράφῃς δι' ἃ ἥμαρτον · καὶ ἐξελοῦ με τῶν θλίψεων.

Salvum me fac propter misericordiam tuam. Non ob virtutes meas, inquit, id peto ; nullas enim habeo quibus id merear.

Σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέου σου. Οὐ διὰ τὰς ἐμὰς ἀρετάς · οὐκ ἔχω γάρ.

Vers. 6. *Quoniam non est in morte qui memor sit tui.* Per mortem, peccatum intelligit mortis ministrum ; ab initio enim peccatum introduxit mortem ; ait igitur, quod qui peccatum facit, non est tunc Dei memor. Est enim velut ebrius aut obcæcatus, qui peccat. Vel mortem appellat tempus mortis, quia ubi quis mortuus fuerit, ablatum ei est, ut possit amplius Dei reminisci, aut Deum rogare. Inutiles enim tunc essent omnes preces.

Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου. Θάνατον καλεῖ τὴν ἁμαρτίαν, ὡς θανάτου πρόξενον · καταρχὰς γὰρ ἡ ἁμαρτία, τὸν θάνατον ἐπεισήγαγεν. Φησὶ γοῦν, ὡς ὁ τὴν ἁμαρτίαν πράττων, οὐ μνημονεύει τηνικαῦτα Θεοῦ, μεθύων αὐτῇ, καὶ πεπωρωμένος. Ἢ θάνατον λέγει τὸν ἀπὸ τῆς τελευτῆς καιρόν · μεθ' ὃ γὰρ τελευτήσει τις, ἀφαιρεῖται τὸ μνημονεύειν, ἤτοι παρακαλεῖν τὸν Θεόν · ἀνόνητα γάρ.

In inferno autem quis confitebitur tibi? Ante mortem pœnitere quem potest? post mortem vero retributionis tantummodo tempus est (31).

VERS. 12. *Deus judex justus fortis et longanimis.* Videntur hæc ad eos dicta esse, qui de Dei providentia pene scandalizati fuerant, quod permisisset filium adversus patrem insurgere. *Justus* igitur est veluti qui uniuscujusque operibus æquas vices rependit ; *fortis* vero, velut is qui potest quæcunque vult ; et *longanimis*, ut qui non statim infligit pœnas.

Et iram non afferens per singulos dies. Hoc ad probandam Dei longanimitatem dictum est. Etenim cum assidue delinquamus, et ideo dignos nos supliciis reddamus, ipse tamen tempus pœnitendi, ut longanimis, tribuit. Per iram igitur hic pœnas intellige. Movent quidam dubitationem : Si justus est Deus et condignas tribuit pœnas, quomodo potest dici misericors? Ad quod dicendum est, justum quidem Deum esse, veluti qui unicuique condignas reddit pœnas ; sed misericordem esse etiam, quia non statim castigat, sed sustinet, et pœnitentiæ ac conversioni tempus tribuit, nec dæmonem sinit omnia perficere, quæ ille optat : et quia omni denique ex latere nostram sitit salutem.

VERS. 13. *Nisi conversi fueritis, gladium suum nitidabit, arcum suum tetendit et paravit illum.* Sciens beatus David ut propheta, quod universæ gentes ejus Psalmos in ore atque in manibus semper habituræ erant, disciplinam eis admiscet : Nisi enim vos, inquit, qui a recto calle declinastis in erroris vias, et conversi estis ad materiales res, iterum ab his revertamini ad Deum, pœnas profecto non effugietis. Per gladium autem, acerbitatem, et per arcum, celeritatem mortis indicat. Nitidare autem et tendere, pœnarum apparatum significant longanimitatemque divinam non perpetuam fore, sed ad tempus. Parare vero dicere potes flagelli propin-

A ἁμαρτωλῶν ἡ πονηρία, κατευθυνθήσονται οἱ δίκαιοι, τουτέστιν ἀνεμποδίστως ὁδεύσουσι τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδόν.

Ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς ὁ Θεὸς δικαίως. Ὁ Θεὸς δικαίως, φησι, πολυπραγμονεῖ καὶ τὴν καρδίαν καὶ τοὺς νεφροὺς, ἤγουν ὅσα τε τοῦ θυμοῦ γεννήματα, περὶ τὴν καρδίαν γὰρ ὁ θυμὸς, καὶ ὅσα τῆς ἐπιθυμίας, καὶ αὐτὴ γὰρ περὶ τοὺς νεφροὺς· ἐξ ὧν, ἐκείνων τε δηλαδὴ καὶ τούτων, ἁμαρτία πᾶσα συγκαθέστηκεν. Ἢ καὶ οὕτως· ὁ Θεὸς ἐρευνῶν ἐστι καὶ πολυπραγμονῶν καὶ τὴν καρδίαν καὶ τοὺς νεφροὺς· (37) τὸ δὲ *Δικαίως* συνάψει· *ἡ βοήθειά μου παρὰ τοῦ Θεοῦ, σώζοντος τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.*

B *Ἡ βοήθειά μου παρὰ τοῦ Θεοῦ, τοῦ σώζοντος τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.* Εὐθὺς ὢν τὴν καρδίαν καὶ ἀπόνηρος, καὶ πρὸς τὴν εὐθείαν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν ἀπευθύνων ἐμαυτὸν, προσδοκῶ βοήθειαν, οὐκ ἀνθρωπίνην, ἄχρηστος γὰρ, ἀλλὰ παρὰ Θεοῦ, τοῦ σώζειν ἰσχύοντος.

Ὁ Θεὸς κριτὴς δίκαιος, καὶ ἰσχυρὸς, καὶ μακρόθυμος. Τοῦτο λέγειν ἔοικε πρὸς τοὺς σκανδαλιζομένους ἐπὶ τῇ προνοίᾳ τοῦ Θεοῦ, ὅτι παρεχώρησεν υἱὸν ἐπαναστῆναι τῷ πατρί· δίκαιος μὲν, ὅτι ἀντιμετρῶν πράξεσι τὰς ἀμοιβάς· ἰσχυρὸς δὲ, ὡς δυνάμενος ὅσα βούλεται· μακρόθυμος δὲ, ὡς μὴ παρὰ πόδας ἐπάγων τὴν κόλασιν.

C *Καὶ μὴ ὀργὴν ἐπάγων καθ' ἑκάστην ἡμέραν.* Τοῦτο τῆς μακροθυμίας ἑρμηνευτικόν ἐστι. Ἡμεῖς μὲν, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἁμαρτάνοντες, ἀεὶ τιμωρίας ἐσμὲν ἄξιοι· αὐτὸς δὲ μακροθυμῶν, δίδωσι καιρὸν εἰς μετάνοιαν. Ὀργὴν δὲ τὴν κόλασιν ἐνταῦθα νοήσομεν. Ἀποροῦσι δέ τινες, ὡς εἰ δίκαιός ἐστιν ὁ Θεὸς, ἄξιως κολάζων, πῶς ἐστι φιλάνθρωπος; Δίκαιος μέν ἐστιν, ὡς ἄξιος ἀποδιδούς· φιλάνθρωπος δὲ, ὡς μὴ εὐθὺς τιμωρούμενος, ἀλλ' ἀνεξικακῶν, καὶ παρέχων ἀφορμὰς ἐπιστροφῆς, καὶ μὴ ἐῶν τὸν ἐχθρὸν ὅσα βούλεται ποιεῖν, καὶ πάντα τρόπον ἐπιθυμῶν τῆς σωτηρίας ἡμῶν.

D *Ἐὰν μὴ ἐπιστραφῆτε, τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ στιλβώσει, τὸ τόξον αὐτοῦ ἐνέτεινε, καὶ ἡτοίμασεν αὐτό.* Εἰδὼς οἷα προφήτης ὁ Δαβὶδ, ὅτι πάντα τὰ ἔθνη τοὺς ψαλμοὺς αὐτοῦ μετὰ χεῖρας ἕξουσι, μίγνυσι ταῖς οἰκείαις ὑποθέσεσι καὶ διδασκαλίας. Ἐὰν γὰρ μὴ ἀποστραφῆτε, οἱ τῆς εὐθείας ἀποπλανηθέντες, καὶ πρὸς τὴν ὕλην στραφέντες, οὐκ ἐκφύγητε τὴν τιμωρίαν. Ῥομφαία μὲν οὖν, ὁ πικρὸς θάνατος· τόξον δὲ, ὁ ταχύς. Καὶ αὖθις· Στίλβωσις μὲν καὶ ἔντασις, ἡ παρασκευὴ τῆς τιμωρίας, καὶ πρὸς καιρὸν μακροθυμία· ἑτοιμασία δὲ, ἡ ἐγγύτης τῆς πληγῆς, διὰ τῆς ὅσον οὔπω βολῆς, ἢ ὀξύτης ἡ σφοδρότης τῆς τιμωρίας· ἔντασις δὲ, ἡ ἐγγύτης·

Variæ lectiones.

(37) Lege τῷ· vel post συνάψει scribe vel subaudi τῷ ἐξῆς, vel aliud hujusmodi.

Digitized by Google

ἑτοιμασία δὲ, τὸ πλῆξαι πάντως, εἰ μὴ μεταβάλλοιντο.

quitatem, ob vehementem jactum. Vel aliter, per arcum (38), vehementiam pœnarum intellige; per arcus tensionem, appropinquationem pœnarum, et demum per ejusdem apparatum, quomodo peccatores Deus omnino percussurus sit nisi pœnitentiam egerint.

Ἐν αὐτῷ ἡτοίμασε σκεύη θανάτου. Ἐν τῷ τοξικῷ δὲ τῆς κολάσεως εἶδει, ποικίλοι τρόποι θανάτου, διὰ σφαγῆς, διὰ πυρὸς, δι' ὕδατος, διὰ σεισμοῦ, διὰ χάσματος, καὶ ὅσα τῶν νοσημάτων εἴδη γινώσκομεν, ἅπαντα καθεστήκασιν ἐργαλεῖα θανάτου, δι' ὧν οὗτος ὑποτελεῖται. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὡς εἰ καὶ ἀνθρώπινα τὰ ῥήματα, ἀλλὰ θεοπρεπῆ τὰ νοήματα· καὶ παρέλαβε τὴν παχύτητα τῶν λέξεων, ὥστε τῆς τῶν ἀκροατῶν παχύτητος καθικέσθαι. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ῥομφαίαν εἰσάγει τὸν Θεὸν ἔχοντα, καὶ τόξον, καὶ βέλη καὶ σκεύη πολεμικὰ, καὶ στιλβοῦντα, καὶ ἐντεῖνοντα, ἵνα τὸν φόβον τοῖς ἀκροαταῖς ἀπὸ τούτων αὐξήσῃ, καὶ διὰ τῶν συντρόφων ὀνομάτων κατασείσῃ τὴν λιθίνην αὐτῶν διάνοιαν· οὐ γὰρ δεῖται τούτων ὁ μόνος ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν, οὗ ἐν τῇ χειρὶ πᾶσα πνοὴ, ὁ διαλύων ὄρη ἐν τῇ κραταιότητι αὐτοῦ, καὶ ὅσα περὶ τῆς ἀῤῥήτου αὐτοῦ δυνάμεως οἱ προφάνται παραδεδώκασι.

VERS. 14. *Et in eo paravit instrumenta mortis.* In eo nimirum supplicii genere, quod sub arcus figura denotavit. Varia autem sunt mortis genera : gladius videlicet, ignis, aqua, terræ motus, hiatus terræ, ægritudo : quæ omnia mortis sunt instrumenta ; per ea enim mors finem suum consequitur. Illud tamen animadvertendum est, quod licet humano more verba sint prolata, omnia tamen digne Deo intelligenda sunt. Hujusmodi enim crassioribus verbis Propheta sæpe uti solet, auditorum hebetudini condescendens. Hac ratione gladium Deum habere dicit, arcumque et sagittas, atque alia bellica instrumenta : nitidareque eum et tendere, ut auditoribus timorem augeret, et per nota eis nomina, lapideam eorum mentem concuteret : verum hujusmodi armis non indiget, qui aspectu solo facit terram tremere, in manu cujus est omnis spiritus, qui etiam montes dissolvit in fortitudine sua, omniaque alia facit quæcunque de ejus potentia divini contemplatores tradiderunt.

Τὰ βέλη αὐτοῦ τοῖς καιομένοις ἐξηργάσατο. Ἐν τούτῳ παραμυθεῖται τοὺς ἀγαθούς· αἱ τιμωρίαι γὰρ, φησὶ, τοῦ Θεοῦ, κατὰ τῶν ἀναξίων ἐποιήθησαν. Καιομένους γὰρ ἐκάλεσε τοὺς μηδεμίαν ἀρετῆς ἔχοντας ἱκμάδα· τοσοῦτον δὲ ξηρανθέντας εἰς ἀγαθοεργίαν, ὡς εὐεξάπτους εἶναι πρὸς τὸ πῦρ τῆς κολάσεως, καὶ ἤδη τῇ προσδοκίᾳ κολαζομένους. Ἢ καὶ τοῖς καιομένοις φησὶ τῷ πυρὶ τῶν παθῶν, θυμοῦ, ἡδονῆς, φιλοχρηματίας, καὶ τοιούτων ἄλλων. Οὕτω διαζωγραφήσας τὴν ἄνωθεν ποικιλόμορφον ὀργὴν, καὶ ταύτην τοῖς πονηροῖς ἐπικρεμάσας, παιδεύει λοιπὸν καὶ ἀπὸ τῶν τηνικαῦτα πραγμάτων, καὶ πρὸς τὸν Ἀβεσαλὼμ μετάγει τὸν λόγον.

Sagittas suas ardentibus effecit. Ex his verbis probos homines consolatur. Pœnas enim, inquit, fecit Deus propter eos qui scelesti sunt ac Deo indigni. Ardentes enim appellavit eos, qui omni prorsus carent virtutis humore : qui adeo sicci sunt ad operandum aliquod bonum, ut facile ab igne pœnarum incendantur : qui etiam jam ardere dici possunt, ea ratione, quia pœna illa jam eos manet. Et aliter, *Ardentibus*, igne scilicet passionum, iræ, voluptatis, avaritiæ, et similium. Cum autem multiformem Dei iram descripserit, eamque pravis hominibus imminere tradiderit, erudit postmodum, et docet nos a præsentibus rebus : et sermonem ad Absalonem convertit.

Ἰδοὺ ὠδίνησεν ἀδικίαν. Ἐγκύμων ὁ ἀποστάτης οὗτος γέγονεν ἀδικίας, ἐξῶσαί με τῆς παρὰ Θεοῦ δεδομένης ἀρχῆς μελετήσας ἀδίκως. Τὸ δὲ τῆς ὠδῖνος ὄνομα παρέλαβεν, ἐνδείξασθαι βουλόμενος οἵαν ὀδύνην καὶ δριμύτητα πάσχουσιν οἱ τὸν πλησίον ἀδικῆσαι σκεπτόμενοι· πληροῦνται γὰρ θυμοῦ, διακόπτονται ὑπὸ ὀργῆς, λυμαίνονται τοῖς λογισμοῖς, ὁδοὺς ἔρχονται μυρίας, φοβοῦνται, ἀγωνιῶσι, καὶ ὅλως οὐ φέρουσι τὰς τοιαύτας μάστιγας, πρὶν ἀγάγωσιν εἰς ἔργον μόνον, εἰ καὶ μηδὲ μετὰ πρᾶξιν ἐλευθεροῦνται τῆς ἀπὸ τοῦ συνειδότος καταγνώσεως. Ὅπου τοίνυν ἡ Γραφὴ βουληθῇ ἀφόρητον ὀδύνην ἐνδείξασθαι, τῷ τῆς *ὀδύνης* ὀνόματι ταύτην ὑπογράφει. Ὀδύνη μὲν οὖν, ἐκ τοῦ οἰδαίνειν, τουτέστιν *αὔξειν*· τὸ γὰρ βρέφος τελειωθὲν, οὐκέτι φορητὸν γίνεται. Καὶ διὰ τοῦτο σφοδρὰς ὠδῖνας ἐμποιεῖ, πρὸς ἔξοδον ἐπειγόμενον. Δείκνυται δὲ ἐνταῦθα, ὅτι οὐκ

VERS. 15. *Ecce parturiit injustitiam.* Filius meus, inquit, factus est injustitiæ gravidus, cum injuste cogitaverit me de eo regno expellere, quod mihi a Deo datum est. Parturitionis autem nomine usus est, volens ostendere quales et quam acerbos dolores ii patiantur, qui proximos suos injuria afficere student; implentur siquidem indignatione, interrumpuntur ab ira, cogitationibus tabescunt, per innumeras ambulant vias, timore afficiuntur, in angustiis permanent. Hujusmodi autem flagella sustinere omnino nequeunt, donec cogitationes suas in opus non deduxerint : tametsi postea non liberentur a sententia, atque a condemnatione propriæ conscientiæ. Quando igitur Scriptura intolerabilem aliquem dolorem vult exprimere, illum sub *parturitionis* nomine describit | quo nomine Græci præcipue frequentius utuntur pro dolore, *partu-*

Variæ lectiones.

(38) Græce ὀξύτης, *per celeritatem*, pro quo Saulus legisse videtur τόξον, *arcum*.

Digitized by Google

ritionem ὀδύνην appellantes] a verbo οἰδαίνω idem proprie significante quod *tumeo* seu *augesco*. Etenim cum infans in matris utero perfectus est, et auctus, amplius ferri non potest : unde maximos efficit dolores, cum ad exitum festinet. Per hæc autem ostenditur, vitia in nobis naturaliter non esse complantata, sed deforis insita esse, et graves postea dolores producere.

ἐμφυτός ἐστιν ἡ κακία, ἀλλ' ἔξωθεν ἐμπειρομένη, καὶ αὐξομένη, καὶ ὠδῖσι περιβάλλουσα.

Concepit laborem et peperit iniquitatem. Atqui in aliis fetibus primum conceptio est, et deinde parturitio consequitur, aucto ac perfecto infante : verum id sic se habet, quando de conceptione et parturitione illa loquimur, quæ in uno atque eodem fetu contingit : nunc autem de diversis fetibus est sermo. Primo enim Absalonem dicit parturiisse injustitiam, deinde cum ab ea male affectus esset, tum ob rationes jam dictas, tum etiam quia idoneum tempus ad patranda scelera nondum invenisset, concepisse eum narrat laborem, hoc est corporis dolorem; nam si animus sollicitudinibus torqueatur, ipsæ etiam corporis vires deficiunt. Non tantum igitur animi mœrore Absalon detinebatur, sed in corporis etiam dolores inciderat, donec iniquitatem peperit. Porro illud iniquum fuit inhonorare ac persequi patrem, et illius pellices violare. Quidam vero breviorem expositionem secuti, parturiisse exponunt pro cogitasse. Per conceptionem vero constantiorem illam tyrannidis meditationem intelligunt. Vel aliter : Cum Absalon graviter animo angeretur, et multa passus esset propter hujusmodi cogitationes, nec tamen adhuc quiesceret, concepit rursus alium dolorem eamdem ob causam. qui alius ei fuit labor, et alius dolor, et secundus partus.

A *Συνέλαβε πόνον, καὶ ἔτεκεν ἀνομίαν.* Καὶ μὴν ἐπὶ τῶν ἐμβρίων πρῶτον σύλληψις, ἔπειτα ὠδῖς, τοῦ βρέφους αὐξανομένου· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν, πρὸς αὐτὸ τὸ ἔμβριον σύλληψις λέγεται, καὶ ὠδῖς· ἐνταῦθα δὲ, πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο. Ὠδινήσας γὰρ τὴν ἀδικίαν, καὶ χαλεπῶς ὑπ' αὐτῆς διατεθεὶς, διά τε τὰς προειρημένας αἰτίας, καὶ τὸ μήπω καιρὸν εὑρίσκειν ἐπιτήδειον, συνέλαβε πόνον, ἤγουν προσέλαβε σωματικὸν ἄλγος· κατατεινομένης γὰρ τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ σώματος καταβάλλονται δυνάμεις. Οὐ μόνον οὖν ὀδυνᾷ τὸ κατὰ ψυχὴν, ἀλλὰ καὶ σωματικοὶ; ἀλγήμασι περιέπιπτεν, ἕως οὗ τὴν ἀνομίαν ἐγέννησεν. Ἄτιμον γὰρ ὄντως ἀτιμάσαι τὸν πατέρα, καὶ διῶξαι, μιᾶναι τὰς αὐτοῦ παλλακάς. Τινὲς δὲ τὴν ἐπιτομωτέραν ἑρμηνείαν ἀποδεχόμενοι, ὠδῖνα μὲν ἐνταῦθα λέ- B γουσι, τὴν ἔννοιαν· σύλληψιν δὲ, τὴν στάσιν τῆς ἐννοίας τῆς τυραννίδος. Ἢ καὶ ὅτι ὠδυνήσας, καὶ πολλὰ παθὼν ὑπὸ τοῦδε λογισμοῦ, καὶ μὴ ἐνεγκὼν, συνέλαβε πάλιν ἕτερον (39) περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος, ὃς καὶ αὐτὸς γέγονεν αὐτόπονος, καὶ δευτέρα ὠδῖς,

Laborem concepit et peperit iniquitatem. Now in other births there is first conception, and then travail, as the babe grows; but there, it is conception with reference to the birth itself, and travail; but here, it is with reference to one thing and another. For having travailed with iniquity, and been sorely distressed by it, partly for the reasons already given, and partly because he had not yet found a fit opportunity, he conceived sorrow, that is, he added bodily pain to his mental anguish; for when the soul is overstrained, the bodily powers also are prostrated. Not only, therefore, did he suffer pain in his soul, but also bodily pains encompassed him, until he brought forth iniquity. For it was truly dishonourable to dishonour and persecute a father, and defile his concubines. Some, however, adopting a more concise explanation, understand by travail in this place, conception; by conception, the rise of the tyranny. Or because, having travailed, and suffered much from this reasoning, and not having borne it, he conceived again another (39) concerning the same matter, which was also self-inflicted, and a second travail,

VERS. 16. *Lacum fodit et refodit eum, et incidit in foveam quam fecit.* Periculum, inquit, mihi præparavit, et ejusmodi periculum, ut ab eo vix possem liberari : quod latius similitudine denotavit. Qui enim in lacum incidit, illinc amplius effugere non C potest : præcipue si is lacus non fossus tantum sit, sed refossus, et bis evacuatus, ita ut profundior sit. Hujusmodi adversus me, inquit, insidias filius meus molitus est, quæ vastæ fossæ instar quoddam in se vitiorum profundum habent, et mortiferum circuitum. Verum ille in periculum ipsum mihi destinatum decidet, et comprehendetur, in præmium eorum quæ adversus me moliri nunquam cessavit.

Λάκκον ὤρυξε, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον ὃν εἰργάσατο. Κίνδυνόν μοι κατεσκεύασεν, καὶ κίνδυνον δισπάλλακτον. Ἐδήλωσε δὲ τοῦτον, διὰ τῆς τοῦ λάκκου ὁμοιότητος· ὡς γὰρ ἐκεῖνος τοῖς ἐμπεπτωκόσιν ἄφυκτός ἐστι, καὶ μᾶλλον εἴ τις αὐτὸν ἀνασκάψει, τουτέστι διττῶς ὀρύξει πρὸς τὸ βαθύτερον, οὕτως καὶ ἃ κατ' ἐμοῦ κατεσκεύασεν ὁ πατραλοίας, βάθος πονηρίας ἔχουσι, καὶ κύκλον θανατηφόρον· ἀλλ' αὐτὸς ἐμπεσεῖται τῷ κινδύνῳ, καὶ ἀνθ' ὧν ἐμὲ συλλαβεῖν ἔσπευσεν.

VERS. 17. *Convertetur labor ejus in caput ejus.* Utraque hæc reipsa illi contigerunt; ipse enim Absalon in periculum incidit, et ejus studium tandem in ipsius caput revolutum est. Nam cum in aciem milites hortaturus festinaret, inter currendum equo prætervectus, cæsarie ramo arboris complicata suspensus remansit; quo pacto acerbam mortem sustinuit.

Ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ. Καὶ ἄμφω ἀποβεβήκασι· κινδύνῳ τε γὰρ ἐμπέπτωκε, καὶ κατὰ κεφαλῆς αὐτοῦ κινῶς ἡ σπουδὴ αὐτοῦ περιετράπη. Σπεύδων γὰρ παρσθαρρύνειν τὸν οἰκεῖον ἐν τῷ πολέμῳ λαὸν, κλάδους φυτοῦ διαθέων ἔφιππος, τὴν τῆς κεφαλῆς ἀνεπλάκη κόμην, καὶ κρεμασθεὶς ἀπὸ ταύτης ἀνῃρέθη πικρῶς.

Et in verticem ipsius injustitia ejus descendet. In eum enim irruet injustitia, quam in alios tendebat. Ab ea autem corporis parte quæ est magis lethalis, totum hominem significavit, veluti totum a parte. Et sane ita actum est; nam cum bellum in patrem instrueret, ipse in eo fuit interemptus.

D *Καὶ ἐπὶ κορυφὴν αὐτοῦ ἡ ἀδικία αὐτοῦ καταβήσεται.* Ἡ ἀδικία ἧς κατήρξατο, ἐπ' αὐτὸν κατασκήψει· ἀπὸ γὰρ τοῦ καιριωτάτου μέρους τοῦ σώματος, ἐκεῖνον ἐδήλωσεν. Καὶ μέντοι καὶ οὕτω γέγονε· πόλεμον γὰρ συγκροτήσας κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἀνῃρέθη μᾶλλον αὐτός.

VERS. 18. *Confitebor Domino secundum justitiam ejus.* Ego, inquit, post hujusmodi belli exitum, gratias Deo agam de justo ejus judicio.

Ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ κατὰ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. Ἐγὼ δὲ, τοιοῦτον τέλος λαβούσης τῆς μάχης, εὐχαριστήσω τῷ Θεῷ ἐπὶ τῇ δικαίᾳ κρίσει αὐτοῦ.

Variæ lectiones.

(39) Subaudi πόνον.

Digitized by Google

Καὶ ψαλῶ τῷ ὀνόματι Κυρίου τοῦ ὑψίστου. Ἄισω τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τὰ νικητήρια, ὅτι ἐπεκαλεσάμην αὐτὸν καὶ ἐβοήθησέ μοι. Εἰ γὰρ τὸ ὄνομα αὐτοῦ τοσαύτην ἔχει δύναμιν, τίς οὐκ ἂν αὐτὸν φοβηθείη; *Ὑψίστου* δέ, τοῦ ὑπὲρ ἅπαντα, τοῦ ἀνυπερβλήτου, ἢ καὶ τοῦ ἐπουρανίου, καθὰ προλαβόντες εἴπομεν. Ταῦτα δὲ οὐ χαίροντός ἐστιν ἀνθρώπων σφαγαῖς, καὶ μάλιστα παιδὸς αἵματι· πῶς γὰρ ὃς καὶ πένθιμον ἐποίησε τὴν ἡμέραν τῆς νίκης; ἀλλ' ἀποδεχομένου τὴν τοῦ Θεοῦ ψῆφον, δικαίως τοὺς ἀδίκους καταλαμβάνουσαν. Τινὲς δὲ τὸ *Ἀδικον ὤρυξε, καὶ τὰ ἑξῆς, ἄχρι τοῦ Ἀδικία αὐτοῦ καταβήσεται*, συντομώτερον ἑρμηνεύοντες, τοῦτο λέγουσι δηλοῦν μεταφορικῶς, ὅσα κατ' ἐμοῦ ἐμηχανήσατο, αὐτὸς πείσεται. Ταῦτα δὲ κατευχόμεθα καὶ τοῦ διαβόλου.

Et psallam nomini Domini altissimi. Canam inquit, nomini ejus pro victoria : quia ejus nomen invocavi, et exauditus sum. Quod si illius nomen tantas habet vires, quis non ipsum Dominum formidabit ? *Altissimi* autem, id est, illius, qui est supra omnia, qui insuperabilis est, vel etiam supercœlestis, ut superius diximus. Hæc autem verba non gaudentis sunt aliorum cæde, nec filii potissimum, cum lugubrem egerit illum victoriæ diem (40) : sed suscipientis sententiam Dei, quæ injustos illos coercuit. Aliqui vero, verba illa *Lacum fodit*, et quæ sequuntur, usque ad illa, *Injustitia ejus descendet*, breviori expositione declarant, dicentes, ea verba per metaphoram significare, quod Absalon ipse ea passurus erat, quæ adversus patrem moliebatur. Hujusmodi etiam verbis possumus et nos adversus dæmonem imprecari.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ληνῶν, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

In finem pro torcularibus psalmus ipsi David.

ΨΑΛΜΟΣ Η'.

PSALMUS VIII.

Τί μὲν βούλεται *Εἰς τὸ τέλος*, ἐν τοῖς προλαβοῦσι προείρηται. *Ληνοὺς* δὲ καλεῖ τοὺς ἁπανταχῆ τῆς οἰκουμένης ναούς. Ἄμπελος γάρ, ὁ Κύριος· κλήματα δέ, οἱ ἀπόστολοι· βότρυς δὲ ἡ πίστις, ἥτις ἐναποθλιβομένη ταῖς Ἐκκλησίαις, τὴν διδασκαλίαν, ὡς οἶνον, δίδωσι, τὰς τῶν πιστῶν καρδίας εὐφραίνουσαν. Προσώπῳ οὖν τούτων τῶν πνευματικῶν ληνῶν, ὁ ψαλμὸς οὗτος ἐκπεφώνηται τῷ προφήτῃ. Πάλαι μὲν γὰρ εἷς ναὸς ᾠκοδόμητο, καὶ ἐν ἑνὶ τόπῳ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὅτι καὶ ἑνὶ ἔθνει ἀποκεκλήρωτο, περὶ οὗ φησιν Ἡσαΐας· *ὨΙκοδόμησα πύργον, καὶ προλήνιον ὤρυξα ἐν αὐτῷ, πύργον* μὲν καλῶν τὸν ναόν, *Προλήνιον* δὲ τὸ θυσιαστήριον. Ἐπὶ τέλει δὲ τῶν αἰώνων, (41) ἔτι καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς νομικῆς λατρείας, καθῄρηται μὲν οὗτος· ἀντέστησαν δὲ καθ' ὅλης τῆς γῆς ἐκκλησίαι παμπληθεῖς, ὅτι καὶ πάντα τὰ ἔθνη τὴν θεογνωσίαν ἀπέλαβον.

Quid sibi velint verba illa *in finem*, in superioribus dictum est. *Torcularia* appellat Ecclesias, quæ ubique terrarum sunt. Christus enim vitis est et apostoli palmites [40] ; uva autem et racemus fidem significant, quæ in Ecclesiis compressa, disciplinæ Christianæ vinum tribuit : quo fidelium corda lætificantur. Ex persona igitur spiritualium horum torcularium, hoc est Ecclesiarum, hic psalmus a Propheta conscriptus est. Olim quippe unicum tantum templum constructum erat, in una tantum civitate Jerusalem : quia uni tantum erat genti datum : de quo Isaias ait : *Ædificavi turrim, et torcular fodi in ea* [41] ; *turrim* templum appellans, et *torcular* altare. In fine autem sæculorum, hoc est in fine legalis cultus, illa turris destructa est, et loco ejus per universum orbem erectæ sunt innumerabiles ecclesiæ : quoniam omnes gentes in Dei cognitionem venerunt.

Κύριε ὁ Κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ! Τῶν μὲν ἀπίστων, ἑνὶ τρόπῳ Κύριός ἐστιν ὁ Χριστὸς, τῷ τῆς πλάσεως· τῶν δὲ πιστῶν, διπλῷ, τῷ τῆς πλάσεως, καὶ τῷ τῆς ἐπιγνώσεως· διὸ καὶ ἀναδίπλωσις ἐνταῦθα. Λέγουσι γὰρ αἱ τῶν πιστῶν Ἐκκλησίαι· Κύριε δημιουργὲ, ὁ Κύριος ἡμῶν ἄρτι γεγονὼς διὰ τῆς ἐπιγνώσεως. *Λίαν ἐστὶ θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ.* Μόνον γὰρ ἐπικαλούμενον, φυγαδεύει δαίμονας, νεκροὺς ἀνίστησι, νόσους ἀπελαύνει, μεταβάλλει στοιχεῖα, καὶ πάντα δύναται. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ φοβερὸν ἀλλαχοῦ καλεῖ. Θαυμαστὸν μὲν οὖν, διὰ τὰς ὑπερφυεῖς ἐνεργείας· φοβερὸν δὲ, διὰ τὴν ἄῤῥητον δύναμιν. Ὅρα δὲ πῶς ἑαυτὸν ἡμῖν συνέταξεν ὁ Δαβὶδ, προϊδὼν τὸ μυστήριον, καὶ τὴν πίστιν εἰς τὰ τοῦ κόσμου διαφοιτήσασαν πέρατα. Τί δὲ περὶ τούτου φήσουσιν οἱ Ἰουδαῖοι, Τὸ γὰρ τοῦ παντοκράτορος ὄνομα παρὰ τοῖς πλείοσι τῶν ἐθνῶν εὐκαταφρόνητον ἦν· φησὶ

Et psallam nomini Domini altissimi. Canam inquit, nomini ejus pro victoria : quia ejus nomen invocavi, et exauditus sum. Quod si illius nomen tantas habet vires, quis non ipsum Dominum formidabit ? *Altissimi* autem, id est, illius, qui est supra omnia, qui insuperabilis est, vel etiam supercœlestis, ut superius diximus. Hæc autem verba non gaudentis sunt aliorum cæde, nec filii potissimum, cum lugubrem egerit illum victoriæ diem (40) : sed suscipientis sententiam Dei, quæ injustos illos coercuit. Aliqui vero, verba illa *Lacum fodit*, et quæ sequuntur, usque ad illa, *Injustitia ejus descendet*, breviori expositione declarant, dicentes, ea verba per metaphoram significare, quod Absalon ipse ea passurus erat, quæ adversus patrem moliebatur. Hujusmodi etiam verbis possumus et nos adversus dæmonem imprecari.

Vers. 2. *Domine, Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra !* Infidelium quidem Dominus Christus dicitur, sed una tantum creationis ratione : fidelium vero duplici, creationis scilicet et cognitionis. Quam ob causam nomen Domini hoc in loco etiam duplicatur. Dicant itaque omnes fidelium Ecclesiæ : Domine creator et opifex, qui nuper etiam per cognitionem nostri Dominus factus es : *Quam admirabile est nomen tuum in omni terra*, cujus sola invocatio dæmones fugat, mortuos suscitat, ægritudines pellit, elementa commutat, et omnia potest. Alibi vero terribile etiam appellatur seu timendum. Admirabile est igitur ob multa quæ supra naturam operatur, et timendum ob ineffabilem ejus potentiam. Sed vides quomodo beatus David se nobis voluerit connumerare, communi nomine Dominum nostrum appellans, prævidens nimirum mysterium et fidem, quæ

[40] Joan. xv 5 [41] Isa. v, 2.

Variæ lectiones.

(40) Hæc in Græco textu per interrogationem : *Qui enim hoc fiat ? cum lugubrem*, etc.
(41) Is. ἥτοι, ut legisse videtur Saulus.

Digitized by Google

ad ipsos mundi fines erat perventura. Quid igitur ad hoc dicent Judæi? antea quippe Dei omnipotentis nomen apud plurimas gentes despectui erat. Nam, ut inquit Isaias: *Propter vos nomen ejus blasphematur inter gentes*[88]. Unde sine dubio de Christo hæc dicta esse convincuntur.

A γὰρ ὁ Ἡσαΐας, ὅτι *Τὸ ὄνομά μου ἐξ ὑμῶν βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.* Ὥστε περὶ τοῦ Χριστοῦ νῦν ὁ λόγος ἀναντίῤῥητος.

Quoniam elevata est magnificentia tua super cœlos. Magnificentiam hoc in loco Dei humanationem appellat: quæ et magna est, et omnem exsuperans intellectum. Elevata enim est, et transcendit illas etiam potestates quæ supra cœlos sunt: eo quod ab eis etiam comprehendi non potest. Unde maxime eis est admirationi; neque enim homines tantum, sed ipsi etiam angeli ad hoc stupent mysterium. Vel aliter: Significare nobis volens Propheta immensam divinæ naturæ potentiam: Exaltata est, inquit, magnificentia tua super cœlos, cum terra eam non caperet. Quod alius propheta dicit: *Operuit cœlos virtus ejus, et laudationis ejus plena est terra*[88*].

Ὅτι ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπειά σου ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. Μεγαλοπρέπειαν ἐνταῦθα τὴν θείαν ἐνανθρώπησιν ὀνομάζει· μεγάλη γὰρ ὄντως, καὶ πάντα νοῦν ὑπερβαίνουσα. Αὕτη, φησὶν, ἐπήρθη, καὶ αὐταῖς τῶν οὐρανῶν δυνάμεσιν ὥσπερ ὑπερθαύμαστος, καὶ ἀκατανόητος. Καὶ οὐ μόνον ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ ἄγγελοι τὸ τοιοῦτον ἐκπλήττονταί σου μυστήριον. Ἢ καὶ ἄλλως· ἐμφῆναι βουλόμενος τὴ τῆς θείας φύσεως ἀπειροδύναμον, Ὑψώθη, φησὶν, ἡ μεγαλοπρέπειά σου ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, μὴ χωρούσης αὐτὴν τῆς γῆς. Ὅ καὶ προφήτης ἕτερος ἔλεγεν· *Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ καὶ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ πλήρης ἡ γῆ.*

Vers. 3. *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem.* Laudationem puerorum prædicit [faciam in templo]. Ex omnibus autem Christi miraculis, hujus tantum meminit Propheta, tanquam admiratione magis digni. Nam et ante Christum leprosi sanati fuerant, et dæmones expulsi, et mortui suscitati; infantes vero locutos esse, tunc primum legimus. Neque enim simpliciter pueri fuisse dicuntur, sed infantes et lactentes: quod maxima admiratione dignum est. *Perfecisti* autem, id est perfectam fecisti laudem illam ex angeli ore [cum alioqui illorum lingua adhuc esset imperfecta].

Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. Ὑμνολογίαν προαναφωνεῖ. Ἐκ πολλῶν δὲ θαυμάτων καὶ σημείων ὧν ἐποίησεν ὁ Χριστὸς, τέθεικε μόνον τὸ θαῦμα τῶν παίδων, ὡς ἐκπληκτικώτερον. Πρὸ τούτου μὲν γὰρ καὶ νεκρὸς ἠγέρθη, καὶ λεπρὸς ἐκαθάρθη, καὶ δαίμων ἠλάσθη· χορὸς δὲ παίδων ὑπομαζίων, τότε πρῶτον τρανῶς ἐφθέγξατο. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ἦσαν παῖδες, ἀλλὰ θηλάζοντες· ὃ καὶ παραδοξώτατον. *Κατηρτίσω* δὲ, αὐτὸ τοῦτο τέλειον εἰργάσω, ἐξ ἀγγέλου στόματος.

Propter inimicos tuos, ut destruas inimicum et ultorem. Edisserit etiam causam miraculi. Factum est, inquit, id propter scelestos inimicos tuos Judæos. In aliis enim miraculis suspicati sunt fortassis Judæi quod deciperet Christus et falleret eorum oculos; in infantium vero laudatione, qui apud eos versabantur, imo qui eorum erant filii, omnis aberat suspicio. Hæc autem ita dispensata sunt a Deo ad destructionem, hoc est ad confusionem Judaici populi, qui inimicus simul et ultor Dei erat: inimicus, quia ejus Filio adversabatur; et ultor, velut is qui pro Deo se id facere existimabat. Possumus etiam dæmonem inimicum et ultorem Dei dicere: inimicum, quia ejus mandatis adversatur, et quia semper infensus est amicis Dei; ultorem vero quia iis qui a Deo projecti sunt, improperare solet, quod contemptores Dei fuerint: atque ideo ad pœnam eos trahit, quod divina mandata transgressi sunt. Ex ea quippe infantium laudatione, ipse etiam dæmon confundi visus est et destrui. Futura autem Propheta narrat ut facta, veluti qui propheticis oculis ea viderat; vel ex persona Ecclesiarum, ut diximus, hæc prolata sunt: veluti quæ ab eis quandoque ita essent proferenda.

Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν σου τοῦ καταλῦσαι ἐχθρὸν, καὶ ἐκδικητήν. Διηγεῖται καὶ τὴν τοῦ θαύματος αἰτίαν, ὅτι διὰ τοὺς πονηροὺς Ἰουδαίους τοὺς ἐχθρούς σου γέγονεν· ἐπὶ μὲν γὰρ ταῖς ἄλλαις δοξοποιίαις ὑπώπτευον, ὡς ἐξαπατᾷ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἴσως· ἐπὶ δὲ τῷ ὕμνῳ τῶν νηπίων, ἃ παρ' αὐτῶν ἦσαν ἔκγονα, καὶ παρ' αὐτοῖς ἐτρέφοντο, πάσης ἀντιλογίας ἀπεκλείσθησαν. Ὠκονομήθη δὲ τοῦτο, πρὸς τὸ καταλυθῆναι, τουτέστιν αἰσχυνθῆναι τὸν Ἰουδαϊκὸν δῆμον, τὸν ἐχθρὸν ἅμα, καὶ ἐκδικητὴν τοῦ Θεοῦ, ἐχθρὸς μὲν γάρ ἐστιν, ὡς πολεμῶν τῷ Υἱῷ· ἐκδικητὴς [δὲ, ὡς ὑπὲρ τοῦ Πατρὸς τοῦτο ποιεῖν δοκῶν. Οἰητέον δὲ καὶ τὸν διάβολον ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν· ἐχθρὸν μὲν, ὡς ἐναντιούμενον ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῖς τούτου φίλοις πολεμοῦντα· ἐκδικητὴν δὲ, ὡς μετὰ τὸ ῥίψαι τινὰς, ἐγκαλοῦντα τούτοις τὴν τοῦ Θεοῦ καταφρόνησιν, καὶ πρὸς τιμωρίαν ἕλκοντα διὰ τὴν τῶν θείων ἐντολῶν παράβασιν· ᾐσχύνθη γὰρ τότε καὶ οὗτος, καὶ κατελύθη. Ὡς γεγονότα δὲ τὰ γενησόμενα τίθησιν, οἷον ἑωρακὼς αὐτὰ τοῖς προφητικοῖς ὄμμασιν. Ἢ καὶ προσώπῳ, καθὰ δεδήλωται, τῶν Ἐκκλησιῶν, ὡς τότε λεγόμενα.

Vers. 4. *Quoniam videbo cœlos opera digitorum*

Ὅτι ὄψομαι τοὺς οὐρανοὺς, ἔργα τῶν δακτύ-

[88] Isa. LII, 5. [88*] Habac. III, 3.

Digitized by Google

λων σου. Πρώην μὲν γὰρ τὰ ἔθνη, τοῦ κόσμου ποιητὰς τοὺς ψευδωνύμους ὠνόμαζον θεούς· τῆς ἀληθείας δὲ λαμψάσης, ἡ τῶν πιστῶν Ἐκκλησία φησίν· *Ἐπιγνώσομαι τοὺς οὐρανούς, ἔργα τῶν σῶν δακτύλων. Οὐρανοὺς* δὲ λέγει, τὸν ἐν ἀρχῇ τε ποιηθέντα, καὶ τὸ στερέωμα. Ἢ καὶ πληθυντικῶς εἶπεν ἀντὶ ἑνικοῦ, κατὰ τὴν Ἑβραΐδα διάλεκτον. Διὰ μέντοι τοῦ οὐρανοῦ, ὡς περιεκτικοῦ, καὶ τὴν ἐν μέσῳ κτίσιν ἐνέφηνε. Λέγουσι δέ τινες *Δακτύλων* εἰπεῖν, παραστῆσαι βουλόμενον, ὡς ἔργα τῆς πολλοστῆς σου δυνάμεως τυγχάνουσιν οἱ τηλικοῦτοι καὶ τοιοῦτοι. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἀδιάφορον· καὶ γὰρ ἀλλαχοῦ φησι, *Καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί, σελήνην καὶ ἀστέρας ἃ σὺ ἐθεμελίωσας.* Οὐρανοῦ μνησθείς, καὶ τὸν τοῦ οὐρανοῦ κόσμον προσέθηκεν, ὅτι σὲ ἐπιγνώσομαι ποιητὴν καὶ τῶν ἀστέρων. Τὴν σελήνην δὲ τάξας, οὐ παρῆκε τὸν ἥλιον· ἀλλὰ δι' αὐτῆς ἐδήλωσε κἀκεῖνον. Ἐπειδὴ γὰρ ὑπ' ἐκείνου αὐτὴ φωτίζεται, καὶ συνημμένως ἅμφω τῇ γνώσει τῶν ἀνθρώπων σύγκεινται· δυὰ γὰρ τῶν μεγάλων ἐστὶ φωστήρων· καὶ θατέρου τις μνησθείς, καὶ θάτερον συνάγει. Ἀλλαχοῦ δὲ μόνον τίθησι τὸν ἥλιον· Σὺ γάρ, φησί, *κατηρτίσω φαῦσιν καὶ ἥλιον*, ὡς καὶ ἅμφω δι' ἀλλήλων νοουμένων. Ἃ δέ, τουτέστι τὰ ἄστρα, ἢ τὰ ἔργα. *Ἐθεμελίωσας* δὲ, ἀντὶ τοῦ ἔπηξας, ἥδρασας, ὡς μηδέποτε τῶν ἀφωρισμένων τόπων ἐκπίπτειν, καίτοι ἐπικρεμάμενα.

Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; Καὶ τοῦτο διὰ τὴν ἐνανθρώπησιν εἴρηκεν, προεγνωκὼς τὸ ταύτης μυστήριον· Τί γάρ, φησὶ, τοσοῦτόν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ὅτι ἀφηνιάσαντος, καὶ τὴν σὴν δεσποτείαν ἀγνοήσαντος, ἔλεον αὐτοῦ λαμβάνεις; Ἐσχημάτισται ὁ λόγος ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐπιλανθανομένων τινός, εἶτα μνείαν αὐτοῦ διὰ συμπαθείας ποτὲ λαμβανόντων· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς εἰς ἀντίληψιν παραγίνεται· τοῦτο γὰρ ἐπίσκεψις. Οὔτε γὰρ ἄγγελος, οὐ πρέσβυς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἐλθὼν, ἔσωσεν ἡμᾶς. Τί γοῦν τοσοῦτόν ἐστιν ἄνθρωπος, ἵνα ταῦτα δι' αὐτὸν γένηται; καὶ πεσόντων μὲν ἀγγέλων, οὐδὲν τοιοῦτον, ἐποίησας· τοῦ ἀνθρώπου δὲ πεσόντος, εἰς τὴν ἡμετέραν ἦλθες ἐσχατιάν. Ἄνθρωπος δὲ, καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, τὸ αὐτὸ δηλοῦσιν ἐκ παραλλήλου· καὶ συνήθης ὁ τύπος οὗτος παρὰ τῇ Παλαιᾷ· δοκεῖ γὰρ περίφρασις τὸ υἱὸς ἀνθρώπου, ἀντὶ τοῦ *ἄνθρωπος*.

Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους. Μέμνηται καὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς εὐεργεσιῶν, τῶν εἰς τὸν ἄνθρωπον. Ἠλασθεὶς γὰρ, βραχύ τι τῶν ἀγγέλων ἠλάττωται, διὰ τὴν συμπλοκὴν τοῦ σώματος, καὶ

torum. Olim gentes mundum a falsis eorum diis factum esse arbitrabantur (42); sed ubi claruit veritas, Ecclesia fidelium cecinit : Videbo cœlos, qui digitorum tuorum opus sunt. Cœlos autem, cœlum ipsum appellavit, quod initio factum est, et firmamentum. Vel plurali numero pro singulari Hebræorum more usus est. Et dum cœlum dicit quo omnia complectuntur, cæteras creaturas quæ in mundo sunt comprehendere etiam videtur. Dicunt quidam ideo dixisse *Opera digitorum tuorum*, ut tanta ac talia elementa a minima divinæ potentiæ particula facta fuisse significaret. Ego vero Prophetam puto indifferenter usum hoc loquendi modo, cum alibi etiam dicat : *Et opera manuum tuarum sunt cœli* [83]. — *Lunam et stellas, quæ tu fundasti.* Cum cœli meminerit, illius etiam addit ornamenta : Te, inquit, cognoscam factorem stellarum. Solem vero prætermisisse non videtur, dum lunam commemorat : quinimo et solis memi nisse credendum est, lunæ memoria quæ ab ipso sole illuminatur : cum utrque cognitioni hominum conjunctim inhæreat. Duo quippe sunt magna luminaria, quorum qui alterius meminit, alterum simul introducit. Unde alibi solis tantum meminit, quando ait : *Tu fabricatus es auroram et solem* [84], quasi per alterum utrumque intelligatur. Sequitur : *Quæ tu fundasti : quæ* astra nimirum, vel opera tu fundasti : id est, finxisti; stabilisti ita ut decidere non valeant, aut dimoveri e loco, ubi per te collocata sunt, tametsi ea appensa quodammodo esse videantur.

Vers. 5. *Quid est homo quod memor es ejus, aut filius hominis quoniam visitas eum?* Hæc etiam propter Incarnationem dicta sunt. Prænoscens enim Propheta illius mysterium : Quid, inquit, tanti est homo, ut cum rebellis a te factus sit, et imperium tuum detrectaverit, tu tamen illius miserearis? Est autem hic sermo metaphoricus, atque ab eorum persona translatus, qui certo tempore cujuspiam obliti sunt, et deinde compassione moti, ejus reminiscuntur : nec tantum reminiscuntur, sed in illius auxilium et defensionem etiam moventur. Et hæc est visitatio quam dicit. Neque enim angelus aliquis, aut legatus, sed ipsemet Dominus per se veniens salvavit nos [85]. Quid igitur tanti est homo, ut propter illum hæc fieri debeant? Et cum angeli quidem cecidissent, tu nihil ejusmodi fecisti, in hominis autem ruina et casu, ad extremam hanc dejectionem descendisti. Homo autem et filius hominis idem æque significant : circumloqui tamen sæpe sic solet Scriptura, ut pro homine filium hominis dicat.

Vers. 6. *Minuisti eum modicum quid ab angelis.* Antiquorum beneficiorum meminit quæ in hominem collata sunt. Creatus enim homo modicum quid ab angelis minoratus est, propter complica-

[83] Psal. ci, 26. [84] Psal. lxxiii, 16. [85] Isa. lxiii, 9.

Variæ lectiones.

42) Græce ὠνόμαζον, *nominabant*, cœli scilicet factores, pro quo Latinus interpres legisse ἐνόμιζον.

Digitized by Google

tionem corporis, et alia quæ ad corpus pertinent. Atque hoc sane magna cum dispensatione : ut quoties propter intellectum extolleretur, toties deprimeretur atque humiliaretur propter terram. Nam si in præsentia cum corpore gravamur, adeo extollimur et gloriamur, quid existimandum est facturos fuisse, si absque corpore nobis vivendum esset ?

A τὰ ἐκ τοῦ σώματος· καὶ τοῦτο δὲ, κατ' οἰκονομίαν, ἵνα, ὅταν ἐπαίρηται διὰ τὸν νοῦν, συστέλληται διὰ τὸν χοῦν. Εἰ γὰρ καὶ σώματος βριθόμενος, ἀλαζονεύεται τοσοῦτον, τίς ἂν ἦν πολιτευόμενος δίχα σώματος ;

Gloria et honore coronasti eum. Gloria, quia ad imaginem et similitudinem Dei factus est : honore, quia omnia ei subjecta sunt animantia.

Δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν. Δόξῃ μὲν, διὰ τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενέσθαι· τιμῇ δὲ, διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ὑποταγὴν τῶν ζώων ἁπάντων.

Vers. 7. *Et constituisti eum super opera manuum tuarum.* Elegisti eum in regem totius creaturæ : *Crescite* enim, inquit, *et multiplicamini, et replete terram, et dominamini ei* [86].

Κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου. Ἐχειροτόνησας αὐτὸν βασιλέα τῆς κτίσεως, ἣν ἐποίησας· *Αὐξάνετε* γὰρ, *καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς.*

Vers. 8. *Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves et boves universas, insuper et pecora campi : volucres cœli, et pisces maris, quæ perambulant semitas maris.* Hoc etiam ex Genesi sumptum est. *Dominamini*, inquit, *piscibus maris, et volucribus cœli, et omnibus pecoribus, et omni terræ* [87]. Cumque Propheta hic omnia dixerit, postmodum distinguit. Et primo quidem mitiores oves connumeravit : per pecora autem campi quadrupedia omnia comprehendit, quæ in campis habitant : et juxta Græci nominis etymologiam animalia omnia intelliguntur, quæ prona in terram aspiciunt. Per pecora igitur, terrestria omnia animalia significavit, seu silvestria, et fera. Omnia quippe in hominis ministerium data sunt : quibus omnibus ille etiam homo adhuc dominabitur, qui pristinam animæ suæ servaverit dignitatem. Cœli autem volucres dixit, pro aeris. Cœlum enim sæpe ponitur pro aere, qui cœli instar capiti nostro circumfusus est. Piscium etiam, cum innumerabilia sint, genera, uno sermone omnia complexus est dicens : Quæ *perambulant semitas maris.* Et a masculino genere ad neutrum transiit, volens hoc pacto varia piscium genera denotare. Verum hæc de puro ac simplici homine intelleximus. Juxta anagogem vero ad humanitatem Christi pertinent, quemadmodum Apostolus ad Hebræos declarat : Quid enim, inquit, tanti est humanitas illa assumpta a Deo Verbo, quod illius memor es, dicens : *Hic est Filius meus dilectus* [88] ? Filium autem hominis dixit, ut eos convinceret qui Christi carnem superne descendisse asserunt : qua ratione ipse etiam Dominus apud evangelistas sæpenumero Filium hominis se appellat : significans quod ex virginali utero, atque ex purissimis illius sanguinibus ipse sibi templum constituerat. Filius enim hominis is vere dicitur, qui mulieris est filius. Nam et mulier vere homo est. Visitavit autem illum Deus, juxta quod alibi legimus : *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dex-*

B *Πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ, πρόβατα, καὶ βόας ἁπάσας, ἔτι δὲ καὶ τὰ κτήνη τοῦ πεδίου, τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης, τὰ διαπορευόμενα τρίβους θαλασσῶν.* Καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς Μωσαϊκῆς Γενέσεως εἴληπται· φησὶ γάρ· *Καὶ ἄρχετε τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πάντων τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς.* Εἰπὼν δὲ πάντα, διεῖλεν αὐτὰ, καὶ πρῶτον ἀπὸ τῶν ἡμερωτέρων ἤρξατο προβάτων. Κτήνη δὲ λέγει τοῦ πεδίου, πάντα τὰ τοῖς πεδίοις ἐννεμόμενα τετράποδα· κτῆνος γὰρ, πᾶν τὸ κάτω νεῦον τετράποδον. Διὰ μέντοι τῶν κτηνῶν, πᾶν ζῶον χερσαῖον παρεδήλωσεν, εἴτε ἥμερον, εἴτε ἄγριον· πάντα γὰρ εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ ἀνθρώπου παρήχθησαν· καὶ πάντων ἄρχει, ὁ διασώζων τὸ πρῶτον τῆς ψυχῆς ἀξίωμα. Πετεινὰ δὲ τοῦ οὐρανοῦ, τουτέστι, τοῦ ἀέρος· τοῦτον γὰρ νῦν οὐρανὸν καταχρηστικῶς ὠνόμασεν, ὡς ὑπὲρ κεφαλῆς ὑμῶν δίκην οὐρανοῦ κεχυμένον. Ἀποβλέψας δὲ πρὸς τὰ παμπληθέστατα τῶν ἰχθύων, (43) ἃ δι' ἑνὸς λόγου πάντα παρέστησεν, εἰπὼν, *Τὰ διαπορευόμενα τρίβους θαλασσῶν·* ἀπὸ γὰρ τοῦ ἀρσενικοῦ γένους ἐπὶ τὸ οὐδέτερον μεταβέβηκεν, βουλόμενος ἐμφῆναι τὸ διάφορον τῶν ἐν ἰχθύσιν εἰδῶν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ ἁπλῶς ἀνθρώπου νοοῦμεν. Ἀνάγονται δὲ καὶ εἰς τὸν Κυριακὸν ἄνθρωπον, ὡς ὁ Ἀπόστολος ἐξεδέξατο, γράφων πρὸς Ἑβραίους· Τί γὰρ, φησὶ, τοσοῦτόν ἐστιν ἄνθρωπος, ὁ προσληφθεὶς τῷ θείῳ Λόγῳ, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ ; λέγει γὰρ, ὅτι *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου, ὁ ἀγαπητός.* Υἱὸν δὲ ἀνθρώπου τοῦτον ἐκάλεσεν, ἵνα παύσῃ τοὺς δογματίζοντας ἄνωθεν συνεπαγέσθαι τὴν σάρκα. Διὸ καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις πολλαχοῦ τοῦτο ἑαυτὸν ὀνομάζει, δηλῶν, ὡς ἐκ τῶν παρθενικῶν καὶ ἀχράντων αἱμάτων ἐπήξατο ναὸν ἑαυτῷ. Υἱὸς δὲ ἀνθρώπου καὶ ὁ ἐκ γυναικός· καὶ ἡ γυνὴ γὰρ, ἄνθρωπος. Ἐπισκέπτῃ δὲ αὐτὸν, ὅτι *Προωρώμην*, φησὶ, *τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντὸς, ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐστίν.* — Ἠλάττωσας δὲ αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, διὰ τὸ πεινᾷν καὶ

C

D

[86] Gen. I 28. [87] Ibid. [88] Matth. III 17.

Variæ lectiones

(43) Redundare videtur τὸ ἁ.

Digitized by Google

διψᾷν, καὶ τοῖς ἀδιαβλήτοις τοῦ σώματος ὑποκεῖσθαι πάθεσιν. Ἐστεφάνωσας δὲ αὐτὸν, τουτέστιν ἐκόσμησας· δόξῃ μὲν, τῇ θεότητι· τιμῇ δὲ τῇ παρὰ τῶν ἀγγέλων· πολλαχοῦ γὰρ ἐδορυφόρουν αὐτῷ. Ἢ καὶ ἀμφότερα παρὰ τῶν ἀνθρώπων· Θεόν τε γὰρ οἱ πιστεύοντες ἔλεγον, καὶ πανευλαβῶς ἐτίμων. Πάντα δὲ ὑπέταξας, ὡς νέῳ Ἀδάμ, τὸ κατ' εἰκόνα φυλάξαντι. Κατὰ δὲ τὸν τῆς ἀναγωγῆς λόγον, πρόβατα μὲν, οἱ ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότες, οὓς ἐπὶ τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνοὺς πεπλανημένους εὑρὼν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ συνήγαγε μάνδραν· βόες δὲ, οἱ Ἰουδαῖοι, τὸν βαρὺν ἕλκοντες τοῦ νόμου ζυγόν· κτήνη δὲ τοῦ πεδίου, οἱ μήτε τοῦ Μωσέως νόμον δεξάμενοι, μήτε τὸν τῆς χάριτος, ἀλλ' εἰδωλολατροῦντες, ἐν τῇ πεδιάδι καὶ χθαμαλότητι τῶν ἡδονῶν τοῦ βίου βαδίζοντες, τῷ μὴ δύνασθαι ἀναθέειν εἰς ὕψος θεωρίας. Πετεινὰ μὲν οὐρανοῦ, οἱ ἄγγελοι· ἰχθύες δὲ θαλάσσης, οἱ δαίμονες, τοῖς κύμασιν ἐνσκιρτῶντες τοῦ βίου, καὶ ἀποζῶντες τῇ... (44) τῶν πονηρῶν ἡμῶν πράξεων· πάντες γὰρ ὕστερον ὑποταγήσονται τῷ Χριστῷ, ὅτι αὐτῷ πᾶν γόνυ κάμψει, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. Οὐκ ἄκαιρον δὲ καὶ γλαφυράν τινα παραθεῖναι ἐξήγησιν· ὅτι τὸ Ἠλάττωσας, οὐ παρὰ τοὺς ἀγγέλους λέγεται, ἀλλὰ πρὸς τὴν δόξαν τοῦ Πατρός. Οὕτω γὰρ ἀναγνωστέον· Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι, τοῦ σοῦ δηλαδὴ ἀξιώματος, διὰ τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν· εἶτα τὸ ἑξῆς, παρ' ἀγγέλους δόξᾳ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτὸν, ἤγουν ἐπὶ πλεῖον. Οὐδεὶς γὰρ ἀγγέλων ἢ τὸ θεῖον ἔλαβεν ὄνομα, ἢ δορυφορίας τοιαύτης τετύχηκε. . . . . .

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

tris est mihi ne commovear [49]. Quod vero ait: *Minuisti eum modicum quid ab angelis*, ea ratione dictum est, quia et famem patiebatur Christus, et sitim, et reliquis omnibus corporis passionibus, atque affectibus subjacebat, qui reprehensibiles non sunt. *Coronasti* autem *eum*, hoc est ornasti, *gloria* quidem, divinitatis: *honore* autem, quem angeli ei præstabant. Sæpe enim ministrabant ei. Vel etiam quia utrumque ab hominibus ei præstabatur, quia credentes in eum, Deum appellabant, et religiosissime venerabantur. Omnia præterea subjecit Deus sub pedibus ejus, veluti novo Adam, qui imaginem et similitudinem Dei vere servavit. Juxta anagogem, oves ii dicendi sunt qui ex gentibus crediderunt: quos in collibus, et montibus errantes Christus invenit, et ad suum ovile congregavit. Boves vero, Judæi sunt, grave veteris legis jugum trahentes. Et pecora campi ii, qui nec Moysi nec gratiæ legem susceperunt, sed idola colentes in campestri humilitate, ac terrena dejectione voluptatum præsentis vitæ ideo ambulant, quia contemplationis sublimitatem suscipere nequeunt, sed juxta eam quam diximus Græci nominis etymologiam, quasi pecora proni in terram, inspiciunt. Volucres etiam cœli pro angelis accipi possunt: et pisces maris pro dæmonibus: qui inter fluctus præsentis vitæ subsiliunt, atque in amara pravarum actionum vivunt salsugine. Omnes enim Christo tandem subjicientur, quoniam illi omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium et infernorum. Possumus etiam non ingratam quorumdam expositionem recensere: quod scilicet illa verba: *Minuisti eum modicum quid*, non ad angelos referenda sint, sed ad gloriam Dei Patris, atque hoc pacto legendum, Minuisti eum, o Pater, modicum quid a tua nimirum dignitate propter carnis naturam; et quæ sequuntur per se legantur. Sed quoniam quod Latine legimus *ab angelis*, in Græco legitur παρ' ἀγγέλους, quæ verba ultra sensum jam redditum, idem etiam significant, quod supra angelos: intellige quod gloria et honore eum Deus supra angelos coronavit: hoc est plusquam angelorum aliquem. Nullus quippe angelorum, aut hujusmodi Dei nomen consecutus est, aut tale sortitus ministerium. Verumtamen dicant nobis Judæi, quando infantes et lactentes pueri laudem hanc dixerint, de qua nunc loquitur Prophetaj, et quemnam inimicum hujusmodi laus destruxerit: quo etiam dixit beatus David: *Videbo cœlos opera digitorum tuorum*, cum jam Moyses de his docuisset: *In principio* enim, inquit, *fecit Deus cœlum et terram.*

Κύριε ὁ Κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ! Ἐπεὶ γὰρ ὁ ψαλμὸς οὗτος τὸ κατὰ Χριστὸν προλέγει μυστήριον, ὁ δὲ Χριστὸς ἐξ οὐρανοῦ καταβέβηκε, καὶ αὖθις πρὸς αὐτὸν ἀναβέβηκεν ὥσπερ ἐν κύκλῳ (45) σχήματι πρὸς τὴν Πατρικὴν δόξαν ἀποκαταστάς, διὰ ταῦτα καὶ ὁ ψαλμὸς κυκλικῶς

VERS. 10. *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra.* Quoniam hic psalmus Christi prædicit mysterium, qui e cœlo descendit, et rursus in cœlum ad Paternam gloriam ascendit, et circulari quodam motu illinc unde venerat reversus est, merito etiam hic Psalmus qui de

[49] Psal. xv, 8.

Variæ lectiones.

(44) Supple ἀλυπρότητι, ut legisse videtur Latinus interpres.

(45) *Forte* ἐγκυκλίῳ, ut legisse videtur etiam Saulus, vel scribe κύκλου.

Digitized by Google

tionem corporis, et alia quæ ad corpus pertinent. Atque hoc sane magna cum dispensatione : ut quoties propter intellectum extolleretur, toties deprimeretur atque humiliaretur propter terram. Nam si in præsentia cum corpore gravamur, adeo extollimur et gloriamur, quid existimandum est facturos fuisse, si absque corpore nobis vivendum esset?

A τὰ ἐκ τοῦ σώματος· καὶ τοῦτο δὲ, κατ' οἰκονομίαν, ἵνα, ὅταν ἐπαίρηται διὰ τὸν νοῦν, συστέλληται διὰ τὸν χοῦν. Εἰ γὰρ καὶ σώματος βριθόμενος, ἀλαζονεύεται τοσοῦτον, τίς ἂν ἦν πολιτευόμενος δίχα σώματος;

Gloria et honore coronasti eum. Gloria, quia ad imaginem et similitudinem Dei factus est : honore, quia omnia ei subjecta sunt animantia.

Δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν. Δόξᾳ μὲν, διὰ τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενέσθαι· τιμῇ δὲ, διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ὑποταγὴν τῶν ζώων ἁπάντων.

Vers. 7. *Et constituisti eum super opera manuum tuarum.* Elegisti eum in regem totius creaturæ : *Crescite* enim, inquit, *et multiplicamini, et replete terram, et dominamini ei* [86].

Κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου. Ἐχειροτόνησας αὐτὸν βασιλέα τῆς κτίσεως, ἣν ἐποίησας· *Αὐξάνεσθε γὰρ, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς.*

Vers. 8. *Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves et boves universas, insuper et pecora campi : volucres cœli, et pisces maris, quæ perambulant semitas maris.* Hoc etiam ex Genesi sumptum est. *Dominamini,* inquit, *piscibus maris, et volucribus cœli, et omnibus pecoribus, et omni terræ* [87]. Cumque Propheta hic omnia dixerit, postmodum distinguit. Et primo quidem mitiores oves connumeravit : per pecora autem campi quadrupedia omnia comprehendit, quæ in campis habitant : et juxta Græci nominis etymologiam animalia omnia intelliguntur, quæ prona in terram aspiciunt. Per pecora igitur, terrestria omnia animalia significavit, seu silvestria, et fera. Omnia quippe in hominis ministerium data sunt : quibus omnibus ille etiam homo adhuc dominabitur, qui pristinam animæ suæ servaverit dignitatem. Cœli autem volucres dixit, pro aeris. Cœlum enim sæpe ponitur pro aere, qui cœli instar capiti nostro circumfusus est. Piscium etiam, cum innumerabilia sint, genera, uno sermone omnia complexus est dicens : Quæ *perambulant semitas maris.* Et a masculino genere ad neutrum transiit, volens hoc pacto varia piscium genera denotare. Verum hæc de puro ac simplici homine intelleximus. Juxta anagogem vero ad humanitatem Christi pertinent, quemadmodum Apostolus ad Hebræos declarat : Quid enim, inquit, tanti est humanitas illa assumpta a Deo Verbo, quod illius memor es, dicens : *Hic est Filius meus dilectus* [88]? Filium autem hominis dixit, ut eos convinceret qui Christi carnem superne descendisse asserunt : qua ratione ipse etiam Dominus apud evangelistas sæpenumero Filium hominis se appellat : significans quod ex virginali utero, atque ex purissimis illius sanguinibus ipse sibi templum constituerat. Filius enim hominis is vere dicitur, qui mulieris est filius. Nam et mulier vere homo est. Visitavit autem illum Deus, juxta quod alibi legimus : *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dex-*

B *Πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ, πρόβατα, καὶ βόας ἁπάσας, ἔτι δὲ καὶ τὰ κτήνη τοῦ πεδίου, τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης, τὰ διαπορευόμενα τρίβους θαλασσῶν.* Καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς Μωσαϊκῆς Γενέσεως εἴληπται· φησὶ γάρ· *Καὶ ἄρχετε τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πάντων τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς.* Εἰπὼν δὲ πάντα, διεῖλεν αὐτὰ, καὶ πρῶτον ἀπὸ τῶν ἡμερωτέρων ἤρξατο προβάτων. Κτήνη δὲ λέγει τοῦ πεδίου, πάντα τὰ τοῖς πεδίοις ἐννεμόμενα τετράποδα· κτῆνος γὰρ, πᾶν τὸ κάτω νεῦον τετράποδον. Διὰ μέντοι τῶν κτηνῶν, πᾶν ζῶον χερσαῖον παρεδήλωσεν, εἴτε ἥμερον, εἴτε ἄγριον· C πάντα γὰρ εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ ἀνθρώπου παρήχθησαν· καὶ πάντων ἄρχει, ὁ διασώζων τὸ πρῶτον τῆς ψυχῆς ἀξίωμα. Πετεινὰ δὲ τοῦ οὐρανοῦ, τουτέστι, τοῦ ἀέρος· τοῦτον γὰρ νῦν οὐρανὸν καταχρηστικῶς ὠνόμασεν, ὡς ὑπὲρ κεφαλῆς ὑμῶν δίκην οὐρανοῦ κεχυμένον. Ἀποβλέψας δὲ πρὸς τὰ παμπληθέστατα τῶν ἰχθύων, (43) ἃ δι' ἑνὸς λόγου πάντα παρέστησεν, εἰπὼν, *Τὰ διαπορευόμενα τρίβους θαλασσῶν·* ἀπὸ γὰρ τοῦ ἀρσενικοῦ γένους ἐπὶ τὸ οὐδέτερον μεταβέβηκεν, βουλόμενος ἐμφῆναι τὸ διάφορον τῶν ἐν ἰχθύσιν εἰδῶν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ ἁπλῶς ἀνθρώπου νοοῦμεν. Ἀνάγονται δὲ καὶ εἰς τὸν Κυριακὸν ἄνθρωπον, ὡς ὁ Ἀπόστολος ἐξεδέξατο, γράφων πρὸς Ἑβραίους· Τί γὰρ, φησὶ, τοσοῦτόν ἐστιν ἄνθρωπος, ὁ προσληφθεὶς τῷ θείῳ Λόγῳ, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ; λέγει γὰρ, ὅτι *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου, ὁ ἀγαπητός.* Υἱὸν δὲ ἀνθρώπου τοῦτον ἐκάλεσεν, ἵνα παύσῃ τοὺς δογματίζοντας ἄνωθεν συνεπαγαγέσθαι τὴν σάρκα. Διὸ καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις πολλαχοῦ τοῦτο ἑαυτὸν ὀνομάζει, δηλῶν, ὡς ἐκ τῶν παρθενικῶν καὶ ἀχράντων αἱμάτων ἐπήξατο ναὸν ἑαυτῷ. Υἱὸς δὲ ἀνθρώπου καὶ ὁ ἐκ γυναικός· καὶ ἡ γυνὴ γὰρ, ἄνθρωπος. Ἐπισκέπτῃ δὲ αὐτὸν, ὅτι *Προωρώμην*, φησὶ, *τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντὸς, ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐστίν.* — *Ἠλάττωσας δὲ* D *αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους*, διὰ τὸ πεινᾷν καὶ

[86] Gen. I 28. [87] Ibid. [88] Matth. III 17.

Variæ lectiones

(43) Redundare videtur τὸ ἃ.

Digitized by Google

διψᾷν, καὶ τοῖς ἀδιαβλήτοις τοῦ σώματος ὑποκεῖσθαι πάθεσιν. Ἐστεφάνωσας δὲ *αὐτὸν*, τουτέστιν ἐκόσμησας· *δόξῃ* μὲν, τῇ θεότητι· *τιμῇ* δὲ τῇ παρὰ τῶν ἀγγέλων· πολλαχοῦ γὰρ ἐδορυφόρουν αὐτῷ. Ἢ καὶ ἀμφότερα παρὰ τῶν ἀνθρώπων· Θεόν τε γὰρ οἱ πιστεύοντες ἔλεγον, καὶ πανευλαβῶς ἐτίμων. *Πάντα* δὲ *ὑπέταξας*, ὡς νέῳ Ἀδὰμ, τὸ κατ' εἰκόνα φυλάξαντι. Κατὰ δὲ τὸν τῆς ἀναγωγῆς λόγον, πρόβατα μὲν, οἱ ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότες, οὓς ἐπὶ τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνοὺς πεπλανημένους εὑρὼν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ συνήγαγε μάνδραν· βόες δὲ, οἱ Ἰουδαῖοι, τὸν βαρὺν ἕλκοντες τοῦ νόμου ζυγόν· κτήνη δὲ τοῦ πεδίου, οἱ μήτε τοῦ Μωσέως νόμον δεξάμενοι, μήτε τὸν τῆς χάριτος, ἀλλ' εἰδωλολατροῦντες, ἐν τῇ πεδιάδι καὶ χθαμαλότητι τῶν ἡδονῶν τοῦ βίου βαδίζοντες, τῷ μὴ δύνασθαι ἀναθέειν εἰς ὕψος θεωρίας. Πετεινὰ μὲν οὐρανοῦ, οἱ ἄγγελοι· ἰχθύες δὲ θαλάσσης, οἱ δαίμονες, τοῖς κύμασιν ἐνσκιρτῶντες τοῦ βίου, καὶ ἀποζῶντες τῇ... (44) τῶν πονηρῶν ἡμῶν πράξεων· πάντες γὰρ ὕστερον ὑποταγήσονται τῷ Χριστῷ, ὅτι αὐτῷ πᾶν γόνυ κάμψει, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. Οὐκ ἄκαιρον δὲ καὶ γλαφυράν τινα παραθεῖναι ἐξήγησιν· ὅτι τὸ *Ἠλάττωσας*, οὐ παρὰ τοὺς ἀγγέλους λέγεται, ἀλλὰ πρὸς τὴν δόξαν τοῦ Πατρός. Οὕτω γὰρ ἀναγνωστέον· *Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι*, τοῦ σοῦ δηλαδὴ ἀξιώματος, διὰ τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν· εἶτα τὸ ἑξῆς, *παρ' ἀγγέλους δόξᾳ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτὸν*, ἤγουν ἐπὶ πλεῖον. Οὐδεὶς γὰρ ἀγγέλων ἢ τὸ θεῖον ἔλαβεν ὄνομα, ἢ δορυφορίας τοιαύτης τετύχηκε. . . . . .

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Κύριε ὁ Κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ! Ἐπεὶ γὰρ ὁ ψαλμὸς οὗτος τὸ κατὰ Χριστὸν προλέγει μυστήριον, ὁ δὲ Χριστὸς ἐξ οὐρανοῦ καταβέβηκε, καὶ αὖθις πρὸς αὐτὸν ἀναβέβηκεν ὥσπερ ἐν κύκλῳ (45) σχήματι πρὸς τὴν Πατρικὴν δόξαν ἀποκαταστάς, διὰ ταῦτα καὶ ὁ ψαλμὸς κυκλικῶς

A *tris est mihi ne commovear* [a]. Quod vero ait: *Minuisti eum modicum quid ab angelis*, ea ratione dictum est, quia et famem patiebatur Christus, et sitim, et reliquis omnibus corporis passionibus, atque affectibus subjacebat, qui reprehensibiles non sunt. *Coronasti* autem *eum*, hoc est ornasti, *gloria* quidem, divinitatis; *honore* autem, quem angeli ei præstabant. Sæpe enim ministrabant ei. Vel etiam quia utrumque ab hominibus ei præstabatur, quia credentes in eum, Deum appellabant, et religiosissime venerabantur. Omnia præterea subjecit Deus sub pedibus ejus, veluti novo Adam, qui imaginem et similitudinem Dei vere servavit. Juxta anagogem, oves ii dicendi sunt qui ex gentibus crediderunt: quos in collibus,
Ponam in salutari, libere agam in eo. Cum de resurrectione meminerit, meminit et sepulturæ sermonem faciens de morte quam in cruce sustinuit: ex Christi enim persona hæc etiam dicta sunt. Ponar, inquit, hoc est infigar, in cruce, quam salutare illud esse credimus, de quo nunc loquitur, quippe cum hoc crucis jaculo, Christus tyrannum dæmonem transfixerit: unde et salvavit nos, et libertatem nobis erroribus liberam ac salutarem donavit: et cum antea infirmi essemus, fortes contra dæmones reddidit. Quod vero ait: *Libere agam in eo*, idem sibi vult ac si diceret, quod in ipsa cruce publicabit ac libere propalabit occultam antea, atque ignotam potentiam suam. Nam et velum templi tunc scissum est, et sol obtenebratus, et terra commota, et petræ discissæ, et admiranda alia contigerunt. Vel aliter: [quia Græcum verbum θήσομαι, ut futurum medium, tam activam quam passivam significationem habet, legere potes alio modo: *Ponam in salutari*, hoc est], Ponam eos in salutem: hoc est faciam eos salute dignos; in hujusmodi etiam salute libere agam: hoc est libere loquar, et palam omnibus declarabo vires meas.

Τὰ λόγια Κυρίου, λόγια ἁγνά. Εἰπὼν ὅτι τάδε

Vers. 7. *Eloquia Domini eloquia casta.* Cum

Digitized by Google

minum narraverit hæc atque illa dixisse, nunc de veritate sermonum ejus testimonium reddit, dicens, quod munda ac pura sunt ab omni mendacio.

Argentum igne examinatum probatum terræ. Adeo munda ac nitida sunt eloquia Dei, ab omni dolo et ab omni deceptione, ut argento conflato, quod viliori omni carere solet materia, puritate ac munditia sua possint comparari. *Probatum* vero *terræ* dixit, pro, in terra. Fabri etenim conflatum argentum fundunt in terram. Vel *Probatum terræ*, hoc est, ex terra. Deinde hanc eloquiorum Dei munditiam adhuc magis extollens, addit :

Purgatum septuplum. Septuplum, hoc est, sæpius. Solent enim Hebræi septies ponere pro pluries. Argentum autem quod sæpius conflatum est, mundius omnino ac purius esse solet. Sunt igitur eloquia Dei vera et nitida, ac similia argento sæpius conflato. Λόγια vero dicit, non diminutivo utens, sed quia oracula eloquia, propter eorum brevitatem, appellare consueverant. Paucis enim litteris maximam cogitationis vim complectebantur.

VERS. 8. *Tu, Domine, custodies nos, et conservabis nos a generatione hac in sæculum.* Tu nos, Domine, custodies ab exterioribus inimicis, et conservabis ab iis qui interius insidias parant. Vel custodies quidem a præsenti generatione, et servabis ab iis qui postea in sæculum futuri sunt, hoc est, semper et perpetuo proteges nos. Nam et fides eorum qui Evangelium susceperunt, ab illa generatione stabilis permansit : et in sæculum adeo manebit invicta, ut neque gentiles, qui aperte eam oppugnant, neque hæretici, qui intra nos clam contra eam insidias disponunt, prævalere possint.

VERS. 9. *In circuitu impii ambulant.* Undique, inquit, nos circumdant, obsidere certantes fidem nostram. Et hoc si de gentilibus intelligas. Quod si loqui Prophetam intelligas de hæreticis, dicatur : *Ambulant in circuitu*, hoc est, non recte, sed oblique : cum sacram omnem Scripturam perverse interpretentur.

Secundum altitudinem tuam magni pependisti filios hominum. Tu, inquit, in cruce exaltatus summam de hominibus curam habere dignatus es : quam ob causam mortem etiam subiisti. Et quod ait *Magni pependisti*, Græce habetur ἐπολυώρησας ; et quemadmodum apud Græcos ὀλιγωρία *vilipensio* dicitur et *neglectio*, ita πολυωρία ejus contrarium. Vel aliter tum ad cœlos usque exaltatus, assumptionis nimirum tuæ tempore, magna in humanam naturam contulisti beneficia, misso ad eam Spiritu Paracleto, qui apostolos illuminavit, atque in Evangelii prædicationem direxit. Potest etiam hic Psalmus juxta historiæ sensum accommodari beato David, illo potissimum tempore quando eum fugientem a facie Saul, quidam se ei amicos fingentes, tentaverunt, ut in persecutoris manus eum traderent. Quorum infidelitatem, simulationem, dolos

A καὶ τάδε λέγει Κύριος, διαβεβαιοῦται καὶ περὶ τῆς τῶν Κυρίου λόγων ἀληθείας, ὡς καθαρὰ ψεύδους ἐστίν.

Ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῇ. Οὕτως εἰσὶν ἀμιγεῖς ἀπάτης, ὡς τὸ κεχωνευμένον ἀργύριον ἀκοινώνητόν ἐστιν ὕλης χείρονος. *Δοκίμιον* δὲ *τῇ γῇ*, ἀντὶ τοῦ, δοκιμαζόμενον ἐν τῇ γῇ· καὶ γὰρ εἰς γῆν ἔχεον οἱ τεχνῖται τὸ χωνευόμενον. Ἢ καὶ *δοκίμιον τῇ γῇ*, ἀντὶ τοῦ, δόκιμον ἐκ τῆς γῆς· ἐπιτεινων γὰρ τὴν καθαρότητα τῶν τοῦ Κυρίου λόγων, ἐπήγαγεν·

Κεκαθαρισμένον ἑπταπλασίως. Τὸ ἑπταπλασίως, ἀντὶ τοῦ πολλάκις· τὸ γὰρ ἑπτάκις, ἀντὶ τοῦ B πολλάκις ἡ τῶν Ἑβραίων παραλαμβάνει διάλεκτος. Τὸ δὲ πολλάκις κεχωνευμένον, παντάπασίν ἐστι καθαρόν. Οὕτως οὖν εἰσὶν ἀληθεῖς, ὡς ἀργύριον κεχωνευμένον πολλάκις. Λόγια δὲ εἶπεν, οὐ καθ' ὑποκορισμὸν εὐτελείας, ἀλλ' ὅτι τοὺς χρησμοὺς λόγια ἐκάλουν διὰ τὴν βραχυλογίαν αὐτῶν. Ἐν ὀλίγαις γὰρ λέξεσι, μεγάλην δύναμιν ἐννοίας ἐμπεριεῖχον.

Σὺ, Κύριε, φυλάξεις ἡμᾶς, καὶ διατηρήσεις ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. Τὸ μὲν *Φυλάξεις*, ἀπὸ τῶν ἔξωθεν πολεμούντων· τὸ δὲ *Διατηρήσεις*, ἀπὸ τῶν ἔσωθεν ἐπιβουλευόντων. Ἢ καὶ τὸ μὲν *Φυλάξεις*, ἀπὸ τῆς παρούσης γενεᾶς· τὸ δὲ *Διατηρήσεις*, ἀπὸ τῶν ἐσύστερον, ὅπερ ἐστὶν εἰς τὸν αἰῶνα, δηλονότι, μέχρι παντός. Καὶ μέντοι C ἡ πίστις τῶν δεξαμένων τοῦ Εὐαγγελίου τὸ κήρυγμα, καὶ ἀπὸ τῆς τηνικαῦτα γενεᾶς ἀκαταγώνιστος ἔμεινε, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα μενεῖ, καὶ οὔτε οἱ φανερῶς πολεμήσαντες Ἕλληνες, οὔθ' οἱ ἐν ἡμῖν λαθραίως ἐπιβουλεύοντες αἱρετικοὶ, κατίσχυσαν αὐτῆς, ἢ κατισχύσαι δυνήσονται.

Κύκλῳ οἱ ἀσεβεῖς περιπατοῦσι. Πάντοθεν γὰρ, φησὶν, ἡμᾶς περικυκλοῦσι, πολιορκῆσαι τὴν πίστιν σπεύδοντες. Καὶ τοῦτο μὲν ἐπὶ τῶν Ἑλλήνων· ἐπὶ δὲ τῶν αἱρετικῶν, τὸ *Κύκλῳ περιπατοῦσιν*, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐπ' εὐθείας, ἀλλὰ περιεστραμμένης· παρερμηνεύουσι γὰρ τὰς θείας Γραφάς.

Κατὰ τὸ ὕψος σου, ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ὑψωθεὶς, φησὶν, ἐπὶ σταυροῦ, D πολλῆς φροντίδος τοὺς ἀνθρώπους ἠξίωσας, ὅτι δι' αὐτοὺς πέπονθας. Πολυωρία γὰρ, ἡ πολλὴ φροντὶς, ὥσπερ καὶ ἡ ὀλιγωρία, τοὐναντίον. Ἢ καὶ ὑψωθεὶς ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀναλήψεως, εὐηργέτησας τοὺς ἀνθρώπους, ἐξαποστείλας τὸν Παράκλητον, φωτίζοντα καὶ ὁδηγοῦντα τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὸ κήρυγμα. Δύναται δὲ καὶ ἱστορικῶς οὗτος ὁ ψαλμὸς ἁρμόσαι τῷ Δαβίδ· φεύγοντα γὰρ τοῦτον ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ, τινὲς ὑποκρινόμενοι φιλανθρωπίαν, ἐπεχείρησαν προδοῦναι τῷ διώκοντι. Ὧν διαστρέφει τὴν ἀπιστίαν, καὶ τὴν κρίσιν, καὶ τὸν δόλον, καὶ τὴν πανουργίαν, καὶ μόνον ἐπικαλεῖται Σωτῆρα τὸν Θεὸν, εἴα τῶν φίλων προσθεμένων τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ, καὶ προλέγει τούτων τὴν ἀπώλειαν. Ἀλλὰ καὶ τὴν μεγαλορρημοσύνην τῶν ἀμφὶ τὸν Σαοὺλ ἀποσβεσθῆναι

Digitized by Google

προαγορεύει· ἐπιγέγραπται δὲ, *Ὑπὲρ τῆς ὀγδόης, διὰ τὸ Νῦν ἀναστήσομαι*, καὶ τὰ ἑφεξῆς, τῇ ἀναστάσει μᾶλλον τοῦ Σωτῆρος ἁρμόζοντα. Εἰ γὰρ καὶ ταῦτα πρὸς τὸν Δαβὶδ ἐλκύσομεν, ὥσπερ ἀκηκοότος τοῦ Θεοῦ καὶ ὑπισχνουμένου κινηθῆναι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐπιβουλῆς εἰς ἐκδίκησιν αὐτοῦ, καὶ θεῖναι τοὺς πτωχοὺς καὶ πένητας εἰς σωτηρίαν, καὶ παῤῥησιάσασθαι, τουτέστι φανῆναι ἰσχυρὸς καὶ δίκαιος διὰ τῆς σωτηρίας αὐτῶν· ἐναντιωθήσομαι τῇ ἐπιγραφῇ τῆς ὀγδόης. Ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ σωτήριον οὐδετέρως, ἡ σωτηρία.

A et scelera hoc Psalmo reprehendit, unicum ad propriam salutem Deum invocans : quasi nulla jam amplius ei spes superesset in auxilio amicorum, qui sese hostibus adjunxissent, et quorum interitum hic prædicit : ipsius etiam Saul ac sociorum jactantiam evertendam esse prænuntians. *Pro octava* vero inscriptus est propter illa verba, *Nunc resurgam* : quæ tamen resurrectioni Salvatoris congruere magis videntur. Nam si quis trahere velit sensum verborum ad beatum David, tanquam ipse audiverit Deum promittentem se ei, insidiarum tempore in auxilium adventurum, et ad ejus vindictam : et positurum insuper pauperes omnes atque inopes in salute, demum libere se acturum, hoc est, fortem ac justum se conspiciendum esse, propter illorum salutem : si quis, inquam, sensum Psalmi illuc trahere voluerit, non videbuntur verba Psalmi inscriptioni, *Pro octava*, convenire. Sciendum est etiam, quod salutare hic neutrum nomen substantivum est, et ponitur pro salute.

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΙΒ'.

Μετὰ τὴν μοιχείαν Βηρσαβέε, καὶ τὸν φόνον τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Οὐρίου, διαφόροις περιπεσὼν πειρασμοῖς ὁ Δαβὶδ, ἤτε θυγάτηρ αὐτοῦ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῆς Ἀμνὼν· καὶ τὸν Ἀμνὼν ὁ ἀδελφὸς αὐτῆς Ἀβεσαλὼμ ἀνεῖλε, καὶ τῶν βασιλικῶν οἴκων οὐκ ἐλαχίστη γέγονε σύγχυσις· ἐπεὶ τελευταῖον καὶ τυραννίδα μελετήσας ὁ παῖς οὗτος Ἀβεσαλὼμ, ἀπήλασε μὲν αὐτὸν τῆς βασιλείας, οὐκ ἔστησε δὲ μέχρι τούτου τὸν θυμὸν, ἀλλὰ τὰς δυνάμεις τούτου συνεκρότησε, καὶ παρεσκευάζετο καταδιῶξαι τὸν πατέρα, καὶ ἀνελεῖν. Ἀναλογιζόμενος ὁ Δαβὶδ τὸ πλῆθος καὶ μέγεθος τῶν συμφορῶν, ᾤετο τὴν δηλωθεῖσαν μοιχείαν καὶ τὸν φόνον τὰ τοιαῦτα προξενῆσαι κακὰ, ἐγκαταλιπόντος αὐτὸν τοῦ Θεοῦ, εἰ καὶ τηνικαῦτα συνεχωρήθη. Διὸ καὶ τὸν παρόντα συνέθηκε ψαλμὸν, μετὰ τὸν τρίτον, ὅτε ὁ Χουσὶ διασκεδάσας τὴν βουλὴν Ἀχιτόφελ, ὡς προειρήκαμεν, ἐμήνυσεν αὐτῷ τὴν μελέτην πᾶσαν Ἀβεσαλὼμ, καὶ τὸ πρακτέον ὑπέθετο. *Εἰς τὸ τέλος* ἐπιγέγραπται, διὰ τὴν ἐν τούτῳ *πρόῤῥησιν* τῆς τοῦ πολεμοῦντος ἥττης, εἰς τὸ τέλος ἐκβεβηκυῖας. Ἀγαλλιάσεται γὰρ, φησὶν, ἡ *καρδία* μου ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου.

Ἕως πότε, Κύριε, ἐπιλήσῃ μου εἰς τέλος ; Λήθη μέν ἐστιν ἀποβολὴ μνήμης· τῷ Θεῷ δὲ πάντα ἐνώπια, καὶ οὐχ αἱ πράξεις μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ νοῦ κινήματα. Λήθην οὖν ἐπὶ Θεοῦ, τὴν ἐγκατάλειψιν τῶν πεπλανημένων οἰκείαν, παραχωροῦντος πειράζεσθαι τούτους εἰς παίδευσιν. Τὸ δὲ *εἰς τέλος*, ἀντὶ τοῦ, μέχρι πολλοῦ παρείληπται.

Ἕως πότε ἀποστρέφεις τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ ; Πρόσωπον μὲν οὖν ἐστι Θεοῦ ἡ ἐποπτικὴ καὶ εὐεργετικὴ αὐτοῦ δύναμις· ἀποστροφὴ δὲ, ἡ πρὸς τοὐναντίον αὐτῆς ἐνέργεια, ὡς ἀποστρεφομένη τοὺς ἀναξίους τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ, διὰ τὸ βδελύττεσθαι τὰς πράξεις αὐτῶν. Ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων δὲ, χαρακτηρίζει καὶ τὰ θεῖα. Καὶ γὰρ οἱ ἐγκαταλιμπάνοντές τινα, καὶ τὴν μνήμην αὐτοῦ συναπολιμπάνουσι, καὶ οἱ ἀποστρεφόμενοι οὐχ ὁρῶσιν, οὓς ἀποστρέφονται.

B *In finem Psalmus ipsi David.*

PSALMUS XII.

Post adulterium Bersabeæ et post cædem Uriæ, cum in varias incidisset calamitates beatus David : quippe cum et filia ejus Thamar ab Ammon fratre fuisset corrupta, et Amnon a fratre Absalone interemptus : unde non mediocris confusio in regia illa domo orta est : præcipue cum ipse Absalon postremo tyrannidem etiam affectaverit, et patrem regno expulerit, et crescente in immensum furore, copias etiam collegerit et persecutus sit patrem, et interimere etiam eum conatus sit : cum igitur in has omnes calamitates incidisset beatus David, atque animo eas semper revolveret, existimavit se ob commissum adulterii, et cædis crimen tantis C opprimi malis : et quanquam olim sibi remissum fuisset peccatum, veritus tamen se a Deo fuisse derelictum, hunc Psalmum conscripsit, post tertium, quando Chusi fregit consilium Achitophel, ut jam prædiximus. Hoc autem Psalmo, et Absalonis filii cogitationes explicavit, et quæ eventura erant prædixit : atque ideo *in finem* inscriptus est : quia profligationem Absalonis prædicit, quæ verum finem erat consecutura. *Exsultabit*, inquit, *cor meum in salutari tuo.*

Vers. 1. *Usquequo, Domine, oblivisceris mei in finem?* Oblivio est memoriæ deperditio. Deo vero omnia præsentia sunt : nec tantum actiones nostræ, sed ipsius etiam mentis cogitationes ac motus. D Oblivisci vero dicimus Deum alicujus, quando ob illius delicta cum Deus derelinquit, tentarique permittit atque affligi, ut flagello erudiatur. *In finem* autem posuit pro *diu.*

Usquequo avertis faciem tuam a me? Facies Dei potentia illa in Deo est, qua aspicit nos, ac custodit et beneficiis donat. Aversio vero Dei contraria operatio est : quando nimirum indignos quosque a custodia et protectione sua avertit, tanquam ea operentur quæ in ipsius conspectu abominabilia videri possint : verum humanis loquendi modis Propheta divinas nobis actiones exprimit. Nam qui aliquem derelinquunt, illius pariter memoriam perdunt, et qui aliquos avertunt, amplius eos non vident, a quibus aversi sunt.

Digitized by Google

Vers. 2. *Usquequo ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo die et nocte?* Sollicitus, inquit, ac cogitabundus, quo pacto valeam a calamitatibus liberari, et viam nullam inveniens, assiduis doloribus premor.

Vers. 3. *Usquequo exaltabitur inimicus meus super me?* Parricida, inquit, filius Absalon, qui jam diu fuerit contra me (ex eo sane tempore quo Amnon fratrem interemit), usquequo exaltabitur? Hoc est, Usquequo prospere ei omnia succedent adversum me? extollere enim se solent atque erigere caput, omnes qui læti sunt, et quibus ex animi voto cuncta contingunt: contra vero humiles ac demissi, qui mœsti sunt ac tristes. Possumus et inimicum dæmonem intelligere qui tentationum nobis ac calamitatum est causa, dum afflictis insultat; quinimo et gravius eos etiam affligit, qui divino auxilio destituti sunt.

Vers. 4. *Respice, exaudi me, Domine, Deus meus.* Verbo *avertis* convenienter apposuit verbum *respice*: Dignum me efficito, inquit, benevolentia: respice me graviter afflictum: et misertus, eum exaudi, qui te advocat in auxilium.

Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte. Est etenim super me circumfusa tristis calamitatum nox, detentique sunt oculi mei a mœroris sopore. Solent enim qui mœsti sunt facile in somnum deferri. Dolore scilicet cordis gravedinem quamdam ac tenebras in corporis oculos immittente. Tu igitur eos illumina: hoc est concedito ut recte ac pure videant. Et gaudium instilla cordi meo, ita ut exsultans, somnum ab oculis expellat, ne aliquando fortassis hujusmodi somnus ob doloris mei vastitatem; desinat in mortem. Vel oculos ipsius animæ intelligit, mentem ipsam nimirum, seu intellectum. Illumina, inquit, intellectum meum peccati caligine obscuratum, et libera me ab hujusmodi tenebris, ne aliquando mori me contingat morte peccati, quæ hominem virtutibus mortuum reddit: vel ne morte desperationis moriar, exstincta ac mortua omni spe quam in te habebam.

Vers. 5. *Nequando dicat inimicus meus, Prævalui adversus eum.* Nam si quid hujusmodi acciderit, meam inimicus mortem suæ ascribet potentiæ: et quemadmodum ab initio ille mihi calamitatum omnium causa fuit, ita et interitus nunc fuisse gaudebit. Inimicum vero et visibilem et invisibilem potes intelligere.

Vers. 6. *Qui tribulant me exsultabunt si motus fuero.* Si fluctuavero, inquit, ab illa securitate quam in te habeo, inimici mei lætabuntur, sperantes me deinceps facillime in præceps delatum iri, veluti qui nullam basem aut fundamentum habeam salutis.

Ego autem in misericordia tua speravi. Postquam, inquit, ob scelera quæ commisi, fiduciam omnem abjeci quam antea de virtute habebam, quod reliquum est, modo in tua tantum spero misericordia: tametsi abundantissimum hoc mihi remedium esse noverim atque inexhaustum.

A Ἕως τίνος θήσομαι βουλὰς ἐν ψυχῇ μου, ὀδύνας ἐν καρδίᾳ μου, ἡμέρας καὶ νυκτός; Φροντίζων καὶ μεριμνῶν πῶς ἀπαλλαγείην τῶν πειρασμῶν, καὶ μὴ δυνάμενος ἐλευθερίαν εὑρεῖν, ὀδυνῶμαι διὰ παντός.

Ἕως πότε ὑψωθήσεται ὁ ἐχθρός μου ἐπ' ἐμέ; Ὁ πατραλοίας, ὁ διὰ παλαιοῦ μηνύων μοι, ἀφ' οὗ τὸν παῖδα μου Ἀμνὼν ἐθανάτωσεν. Ὑψωθήσεται δέ, ἀντὶ τοῦ Εὐπραγήσει. Ὁ μὲν γὰρ χαίρων, αἴρει τὴν κεφαλήν· ὁ δ' ἀνιώμενος, συγκέκυφε, ταπεινούμενος. Ἡ ἐχθρὸν, τὸν διάβολον ὑπολαμβάνειν· αὐτὸς γάρ ἐστιν, ὁ τῶν πειρασμῶν αἴτιος, ἐπαβαίνων τοῖς πάσχουσι, καὶ οἷον καταπατῶν καὶ θλίβων, ἐστερημένοις τῆς παρὰ Θεοῦ βοηθείας.

B Ἐπίβλεψον, εἰσάκουσόν μου, Κύριε ὁ Θεός μου. Πρὸς τὸ ἀποστρέψεις κατάλληλον τὸ, Ἐπίβλεψον. Ἀξίωσόν με τῆς σῆς εὐμενείας· ἐπίδε καλῶς πάσχοντα, καὶ ἐλέησας, εἰσάκουσόν μου, παρακαλοῦντος εἰς βοήθειαν.

Φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, μήποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον. Τῆς νυκτὸς μοι περιχυθείσης τῶν συμφορῶν, κατέσχε τοὺς ὀφθαλμούς μου ὕπνος· ἀθυμίας· εἰώθασι γὰρ εἰς ὕπνον οἱ λυπούμενοι καταφέρεσθαι, τῆς ὀδύνης τῆς καρδίας σκότον καὶ βάρος ἐμποιούσης τοῖς ὀφθαλμοῖς. Φώτισον οὖν αὐτούς, τουτέστι καθαρῶς ὁρᾷν δός. χαρὰν ἐνσταλάξας τῇ καρδίᾳ μου, ὑφ' ἧς αὐτὴ σκιρτῶσα, τὸν ὕπνον ἀποδιώξει τῶν ὀφθαλμῶν, μή ποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον, εἶτ' οὖν, μήποτε ὁ ὕπνος οὗτος εἰς θάνατόν μοι C καταλήξῃ δι' ἀθυμίας ὑπερβολήν, μήποτε ὑπνώσω θανάσιμον. Ἢ καὶ ὀφθαλμοὺς τοὺς τῆς ψυχῆς λέγει, δηλαδὴ τὸν νοῦν, ὡς ἐσκοτισμένον ὄντα τῷ ζόφῳ τῆς ἁμαρτίας, ὃν ἀπαλλαγῆναι τοῦ σκότους ἐπεύδει, μήπως ἀποθάνῃ τὸν ἐν ἁμαρτίαις θάνατον, νεκρὸς εἰς ἀρετὴν ἤδη γεγονώς· ἢ καὶ τὸν ἐν ἀπογνώσει, νεκρωθεὶς ὅλως εἰς ἐλπίδα τὴν σήν.

Μή ποτε εἴπῃ ὁ ἐχθρός μου· Ἰσχυσα πρὸς αὐτόν. Εἰ γὰρ τοιοῦτόν τι πείσομαι, τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει ὁ ἐχθρὸς τὸν ἐμὸν ἐπιγράψεται θάνατον, ὡς καὶ τῶν ἀλγεινῶν γενόμενος αἴτιος. Ἐχθρὸν δὲ νοήσεις, εἴτε τὸν ὁρατὸν, εἴτε καὶ ἀόρατον.

Οἱ θλίβοντές με, ἀγαλλιάσονται, ἐὰν σαλευθῶ. Εἰ παρακινηθῶ ἀπὸ τῆς ἀσφαλείας, οἱ ἐχθροί μου χαρήσονται, κατακρημνισθῆναί με τοῦ λοιποῦ θαρροῦντες, ὡς οὐκ ἔχοντα σωτηρίας βάσιν.

Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τῷ ἐλέει σου ἤλπισα. Τὴν ἐξ ἀρετῶν παῤῥησίαν ἀπολωλεκὼς, διαπέπραχα κακά, ἐπὶ τῷ ἐλέει σου μόνῳ ἤλπισα· δαψιλὲς γὰρ τοῦτο, καὶ ἀνεξάντλητον.

Digitized by Google

Ἀγαλλιάσεται ἡ καρδία μου ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου. Προκατιδὼν τὴν τοῦ πολεμοῦντος ἧτταν τοῖς προβλεπτικοῖς ὄμμασιν· ἐγὼ δὲ, φησὶν, εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῇ παρὰ σοῦ δωρουμένῃ μοι σωτηρίᾳ.

Ἄσω τῷ Κυρίῳ τῷ εὐεργετήσαντί με, καὶ ψαλῶ τῷ ὀνόματι Κυρίου τοῦ ὑψίστου. Ἄσω διὰ γλώττης, ψαλῶ διὰ τοῦ ὀργανικοῦ ψαλτηρίου. Ἢ καὶ θεωρητικῶς εὐφρανῶ, καὶ πρακτικῶς. Ἁρμόζει δὲ οὗτος ὁ ψαλμὸς καὶ πᾶσιν ἀδικουμένοις.

Exsultabit cor meum in salutari tuo. Prævidens propheticis oculis inimici profligationem beatus David : Lætabor ego, inquit, de salute mihi a te præstita.

Cantabo Domino qui bona tribuit mihi et psallam nomini Altissimi. Cantabo ore, psallam vero Psalterio ; vel, Oblectabo te, inquit, contemplationis studio et vitæ meæ actionibus. Accommodari etiam potest hic Psalmus oppressis omnibus et injuria affectis.

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

In finem Psalmus ipsi David.

ΨΑΛΜΟΣ ΙΓ'.

Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς πέρας ὑπισχνεῖται τῶν ἑαυτῷ προηγορευμένων· οἱ μὲν γὰρ, αὐτὸν προλέγειν φασὶ τὰ χρόνοις ὕστερον ἐπὶ Ἐζεκίου τοῦ βασιλέως Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοῦ πολιορκοῦντος αὐτὴν Ἀσσυρίου Σεναχηρεὶμ γεγενημένα· οἱ δὲ, τὰ ἐπὶ τῶν χρόνων, καθ' οὓς ὁ Κύριος ἐνηνθρώπησεν. Ἡμεῖς δὲ, ἀμφω τὰς ἐξηγήσεις ἀποδώσομεν.

PSALMUS XIII.

Finem rerum pollicetur hic Psalmus quæ in eo prænuntiantur. Alii dicunt prædici hic, ea quæ Ezechiæ regis tempore eventura erant in Jerusalem, quando civitas obsessa est a Sennacherib Syro ; alii vero ea quæ ad tempora Incarnationis Christi pertinent. Nos utramque expositionem referemus.

Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, Οὐκ ἔστι Θεός. Ὁ ἄφρων Σεναχηρεὶμ ἐν τῇ αὐτοῦ καρδίᾳ ἀπεφήνατο μὴ εἶναι Θεὸν τὸν Θεὸν τῶν Ἰουδαίων. Εἰ γὰρ ἐφρόνει, οὐκ ἂν εἰς τοιοῦτον ἦλθε λογισμὸν, καὶ ταῦτα καθ' ἑκάστην ἀκούων, ὅσα παράδοξα κατὰ τῶν ἐχθραινόντων Ἰουδαίοις ὁ Θεὸς ἐποίησεν. Οὕτω δὲ παρ' ἑαυτῷ λογισάμενος, καὶ διὰ προφορικοῦ λόγου τὸν Θεὸν ἐβλασφήμησε, τὸν ἄρχοντα τῶν δυνάμεων αὐτοῦ Ῥαψάκην τῇ τάχει τῆς πόλεως παραστήσας, καὶ δι' αὐτοῦ μηνίσας, οἷα τὴν κατ' αὐτὸν ἀναγινώσκοντες εὑρήσομεν ἱστορίαν.

Vers. 1. *Dixit insipiens in corde suo : Non est Deus.* Insipiens Sennacherib, dixit in corde suo Deum non esse ; Deum, inquam, Judæorum. Quod si sapiens fuisset, in hujusmodi errorem non esset prolapsus, præcipue cum audiret assidue quanta Deus Israel adversus eos operatus sit, qui Judæorum gentem oppugnare conati fuerant. Cum autem hoc pacto in corde suo Deum jam neglexisset, addidit et aliud facinus : ut verbis proprio ore prolatis ei palam malediceret, quando principem exercitus sui Rapsacem misit, qui ad mœnia illam legentibus in libris Regum licet inspicere.

Διεφθάρησαν, καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἐπιτηδεύμασιν. Οἱ ἀμφὶ τὸν Σεναχηρεὶμ διεφθάρησαν μὲν, ἐκπεσόντες τῆς ὀρθῆς ὑπολήψεως· ἐβδελύχθησαν δὲ τῷ Θεῷ, διὰ τὰς ἀνοσίους πράξεις αὐτῶν. Ὑβριζον γὰρ τὸν Θεὸν, καὶ ὡς μὴ ὄντι θεῷ ἀσθένειαν ὠνείδιζον, καὶ τῷ λαῷ αὐτοῦ πανωλεθρίαν ἠπείλουν. Καὶ οὕτως ἀλαζονευόμενοι, μέθαις καὶ ἀσελγείαις, ἐνιλυσπῶντο καὶ κατεμολύνοντο. Νοεῖτο δ' ἂν καὶ καθ' ὑπέρβατὸν ὁ στίχος, ὅτι διεφθάρησαν ἐν ἐπιτηδεύμασι, καὶ ἐβδελύχθησαν.

Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis suis. Sennacherib nimirum et qui cum eo erant, corrupti sunt, quando a recta opinione deciderunt : insuper et abominabiles facti ob nefandas eorum actiones. Jurgiis quippe Deum impetebant, infirmitatem ei atque impotentiam improperantes, quasi Deus non esset. Præterea et populo Dei internecionem minitabantur : cumque adeo jactabundi essent, ebrietatibus insuper ac libidinibus immersi erant et coinquinati. Construi etiam potest hic versiculus per figuram hyperbaton, hoc modo : Corrupti sunt in studiis, et abominabiles facti sunt.

Οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα. Οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς χρηστὸς, ἀλλὰ πάντες πονηροί.

Non est qui faciat bonum. Nullus, inquit, inter eos bonus est, sed omnes sunt pravi.

Κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, τοῦ ἰδεῖν, εἰ ἔστι συνιὼν, ἢ ἐκζητῶν τὸν Θεόν. Ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, τουτέστιν, ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐκείνους, τοὺς ἔχοντας, ὡς εἰρήκαμεν. Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ δὲ, ὑφ' οὗ κατοικεῖν ὑπολαμβάνεται, κατὰ τό· *Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς.* Ἐπέβλεψε δὲ, ὥστε ἰδεῖν, εἴ τις ἐν αὐτοῖς ἔστι συνιὼν ἀπὸ τῶν τεραστίων τὸν Θεὸν, ἢ ἐκζητῶν αὐτὸν, τουτέστιν ἐπικαλούμενος, ὡς τό· *Ἐξεζήτησα τὸν Κύριον, καὶ ἐπήκουσέ μου·* τινὲς γὰρ συνιέν-

Vers. 2. *Dominus de cœlo prospexit ad filios hominum, ut videret, si est qui intelligat, aut qui requirat Deum.* Ad filios hominum, hoc est, ad illos homines, qui ita dispositi sunt, ut diximus. *De cœlo* vero ideo dixit, quia opinio quædam esse videtur, Deum illic habitare, juxta quod alibi dictum est : *Qui habitat in cœlis irridebit eos* [1]. Prospexit autem ut videret, si quis inter eos esset, qui ex miraculis et prodigiis Deum intelligeret, aut saltem qui exquireret eum, hoc est qui invocaret

[1] Psal. xxxvi, 13.

Digitized by Google

juxta illud : *Exquisivi Dominum et exaudivit me* [a]. Et licet in aliquibus quidam eum intellexerint, perjora tamen sectantur. Humano autem more expressit Deum Propheta, quasi ex alto cœnaculo procumbere et spectare : cum tamen et ubique sit Deus, et omnia exactissime noverit. Observandum etiam quod hujusmodi loquendi modus sæpe apud Scripturam reperitur. Et aliter his verbis significare videtur quomodo Deus omnia videt et spectat, quasi qui ex cœlo prospiciat in terram, et cognoscat omnia, et nullo ei impedimento tantum sit intervallum.

A τε ἔν τισιν, ἐθελοκακοῦσιν. Ἀνθρωπίνως δὲ τὸν Κύριον ἐσχημάτισεν, ὡς ἐξ ὑπερώων ἐπικύπτοντα, καὶ θεώμενον· καὶ γὰρ ἀπανταχοῦ παρὼν, ἅπαντα γινώσκει. Παρατηρητέον ὅτι τὸ σχῆμα τοῦτο πολλαχοῦ κεῖται τῆς Γραφῆς. Ἄλλως δὲ, καὶ τὸ παντέφορον τοῦτο μηνύει τῆς θείας ἐπισκοπῆς, ὡς ἐξ οὐρανοῦ βλέπειν εἰς γῆν, καὶ διαγινώσκειν, μηδὲν εἴργοντος τοῦ τοσούτου διαστήματος.

Vers. 3. *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* Declinaverunt quidem in jam connumerata studia atque exercitia ; inutiles vero facti sunt, cum adeo abominabiles essent ut inter ipsos neque unus etiam reperiretur, qui bonus appellari posset.

Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. Ἐξέκλιναν μὲν εἰς τὰ προῤῥηθέντα ἐπιτηδεύματα· ἠχρειώθησαν δὲ βδελυροὶ γεγονότες, καὶ οὐδὲ κἂν γοῦν εἷς B ἐν αὐτοῖς χρηστός.

Vers. 4. *Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem ?* Per interrogationem hoc legendum est, ut hujusmodi efficiatur sensus : Ii qui Deum Israel dixerunt verum Deum non esse, qui et lingua sua et omnibus aliis voluptatibus adeo intemperantes sunt, nonne aliquando cognoscent quod Judæorum Deus, verus Deus est ? Certe aliquando id cognoscent, quando nimirum centum octoginta quinque millia eorum interempta erunt ab angelo Dei. Ipse etiam Sennacherib turpiter fugiens tunc cognoscet, quisnam fuerit qui in hoc populo triumphum erexit. Nec tantum, inquit, Assyrii, sed omnes etiam gentes, ubi tantam illorum stragem C didicerint, cognoscent Judæorum Deum, qui ita eos perdidit.

Οὐχὶ γνώσονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν ; Τοῦτο κατ' ἐρώτησιν ἀναγνωστέον, ἵν' ἐμφήνῃ τοιοῦτον νοῦν, ὡς, Εἰ καὶ εἶπον μὴ εἶναι τὸν Θεὸν, ἆρ' οὐ γνώσονται πάντες οὗτοι οἱ ἀκόλαστοι καὶ κατὰ γλῶσσαν καὶ πᾶσαν ἄλλην ἡδονὴν, ὅτι Θεός ἐστι τῶν Ἰουδαίων ὁ Θεός ; Ναὶ γνώσονται, ὅταν πέντε καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν ἀναιρεθήσονται χιλιάδες ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου τοῦ Θεοῦ. Καὶ αὐτὸς δὲ φυγὼν αἰσχρῶς ὁ Σεναχηρεὶμ, εἴσεται τὸ τρόπαιον. Ἢ μὴ μόνον αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ πάντα τ' ἄλλα ἀνόμημα ἔθνη, μεμαθηκότα λέγειν, τηλικαύτην Ἀσσυρίων ἀπώλειαν ἐπιγνῶναι ὅτι Θεός ἐστιν ὁ διαῤῥείρας C αὐτούς.

Vers. 5. *Qui comedunt populum meum in cibo panis, Dominum non invocaverunt.* Hic versiculus ex persona Dei proferendus est. Illi, inquit, qui instar cibi panis, populum meum consumunt, ore nimirum obsidionis, famis et minarum, ii, inquam, me omnium Deum non invocaverunt : hoc est Deum non appellaverunt. Possunt et populi omnes Judæorum, qui, obsidente Sennacherib, erant in Jerusalem, dici populus beati David, veluti qui ab illius regno descenderunt : atque hoc pacto ex ipsius Prophetæ persona verba versiculi etiam poterunt proferri ; et Dominum, tunc, non se ipsum Propheta, sed Deum intelligit.

Οἱ ἐσθίοντες τὸν λαόν μου ἐν βρώσει ἄρτου, τὸν Κύριον οὐκ ἐπεκαλέσαντο. Τοῦτο τὸ ῥητὸν, ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ λέλεκται· ὅτι Οἱ δαπανῶντες, καὶ ἀναλίσκοντες δίκην βρώσεως ἄρτου τὸν λαόν μου, ἐν στόματι πολιορκίας καὶ λιμοῦ καὶ ἀπειλῆς, ἐμὲ τὸν Κύριον πάντων οὐκ ἐπεκαλέσαντο, τουτέστιν οὐκ ὠνόμασαν Θεόν. Λέγοιντο δ' ἂν καὶ λαὸς τοῦ Δαβὶδ οἱ πολιορκούμενοι τότε, ὡς ἐκ τῆς αὐτοῦ καταγόμενοι βασιλείας, ἵνα καὶ προσώπῳ τοῦ Δαβὶδ ὁ λόγος εἴη, Κύριον οὐχ ἑαυτὸν, ἀλλὰ τὸν Θεὸν εἰπών.

Illic trepidaverunt timore ubi non erat timor. Ezechias tunc et qui cum eo erant in Jerusalem timuerunt potentiam Sennacherib, qui timendus non erat. Neque enim dicebat ut Judæi Assyrium hunc timerent, qui cum Deum sibi adversantem haberet, jure eos perterrere non poterat, quod ex sequentibus magis declaratur. [Illud tamen advertendum, quod aliqui legunt : *Cujus non erat timor*, cujus lectionis diversitas ex vicinitate provenit Græcarum vocum.]

Ἐκεῖ ἐδειλίασαν φόβῳ, οὗ οὐκ ἦν φόβος. Ἐν Ἰερουσαλὴμ τότε ἐδειλίασαν οἱ ἀμφὶ τὸν Ἐζεκίαν, ἐν φόβῳ τοῦ Σεναχηρεὶμ, οὗ οὐκ ἦν φόβος, τουτέστιν, ὃν οὐκ ἔδει φοβηθῆναι, μὴ δυνάμενον φοβῆσαι διὰ τὸ ἔχειν ἀντίπαλον τὸν Θεόν· τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν διὰ τῶν ἑξῆς, εἰπών·

Vers. 6. *Quoniam Dominus in generatione justorum est.* Per justos hic fideles intelligit ac pios in Deum. Talis erat Ezechias rex, qui magna cum pietate ac religione in Deum, subjectos sibi populos regebat. Generationem autem singulari numero

Ὅτι Κύριος ἐν γενεᾷ δικαίων. Δικαίους λέγει, τοὺς εὐσεβεῖς· τοιοῦτοι γὰρ οἱ περὶ τὸν Ἐζεκίαν, θεοφιλῶς τοὺς ὑπηκόους ποιμαίνοντες. Γενεὰν δὲ εἴρηκεν, ὅτι πάντες ἐκ μιᾶς ῥίζης οἱ Ἰσραηλῖται. Ἢ καὶ αὖθις· Ἐκεῖ ἐδειλίασαν οἱ ἀμφὶ τὸν Σεναχηρεὶμ

[a] Psal. xxxiii, 5.

Digitized by Google

ἐν φόβῳ Θεοῦ, οὗ φόβος οὐκ ἦν παρ' αὐτοῖς πρὸ πείρας. Καὶ γὰρ αὐτὸς ἦν ὁ Θεὸς ἐν τῷ γένει τῶν πολιορκουμένων Ἰουδαίων, ὑπὲρ αὐτῶν μαχόμενος. Ἢ καὶ ἐδειλίασαν ἐν φόβῳ τοῦ Ἐζεκίου, οὗ οὐκ ἦν φόβος, μᾶλλον ὑποπτήσσοντος, καὶ τὴν αὔριον προσδοκῶντες μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ πάντας ἀναιρεθῆναι· κατασφαττόμενοι γὰρ οἱ Ἀσσύριοι, ἐδόκουν ἀπὸ τοῦ βασιλέως Ἰουδαίων ἀνῃρῆσθαι, καὶ ὅτι Θεὸς ἐστιν ὁ Θεὸς Ἑβραίων, βοηθῶν αὐτοῖς, ἐντεῦθεν ἐμάνθανον.

A dixit, quia Israelitæ omnes ex una sunt radice. Vel aliter : *Illic trepidaverunt*, Sennacherib nimirum, et qui cum eo erant, timore Dei, cujus Dei, antequam experimentum hoc sumerent, nullus apud eos fuerat timor. Et causa quare postmodum timuerint, hoc versiculo declarat Propheta : quia scilicet Deus in Judæorum obsessorum generatione aderat, et pro eis pugnabat. Vel aliter : Trepidaverunt Assyrii, timore Ezechiæ regis, cujus non erat timor ; hoc est qui timeri non debebat, cum ipse potius ab eis maxime formidaret, exspectaretque se una cum universo populo, sequenti die interimendum esse. Nam cum occiderentur Assyrii, existimarunt se a Judæorum rege occidi. Ex his itaque cognoverunt, quemadmodum Deus Judæorum, verus Deus est, cum tantam populo opem tulerit.

Βουλὴν πτωχοῦ κατῃσχύνατε, ὁ δὲ Κύριος ἐλπὶς αὐτοῦ ἐστι. Τοῦτο λέγει πρὸς τοὺς Ἀσσυρίους, ὅτι Ἐφαυλίσατε, καὶ ἐξουθενήσατε τὴν σκέψιν ἣν ἐσκέψατο Ἐζεκίας ὁ πτωχὸς, ὅσον ἐπὶ τῇ τοῦ πολέμου παρασκευῇ. Ἐβουλεύσατο δὲ, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀπογνοὺς, ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ καταφυγεῖν εἰς Θεόν. Ὁ μεμαθηκότες οἱ τοῦ Σεναχηρεὶμ, διεκωμῴδησαν, ὡς ἀνωφελές. Ὑμεῖς μὲν οὖν, φησὶ, κατῃσχύνατε τὴν βουλὴν αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ τὸν Κύριον ἐλπίδα ἔχει, προσδοκῶν αὐτὸν μόνον ἔχειν.

Consilium inopis confudistis, Dominus autem spes ejus est. Ad Assyrios sermonem dirigit. Vos, inquit, o Assyrii, Ezechiæ regis universo belli apparatu inopis consilium neglexistis ac vilipendistis, quando omni alia prorsus salute desperata, in sacco et cinere confugit ad Dominum. Id enim intelligens Sennacherib cœpit hujusmodi consilium veluti inane atque inutile deridere : verum Ezechias in Deo recte spem suam collocaverat, ab eo tantum auxilium postulans, qui vere illud poterat præstare.

Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ ; Τίς τῶν κατοικούντων ἐν Σιὼν, δώσει τὴν σωτηρίαν τῶν Ἰσραηλιτῶν, ἄγαν ἠσθενηκότων ; καὶ τίς αὐτοὺς ῥύσεται τῶν χειρῶν τοῦ Σεναχηρεὶμ ; Οὐδεὶς ἀνθρώπων, εἰ μὴ ὁ Θεὸς, ἐφ' ὃν ἤλπισαν. Καὶ οὗτος γὰρ ἐν τῷ ναῷ τῆς Σιὼν ἐδόκει οἰκεῖν.

Vers. 7. *Quis dabit ex Sion salutare Israel ?* Quisnam eorum, inquit, qui habitant in Sion, infirmo ac debilitato populo Israel salutem dabit ? quis eum eripiet ex manu hostis Sennacherib ? Nullus hominum profecto, sed solus Deus, in quo speraverunt, et qui in templo Sion, hoc est in Jerusalem habitare videbatur.

Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται Ἰακὼβ καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραήλ. Αἰχμαλωσίαν μὲν λέγει, οὐ γενομένην, ἀλλὰ δοκοῦσαν αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ ἐπηρτημένου φόβου τῆς ὅσον οὔπω ἀλώσεως· κεκυκλωμένοι γὰρ, καὶ σεσαγηνευμένοι ταῖς αἰχμαῖς, τρόπον τινὰ κατείχοντο. Ἰακὼβ δὲ καὶ Ἰσραὴλ, αὐτοὺς δὴ τούτους, ὡς καταγομένους ἐκ τῆς ῥίζης Ἰακὼβ, τοῦ καὶ Ἰσραήλ. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι τοῦ Κυρίου ἐλευθερώσαντος αὐτοὺς, οἷον αἰχμαλωτισθέντας, ἀγαλλιάσονται οἱ ἐλευθερωθέντες, καὶ εὐφρανθήσονται· καὶ ἀγαλλιάσονται μὲν, σωματικῶς· εὐφρανθήσονται δὲ καὶ ψυχικῶς· τοῦτο μὲν, τῇ εὐθυμίᾳ τῆς τροφῆς· τοῦτο δὲ, τῇ μελέτῃ τῶν θείων λόγων, ὧν ἐν ταυτῷ εἴργοντο πολιορκούμενοι. Ἀλλὰ κατὰ μὲν Ἐζεκίαν καὶ Σεναχηρεὶμ, οὕτως ἐποιησάμεθα τὴν ἐξήγησιν. Ἐξηγητέον δὲ λοιπὸν καὶ κατὰ τὰ ἐπὶ τῶν χρόνων καθ' οὓς ὁ Κύριος ἐνηνθρώπησεν. Εἶπε, φησὶν, ὁ ἄνοητος Ἰουδαίων δῆμος, ὁ μὴ συνεὶς τὰς περὶ Χριστοῦ προφητείας, ὅτι οὐκ ἔστι Θεὸς, ὁ τὰς θεοσημείας ἐν αὐτοῖς ἐργαζόμενος Χριστός. Οὕτω δὲ παρ' ἑαυτῷ πρῶτον λογισάμενος, καὶ φανερῶς αὐτῷ τὴν τοῦ Θεοῦ κλῆσιν ἐνεκάλει. Τὰ δὲ ἑξῆς, κατὰ τὴν ἀνωτέρω ῥητέον ἐξήγησιν. *Οὐκ ἦν δὲ ποιῶν χρηστότητα ἐν αὐτοῖς*, δηλαδὴ τοῖς μὴ δεξαμένοις τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ. *Κύριος δὲ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψε*, τουτέστιν, ὁ Υἱὸς ἐξ οὐρανοῦ

Cum converterit Dominus captivitatem plebis suæ, exsultabit Jacob et lætabitur Israel. Captivitatem aliquam non dicit quæ jam exstitisset, sed eam quam tunc ob immensum timorem omnes incumbere arbitrabantur, et qualis nunquam antea imminere visa fuerat ; circumdati enim Judæi ac circumvallati inimicorum armis, detineri ab eis, ac captivi quodammodo esse videbantur. Per Jacob vero et per Israel ipsum Judæorum populum intelligit ex illorum radice descendentem. Et sensus est, quod cum Dominus eos ex hac, quam dixi mus quodammodo captivitate liberaverit, exsultabunt tunc et lætabuntur : corpore quidem exsultabunt, animo vero ac spiritu lætabuntur ; et alterum quidem ob alimentorum copiam, alterum vero ob studia ac meditationes eloquiorum Dei ; quibus omnibus carebant quando civitas obsessa erat. Et hæc quidem interpretatio est juxta sensum, quo Psalmum intelligimus de Ezechia et de Sennacherib. Alia etiam datur expositio, ut prophetia in eo sit tradita, quæ contineat illorum temporum gesta, quibus Dominus incarnatus est. Insipiens Judæorum populus, et prophetias de Christo non intelligens, dixit, Dominum Jesum, qui magna alioquin inter eos et divina miracula ac signa operatus fuerat, Deum non esse : cumque primum hoc dixisset ac cogitasset intra se, postmodum

Digitized by Google

palam etiam, ac manifeste eumdem accusavit, qui Dei nomen indebite sibi usurparet. Quæ sequuntur juxta priorem expositionem intelligenda sunt. *Non est qui faciat bonum inter eos*, scilicet, qui Christi doctrinam non susceperunt. *Dominus de cœlo prospexit*, Hoc est Filius, de cœlo hominum miseriam prospiciens ad eos in terram descendit, et per carnem cum eis conversatus est; qui sensus ex Græco verbo διέκυψε manifestior redditur: quod aspectum quemdam ex altiori loco significat cum inclinatione quadam et deflexione. Et quæ sequuntur, juxta prædictam interpretationem exponantur. Quod vero ait, *Usque ad unum*, intellige, hoc est, nisi unus Christus. Unicus quippe erat inter eos qui bonam faceret. Et quia Græca dictio οὐχὶ non solum pro interrogativa dictione sumitur, *nonne*, sed negative aliquando determinat, ita ut hoc in loco legere etiam possimus: *Non cognoscent omnes qui operantur iniquitatem* [a]; die, quod Judæi noluerunt Christum cognoscere, et quod ob eorum iniquitatem merito iniqui, seu potius (ut verior Græci nominis significatio postulat) exleges appellantur; eo quod exlegum gentium instar, et invidia tabescebant, et maligna operabantur. Et quod ait: *Qui comedunt populum meum*, ex Christi persona adversus ingratos Judæos legendum est, qui Christi discipulos, instar cibi panis in ore gladii ac persecutionis devorabant: qui etiam Dominum suum Dei Filium, Deum non appellaverunt, et qui illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor. Timebant enim fateri quod Christus Deus esset, atque hoc ne legem transgredierentur, dicentem: *Non erit tibi alius Deus*; et rursus tunc timuerunt quando non erat timor. Suspenso enim Christo in cruce, arbitrati sunt se esse liberatos, veluti eo exstincto, quem verebantur: verumtamen tunc maxime timuerunt, cum terræmotum viderent et alia quæ consecuta sunt signa, præterea etiam timentes ne nocte venirent discipuli, et furto tollerent corpus ejus, statuerunt milites in sepulcri custodiam. Illic igitur timuerunt timore, ubi non erat timor. Neque enim discipulis unquam tale quid in mentem venit, cum eis Dominus prædixisset, se post triduum propria potestate resurrecturum. Quod vero ait: *Dominus in generatione justorum est*, idem est quod, in congregatione fidelium, qui ex gentibus crediderunt, qui post cognitionem via juxta atque regia incedere, nam ex quo Judæi eum non receperunt, ad gentes conversus est. Illud etiam quod ait: *Consilium inopis confudistis*, intelligi debet, ut dictum sit ad Judæos, propter populum ex gentibus, qui olim pauper fuit, substantia nimiram atque opibus cognitionis Dei: et a qua cognitione deciderat, quando ad idolorum cœpit cultum prolabi, qui etiam postmodum propter Christum temporalibus bonis pauper effectus est. Harum igitur gentium consilium neglexerunt ac deriserunt Judæi, tan-

[a] Psal. XIII, 4.

διεκύψας, κατῆλθεν εἰς γῆν ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ σαρκὸς ὡμίλησεν τούτοις· πέφτειν γὰρ τὸ ἐξ ὕψους εἰς γῆν κάμπτεσθαι. Τὰ δὲ ἑξῆς, κατὰ τὴν ἀνωτέρω ἐξήγησιν. Τὸ δὲ, *Οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός*, ἀντὶ τοῦ, εἰ μὴ εἷς, ἤγουν ὁ Χριστὸς μόνος ἀγαθεργὸς ἐν αὐτοῖς ἀποστρεφόμενος. Τὸ δὲ, *Οὐχὶ γνώσονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν*, κατὰ ἀπόφασιν ἀναγνωστέον ἐνταῦθα· οὐ γὰρ ἠθέλησαν αὐτὸν ἐπιγνῶναι οἱ δίκην ἀνόμων ἐθνῶν φθονοῦντες, καὶ πονηρευόμενοι. Τὸ δὲ, *Οἱ ἐσθίοντες τὸν λαόν μου*, λεκτέον ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ, πρὸς τοὺς ἔγχρήματους Ἰουδαίους, ἐσθίοντας ἐν στόματι μαχαίρας καὶ πάσης κακώσεως τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, δίκην βρώσεως ἄρτου, οἳ τὸν Κύριον αὐτὸν, τουτέστι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, οὐκ ὠνόμασαν Θεόν. Ἐκεῖ δὲ ἐδειλίασαν φόβῳ, ὅπου οὐκ ἦν φόβος· ἠλαβοῦντο γὰρ ὁμολογῆσαι τὸν Χριστὸν Θεὸν, μήποτε παραβῶσι τὸν νόμον θεσπίζοντα, ὅτι *Οὐκ ἔσται σοι Θεὸς ἕτερος*. Καὶ αὖθις τότε ἐδειλίασαν, ὅτε οὐκ ἦν φόβος· ὅτε γὰρ ἀναρτήσαντες αὐτὸν ἐπὶ σταυροῦ, ἔδοξαν ἀπηλλάχθαι αὐτοῦ, ἤδη τεθνηκότος· τότε ἐφοβήθησαν σφόδρα, ἰδόντες τὸν σεισμὸν, καὶ τὰ γινόμενα τηνικαῦτα σημεῖα· καὶ πάλιν δειλιάσαντες, μήπως ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς, κλέψωσιν αὐτόν. Καὶ διὰ τοῦτο στρατιώτας ἐπιστήσαντες τῷ τάφῳ, ἐκεῖ ἐδειλίασαν ἐν φόβῳ, οὗ οὐκ ἦν φόβος· οὐδὲ γὰρ εἰς νοῦν οἱ μαθηταὶ τὸ τοιοῦτον ἔβαλον, ἐκείνου προειπόντος αὐτεξουσίως ἀναστῆναι μετὰ τριῆμερον. *Ὁ δὲ Κύριος ἐν γενεᾷ δικαίων*, ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ συστήματι τῶν ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότων, οἳ μετὰ τὴν ἐπίγνωσιν, ὁδῷ δικαίᾳ, καὶ βασιλικῇ ἐπορεύθησαν. Τῶν γὰρ Ἰουδαίων μὴ δεξαμένων αὐτὸν, ἐπὶ τὰ ἔθνη μετέθετο. Τὸ δὲ, *Βουλὴν πτωχοῦ κατῃσχύνατε, ὅτι ἐξουθένησεν αὐτὸν Κύριος*, νοήσωμεν εἰρῆσθαι πρὸς Ἰουδαίους, διὰ τὸν ἐξ ἐθνῶν λαὸν, τὸν πάλαι μὲν πτωχὸν τὴν οὐσίαν τῆς θεογνωσίας, ἧς ἐξέπεσεν εἰς εἰδωλα κατενεχθείς· ὕστερον δὲ, καὶ τὴν ἐν χρήμασι περιουσίαν διὰ Χριστόν· τούτου γὰρ τὴν βουλὴν λαοῦ ἐφαύλισαν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ διεκωμώδησαν, ὡς ματαίαν. Βουλὴ δὲ, τοῦτο ἦν, τὸ *παραδέξασθαι* τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν. Τὸ δὲ, *Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ σωτήριον τοῦ Ἰσραὴλ*, ἀντὶ τοῦ, Τίς ἀναβὰς εἰς τὸ κυκλοῦν τὴν Ἱερουσαλὴμ ὄρος Σιὼν καλούμενον, ἀναγνώσεται τῷ λαῷ τὸ σωτήριον; τουτέστι τοὺς νόμους. Ἔθος γὰρ ἦν ἐν ἡμέραις ὡρισμέναις τοῦτο ποιεῖν. Τοῦτο δὲ λέγει προφητεύων, ὡς τῆς Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ Ῥωμαίων πολιορκηθείσης, τοῦ Εὐαγγελίου τὰ πέρατα τῆς γῆς περιλαβόντος, οὐκ ἔτι τοῦτο γενήσεται. Ἐν τῷ *ἐπιστρέψαι* δὲ *Χριστὸν τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ*· — *Δώσω σοι* γὰρ, φησὶν, *ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου*, ἣν ἠχμαλώτευσε τῷ δόρατι τῆς πλάνης ὁ διάβολος· *ἀγαλλιάσεται* Ἰακὼβ, καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραὴλ, τουτέστιν οἱ ἐκ τῆς ῥίζης Ἰακὼβ φῦντες προφῆται, οἳ τοῦτο προκατήγγειλαν. Ἀγαλλιάσονται δὲ, καὶ εὐφρανθήσονται, βλέποντες τῶν προφητειῶν αὐτῶν τὰς ἐκβάσεις. Ἢ Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ, οἱ πιστεύσαντές εἰσιν, ὡς ἀντεισαχθέντες τῶν Ἰουδαίων, οἷς ἦν πρόγονος Ἰακώβ. Ἐπιστρέ-

Digitized by Google

ψαι δέ, τὸ ἀποστρέψαι εἰς τὰ οἰκεῖα, ὃν ἐξ- A quam inane. Erat autem id consilium ut Christi ilem susciperet. Sequitur : *Quis dabit ex Sion salutare Israel ?* Quis est, inquit, qui montem amplius illum ascendet, qui dicitur Sion, et est in circuitu Jerusalem ? Et quis est qui leget populo salutare ? hoc est leges : quemadmodum certis quibusdam ac statutis diebus facere nos erat. Quæ verba prophetiam videntur continere destructionis Jerusalem : quasi indicet propheta quod ea urbe a Romanis deleta, et Evangelio in finibus terræ prædicato, nos ille amplius servandus non esset. Sequitur : *Cum averterit Dominus captivitatem plebis suæ* (*dabo* enim, inquit, *tibi gentes hæreditatem tuam*, quam dæmon antea erroris jaculo captivaverat), exsultabit Jacob et lætabitur Israel, Prophetæ nimirum qui de Jacob atque Israel stirpe nati sunt, quique hæc antea prænuntiaverunt. Exsultabunt etenim, et lætabuntur videntes adimpleta esse, quæ prædixerant. Vel per Jacob et Israel fideles intellige : quasi Judæorum loco in tredinetos quorum progenitor fuit Jacob. Illud etiam, *Cum converterit*, idem sibi vult ac si dixisset : Cum ad proprias domos eos reverti fecerit [intelligendo captivitatem, hoc est, ipsos captivos].

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. B *In finem Psalmus ipsi David.*

ΨΑΛΜΟΣ ΙΔ'.

PSALMUS XIV.

Εἰς τὸ τέλος οὗτος ἐπιγέγραπται, διότι ἀτελῆ εἶναι χρὴ τὸν κατ' ἀρετὴν τέλειον ὑπογράφει.

In finem ideo inscribitur hic Psalmus quia perfectissime ac consummatissime describit qualem esse oportet virum virtute præditum. [Græca enim dictio τέλος non tantum *finem*, sed *perfectionem* etiam significat.]

Κύριε, τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου; ἢ τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου; Ὁ μὲν Ἰουδαῖος ἀκούων σκήνωμα Θεοῦ, καὶ ὄρος ἅγιον εὐθὺς τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐννοεῖ ναὸν, καὶ τὸ γειτνιάζον ὄρος Σιών· ἴστεον δὲ, ὅτι οὔπω ὁ ναὸς ᾠκοδόμητο, οὔτε τὸ ὄρος Σιὼν ἡγίαστο· μετὰ γὰρ τὸν Δαβὶδ πάντα γέγονεν. Λοιπὸν οὖν ἀναπτύσσεται ῥητά. Σχηματίζει τὸν λόγον ὁ Δαβὶδ εἰς ἐρώτησιν, πυνθανόμενος, ὅτι Τίς ἐστιν, ὃς ποιήσει τάδε καὶ τόδε; *Κύριε, τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου;* Παροικία μέν ἐστιν, ἡ ἐν ἀλλοτρίῳ οἴκῳ πρόσκαιρος διατριβή· σκήνωμα δὲ ψυχῆς τὸ σῶμα, ᾧ ἐγκατῴκισται. Ἐρωτᾷ δὲ μαθεῖν τίς ἐστιν ὁ τέλειος, ὃς παροικίαν πρόσκαιρον ἡγήσεται τὴν ἐν σώματι ζωὴν, καὶ ὡς ἀλλοτρίῳ τῷ σώματι χρήσεται, μικρὰ τούτου φροντίζων. Τὴν σοῦ δὲ ἀντωνυμίαν προσέθηκεν τῷ *σκηνώματι*, δῆλον, ὅτι τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου ἔργον ἐστὶ, καθ' παρ' αὐτοῦ τῇ ψυχῇ φκοδομήθη· ἢ ὅτι καὶ αὐτὸς τοῦτο σκηνώσει ποτὲ δι' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος. *Ἢ τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου;* κατασκήνωσις μὲν, ἡ ἐξ ὁδοιπορίας βεβαία κατάπαυσις· ὄρος δὲ ἅγιον, ὁ ὑπερουράνιος τόπος, τῶν ταπεινῶν καὶ ἐγκοσμίων ὑπερηρμένος. Φησὶ γὰρ ὁ Ἀπόστολος· *Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ.* Καὶ τίς, φησὶν, ἀπὸ τοῦ παρόντος βίου, ὃς ἔστι στάδιον, εὐθυδρομήσας, κατασκηνώσει ταῖς ἐπουρανίαις σκηναῖς ταῖς αἰωνιζούσαις;

VERS. 1. *Domine, quis incolet tabernaculum tuum, aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Ubi audit Judæus tabernaculum aut montem sanctum, animo statim ad templum percurrit quod erat in Jerusalem et ad vicinum illi montem Sion : sciendum est tamen quod tempore beati David, templum nondum ædificatum erat, nec mons Sion adhuc sanctificatus. Hæc enim omnia post illius mortem facta sunt. Restat igitur ut per anagogen intelligantur hæc dicta. Formet itaque beatus David sermonem suum per interrogationem, quærens, quisnam hoc aut illud facturus sit. Domine, inquit, quis tabernaculi tui incola futurus est? incola autem seu peregrinus is dicitur, qui aliena in domo aut regione ad tempus moratur : animus autem tabernaculum corpus est, in quo habitat. Interrogat igitur Propheta educeri cupiens, quisnam sit, qui vitam hanc in humano corpore, incolatum aut peregrinationem esse putet temporalem : quique hoc corpore quasi aliena re utatur, et medicam illius habeat curam. *Tuo* autem dixit *tabernaculo*, ad Deum sermonem faciens, judicamus ad eo illud creatum esse, et ad animæ habitationem destinatum : vel quod nimirum homo aliquando Deus ipse illud habitaturus erat, factus propter nos. *Aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Requiescere is dicitur qui ex longo itinere fessus requiem capit. Per montem sanctum supercœlestem locum intelligere debemus supra humiles ac mundanos homines elevatum : *Accessistis* enim, inquit Apostolus, *ad montem Sion, et civitatem Dei viventis Jerusalem cœlestem*[a]. Et quisnam igitur, inquit Propheta, a curriculo præsentis vitæ recto cursu veniet, et requiescet in cœlestibus atque in æternis tentoriis?

Πορευόμενος ἄμωμος, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην. Τοῦτο τῆς ἐρωτήσεως ἡ ἀπόκρισις, ὡς ἐκεῖνος παροικήσει, καὶ κατασκηνώσει, ὁ κεκτημένος τὰ ῥηθῆναι μέλλοντα, καὶ διαζωγραφεῖ τῷ λόγῳ τὸν ἐνάρετον. Ἐκεῖνος, φησὶν, ὃς ἂν πορεύηται ἄμεμπτος, καὶ ἐργάζηται δικαιοσύνην. Καὶ ἄμωμον μὲν, νοητέον τὸν ἐν θεωρίᾳ τελειούμενον· διὰ ταύτης

VERS. 2. *Qui ingreditur sine macula et operatur justitiam.* Hæc est enim interrogationis factæ responsio. Ille, inquit, incolet et requiescet, qui ea possidebit, quæ dicenda sunt. Describit autem ac fere pingit his verbis hominem summa virtute præstantem. Ille, inquit, qui sine macula, seu potius [ut Græca dictio verius significat] qui irreprehen-

[a] Hebr. XII, 22.

Digitized by Google

sibilis ambulaverit, et justitiam fecerit. Irreprehensibilis etiam hoc in loco dici potest, ille qui contemplando, perfectionem assecutus est. Contemplatione quippe mens in cœlum ascendens ingreditur: et justus, seu justitiam operans ille qui per actiones moralem virtutem, præstantior evasit. Operatio quippe ad actiones pertinet. Præsenti tempore Propheta in utroque usus est: quasi nunquam oporteat ab hujusmodi contemplatione, aut a bonis actionibus desistere. Et cum vita activa multiplex sit, et in plures partes divisa solo justitiæ nomine eam appellavit, eo quod virtus supra cæteras omnes vehitur. Vera enim tunc justitia dicitur, quando unusquisque facit quod suum est, et quod ad se pertinet. Cumque in universum justitiam posuerit, singulas partes deinceps sigillatim prosequitur.

A γὰρ ὁδεύει πρὸς οὐρανὸν ὁ νοῦς· δίκαιον δὲ, τὸν πράξει καταρτιζόμενον· ἡ ἐργασία γὰρ, πράξεως. Ἐνεστῶτι δὲ χρόνῳ ἐπ' ἀμφοῖν ἐχρήσατο, διὰ τὸ μὴ χρῆναί ποτε λήγειν τὸν οὕτως ἔχοντα. Πολυμεροῦς δὲ τῆς πρακτικῆς οὔσης, περιέλαβε πᾶσαν τῷ τῆς καθόλου δικαιοσύνης ὀνόματι· μόνη γὰρ ἡ δικαιοσύνη πάσαις ἐποχεῖται ταῖς ἀρεταῖς· δικαιοσύνη γάρ ἐστιν, ἡ ἑκάστης δικαιοπραγία. Καθόλου δὲ τὴν δικαιοσύνην θεὶς, εἶτα καὶ τὰ κατὰ μέρος αὐτὴν ἐπέξεισιν.

Vers. 3. *Qui loquitur veritatem in corde toto.* Qui vera nimirum dogmata in animo sentit et ore profert.

B *Λαλῶν ἀλήθειαν ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ.* Ἀληθῆ δογματίζων, καὶ λογιζόμενος.

Nec egit dolum in lingua sua. Et rursum qui vera dicit et non dolosa: hoc est qui vera in seipso cogitat et aliis dicit. Nam quod ait, *in corde suo*, sanum ac rectum atque intus bene dispositum sermonem denotat: similiter et eum qui ore profertur, dum dicit, *In lingua sua.*

Ὃς οὐκ ἐδόλωσεν ἐν γλώσσῃ αὐτοῦ. Καὶ αὖθις ἀληθῆ καὶ ἄδολα λέγων, τουτέστιν, ἀληθῆ καὶ λογιζόμενος ἐν αὐτῷ, καὶ λέγων πρὸς ἄλλους. Διὰ μὲν γὰρ τῆς καρδίας, τὸν ἐνδιάθετον λόγον ἐδήλωσε· διὰ δὲ τῆς γλώττης, τὸν προφορικόν.

Nec fecit proximo suo malum. Proximi quidem omnes mutuo sumus, vel communicatione humanitatis, vel fidei unitate, vel ratione cognationis. Per malum vero hic læsionem intelligit; consequenter autem primo cordis meminit, et postmodum linguæ, et postremo actionum. Primo enim quis cogitat, deinde loquitur cogitata, et demum operatur quæ C antea locutus est.

Καὶ οὐκ ἐποίησε τῷ πλησίον αὐτοῦ κακόν. Πλησίον ἐσμὲν ἀλλήλων, ἢ τῇ φύσει τῆς ἀνθρωπότητος ἢ τῷ αὐτῷ τῆς πίστεως, ἢ τῇ σχέσει τοῦ γένους. Κακὸν δὲ λέγει τὴν βλάβην. Ἀκολούθως δὲ πρώτως ἐμνημόνευσε καρδίας, εἶτα γλώσσης, εἶτα ποιήσεως· ἐνθυμεῖται γάρ τις, εἶτα λέγει, εἶτα ποιεῖ.

Et opprobrium non accepit adversus vicinos suos. Idem hoc in loco sibi vult vicini nomen quod proximi. Et qui, inquit, opprobrium quasi telum aliquod non accepit, contra proximos, hoc est qui delinquentem proximum, aut membro mutilatum aut alio quovis infortunio oppressum, non opprobrio afficit aut contumelia. Opprobrium ad derisionem tendit: reprehensio vero ad emendationem delicti. Unde reprehensionem in bonam partem accipimus, opprobrium vero nusquam: quinimo ut reprehensioni quid valde contrarium.

Καὶ ὀνειδισμοὺς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ τοῖς ἐγγίστα αὐτοῦ. Ταὐτὸν ἐγγιστα καὶ πλησίον· καὶ ὃς οὐκ ἔλαβεν ὀνειδισμὸν, καθάπερ ὅπλον, ἐπὶ τῶν ἐγγιστα αὐτοῦ, τουτέστιν, ὃς οὐκ ὠνείδισεν αὐτοὺς πλημμελήσαντας, ἢ πηρωθέντας, ἢ ἄλλως ἀτυχοῦντας. Ὁ μὲν γὰρ ὀνειδισμὸς, τέλος ἔχει κωμῳδίαν· ὁ δὲ ἔλεγχος, διόρθωσιν πταίσματος. Ὅθεν τὸν ἔλεγχον μὲν, ἐπὶ καλῷ λαμβάνομεν· οὐδέποτε δὲ τὸν ὀνειδισμὸν, ὡς ἐναντιώτατον.

Vers. 4. *Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus, timentes autem Dominum glorificat.* Unicuique condigna, ut decet, distribuit. Nam et malignum nihili æstimandum putat, tametsi ille divitiis fortasse aut nobilitate glorietur, aut alio splendore clarus videatur: et timentes Dominum magnipendit, licet adversa detineantur fortuna: *Beati* enim *omnes qui timent Dominum* [10].

D *Ἐξουδένωται ἐνώπιον αὐτοῦ πονηρευόμενος. τοὺς δὲ φοβουμένους τὸν Κύριον δοξάζει.* Διανέμων γὰρ ἑκάστῳ τὰ πρὸς ἀξίαν, τὸν μὲν πονηρὸν, καὶ οὐδενὸς ἄξιον ἡγεῖται φαυλιζόμενος, κἂν πλούτῳ, κἂν εὐγενείᾳ κομᾷ, κἂν ἄλλῃ περιφανείᾳ λαμπρότατός ἐστι· τοὺς δὲ φοβουμένους τὸν Θεὸν, μεγαλύνει, κἂν ἐν τοῖς ἐναντίοις ἀτυχήμασιν εὑρίσκωνται· *Μακάριοι γὰρ πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον.*

Vers 5. *Qui jurat proximo suo et non spernit.* Antiqui confirmationem sermonis juramentum appellabant. Juramentum enim nihil aliud est quam dictorum confirmatio, in qua testem assumimus Deum. Et lege quidem antiqua juramentum concessum erat, in quo Dei nomen, ad confirmandam

Ὁ ὀμνύων τῷ πλησίον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀθετῶν. Τὸ ὀμνύειν, ἀντὶ τοῦ διαβεβαιοῦσθαι παρελαμβάνουσιν οἱ παλαιότεροι. Ὅρκος γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ βεβαίωσις λόγου, μάρτυρα παραλαμβάνουσα τὸν Θεόν. Ἢ καὶ τῇ παλαιᾷ νομοθεσίᾳ συγκεχωρημένος ἦν ὁ κατὰ Θεοῦ γενόμενος ἀληθὴς ὅρκος, ἵνα μὴ

[10] Psal. cxxvii, 1.

Digitized by Google

κατὰ τῶν εἰδώλων ὀμνύοντες, συλαγωγηθεῖεν. Ὁ δὲ τοῦ Εὐαγγελίου νόμος, τοῖς τελειοτέροις τὰ τελειότερα νομοθετῶν, παντάπασιν τὸν ὅρκον ἐξέκοψεν. Εἰσὶ δέ τινες λόγοι σχήματα μὲν ὅρκων ἔχοντες, οὐχ ὅρκοι δὲ ὄντες, ἀλλὰ θεραπεία πρὸς τοὺς ἀκούοντας. *Νὴ τὴν ὑγείαν Φαραώ*, φησί· καὶ πρὸς Κορινθίους ὁ Ἀπόστολος· *Νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν*· Τύπον δὲ Χριστιανοῖς ὅρκων ὁ θεσπέσιος κατέλιπε Παῦλος· *Μάρτυς μού ἐστιν ὁ Θεὸς, ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου*. Καὶ πάλιν· *Μάρτυρα τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμεν*· καὶ τὰ τοιαῦτα.

Τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ. Τοῖς ἀρχαίοις λίαν ἐπονείδιστον ἦν ἡ τοκογλυφία, καὶ αἰσχρὸν, καὶ κατάπτυστον· ὁ γὰρ ἐλεήμων, ἐν καιρῷ δανείζων, ἀγαπητὸν ἡγεῖται μόνον ἀπολαβεῖν ὃ ἔδωκε. Νοοῖτο δ' ἂν καὶ οὕτως, ὅτι τὸν περὶ εὐσεβείας λόγον, ὃς ἐστιν ἀργύριον δόκιμον τῇ γῇ, οὐ κατεβάλετο χάριν τοῦ κομίσασθαί τι σωματικὸν ἀγαθὸν, ἀλλὰ προῖκα καὶ ἀμισθὶ πάντας ἐδίδαξε.

Καὶ δῶρα ἐπ' ἀθῴοις οὐκ ἔλαβεν. Ἕνεκεν ἀθῴων· ὥστε βλάψαι τοὺς ἀναιτίους.

Ὁ ποιῶν ταῦτα, οὐ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Διαζωγραφήσας τὸν εἰς ἀρετὴν τέλειον, ἐπέθηκε τῷ λόγῳ τέλος ἐπάξιον. Ὁ ποιῶν γὰρ, φησὶ, τὰ προειρημένα, τέλειος ὤν, οὐ παρακινηθήσεται τῆς ἐν Θεῷ βάσεως. Τὸ δὲ, *Εἰς τὸν αἰῶνα*, ἀντὶ τοῦ, διὰ παντός· ἢ κατὰ τὸν παρόντα βίον. Εἰ δὲ κατὰ τὸν παρόντα, πολλῷ μᾶλλον κατὰ τὸν μέλλοντα.

veritatem proferebatur, ne per idola fortassis juranles seducerentur: verum Evangelii lex, quæ perfectioribus perfectiora mandavit, juramentum penitus abscidit; tametsi loquendi modi quidam sunt, qui juramenti formam præseferre videantur, et juramenta vere non sunt, sed in reverentiam aut obsequium audientium sic prolati, ut illud: *Per sanitatem Pharaonis*. Item illud Pauli ad Corinthios: *Per gloriationem* (54) *vestram*[11]. Formam vero juramenti divus Paulus Christianis reliquit dicens: *Testis est mihi Deus quem colo*[12]; et rursus: *Testem Deum invoco*.[13].

Argentum suum non dedit ad usuram. Apud antiquos usura summo in dedecore erat atque exprobratione. Nam qui misericors est, et opportuno tempore mutuum præstat, dignum ducit, id tantum recipere quod dedit. Et aliter intelligi potest, de eo qui divina eloquia, quæ argentum igne examinatum ac terræ probatum appellantur, eo prætextu apud aliquem non deposuit, ut illinc bonum aliquod externum reportaret: quinimo gratis ac sine mercede omnes docuit.

Et munera super innocentem non accepit. Qui propter innocentem nullum munus recepit: ut eos videlicet læderet qui insontes sunt.

Qui facit hæc, non commovebitur in sæculum. Cum descripsit Propheta virum summa virtute præditum, sermoni suo condignum finem apposuit: Qui facit, inquit, ea quæ dicta sunt, veluti ex omni parte perfectus, nunquam a soliditate illa commovebitur, aut stabilitate, quam in Deo habet. Et quod ait, *In sæculum*, id significat quod nunquam. Vel etiam non commovebitur in præsenti sæculo, hoc est in præsenti vita: quod si in præsenti sæculo non commovebitur, multo minus in futuro.

Στηλογραφία τῷ Δαβίδ

ΨΑΛΜΟΣ ΙΕ'.

Tituli inscriptio ipsi David.

PSALMUS XV.

Στῆλαι, καὶ εἰκόνες, καὶ ἀνδριάντες τοῖς ἀριστεῦσιν εἰς ἀνεξάλειπτον κλέος ἀπονενέμηνται, κηρύττουσαι τὴν ἐκείνων ἀνδραγαθίαν. Ὅθεν ἀντὶ τούτων, ὁ παρὼν ψαλμὸς ἐνετέθη τῷ νικητῇ Χριστῷ, καθελόντι τῷ τοῦ σταυροῦ δόρατι καὶ τὸν θάνατον, καὶ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου διάβολον. Ἀναμαρτήτου γὰρ μείναντος, οὔτε ἡ ψυχὴ αὐτοῦ τῷ ᾅδῃ ἐγκατελείφθη, μάλιστα καὶ σκυλεύσασα τοῦτον, οὔτε ἡ σὰρξ εἶδε διαφθοράν, τριήμερος ἀναστᾶσα, περὶ οὗ καὶ Πέτρος ὁ Ἀπόστολος ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Πράξεων διέλαβεν, ἐφαρμόζων τὸν παρόντα ψαλμόν. Ἐπὶ τοῖς οἰκείοις οὖν κατορθώμασι τὴν στήλην ταύτην ἀνέστησε διὰ γλώττης τοῦ Δαβὶδ ὁ Σωτὴρ, τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐμπνεύσαντος καὶ κινήσαντος τὸν προφήτην. Ἀναγράφει δὲ τὸ εἶδος τῆς νίκης, καὶ ὅσα πρὸ τοῦ τέλους αὐτοῦ ἐγένετο.

[Apud Græcos, pro tituli inscriptione στηλογραφίαν legimus: quæ dictio statuæ seu columnæ potius inscriptionem significat quam tituli]. Mos autem erat antiquis, ut columnas, imagines, aut statuas, strenue militantibus viris in perpetuam ponerent memoriam. Loco igitur hujusmodi columnæ aut statuæ præsens Psalmus victori Christo conscriptus est: qui uti strenuus miles crucis jaculo, et mortem ipsam, et mortis pariter imperium obtinentem diabolum destruxit, dum ex eo quod peccatum non fecit, anima ejus in inferno relicta non est; quinimo infernum potius spoliavit, nec etiam ejus caro vidit corruptionem, cum tertia mortis die resurrexerit: de qua Christi resurrectione Petrus apostolus, in libro Actionum disserens, præsenti hoc Psalmo auctoritatem ac robur dictis suis addere arbitratus est. In rebus itaque a se præclare gestis Salvator, statuam seu columnam hanc per linguam beati David sibi erexit: sancto nimirum Spiritu prophetam inspirante et labia ejus aperiente. Describit autem, non tantum victoriæ genus, sed et quæcunque ante victoriæ finem gesta sunt.

[11] II Cor. I, 20. [12] Rom. I, 9. [13] II Cor. I, 23.

Variæ lectiones.

(54) Græce ἡμετέραν, *nostram*, pro quo Latinus interpres legit ὑμετέραν.

Digitized by Google

VERS. 2. *Conserva me, Domine, quoniam speravi in te.* Hujus Psalmi verba humano omnino more dicta sunt [et homini magis quam Deo videntur convenire]. Neque enim ut Deus, sed ut homo dæmonem divicit, erudiens nos quod et facillime dæmon a prudentibus superari potest : et artem pariter tradens qua ipse eum debellavit, seque nobis, ut fidelissimum archetypum, imitandum proposuit. Fundit igitur velut homo preces ad Deum : quod etiam apud evangelistas sæpenumero fecisse eum legimus : oratque servari se ab omnibus tam manifestis quam occultis insidiis. Tu, Domine, inquit, serva me, quoniam in te solo speravi. Neque enim alia in re confisus sum, quoniam te salvare omnes novi, qui in te sperant.

A *Φύλαξόν με, Κύριε, ὅτι ἐπὶ σοὶ ἤλπισα.* Ἀνθρωποπρεπῶς οἱ τοῦ ψαλμοῦ λόγοι. Καὶ γὰρ οὐχ ὡς Θεὸς, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος κατεπολέμησε τὸν ἐχθρὸν, διδάσκων, ὡς ἔστιν εὐκαταγώνιστος τοῖς νήφουσιν· ἅμα δὲ καὶ τοὺς τρόπους, δι' ὧν αὐτὸν κατεπάλαισεν, ἀπολιμπάνων ἡμῖν ἀκριβῶς ἀρχέτυπον εἰς μίμησιν. Εὔχεται τοιγαροῦν ὡς ἄνθρωπος εἰς Θεόν· καὶ γὰρ κἀν τοῖς Εὐαγγελίοις διαφόρως εὔξασθαι μνημονεύεται· παρακαλεῖ δὲ φυλαχθῆναι ἀπὸ πάσης ἐπιβουλῆς, φανερᾶς καὶ ἀφανοῦς, λέγων· Συμφύλαξον, ὅτι ἐπὶ σοὶ μόνῳ ἤλπισα, μηδενὶ τῶν ἄλλων τεθαρρηκώς· οἶδα γὰρ, ὅτι σώζεις τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σέ.

Dixi Domino : Deus meus es tu. Dixi ergo Patri et omnium Domino : Tu, Pater, es etiam meus Dominus, atque ideo mei custodiam habeto [ut ab homine enim diximus dici hæc verba, non ut a Deo] : nam ut homo divina et ipse indigebat custodia. *Subjectus* enim, inquit, *fui Domino et oravi eum.*

B Εἶπα τῷ *Κυρίῳ· Κύριός μου εἶ σύ.* Εἶπα τῷ Πατρὶ τῷ Κυρίῳ πάντων, ὅτι Κύριος εἶ κἀμοῦ, ὡς ἀνθρώπου καὶ οὐχ ὡς Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦτό με περιφρούρητον. Ὡς γὰρ ἄνθρωπος, ἐδεῖτο τῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ φυλακῆς· Ὑπετάγην γὰρ, φησὶ, τῷ *Κυρίῳ, καὶ ἱκέτευσα αὐτόν.*

Quia bonorum meorum non eges. Ad hæc, illud etiam amplius dixi, quod tu donis meis, quæ in sacrificium offerri solent, non indiges. Neque enim eges ut tibi sacrificem, atque hoc pacto te placatum mihi adjutorem reddam. Licet enim grate recipiat Deus quæ ei pie ac religiose a nobis offeruntur, verum non ut is qui indigeat, sed ut illa, gratitudinis ac benevolentiæ nostræ erga eum, indicium habeat : atque in prætextum et occasionem retributionis majorum donorum.

Ὅτι τῶν ἀγαθῶν μου οὐ χρείαν ἔχεις. Εἶπον δὲ προσέτι, ὅτι τῶν δώρων μου τὴν θυσίαν οὐ χρείαν ἔχεις, ἵνα καὶ θύσω σοι, καὶ οὕτω βοηθὸν ἕξω. Εἰ γὰρ καὶ προσίσται Θεὸς τὰ εὐσεβῶς προσαγόμενα, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐνδεὴς αὐτῶν, ἀλλ' ὥστε ταῦτα κρίνειν εὐγνωμοσύνης ἀπόδειξιν, καὶ ποιεῖσθαι πρόφασιν ἀντιδόσεως τῶν πολλῷ κρειττόνων.

VERS. 3. *Sanctis qui sunt in terra ejus mirabilia fecit Dominus.* Bonæ, inquit, sum spei, sciens quod Dominus quædam fecit mirabilia, ac præter omnium opinionem, sanctis hominibus qui in terra ejus sunt. Sanctus autem ille est, qui Deum sincere amat, et in eo confidit : qualis erat qui præsentis psalmi verba protulit. Et sanctos, de quibus nunc loquitur, omnes intellige, quicunque ante Christi adventum Deo placuerunt. Per terram vero aut hanc intellige, de qua alibi consone scriptum est : *Domini est terra* [16] aut supernam Jerusalem, in qua conversabantur, tametsi adhuc in terra essent, et in qua post mortem habitare existimantur. Vel per sanctos intelligere possumus apostolos et fideles qui per illos crediderunt : qui a multiplici morte et a gravibus periculis liberati fuerunt a Domino, et per terram, Ecclesiam in qua versantur. Deinde causam ponit, propter quam fecit eis Deus hæc mirabilia.

C *Τοῖς ἁγίοις τοῖς ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ ἐθαυμάστωσεν ὁ Κύριος.* Εὐελπὶς εἰμι, φησὶν, εἰδὼς, ὅτι τοῖς ἁγίοις, τοῖς ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ θαυμαστὰ καὶ παράδοξα ἐποίησεν ὁ Κύριος. Ἅγιος δέ, ὁ τὸν Θεὸν εἰλικρινῶς ἀγαπῶν, καὶ ἐπ' αὐτῷ πεποιθώς, οἷος ἦν ὁ ταῦτα λέγων. Εἶεν δ' ἂν οὓς λέγει, πάντες οἱ πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας εὐαρεστήσαντες τῷ Θεῷ. Γῆν δὲ αὐτοῦ, ἢ ταύτην εἴποις, *Τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ·* ἢ τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἐν ᾗ καὶ κάτω ὄντες, ἐπολιτεύοντο, καὶ ἐν ᾗ οἱ λανθάνοντες πολιτεύονται. Ἢ καὶ ἁγίους μὲν ὑποληπτέον τοὺς ἀποστόλους, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν πιστεύσαντας, πολυειδῶν ῥυσθέντας κινδύνων, καὶ θανάτων, γῆν δὲ τὴν Ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ ἀναστρέφονται. Εἶτα τίθησι καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν αὐτοῖς θαυμαστὰ ποιεῖ.

Omnes voluntates ejus in eis. Ubi enim fit Dei voluntas, illic Deus semper manet, dirigens et conversans.

D *Πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς.* Ὅπου γὰρ τὰ τοῦ Θεοῦ γίνονται θελήματα, καὶ ὁ Θεὸς πάντως ἐν αὐτοῖς ἐστι, φυλάττων καὶ κατευθύνων.

VERS. 4. *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt.* Per infirmitates, labores atque afflictiones eorum intelligit, quæ sic dispensante ac permittente Deo erant multiplicatæ : et quæ postmodum eodem annuente cito pertransierunt ;

Ἐπληθύνθησαν αἱ ἀσθένειαι αὐτῶν· μετὰ ταῦτα ἐτάχυναν. Ἀσθενείας λέγει τοὺς πόνους καὶ τὰς θλίψεις αὐτῶν. Ἐπληθύνθησαν κατ' οἰκονομίαν, εἶτα Θεοῦ νεύσαντος, ταχέως παρῆλθον· *Πολλαὶ* γὰρ, φησὶν, *αἱ θλίψεις τῶν δικαίων, καὶ ἐκ πα-*

[16] Psal. XXIII, 1.

Digitized by Google

σῶν αὐτῶν ῥύεται αὐτοὺς ὁ Κύριος. Ἢ καὶ ἄλλως· Ἐπληθύνθησαν πρότερον αἱ ἁμαρτίαι τῶν πεπιστευκότων εἰς Χριστόν· ἀσθενούσης γὰρ τῆς ψυχῆς, ἡ ἁμαρτία γίνεται· εἶτα τοῦ Εὐαγγελίου κηρυχθέντος, ἐτάχυνεν εἰς εὐσέβειαν. Τὰ δ' ἐντεῦθεν, οὐχ ὡς ἀνθρωπος, ἀλλ' ὡς Θεὸς ἀποφαίνεται.

Multæ enim, inquit, *tribulationes justorum, et de omnibus his liberavit eos Dominus.* Vel aliter : *Infirmitates*, id est peccata eorum, scilicet qui in Christum crediderunt, prius multiplicatæ sunt. Nam ubi anima infirma est, peccatum oritur. Prædicato vere postmodum Evangelio, acceleraverunt in religionem ac pietatem. Quæ sequuntur non ut ab homine, sed tanquam a Deo proferenda sunt.

Οὐ μὴ συναγάγω τὰς συναγωγὰς αὐτῶν ἐξ αἱμάτων. Τοῦτο, περὶ τῶν ἀνελόντων αὐτὸν Ἰουδαίων, ὧν τὰ πλήθη συναγαγὼν ἀπὸ σφαγῆς ἀνανεύει, διαφθαρησόμενα ταῖς τῶν Ῥωμαίων χερσίν.

Non congregabo congregationes eorum de sanguinibus. Hoc de Judæis dictum est, qui Dominum occiderunt, et quorum maximam partem Romanorum manibus perdendam, negat se Deus de ea strage congregaturum.

Οὐδ' οὐ μὴ μνησθῶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου. Ὠνομάζετο γὰρ ὁ λαὸς ἐκεῖνος, λαὸς Θεοῦ, καὶ περιούσιος, καὶ ἄμπελος, καὶ μερὶς, καὶ κληρονομία, καὶ σχοίνισμα, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Οὐκέτι οὖν Ἰουδαίους καλέσω τοῖς ὀνόμασιν, οἷς καὶ πρότερον ἀλλὰ τέκνα μοιχῶν, καὶ γενεὰν σκολιὰν, καὶ γεννήματα ἐχιδνῶν, καὶ σπέρματα πονηρὰ, καὶ εἴ τι τοιοῦτον. Ἢ καὶ περὶ τῶν ἐξ ἐθνῶν ἄμεινον τὰ ῥητὰ νοήσομεν, ὅτι Οὐ μὴ οἰκειώσομαι τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν, ἐξ ἐναίμων θυσιῶν· ἀλλ' ἐξ εἰλικρινοῦς πίστεως, καὶ πνευματικῆς θυσίας· οὐδὲ μνησθήσομαι τῶν ὀνομάτων, οἷς αὐτοὺς ὠνόμαζον πάλαι διὰ τῶν προφητῶν, ἀλλ' ἀντὶ μὲν ἐχθρῶν, καλέσω φίλους. ἀντὶ ἀπίστων, πιστοὺς, καὶ ὅσα τούτων ἀκόλουθα. Χείλη δὲ Θεοῦ νοεῖντ' ἂν οἱ λόγοι· καὶ ταῦτα γὰρ, λόγων ὄργανα. Ἄλλως τε καὶ, ὁ Σωτὴρ ἐναν- C θρωπήσας, ὠνόμαζε καὶ Ἰουδαίους, καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν, τοῖς ἐναντίοις τῶν προτέρων ὀνόμασιν, ὡς δεδήλωται.

Non memor ero nominum eorum per labia mea. Appellabatur autem populus ille, populus Dei et populus peculiaris, et vinea, et pars, et hæreditas, et funiculus Domini, atque alia hujusmodi. Non amplius, inquit, hujusmodi nominibus, ut antea, eos appellabo : quinimo filios reprehensibiles, generationem pravam ac perversam, generationem viperarum, semen malum, aut quid aliud simile. Vel utrumque dictum intelligamus de iis qui ex gentibus crediderunt. Non ædificabo, inquit, Ecclesias eorum ex sanguinolentis sacrificiis, sed ex sincera fide, ex spirituali hostia : neque memor ero nominum, quibus olim per prophetas eos appellabam, sed quos olim inimicos dicebam, amicos vocabo : et quos infideles, fideles, et quæcunque alia his congruentia sunt. Labia autem Dei intelligi possunt ejus verba, cum labia verborum sint instrumenta. Et aliter : Salvator noster Judæos et fideles ex gentibus, contrariis nominibus appellavit, quam antea appellarentur, ut jam declaratum est.

Κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου, καὶ τοῦ ποτηρίου μου. Ὡς παρὰ γνώμην, φησὶ, τοῦ Πατρὸς ἐγενόμην ἄνθρωπος· καὶ αὐτὸς γὰρ τῇ εὐδοκίᾳ μέτοχός ἐστι τοῦ λαοῦ, τοῦ πιστεύσαντος ἐξ ἐθνῶν· τοῦτο γὰρ καλεῖ κληρονομίαν, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ ψαλμῷ προεῖρηται· ἔτι δὲ καὶ τοῦ θανάτου· ποτήριον γὰρ παρὰ τῇ Γραφῇ ὁ θάνατος ἑρμηνεύεται· κἀν τοῖς Εὐαγγελίοις γὰρ λέγει· *Τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ πίνω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε πιεῖν*· καὶ αὖθις· *Πάτερ ἐμοῦ, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο.* Εὐδόκησε, ὁ Πατὴρ γὰρ D καὶ ἐπὶ τῇ ἀναλήψει τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ υἱοῦ. Ἢ καὶ μερίδα, τὸν πλοῦτον νοήσεις. Ἵν' ᾖ τοιοῦτον· Ὁ Θεὸς πλοῦτός ἐστι τῆς ἐξ ἐθνῶν κληρονομίας μου· ἔτι δὲ καὶ τῆς διδασκαλίας μου πλοῦτος καὶ κεφάλαιον· πανταχοῦ γὰρ τοῦ Εὐαγγελίου, περὶ τοῦ Πατρὸς διέξεισιν. Ἀλλὰ πλοῦτος μὲν, ἡ μερὶς, ὡς τό· *Μερὶς μου εἶ ἐν γῇ ζώντων.* Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν μεριζόντων τὴν οὐσίαν τοῦ πατρὸς, ἡ μερὶς ἑκάστου πλοῦτός ἐστιν. Ὥστε συμβαίνει λέγεσθαι τὸ αὐτὸ καὶ μερίδα, καὶ πλοῦτον, καὶ κλῆρον· τὸ μὲν, ὡς μεριζόμενον· τὸ δὲ ὡς πλουτίζον· τὸ δὲ πάλιν, ὡς κατεγόμενον ἀπὸ πα-

Vers. 5. *Dominus pars hæreditatis meæ et calicis mei.* Non sum factus homo, inquit, præter Patris mei sententiam. Ipse enim Pater clementia ac bona voluntate sua, particeps factus est populi, qui ex gentibus credidit. Hunc enim populum hæreditatem appellat, quemadmodum in secundo Psalmo dictum est : quinimo et particeps factus est mortis. Calicem enim et poculum (ut alibi diximus) multis in locis apud Scripturam pro morte positum legimus. Unde in Evangeliis : *Calicem quem ego bibo, vos non potestis bibere* [16]. Et rursum : *Pater mi, si possibile est transeat a me calix iste* [16] ; consensit quippe Pater tam in gentium vocationem quam in Filii mortem. Vel quod ait *Pars hæreditatis meæ*, divitias potes intelligere, ut sit sensus : Deus Pater, thesaurus est et divitiæ, hæreditatis meæ ex gentibus, insuper, et thesaurus doctrinæ meæ : unde in Evangelio Christus ubique Patrem commemorat. Hoc itaque partis seu portionis nomen, pro divitiis sumitur juxta illud : *Portio*, seu pars *mea Dominus in terra viventium* [17]. Unde in filiis paternam dividentibus substantiam, singulæ portiones, ut cuique obveniunt, loco divitiarum sunt. Quocirca

[16] Matth. xx, 22. [16] Matth. xxvi, 39. [17] Psal. cxli, 6.

Digitized by Google

recte convenit, ut eadem res, et portio dicatur, et divitiæ, et hæreditas ; ea nimirum ratione, quia et dividitur, et quia divitem reddit, et quia relinquitur a Patre. Calix etiam pro doctrina accipi potest, quæ vino merito comparatur, et quia lætificat, et quia Christus vinea appellatus est.

τρός. Διδασκαλία δὲ, τὸ ποτήριον, ὅτι καὶ οἶνος αὕτη, διὰ τὸ εὐφραίνειν, καὶ ἄμπελος ὁ Χριστός.

Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. Gentes quæ olim a Patre atque a Filio creatæ fuerant, et Dei figmentum dicebantur, discesserant ab eo, et conversæ ad idololatrias, postremo ei per fidem iterum restitutæ sunt : hanc autem restitutionis gratiam Filius, in Patrem tanquam in principium refert. Aptissime vero hic versiculus ad præcedentem interpretationem consequitur. Hac, inquit, de causa tu es particeps hæreditatis meæ et calicis mei, quoniam tu mihi eam restituisti. Et hæreditatem posuit priusquam calicem, quoniam hæreditas mortis illi causa fuit. Propter ipsam enim mortuus est. Nec tacenda nobis est quædam non inelegans de prædictis speculatio. Hominem ad imaginem et similitudinem Dei factum et plasmatum, atque ideo hæreditatem Creatoris dictum, sub propriam redegerat dæmon tyrannidem, et alienum mancipium sibi usurpaverat : ad quem, Dei Filius et hæres, litteras misit, scribens ei per prophetas, hæreditatem illam repetens, qua fuerat fraudatus. Et quia dæmon continue magis resistebat, et rapinam reddere negabat, hæres accepto Patris sui testamento, ad raptorem descendit. Inter eos autem judex fuit Pater : qui condemnato raptore, Filio hæreditatem restituit. Hujus rei gratia, Filius nunc participem illum tam præclari operis appellavit.

Σὺ εἶ ὁ ἀποκαθιστῶν τὴν κληρονομίαν μου Τὰ γὰρ ἔθνη πλάσμα τοῦ Υἱοῦ καὶ Θεοῦ τυγχάνοντα, ἀπέστησαν εἰς εἰδωλολατρείαν, εἶτα πάλιν ἀπεκατέστησαν αὐτῷ διὰ τῆς πίστεως. Ἀνατίθησι δὲ τῷ Πατρὶ τὴν χάριν, ὡς αἰτίᾳ. Καὶ ἔστι τοῦτο τὸ ῥητὸν ἑρμηνευτικὸν τοῦ πρὸ αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο γὰρ, φησὶ, κοινωνὸς εἶ τῆς κληρονομίας μου, καὶ τοῦ ποτηρίου μου, διότι σύ μοι ταύτην ἀποκατέστησας. Πρὸ τοῦ ποτηρίου δὲ, τὴν κληρονομίαν τέθεικεν, ὅτι αὐτὴ γέγονεν αἰτία τοῦ θανάτου αὐτοῦ· δι' αὐτὴν γὰρ ἀπέθανεν. Ῥητέον δέ τι καὶ γλαφυρὸν θεώρημα περὶ τῶν προκειμένων· ὅτι τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ πεπλασμένον ἄνθρωπον, καὶ διὰ τοῦτο κλῆρον τοῦ πλάσαντος ὄντα, δελεάσας ὁ δυσμενὴς, καὶ τυραννήσας, ἐπεσπάσατο, καὶ τὸν ἀλλότριον ἐσφετερίσατο, πέπομφε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ κληρονόμος γράμματα διὰ προφητῶν, ἀπαιτοῦντα τὸν ἁφαιρεθέντα κλῆρον. Ὡς δὲ μᾶλλον ἀντείχετο, λαβὼν αὐτὸς ὁ κληρονόμος διαθήκας τοῦ Πατρὸς, κάτεισι πρὸς τὸν ἅρπαγα, καὶ δικαστὴς αὐτοῦ γίνεται ὁ Πατήρ. Καὶ καταδικάσας τὸν βιαστὴν, ἀποκαθιστᾷ τῷ Υἱῷ τὴν κληρονομίαν. Οὗ χάριν, καὶ κοινωνὸν αὐτὸν τοῦ κατορθώματος ὁ Υἱὸς ἐκάλεσεν.

Vers. 6. *Funes ceciderunt mihi in optimis meis.* Ii qui terram dividunt, funibus eam metiendo designantes determinant. Et sensus est : Restituta mihi hæreditate mea, funes multi mihi ceciderunt, hoc est, obvenerunt, et sorte quasi mihi contigerunt. Per funes autem credentium multitudinem intelligit. Hoc etiam loquendi modo, denotare videtur quod hæreditas hæc sua, designata esset ac determinata, et quod omnibus notissima esse debebat. Bina enim hæc opera funiculi sunt, ut diximus. Quod vero per optimos, suam hæreditatem significet, in sequentibus magis declarat, dicens :

Σχοινία ἐπέπεσέ μοι ἐν τοῖς κρατίστοις μου. Οἱ κληροδοτοῦντες τὴν γῆν, σχοινίοις ταύτην διαμετροῦντες, περιορίζουσι. Βούλεται γοῦν λέγειν, ὡς Ἀποκατάστασίς μοι τῆς κληρονομίας μου, ἐπέπεσέ μοι, τουτέστιν ἐπέβαλον, καὶ ἔλαχον ἐμοὶ σχοινία πολλὰ, κάντεῦθεν διεμετρήθη τε αὕτη καὶ περιωρίσθη, καὶ ἐγένετο γνώριμος· διὰ γὰρ τῶν σχοινισμάτων, τό τε πλῆθος τῶν πιστευόντων ἠνίξατο, καὶ τὴν γνωριμότητα. Δύο γὰρ ἔργα ταῦτα τοῦ σχοινίσματος, ὡς ἔφημεν. Κρατίστους δὲ λέγει, τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, καὶ τοῦτο παρέστησεν διὰ τῶν ἑξῆς.

Etenim hæreditas mea optima est mihi. Supra plurali numero optimos dixit propter fideles qui variis sunt in locis, nunc vero singulariter optimam appellavit : quia fidelium omnium, qui in diversis sunt mundi partibus, una est congregatio [una Ecclesia], una opinio ac fides. Optimam vero appellat, quasi præcipuam ac dilectam. Vel [juxta aliam Græcæ dictionis κρατίστη significationem, non optimam tantum, sed] fortissimam ac potentissimam appellat. Cum adversarium ac potentem dæmonem superaverit. Funes etiam intelligi possunt pro vinculis quæ Christo ceciderunt, hoc est obtigerunt : a Judæis nimirum, quando ad Pilatum ductus est. Obtigerunt autem ei, propter optimos, hoc est, propter fideles, pro quibus pati voluit. Olim Judæorum populus hæreditas Dei dicebatur : *Facta est enim*, inquit, *pars Domini populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel* [18]. Verum

Καὶ γὰρ ἡ κληρονομία μου, κρατίστη μοί ἐστιν. Ἄνω μὲν πληθυντικῶς κρατίστους εἶπεν, διὰ τοὺς κατὰ μέρος πιστούς· κάτω δὲ ἑνικῶς, κρατίστη, διὰ τὴν τῶν κατὰ μέρος μίαν συναγωγὴν, καὶ ὁμοδοξίαν. Κρατίστην δὲ λέγει, τὴν ἐξαίρετον, καὶ ἠγαπημένην. Ἢ καὶ τὴν γενναίαν, ὡς καταπαλαίουσαν τὸν ἀντίπαλον. Νοοῦνται δὲ σχοινία, τὰ δεσμὰ, ἃ ἔπεσον τῷ Χριστῷ, παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἀγομένῳ πρὸς Πιλάτον. Ἐπέπεσον δὲ αὐτῷ διὰ τοὺς κρατίστους, ἤτοι τοὺς πιστοὺς, ὑπὲρ ὧν ἔπασχε. Πάλαι μὲν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι ἦσαν Θεοῦ κληρονομία· *Ἐγενήθη* γὰρ, φησὶ, *μερὶς Κυρίου, λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοινισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ.* Ἀποβλήτων δὲ τούτων γενομένων, ἑτέραν ἀντέλαβε κληρονομίαν, τὴν βασιλείαν τῶν ἐξ ἐθνῶν, ἣν κρατίστην εἶπεν, ὡς ὑπὲρ τὴν παλαιοτέραν.

[18] Deut. xxxii, 9 sec. lxx.

Digitized by Google

populo Judæorum abjecto aliam loco illius suscepit hæreditatem : reginam videlicet ex gentibus Ecclesiam, quam et optimam appellat et fortissimam, veluti quæ antiqua illa ac repudiata hæreditate excellentior sit.

Εὐλογήσω τὸν Κύριον, τὸν συνετίσαντά με. Τὰ ἐντεῦθέν φησιν ὡς ἄνθρωπος · λέγει γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς περὶ αὐτοῦ · *Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανεν, καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας.* Εὐγνωμονεῖ τοίνυν περὶ τὸν δωρησάμενον αὐτῷ θησαυρὸν σοφίας. A

Ἔτι δὲ καὶ ἕως νυκτὸς ἐπαίδευσάν με οἱ νεφροί μου. Νεφροὺς νοητέον τὸ ἐπιθυμητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς · περὶ τοὺς νεφροὺς γὰρ κεῖται, καθὼς ἐν τοῖς προεξηγηθεῖσιν ἔφημεν · νύκτα δὲ, τὸν Δεσποτικὸν θάνατον. Ἄχρι γάρ, φησὶ, θανάτου, ἐπαιδαγώγησε, καὶ ἐρύθμισέ με ἡ ἐπιθυμία μου, μηδενὸς τῶν γηΐνων ἐρασθεῖσα, μόνων δὲ τῶν θείων ἐμειρομένη. Ἢ καὶ νύκτα οἰητέον τὰ ἀπόκρυφα μυστήρια, ἵν' ᾖ τοιοῦτον, ὅτι Μέχρι καὶ αὐτῶν τῶν ἀγνώστων τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, ἐπαιδαγώγησέν με ἡ ἐπιθυμία μου. B

Προορώμην τὸν Κύριον ἐνώπιον μου διὰ παντός. Πρὸ παντὸς ἄλλου ἔβλεπον τὸν Θεὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς ψυχῆς μου, ἐνώπιόν μου φαινόμενον.

Ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν, ἵνα μὴ σαλευθῶ. Ἔβλεπον δὲ αὐτὸν ἐνώπιόν μου, διότι ἐν ταῖς δεξιαῖς μου πράξεσίν ἐστιν, ἐπαναπαυόμενος αὐταῖς · ἐγγίζεται γὰρ ὁ Θεὸς τοῖς ἐγγίζουσιν. Ἐκ δεξιῶν μου δέ ἐστιν, ἵνα βοηθούμενος ὑπ' αὐτοῦ, μὴ παρακινηθῶ τῆς εὐθείας ὁδοῦ πρὸς τὴν ἐναντίαν · *Φυλάσσει γὰρ Κύριος τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν.* C

Διὰ τοῦτο εὐφράνθη ἡ καρδία μου, καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου. Τῆς καρδίας μου γὰρ πληρωθείσης εὐφροσύνης, ὡς ἀπολαβόντος τὴν κληρονομίαν, καὶ καταγωνισαμένου τὸν ἐχθρὸν, καὶ τοιοῦτον ἔχοντος ἐπίκουρον, παραπήλαυσεν καὶ ἡ γλῶττα τῆς ἄγαν χαρᾶς, οἷα τὸν ἐπινίκιον ὕμνον ᾄδουσα, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ μεγαλεῖα διηγουμένη.

Ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι. Τοῦτο περὶ τῆς ταφῆς τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος · κατοικήσει γὰρ τὸν τάφον ἐπ' ἐλπίδι ταχείας ἀναστάσεως · εἰδὼς γὰρ προειρήκει πολλάκις τοῖς μαθηταῖς, ὅτι Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι.

Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην. Τίθησι καὶ τῆς ἐλπίδος τὴν αἰτίαν · Καὶ γὰρ οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, ὅπου τῶν τελευτώντων αἱ ψυχαὶ κατέχονται. Τόπος γὰρ ὁ ᾅδης ὑπὸ γῆν ἀποκεκληρωμένος ταῖς τῶν ἀποθανόντων ψυχαῖς. Ποῦ τοίνυν ὁ λῆρος Ἀπολινάριος, ὁ τὴν προσληφθεῖσαν σάρκα δογματίζων ἄψυχον καὶ ἄνουν, ὡς ἀνόητος ; D

VERS. 7. *Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum.* Hæc, et quæ sequuntur, ut homo loquitur. De humanitate etiam Christi loquebatur Evangelista, quando consona his verba illa dicebat : *Puer autem crescebat, et spiritu invalescebat, et implebatur sapientia* [*et gratia apud Deum et homines* [19]]. Gratias agit igitur de sapientiæ thesauro sibi a Deo præstito.

Insuper usque ad noctem erudierunt me renes mei. Per renes partem illam animæ intellige, quam concupiscibilem dicimus. Concupiscentia enim in renibus jacet : et per noctem, ipsam Domini mortem. Concupiscentia mea, inquit, nulla nimirum appetens terrena, sed divinis tantum eloquiis, ac piis operationibus intenta, erudivit me, et ad ipsam usque mortem vitam meam direxit. Vel, per mortem, occulta mysteria intellige. Ut sit sensus : Concupiscentia mea erudivit ac pervexit me usque ad occulta ipsa mysteria, et plerisque hominum ignota.

VERS. 8. *Prævidebam Dominum in conspectu meo semper.* Ante omnes alios ego semper videbam Deum : qui mihi in oculis animæ meæ, quasi in conspectu ipso apparebat.

Quoniam a dextris est mihi ne commovear. Videbam autem eum in conspectu meo, quoniam in dextris actionibus meis semper adest, in eis requiescens. Appropinquat enim Deus omnibus iis qui per virtutem ei appropinquant. A dextris vero meis adest ut adjuvet me, ne a recta unquam via commovear ad non rectam. *Custodit* enim *Deus omnes qui eum diligunt* [20].

VERS. 9. *Propter hoc lætatum est cor meum, et exsultavit lingua mea.* Cor meum lætitia impletum est, quia hæreditatem recepi, quia inimicum devici, quia talem mecum adjutorem habui : unde lingua mea potita atque oblectata tanto gaudio, hymnum et laudes victoriæ cauit, et magnalia Dei commemorat.

Insuper et caro mea requiescet in spe. Hoc de sepultura Dominici corporis dictum est, quod in sepultura jacebat : in spe tamen celeris resurrectionis. Sciens enim id Dominus prædixerat sæpe discipulis se post triduum resurrecturum.

VERS. 10. *Quoniam non derelinques animam meam in inferno.* Hujus etiam spei causam apponit. Tu enim, inquit, non derelinques animam meam in inferno, ubi cæterorum mortuorum animæ detinentur. Infernus quippe locus est sub terra animabus mortuorum designatus. Ubi igitur sunt Apollinaris nugæ, qui assumptam Christi carnem sine anima, sine intellectu et sine mente esse dicebat ? Sed o quam ipse potius sine mente fuisse convincitur !

[19] Luc. II, 40. [20] Psal. CXLIV, 20.

Digitized by Google

Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Hoc de corpore Domini similiter dictum est, Tu, inquit, cui ob partas virtutes, oblatus, dedicatus, et sanctificatus sum, non me permittes corruptionem corporis sustinere : quinimo illud tanquam quod omni caruit peccato, in suis partibus indissolutum conservabis, ut anima in incorruptum corpus remeante, cito resurgam. Illud etiam adnotandum est, quod interitus in mortuis disjunctio est ac separatio animæ a corpore : corruptio vero est membrorum atque aliarum partium in terram et in pulverem resolutio. A

Vers. 11. *Notas mihi fecisti vias vitæ.* Docuisti me, inquit, virtutes quæ ad immortalem vitam hominem dirigunt [per quas et incederem ipse et discipulis meis incedendum esse traderem]. Vel aliter : Revelasti tu mihi, inquit, vias vitæ, hoc est, resurrectionis meæ atque iteratæ vitæ modos ; per quas vias docens discipulos ingressus sum. B

Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Filius vultus est et facies Patris. *Qui enim, inquit, vidit me, vidit et Patrem meum*[31]. Nam et character etiam ejus dicitur et imago[32]. Post resurrectionem, inquit, lætificabis me, me, inquam, assumptum hominem, et assumenti conjunctum divinitati. Ante resurrectionem enim mœstus erat ac tristis, lacrymabaturque, et sollicitudinibus erat plenus, lege nimirum humanæ naturæ. Vel aliter : *Cum vultu tuo*, circumloquendo dixit ; id est, tecum. Ipsum enim Christi corpus Filio unitum erat et Filius Patri : unde communis erat eorum lætitia propter humanam salutem, quam mors per crucem operata est.

Delectatio in dextera tua usque in finem. Dextera Patris, Filius dicitur, quemadmodum et brachium ejus, et potentia et delectatio. Ait igitur quod perpetua exsultatio erit Filio Dei, quia secum eos exsurgere fecit, qui olim ob peccatum deciderant : et quia hæreditatem suam recepit. C

Oratio ipsi David.

PSALMUS XVI.

Persecutionem sustinens a Saule beatus David, et multis impetitus injuriis, psalmum hunc conscripsit, quo Deum in auxilium advocat. Qui tamen unicuique viro virtute prædito atque oppresso ab inimicis accommodari potest.

Vers. 1. *Exaudi, Domine, justitiam meam.* Exaudi, inquit, justitiam meam : hoc est affectum atque amorem meum erga justitiam, qui actionibus atque operationibus suis, quasi lingua quadam ad te clamat. Nam cum potuerim sæpenumero inimicissimum mihi Saulem occidere, abstinui tamen justitiæ hujus amore ; quia a te constitutus est rex. Quinimo nec verbis illum objurgare ausus sum, cum sit populi caput, et ab illius injuria abstinere D

Οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Τοῦτο περὶ τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος. Οὐδὲ γὰρ ἐμὲ, τὸν ἀναπεμφθέντα σοι δι' ἀρετῶν οἰκειώσεως, παραχωρήσεις ὑποστῆναι τὴν κατὰ τὸ σῶμα διαφθοράν· ἀλλ' ὡς ἀναμάρτητον τούτων, συντηρήσεις ἀδιάλυτον ἐν τοῖς οἰκείοις μέρεσιν, ἵνα τῆς ψυχῆς ἐγκατοικισθείσης αὐτῷ, παντελῶς ἀρτίῳ, θᾶττον ἀναστῶ. Φθορὰ μὲν οὖν, ἐπὶ τῶν θανόντων, ἡ διάζευξις τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος· διαφθορὰ δὲ, ἡ διάλυσις τῶν τοῦ σώματος μερῶν καὶ μελῶν εἰς χοῦν.

Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς. Ἔδειξάς μοι τὰς ἀρετὰς, αἳ ποδηγοῦσι πρὸς τὴν ἀθάνατον ζωήν. Ἢ ἀπεκάλυψάς μοι τοὺς τρόπους τῆς ἐμῆς ἀναστάσεως καὶ παλιγγενείας, (54) ἃς αὐτὸς βαδίσας, ἔφηνε τοῖς μαθηταῖς.

Πληρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου. Πρόσωπον Πατρὸς Υἱός. Ὁ ἑωρακὼς γάρ φησιν, ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα μου· ἐπεὶ καὶ χαρακτὴρ αὐτοῦ λέγεται καὶ εἰκών. Εὐφρανεῖς οὖν με, φησὶ, τὸν προσληφθέντα ἄνθρωπον, μετὰ τοῦ προσλαβόντος Θεοῦ, μετὰ τὴν ἀνάστασιν· πρὸ ταύτης γὰρ, καὶ ἐλυπεῖτο, καὶ ἐδάκρυε, καὶ ἠγωνία νόμῳ φύσεως. Ἢ καὶ *μετὰ τοῦ προσώπου σου*, ἀντὶ μετὰ σοῦ, περιφραστικῶς· ὁ μὲν γὰρ ἡνωμένος ἦν τῷ Υἱῷ, ὁ δὲ Υἱὸς, τῷ Πατρὶ, καὶ κοινὴν ἔσχον τὴν εὐφροσύνην ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἣν ὁ διὰ σταυροῦ θάνατος εἰργάσατο.

Τερπνότης ἐν τῇ δεξιᾷ σου εἰς τέλος. Δεξιὰ τοῦ Πατρὸς, ὁ Υἱὸς, ὥσπερ καὶ βραχίων, καὶ δύναμις. Τέρψις, φησὶ, καὶ ἀγαλλίασις ἔσται τῷ Υἱῷ σου διὰ παντὸς, τοὺς πεπτωκότας συναναστήσαντι, καὶ τὴν αὐτοῦ κληρονομίαν ἀπολαβόντι.

Προσευχὴ τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΙϚ'.

Ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκόμενος, καὶ ποικίλως ἐπιβουλευόμενος, ἔγραψε τὸν ψαλμὸν τοῦτον, εἰς ἐπικουρίαν τὸν Θεὸν ἐγκαλούμενος. Ἁρμόζει δὲ καὶ παντὶ ἀνδρείῳ ἐπιβουλευομένῳ.

Εἰσάκουσον, *Κύριε, δικαιοσύνης μου.* Τῆς περὶ τὸ δίκαιον διαθέσεως, ἥτις διὰ τῶν πράξεων ὡς διὰ γλώττης, βοᾷ· διαφόρως γὰρ δυνάμενος ἀνελεῖν τὸν πολεμικώτατόν μοι Σαοὺλ, ἐφεισάμην, ὡς ἐπὶ Θεοῦ βεβασιλευκότα, καὶ οὐδὲν ὑβρίσαι τοῦτον λόγῳ ἐτόλμησα. Κεφαλὴ γάρ ἐστι παντὸς τοῦ λαοῦ· δίκαιον δὲ τούτου διὰ ταῦτα φείδεσθαι κατὰ πάντα. Ἢ δικαιοσύνην ἐνταῦθα λέγει τὴν δικαιολογίαν αὐτοῦ, καθ' ἣν δικαιοῦται, ἣν καὶ πρὸ τῶν τιθησιν. Οὕτως

[31] Joan. xiv, 9. [32] Hebr. i, 3.

Variæ lectiones.

(54) Ἃς, ζητοῦσι τὰς ἀρετάς.

Digitized by Google

οὖν νοούντων ἡμῶν, οὐ δίξει κομπάζειν ὁ Προφήτης, ἀλλὰ λόγῳ παρακαλεῖν.

semper æquum sit. [Scriptum est enim : *Principi populi tui non maledices* [99].] Vel per justitiam hoc in loco justificationem suam et juris sui rationes intelligit, quibus causa sua justificatur, et quas in progressu ponit. Atque hoc pacto a jactantiæ suspicione Prophetam vindicabimus, quoniam magna cum cum ratione sic petere perspecturi simus.

Πρόσχες τῇ δεήσει μου. Δέησιν ὑπολαπτέον, τὸ σχῆμα τῆς παρακλήσεως· ἐλεεινὸν γὰρ, ὡς μεστὸν κατηφείας, καὶ συντριβῆς, καὶ ταπεινώσεως, καὶ μόνον ἀπὸ τῆς ὄψεως δυτωπεῖν δυνάμενον.

Intende deprecationi meæ. Deprecationem accipit pro figura et forma precum suarum, quæ miseranda erat, mœrore nimirum plena ac contritione et humilitate : quæque vel solo intuitu conciliare sibi poterat Deum.

Ἐνώτισαι τὴν προσευχήν μου, οὐκ ἐν χείλεσι δολίοις. Τοῦτο καθ' ὑπερβατὸν ἀναγνωστέον, ἵν' ᾖ, τὴν οὐκ ἐν χείλεσι δολίοις προσευχήν μου. Ἢ καὶ ἐλλειπτικῶς· Ἐνώτισαι τὴν προσευχήν μου, οὐκ ἐν χείλεσι δολίοις γινομένην, ἢ προσαγομένην· καθαρὰ γὰρ ψεύδους τὰ χείλη μου, καὶ οὐ σύνοιδα λαλήσας ποτὲ δόλια τῷ Σαοὺλ, ἀλλ' ὁμολογήσας τὴν εἰς αὐτὸν ἀγάπην, φυλάττων καθαρὰν τὴν ὁμολογίαν, εἰ καὶ αὐτὸς τὰς πρὸς ἐμὲ ψεύδεται συνθήκας. Τρία δὲ προβάλλεται πρὸς ἀντίληψιν, τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, τὸ σχῆμα τῆς δεήσεως, καὶ τὴν ἐξ ἀδόλων χειλέων προσευχήν, ἵνα καὶ μᾶλλον ἐρεθίσῃ πρὸς ἄμυναν.

Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis. Hoc per figuram hyperbaton legendum est, ut sit sensus : Suscipe orationem meam, oblatam tibi non dolosis labiis. Munda quippe sunt labia mea ab omni mendacio et dolo. Neque enim mihi conscius sum, quod Sauli dolosa aliquando loquutus sim : quinimo amorem et dilectionem meam in eum palam confessus, integram adhuc confessionem conservo : tametsi is pacta mecum inita confregerit et mentitus sit. Tria vero in auxilium suum proponit : justitiam, supplicationis formam et orationem a non dolosis labiis provenientem, ut per hæc tria nimirum in auxilium suum Deum magis commoveret.

Ἐκ προσώπου σου τὸ κρῖμα μου ἐξέλθοι. Σὺ δικαστὴς ἡμῖν, ὁ τὰ ἡμέτερα πρὸς ἀκρίβειαν εἰδώς, καὶ μόνος ἀῤῥεπὴς δικαστής. Ὁ Θεὸς γὰρ, κριτὴς δίκαιος, καὶ ἰσχυρὸς περατῶσαι τὴν οἰκείαν ἀπόφασιν. *Ἐκ προσώπου* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἐκ σοῦ, περιφραστικῶς, ἢ ἐνώπιόν σου. *Τὸ κρῖμα μου* δὲ, τουτέστιν, ἡ περὶ ἐμὲ ἀπόφασις. Ἄδικον γὰρ ἡγοῦμαι δικάζειν ἐμαυτῷ, καὶ κολάζειν τὸν ἀναιρεῖν ἐπαγόμενον (55).

Vers. 2. *De vultu tuo judicium meum prodeat.* Utinam, inquit, tu nobis judex sis, qui nostra omnia exactissime nosti ; et solus justus judex es, et potens, qui ad exitum propriam deducas sententiam. *De vultu tuo*, circumloquendo dixit ; hoc est, a te ipso, vel coram te : *Judicium* autem *meum*, hoc est sententia, quæ de me ferenda est. Hoc, inquam, judicium, opto ut feratur a te : injustum enim reputo, ut in propria mihi causa judex sim, et a me ipso puniri illum debeam, qui ad meum festinat interitum.

Οἱ ὀφθαλμοί μου ἰδέτωσαν εὐθύτητας. Ἴδοιμι ψῆφους ἐφ' ὑμῖν (56) ἐξενηνεγμένας.

Oculi mei videant æquitates. Utinam ego, inquit, suffragia viderem et æquas de nobis proferendas a te sententias.

Ἐδοκίμασας τὴν καρδίαν μου· ἐπεσκέψω νυκτός. Οὐ μόνον ἀδίκου πράξεως ἀπεσχόμην, ἀλλὰ καὶ πονηρᾶς ἐνθυμήσεως· ἠρεύνησας γὰρ, ὁ καρδιογνώστης, καὶ οὐχ εὑρές τινα μελέτην κατὰ τοῦ Σαοὺλ, ἐν τῇ καρδίᾳ μου· καὶ ἴδες αὐτὴν οὐκ ἐν τῇ εὐπραγίᾳ μόνον ὀρθῶς ἔχουσαν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ νυκτὶ τῶν πειρασμῶν καὶ θλίψεων, ἃ σκοτίζουσι τὸν νοῦν, καὶ τῆς εὐθείας ἀποπλανᾶσθαι παρασκευάζουσι. Κατὰ γὰρ τὸν Ἰὼβ εἰπεῖν, *Ἐν τῷ φωτί σου ἐπορευόμην ἐν σκότει, ὅτι λύχνος ἦν τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς τοῖς ὄμμασί μου.* Ἢ καὶ νύκτα λέγει, καθ' ἣν ἐν τῷ σπηλαίῳ λαβὼν ὑποχείριον, οὐκ ἀνεῖλεν.

Vers. 3. *Probasti cor meum et visitasti nocte.* Non tantum, inquit, ab injustis ego actionibus abstinui, sed a pravis etiam cogitationibus. Tu enim qui scrutator es cordium investigasti me, nec ullam in corde meo iniquam adversus Saul cogitationem invenisti. Tu mentem meam rectam semper fuisse nosti, nec in secunda id tantum fortuna, sed et in ipsa etiam tentationum atque afflictionum nocte : quæ mentes hominum obtenebrare solet, et occasiones præstare, ut veluti errabundus a recto calle quis deviet. Nam, ut verbis et amictu beati Job. *In lumine tuo ambulabam in tenebris : quoniam lex tua lucerna erat pedibus meis, et lumen semitis meis* [100], vel noctem fortassis illam dicit, qua in potestate sua Saulem habuit in spelunca, et tamen occidere eum noluit.

Ἐπύρωσάς με, καὶ οὐχ εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδικία. Ἐπύρωσάς με πυρὶ τῶν πειρασμῶν, ὡς οἱ τεχνῖται τῷ πυρὶ τὸν χρυσὸν, ὅπως γνοῖεν, εἰ ἐστι καθαρός·

Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas. Examinasti me; inquit, igne tentationum, non secus ac cum artifices igne aurum examinant,

[99] Exod. xxii, 28. [100] Job xxix, 3.

Variæ lectiones.

(65) Ἰσ. ἐπειγόμενον.

(56) γρ. ἐξενηνεγμένας.

Digitized by Google

ut cognoscant an mundum id sit et purum. Et cum auri instar fusus sim et probatus, nulla tamen in me inventa est injustitia, quam patraverim adversus Saul. Neque enim inter angustias malum aliquod adversus eum, ut pusillanimis, aut consultavi unquam aut decrevi.

καὶ χωνευθέντος μου τούτοις καὶ βασανισθέντος, οὐχ εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδικία κατὰ Σαοὺλ, οὐδὲ μικροψυχήσας ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ἐβουλευσάμην τι πονηρόν.

Vers. 4. *Ut non loquatur os meum opera hominum.* Hic versiculus consequentia non caret ad præcedentia, ut aliqui existimarunt, quinimo commodissime eis adjungitur, et causam continet, quare examinatus fuerit et afflictus beatus David. Hac, inquit, de causa tu me tentationibus examinari permisisti, ne si major fuissem quam quod tentari aut affligi possem, extollerer fortassis : neve accusarem Saul, aut illius injustitias superbo deriderem atque exprobrarem. Vel aliter : Tu ideo me examinasti, ut ego conversus ad te, non humana opera, sed tua commemorarem beneficia, et quemodo tu omnia in melius semper dirigis. Solemus enim in afflictionibus tui semper magis meminisse.

Ὅπως ἂν μὴ λαλήσῃ τὸ στόμα μου τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων. Οὐκ ἔστι τὸ παρὸν ῥητὸν ἀνακέλουθον, ὡς τινες ᾠήθησαν· ἀλλ' αἰτίᾳ ὀκαὶ τῆς πυρώσεως· διὰ τοῦτο γὰρ παρεχώρησας πυρωθῆναί με πειρασμοῖς, ἵνα μὴ μέγων ἀνώτερος αὐτῶν ὑπεραίρωμαι, καὶ διαβάλλω τοὺς ἀμφὶ τὸν Σαοὺλ, θριαμβεύων ἃ πράττουσιν ἄδικα. Ἢ καὶ ἵνα πρὸς σὲ συντόμως ἐπιστρεφόμενος (ἐν θλίψει γάρ ἐμνήσθημέν σου), τὰ σὰ ἔργα λαλῶ, πῶς ἅπαντα πρὸς τὸ συμφέρον οἰκονομεῖς.

Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras. Per verba labiorum Dei, mandata legis intelligit, quæ per Moysem data sunt. Labiorum autem Dei, improprie dicit, quasi a Deo prolata sint ea mandata. Propter hæc itaque mandata ego, inquit, custodivi, hoc est, ego ambulavi vias duras : virtutum nimirum vias quæ asperæ sunt et laboriosæ, et omni corporis delectatione prorsus carentes. Custodire etiam apud Scripturam sæpissime positum reperimus, pro operari, ut illud : *Custodivi mandata tua* [38], hoc est adimplevi.

Διὰ τοὺς λόγους τῶν χειλέων σου ἐγὼ ἐφύλαξα ὁδοὺς σκληράς. Λόγους χειλέων καλεῖ τὰς ἐντολὰς τοῦ διὰ Μωσέως δοθέντος νόμου· χειλέων δὲ Θεοῦ, καταχρηστικῶς, οἷα παρὰ Θεοῦ ὑφηγηθείσας. Διὰ ταύτας οὖν, φησὶν, ἐγὼ ἐφύλαξα, τουτέστιν ἐδάδισα ὁδοὺς σκληράς, τὰς τῶν ἀριτῶν· τραχεῖαι γὰρ αὗται, καὶ ἐπίπονοι, πάσης σωματικῆς ἡδονῆς ἀπεστερημέναι. Φυλάττειν δὲ παρὰ τῇ συνηθείᾳ τῆς Γραφῆς, τὸ ἐνεργεῖν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, λέγεται, ὡς τό· *Ἐφύλαξα τὰς ἐντολάς σου*, τουτέστι, πράξας ἐπλήρωσα.

Vers. 5. *Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non commoveantur gressus mei.* Bis gressuum meminit, et per eos priori loco mentis motus intelligit, secundo vero motus corporis. Ait igitur, Tu, Domine, perfectas ac rectas facito cogitationes meas, in mandatis tuis, quæ gradientes per ea homines ferunt ad te. Nam si hæ mentis cogitationes perfectiores reddantur, cæteræ etiam operationes corporis non titubabunt, quinimo tutiores erunt. Vel perfice gressus meos, hoc est, omnes actiones meas, dum ambulo per vias tuas, quas in mandatis tuis esse statuisti iis qui festinant venire ad te : ne si forte commemorati gressus mei nullam a te perfectionem acceperint, devient aliquando ab honesto, et sequantur quæ deteriora sunt. Tu enim es qui doces hominem scientiam.

Κατάρτισαι τὰ διαβήματά μου ἐν ταῖς τρίβοις σου, ἵνα μὴ σαλευθῶσι τὰ διαβήματά μου. Ἄνω μὲν ὠνόμασε διαβήματα τὰ τοῦ νοῦ κινήματα· κάτω δὲ, τὰ τοῦ σώματος. Οἷον τέλεια καὶ ὀρθὰ ποίησον τὰ νοήματά μου ἐν τοῖς προστάγμασί σου, τοῖς φέρουσιν εἰς σὲ τοὺς δι' αὐτῶν ὁδεύοντας· τούτων γὰρ τελειωθέντων, οὐδὲ αἱ διὰ σώματος πράξεις ἀποσφαλεῖεν ἄν. Ἢ κατάρτισαι τὰ διαβήματά μου, τουτέστιν, ἐνέργειάν μου πᾶσαν ἐν τῷ ὁδεύειν τὰς τρίβους σου, ἃς διὰ τῶν ἐντολῶν ἔτεμες τοῖς σπεύδουσιν ἐλθεῖν ἐπὶ σὲ, ἵνα μὴ παρακινηθῶσι τοῦ προσήκοντος, μὴ παρὰ σοῦ καταρτιζόμενα· οὐ γὰρ εἶ ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν.

Vers. 6. *Ego clamavi quoniam exaudisti me, Deus.* Non frustra, inquit, fundo preces ad te, nam et alias cum ad te orarem exauditus sum.

Ἐγὼ ἐκέκραξα, ὅτι ἐπήκουσάς μου, ὁ Θεός. Οὐ μάτην ποιοῦμαι τὴν παράκλησιν, ὅτι καὶ πάλαι παρακαλέσαντός μου ἤκουσας.

Inclina aurem tuam mihi et exaudi verba mea. Atqui aures in nobis inclinari non possunt : sed enim inclinato capite erga illum quem auditurum sumus, condescendimus, videntur etiam aures in nobis inclinari. In superioribus jam diximus quemadmodum Propheta sæpenumero ab humanis operationibus divinas exprimit, imbecillitati ac cras-

Κλῖνον τὸ οὖς σου ἐμοὶ, καὶ εἰσάκουσον τῶν ῥημάτων μου. Καὶ μὴν ἀκλιτόν ἐστιν ἐν ἐμοὶ (37) τὸ οὖς· ἀλλ' ὅτι κλινομένης τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τὸν λέγοντα, δοκεῖ τοῦτο κλίνεσθαι. Προείρηται δὲ, ὅτι ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων ἐνεργειῶν τὰ θεῖα χαρακτηρίζει, συγκαταβατικώτερον, διὰ τὴν τῶν ἀκροωμένων ἀσθένειαν. Οἱ γὰρ βουλόμενοί τινος ἀκριβέστερον

[38] Psal. CXVIII, 166.

Variæ lectiones.

(37) Ἰσ. ἡμῖν, ut legisse videtur Latinus interpres.

Digitized by Google

ἀκούειν, ἀδρανῶς ὑπ' ἀσθενείας φθεγγομένου, κλίνουσι αὐτῷ διὰ τῆς κεφαλῆς τὸ οὖς. Κλῖνον ὡς ὑψηλὸς ἐπὶ ταπεινῷ, ὡς ἰατρὸς ἐπὶ νοσοῦντι. Εἴη δ' ἂν ὅρασις μὲν Θεοῦ, ἡ ἁπλῶς γνῶσις τῶν πραγμάτων οὖς δέ, ἡ λεπτοτέρα· τὰ γὰρ ὁρατὰ τῶν ἀκουστῶν, παχύτερα, διὰ τὴν ὕλην. Ἄνω δὲ καὶ κάτω τῆς παρακλήσεως τὸ, εἰσάκουσον, καὶ πρόσχες, καὶ ἐνώτισαι, καὶ τὰ τοιαῦτα, εἰς ἔμφασιν τῆς πρὸς τὴν αἴτησιν ὁλοψύχου διαθέσεως.

A situdini auditorum condescendens. Solent itaque ii caput inclinare, qui exilis hominem vocis audire diligentius cupiunt : unde et cum capite aures pariter inclinare videntur. Inclina igitur et tu, Deus, aurem tuam, tanquam excelsus ad humilem, tanquam medicus ad infirmum. Et visus quidem in Deo est simplicior quædam rerum cognitio, auditus vero exactior et perfectior scientia. Nam quæ visibilia sunt, propter materiam quæ visibilibus rebus inest, crassiora sunt, quam quæ audiri queunt. Superius igitur atque inferius supplicans beatus David, hujusmodi verbis usus est, quæ majorem Dei cognitionem ac majorem attentionem desiderent. Exaudi enim, inquit, intende, auribus percipe, et alia hujusmodi, quæ verba etiam sæpius replicavit in majorem nimirum emphasim, ac majorem significationem summæ affectionis suæ, ex tota cupientis anima petitionem a se oblatam impleri.

Θαυμάστωσον τὰ ἐλέη σου, ὁ σώζων τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σέ. Θαύματος ἄξια φανῆναι ποίησον. Ἔλεη δὲ λέγει, τὴν ἀντίληψιν. Οἱ γὰρ ἰδόντες αὐτὸν ὑπερασπιζόμενον, ἐθαύμασαν αὐτήν, ὡς ταχεῖαν, καὶ πανσθενῆ, καὶ ὡς μὴ μόνον δίκαιον, ἀλλὰ καὶ ἁμαρτωλὸν ἀντιλαμβανομένην.

B Vers. 7. *Mirifica misericordias tuas qui salvos facis sperantes in te.* Fac, inquit, ut misericordiæ tuæ admiratione dignæ videantur. Misericordias autem Dei hic divinum auxilium appellat. Omnes enim qui beatum David adjutum a Deo, et servatum a tantis viderunt periculis, admirati sunt tam celere ac validum auxilium : quinimo et illud, quod non tantum justis Deus, sed quod peccatoribus etiam opem præstat.

Ἐκ τῶν ἀνθεστηκότων τῇ δεξιᾷ σου, φύλαξόν με ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ. Φύλαξόν με, Κύριε, ἀπὸ τῆς ἐπιβουλῆς τῶν περὶ Σαοὺλ, οἳ ἀνθεστήκασι τῇ χειροτονίᾳ σου. Διὰ γὰρ τῆς χειρὸς, ταύτην ἐδήλωσε. Σὺ μὲν γὰρ ἐχειροτόνησάς με βασιλέα, διὰ τοῦ προφήτου χρίσαντος· οὗτοι δὲ σκευλάζουσιν ἀνελεῖν, οὐ καταδεχόμενοι. Θαυμαστὴ δὲ ὄντως ἡ περὶ τὴν κόρην τοῦ ὀφθαλμοῦ φυλακή· χιτὼν γὰρ ἐπὶ χιτῶνι, καὶ περιβολαὶ ποικίλαι ταύτην περιτοιχίζουσι. Καὶ οἱ μὲν λεπτοὶ καὶ διαφανεῖς, ἵνα μὴ τραχύνωσιν C ὑγρὰν οὖσαν καὶ ἁπαλὴν· ἔξωθεν δὲ, παχὺς ὁ τῶν βλεφάρων, δυσὶν ἡμικυκλίοις διηρημένος, ἵνα καὶ τὸν κονιορτὸν ἀποσοβῇ, καὶ τὴν ἐξ ἀέρος βλάβην, καὶ τὰ περιττὰ ζωΰφια. Τετρύχωται δ' οὗτος, ἵνα τὸν ἐγγὺς ἱδρῶτα καταῤῥέοντα κωλύῃ· δριμὺς γάρ ἐστι καὶ λυπηρός. Ἐπάνω δὲ τούτου, φάραγξ ὀφρύος. Ἐσχημάτισται δὲ καθάπερ τις στερέωσις δροφος. πεπύκασται δὲ καὶ οὗτος θριξίν, ἵνα μὴ ὁ φερόμενος ἄνωθεν ἱδρὼς ἐπὶ τὴν σκηνὴν τῆς κόρης ἐμβάλλοι· ἀλλ' ἀναχρυόμενος ἐκεῖθεν, ἐπὶ τοὺς κροτάφους μετοχετεύεται.

Vers. 8. *A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, Domine, ut pupillam oculi.* Custodi me, Domine, ab insidiis Saul et complicum ejus, qui electioni per te factæ resistunt. Per manum enim, hanc significavit. Tu enim per prophetam, a quo inunctus sum, me in regem elegisti : isti vero non suscipientes quod fecisti, mihi necem parant. Admiranda est autem quam maxime custodia illa, quam oculus pupillæ præstat. Siquidem tunica super tunicam, et quædam tegumenta eam muniunt : quorum alia tenuia ac transparentia sunt, ne pupillæ quæ suapte natura humida est et mollis, asperitatem inferant, alia vero exterius crassiora, ut palpebrarum tunica, quæ duobus est semicirculis distincta, ut pulveris et aeris læsionem, et parvula quæque animantia, repellat : et pilis etiam quibusdam vallata, ut sudorem prope fluentem prohibeat. Acutus enim sudor est atque admodum molestus. Superius præterea supercilii vallis formata est. Ipsum autem supercilium, veluti tectum quoddam firmum ac validum jacet : quod pilis etiam multis ac condensis ornatum ac munitum est, ne sudor desuper fluens in pupillæ habitaculum irruat. Illinc enim repulsus, in ipsa devolvitur tempora. [Cum tanta igitur præstet oculus pupillæ custodiam, non mirandum si parem sibi a Deo Prophetæ præstari optat.]

Ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου σκεπάσεις με D ἀπὸ ἀσεβῶν, τῶν ταλαιπωρησάντων με. Ἑτέραν εἰκόνα φυλακῆς εὗρεν, ἀξιοῖ νεοττοῦ τρόπον ἐπισκέπτεσθαι, πτέρυγας καλῶν τὰς συνοπτικὰς, καὶ φρουρητὰς, καὶ θαλπτικὰς δυνάμεις τῆς παντοδυνάμου προνοίας, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ταῖς ἑαυτῶν πτέρυξι σκεπόντων τοὺς νεοττοὺς πετεινῶν. Τὸ γοῦν *Σκεπάσεις*, ἢ ἀντὶ εὐκτικοῦ νοήσομεν· πολλαχοῦ γὰρ τῆς Γραφῆς τὸ τοιοῦτον εἶδος· ἢ καὶ προφητεύει τὴν παρὰ Θεοῦ βοήθειαν. Πρόσωπον δὲ ἀσεβῶν, αὐτοὺς λέγει τοὺς ἀσεβεῖς. Καταχρηστικῶς δὲ τῶν εἶπεν ἀσεβεῖς τοὺς ἀμφὶ τὸν Σαοὺλ, ὡς δίκην ἀσεβῶν ζῶντας ἐν ἀνομίαις, καὶ διώκοντας ἐλεῖν

Vers. 9. *In protectione alarum tuarum protreges me a facie impiorum, qui me afflixerunt.* Adinventa alia custodiæ similitudine, pulli in morem rogat Propheta se protegi. Per alas autem divinæ Providentiæ vires intelligit : quibus continere conservareque omnia Deus solet et fovere. Quod ex metaphora avium sumptum est, quæ proprios pullos alis tuentur ac protegunt. Quod vero, ait *Protreges*, futurum pro optativo positum intellige, ut sæpe apud Scripturam positum reperimus. Vel quia prædicit beatus David, ut Propheta, auxilium quod sibi a Deo præstandum erat. Faciem etiam impiorum pro ipsis impiis intellige. Improprie autem

Digitized by Google

Saulem et socios, impios [seu potius, ut sæpe alibi diximus, juxta Græcæ dictionis ἀνόμους verlorem significationem, exleges] appellavit : eo quod gentium more, exleges viverent in peccatis, et quia innocentem occidere studebant ; nec electionem illam verebantur, quam eis Deus significaverat se fecisse de David, dum immodice eum affligerent, et in causa essent ut exsul ac profugus omne calamitatum genus sustineret.

A τοὺς ἀλλοίους, καὶ ὡς μὴ σεβομένους τὴν δηλωθεῖσαν ἐπ' αὐτῷ τοῦ Θεοῦ χειροτονίαν· οἱ καὶ ἐταλαιπώρησαν αὐτὸν, περὶ τὴν φυγὴν πᾶσαν κακοπάθειαν ὑφιστάμενον.

Vers. 10. *Inimici mei animam meam circumdederunt.* Per animam suam seipsum intelligit, totum exprimens a parte. Circumdederunt autem, insidiis nimirum undique depositis.

Οἱ ἐχθροί μου τὴν ψυχήν μου περιέσχον. Ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἑαυτὸν ἐνέφηνεν, ὡς ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν. *Περιέσχον* δὲ, ἀντὶ τοῦ, περιεκύκλωσαν πάντοθεν καθίζοντες λόχους.

Adipem suum concluserunt. Per adipem cor intelligit et viscera : quoniam circum hæc multa solet inesse pinguedo. Ait igitur, omnem eos a corde atque a visceribus misericordiam intra seipsos clausisse. Misericordia enim a corde atque a visceribus dicitur descendere. Alii adipem exponunt pro bona habitudine ac felicitate, quam illos clausisse dicit Propheta, atque in seipsis continuisse, veluti nunquam amplius recessuram, sed cum eis perpetuo futuram.

Τὸ στέαρ αὐτῶν συνέκλεισαν. Διὰ τοῦ στέατος τὴν καρδίαν καὶ τὰ σπλάγχνα δηλοῖ· περὶ ταῦτα γὰρ πολλὴ πιμελή. Καί φησιν ὅτι Ἀπέκλεισάν μοι τὸν ἐκ καρδίας καὶ σπλάγχνων αὐτῶν ἔλεον, ἐξ ὧν οὗτος πράσεται. Ἄλλοι δέ φασιν ἑρμηνεύοντες στέαρ B τὴν εὐδοξίαν εἶναι καὶ εὐημερίαν, ἣν ἀπέκλεισαν καὶ οἷον συνέχον, ὡς μηκέτι φευξομένην, ἀλλὰ δι' ὅλου ἐσομένην αὐτοῖς.

Os eorum locutum est superbiam. Jactabant enim illi cito se comprehensuros beatum David, nec posse illum ab eorum manibus evadere : quasi ex nullo latere exspectandum illi amplius esset auxilium.

Τὸ στόμα αὐτῶν ἐλάλησεν ὑπερηφανίαν. Ἐκόμπαζον γὰρ θᾶττον αὐτὸν συσχεῖν ὡς ἀθήρευτον, μηδαμόθεν ἔχοντα βοήθειαν.

Vers. 11. *Ejicientes me nunc circumdederunt me.* Expulerunt me, inquit, ex omnibus bonis meis : nec satis hoc eis fuit, sed rursus etiam circumdederunt, morti me tradere festinantes.

Ἐκβάλλοντές με νυνὶ περιεκύκλωσάν με. Ἐξώσαντές με τῶν ἐμῶν ἁπάντων, οὐκ ἠρκέσθησαν· ἀλλὰ καὶ νῦν περιεκύκλωσάν με, θανατῶσαι σπουδάζοντες.

Oculos suos statuerunt declinare in terram. Decreverunt, inquit, declinare oculos suos, a te nimirum, qui in cœlis habitas : atque a mandatis tuis, quibus mandasti ne insontem quis lædat ; atque hoc ut illos in terram converterent, hoc est ad terrenas concupiscentias. Quod nihil aliud est, quam absque ulla ratione quidquid libido postulat explere. Vel aliter litteram lege : Oculos suos statuerunt ut declinent in terram ; et tunc expone statuerunt, hoc est stabiliverunt et firmaverunt, observantes nimirum ut illum inclinent et demittant in terram, quem olim morti tradere contendunt. Oratio enim Græca utrumque sensum recipit.

Τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἔθεντο ἐκκλῖναι ἐν τῇ γῇ. Ἔθεντο, ἐσκέψαντο ἐκκλῖναι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἀπὸ σοῦ, τοῦ ἐν οὐρανοῖς οἰκοῦντος, καὶ τῶν σῶν προσταγμάτων, ἃ κελεύουσι μὴ ἀδικεῖν τινα ἀναίτιον, εἰς γῆν, τουτέστιν εἰς γηρὰς ἐπιθυμίας· αἵτινές εἰσιν ἀλόγως ἀποπλῆσαι πᾶν τὸ καθ' ἡδονήν. Καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐστήριξαν, ἐπιτηροῦντες ἐκκλῖναι καὶ καταβαλεῖν με εἰς γῆν, ὑπ' αὐτῶν ἀποσφαττόμενον. C

Vers. 12. *Susceperunt me quasi leo paratus ad prædam, et quasi catulus leonis habitans in abditis.* Quantum ad eorum spem attinet, ipsi me ita susceperunt ; quasi dicat : Illi sperabant accedere ad me, et suscipere me : hoc est suraum accipere, atque extollere a terra, et discerptum efferre. Differentiam inter leonem et leonis catulum, quidam hujusmodi tradiderunt dicentes : quod leo proprio fretus robore manifeste ac palam rapit, et quod catulus tanta carens confidentia, clam atque occulte se accingit ad prædam, unde abditus considere dicitur. Hoc pacto etiam inimicorum beati David, alii aperto Marte suis freti viribus in eum irruebant, alii autem veluti timidiores sibi ipsis non adeo fidentes, clam insidias struebant ; tametsi nihil impedit quin utrumque idem sibi velit atque idem significet. Solet enim Propheta sæpenumero

Ὑπέλαβόν με ὡσεὶ λέων ἕτοιμος εἰς θήραν, καὶ ὡσεὶ σκύμνος οἰκῶν ἐν ἀποκρύφοις. Ὅσον ἐπὶ ταῖς ἑαυτῶν ἐλπίσιν, ὑπέλαβόν με, τουτέστιν ὑπελθόντες, μετεώρισαν τῆς γῆς ἀνάρπαστον φέροντες. Διαφορὰν δὲ τοῦ λέοντος καὶ τοῦ σκύμνου τοιαύτην τινὲς ἀποδεδώκασιν, ὡς ὁ μὲν ἀλκῇ πεποιθὼς, φανερός ἐστιν ἐπὶ τῷ θηρεύειν· ὁ δὲ σκύμνος, μήπω θαρρῶν ἐκ τοῦ προφανοῦς ἁρπάζειν, κάθηται κρυπτόμενος. Καὶ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ τοίνυν οἱ μὲν ἐθάρρουν προφανῶς αὐτὸν ἁρπάσαι· τινὲς δὲ λαθραίως, ἑαυτοῖς οὐ πεθαρρηκότες. Οὐδὲν δὲ κωλύει ταὐτὸ καὶ ἄμφω δηλοῦν· εἰώθε γὰρ πολλάκις ἐν τοῖς παθητικοῖς λόγοις ὁ Προφήτης ταυτολογεῖν, ἐν ὑπαλλαγαῖς λέξεων, ἵνα (58) αὐξήσῃ τὸ πάθος, εἰς ὅλον ἐπισπάσηται D

Variæ lectiones.

(58) γρ. αὐξήσας vel valde καὶ ante εἰς.

Digitized by Google

in hujusmodi locis affectu plenis, easdem sententias varia oratione repetere, ut aucto affectu ad majorem Deum misericordiam trahat.

Ἀνάστηθι, Κύριε. Δοκῶν καθεύδειν διὰ τὴν μα A κροθυμίαν, κινήθητι ποὺς ἅμιλλαν.

Vers. 13. *Exsurge, Domine.* Quippe cum ob longanimitatem dormire quodammodo videaris. Exsurge igitur et movearis ad vindictam.

Πρόφθασον αὐτούς. Πρὸ τοῦ δοῦναι πείρατι τὰ μεμελετημένα, κατάλαβε αὐτούς.

Præveni eos. Tu, inquit, eos præoccupa priusquam ea quæ meditati sunt effectum aliquem sortiantur.

Καὶ ὑποσκέλισον αὐτούς. Ἐμπόδισον τῷ κατ' ἐμοῦ δρόμῳ· τοῦτο δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν βουλομένων τισὶν ἐπικόπτειν τὸν δρόμον, οἱ τρεχόντων τοῖς ποσὶν αὐτῶν ὑποτιθέασι τὰ σκέλη κατὰ πάροδον, καὶ οὕτως εὐχερῶς καταβάλλουσι.

Et supplanta eos. Esto illis impedimento dum currunt et festinant adversum me. Quod ex eorum metaphora dictum est, qui dum currentem impedire volunt, tibiam aut pedem transeunti subjiciunt, ut hujusmodi offendiculo cum in terram prosternant.

Ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ ἀσεβοῦς, ῥομφαίᾳ σου, ἀπὸ ἐχθρῶν τῆς χειρός σου. Ἐν τῇ ῥομφαίᾳ σου ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τοῦ ἀσεβοῦς Σαοὺλ, B καὶ ἀπὸ τῶν ὑπηκόων αὐτοῦ, τῶν ἐχθραινόντων τῇ χειροτονίᾳ σου, τουτέστιν ἐμοί· ἢ, τῶν πολεμούντων τῇ χειρί σου, δηλαδὴ σοί, περιφραστικῶς. Εἰ γὰρ οἱ μὲν ἐμοὶ πολεμοῦσιν, ἐγὼ δέ, σός· οἱ πολεμοῦντες τῷ σῷ, σοὶ ἄρα πολεμοῦσι. Τίνος χάριν ἀσεβῆ τοῦτον λέγει, προειρήκαμεν. Καθ' ἑαυτὰ δὲ τὰ ῥητὰ ἀναγνωστέον, ἁπλούστως. Κατάλληλα δέ, καὶ τὸ, Ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου, πρὸς τὸ ῥηθὲν ἀνωτέρω· *Οἱ ἐχθροί μου* γάρ, εἶπε, *τὴν ψυχήν μου περιέσχον.* Ἀποροῦσι δέ τινες, πῶς ὁ φεισάμενος Σαοὺλ ἐν τῷ σπηλαίῳ, νῦν ἀναιρεθῆναι τοῦτον εὔχεται ῥομφαίᾳ Θεοῦ· καὶ λέγομεν ὡς αὐτὸς μὲν αὐτόχειρ βασιλέως οὐκ ἠνέσχετο γενέσθαι, καθὼς ἐν προοιμίοις ἐξηγησάμεθα τοῦ ψαλμοῦ· τὸν Θεὸν δὲ παρεκάλει πρὸς ἐκδίκησιν, ταλαιπωρούμενος, καὶ C ἐν πάσῃ κακοπαθείᾳ. Ὥσπερ γὰρ τὸ πρῶτον ἄδικον, οὕτω δίκαιον τὸ δεύτερον. Ἢ καὶ ἐν ῥομφαίᾳ λέγει, οὐκ ἀναιρούσῃ, ἀλλὰ φοβούσῃ τοὺς ἐχθρούς μόνον. Ἀνθρωποπρεπῶς δὲ εἴρηται· καὶ γὰρ ὁ θέλων ἐξελέσθαι τὸν ὑπὸ πολεμίων κατεχόμενον, ῥομφαίαν σπασάμενος, ὁρμᾷ κατ' αὐτῶν. Καὶ ὅτι οὐκ ἀναιρεθῆναι τοὺς ἀμφὶ τὸν Σαοὺλ, ἀλλὰ δυσπραγῆσαι (59) βούλεται, δηλοῖ τὰ ἑξῆς.

Eripe animam meam ab impio framea tua, ab inimicis manus tuæ. Tua, inquit, framea, hoc est tuo telo, libera animam meam ab impio Saul atque ejus sociis, qui electioni tuæ de me factæ tanquam inimici adversantur. Vel, Eripe me ab iis qui inimici sunt manus ac potentiæ tuæ, hoc est ab inimicis tuis: nam qui me oppugnant, qui a te electus sum, tecum etiam pugnare videntur. Saulem vero cur impium appellet, superius dictum est. Per se vero legenda sunt verba absolute. Illa autem verba: *Libera animam meam*, congrue dicta sunt, ut prioribus verbis respondeant, dum dixit: *Inimici mei animam meam circumdederunt.* Dubitant quidam quomodo beatus David, qui in spelunca inimico Sauli pepercit, nunc precetur occidi eum gladio Dei. Et dicendum, quod ipse quidem regis sui noluit occisor esse, ut circa principium psalmi diximus, et tamen Deum ad vindictam advocat, veluti qui omni erat calamitatum genere afflictus. Neque enim si occidere regem, injustum dicimus, ita etiam injustum dicimus, advocare Deum ad vindictam. Vel aliter: Libera me, inquit, framea tua, non ut occidas, sed ut ea tantum inimicos perterreas et repellas. Hoc etiam humano more dictum est; nam cum quis socium ab inimicis detentum eripere voluerit, evaginato gladio in eos ruit. Quod autem non petat beatus David Saulem et socios interimi, sed disjungi tantum ac dissolvi, manifestum fit ex sequentibus.

Κύριε, ἀπὸ ὀλίγων ἀπὸ γῆς διαμέρισον αὐτοὺς ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν. Ἔτι ζῶντας αὐτοὺς ἀφόρισον ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπων, καὶ μὴ ἔστωσαν αὐτοῖς ἐναρίθμιοι· ὃ καὶ ἀλλαχοῦ φησι· *Μετὰ δικαίων μὴ γραφήτωσαν*[60]· ἀφορισθέντες γάρ, τὴν ἀξίαν ἀποτίσονταί ποτε δίκην. Πολλάκις δὲ ἡ Γραφὴ ὀλίγους καλεῖ τοὺς ἀγαθούς. Οἱ γὰρ πλείους, ἀεὶ κακοί, καὶ ἀεὶ τὰ χείρονα νικᾷ· ὀλίγοι γάρ, φησὶν, οἱ σωζόμενοι, καὶ ὀλίγοι οἱ ἐκλεκτοί. Ὀλίγων δὲ εἰπὼν, ἐπήγαγεν· *ἀπὸ γῆς*, δεικνὺς, ὅτι καὶ οὗτοι ἀπὸ γῆς εἰσι· καὶ ὅμως οὐδὲν ἐμπόδιον τοῦτο γέγονεν αὐτοῖς D

Vers. 14. *Domine, a paucis de terra divide eos in vita eorum.* Adhuc viventes eos, inquit, divide ac distingue a probis hominibus, ne cum eis conversentur: quod aliis verbis alibi dicit: *Et cum justis non scribantur*[60]. Nam si disjungantur, condignas aliquando pœnas dabunt. Solet etiam sæpenumero Scriptura per paucos, probos homines significare: quia et pravi homines plures sunt, et pejora numero semper vincunt. Pauci enim sunt, inquit, qui salvantur, et pauci etiam qui electi. Et postquam dixit *a paucis*, addidit *de terra*, denotans

[60] Psal. LXVIII, 29.

Variæ lectiones.

(59) Codex quidem habet δυσπραγῆσαι· at Latinus interpres legisse videtur διαμερισθῆναι vel aliud ejusmodi.

Digitized by Google

quod pauci illi qui boni sunt, de terra sunt, quodque hoc eis nihil impedimento fuit ad virtutem. Et constructio sic se habet: *Divide eos a paucis qui sunt de terra.*

A εἰς ἀρετήν. Ἡ δὲ σύνταξις, αὕτη· *Διαμέρισον αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ὀλίγων, τῶν ἀπὸ γῆς.*

Et de absconditis tuis impletus est venter eorum. Per abscondita quidam aurum atque argentum intelligunt, et alia hujusmodi metalla, quæ occultis terræ lateribus abscondita, fodiuntur ab iis qui illic ea perquirunt: quibus bonis illorum ventrem impletum esse ait, a parte totum significans, hoc est, quibus repleti sunt; quippe cum eorum cellæ atque hypothecæ, hujusmodi bonis, instar ventris, plenæ ac refertæ sint. Vel eorum ventres impletos esse obsoniis intellige, quibus abunde vescentes exsaturati sunt. Multi etiam dicunt, per abscondita pœnas intelligendas esse, quæ apud Deum veluti B in thesauri loco reconditæ sunt, cum et Moyses in Deuteronomio de vario suppliciorum loquens genere, ex persona Dei dixerit: *Nonne hæc congregata sunt apud me, et sigillata in thesauris meis*[27]? Hæc igitur verba prophetiam continent et prædicunt: inimicorum illorum ventrem, hoc est inimicos ipsos, abditis atque occultis apud Deum suppliciis implendos esse: unde et adversus tantam eorum insatiabilitatem atque ingluviem commodissime ventris nomen apposuit. Futuro etiam tempore pro præsenti usus est, quia propheticis oculis prospiciens, ut præsentia esse indicavit.

Καὶ τῶν κεκρυμμένων σου ἐπλήσθη ἡ γαστὴρ αὐτῶν. Κεκρυμμένα τινὲς ἔφασαν χρυσὸν καὶ ἄργυρον, ἃ τοῖς λαγόσιν ἐγκεκρυμμένα τῆς γῆς, ἀνορύττονται, μεταλευόμενα. Τούτων οὖν ἐπλήσθη ἡ γαστὴρ αὐτῶν, τουτέστιν οὗτοι, ἀπὸ γὰρ μέρους τὸ πᾶν, ἤγουν τὰ ταμεῖα, δίκην γαστέρων ἐμφερούμενα· ἢ καὶ αἱ κοιλίαι αὐτῶν, ὀψωνούντων ὅσα καὶ λάβοιεν. Πολλοὶ δὲ λέγουσι τὰς παρὰ Θεοῦ τεθησαυρισμένας τιμωρίας· ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ περὶ ποικίλων τιμωριῶν ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ διεξιών, ἐπήγαγεν· *Οὐκ ἰδοὺ ταῦτα κέκρυπται συντήκεται παρ' ἐμοὶ, καὶ ἐσφράγισται ἐν τοῖς θησαυροῖς μου;* Προφητεύει γοῦν, φασὶν, ὅτι τῶν ἀφανῶν τιμωριῶν πλησθήσεται ἡ γαστὴρ αὐτῶν, τουτέστιν αὐτοί, ἀπὸ γὰρ μέρους τὸ πᾶν. Πρὸς γὰρ τὴν πλησμονὴν καταλλήλως ἔθηκεν τὴν γαστέρα. Τοῖς μέλλουσι δὲ, ὡς ἐνεστῶσιν ἐχρήσατο, τρόπον τινὰ θεασάμενος αὐτὰ τοῖς προορατικοῖς ὀφθαλμοῖς.

Saturati sunt porcis. Suem Hebræi ut immundum habebant, eo quod inter cætera animalia quæ ungulam scindunt non ruminat. Præterea etiam quia in luto atque in immunditiis versatur. Per suem igitur hoc in loco eorum voluit immunditiam subnotare. Saturati enim sunt, inquit, immunditiis, consumpto nimirum patrimonio, ac bonis omnibus, in varias voluptates. Multi etiam et doctissimi interpretes aliter expouentes legunt: *Saturati sunt filiis*, non autem porcis, dicentes in Hebræo haberi dictionem *banion*, quæ filios, non sues significat; et errorem hujus variæ lectionis ortum esse scriptorum vitio: cum Græcæ dictiones, porcis et filiis, maximam habeant litterarum similitudinem. Sensum igitur esse dicunt, quod illi inimici ita saturati sunt filiis, sicut et divitiis, multorum videlicet filiorum effecti patres. Vel juxta duplicem proxime præcedentis versiculi interpretationem, saturati sunt pecuniis, seu pœnis, simul cum propriis filiis, ita ut subaudiatur præpositio *cum*, et sit sensus: Quod non solum ipsi patres, sed quod ipsi etiam eorum filii divitiis saturati sunt, seu suppliciis.

Ἐχορτάσθησαν ὑῶν. Τὸν οὖν ἀκάθαρτον εἶχον οἱ Ἑβραῖοι, διά τε τὸ μὴ ἀνάγειν μηρυκισμὸν ἐν τοῖς διχηλοῖς, καὶ διὰ τὸ φιλεῖν τὸν βόρβορον. Διὰ γοῦν τοῦ ὑὸς ἐνταῦθα τὴν ἀκαθαρσίαν ἠνίξατο. Ἐχορτάσθησαν γὰρ, φησὶν, ἀκαθαρσιῶν, τὸν πλοῦτον εἰς ἡδονὰς ἀναλίσκοντες. Οἱ δὲ ἀκριβέστεροι τῶν C ἐξηγητῶν, *υἱῶν* τῶν τέκνων φασί. Βανιὼν γὰρ ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ κεῖται, τουτέστι τέκνων, ἵν' ᾖ τοιοῦτον, ὅτι καθάπερ χρημάτων, οὕτω καὶ τέκνων ἐχορτάσθησαν, πολύπαιδες γεγονότες. Ἢ καὶ κατὰ διπλῆν ἐξήγησιν, ἐχορτάσθησαν τῶν εἴτε χρημάτων, εἴτε τιμωριῶν, μετὰ τῶν υἱῶν, ἐλλειπούσης τῆς προθέσεως· οὐκ αὐτοὶ γὰρ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ παῖδες αὐτῶν ἐτιμωρήθησαν.

Et dimiserunt reliquias parvulis eorum. Eo quod tantæ fuerunt reliquiæ, ut posteris filiorum sufficerent. Nam quod ait *parvulis eorum*, expone, parvulis filiorum: adeo ut illæ divitiæ, seu pœnæ in omnem generationem se extenderint. Et si pœnas intelligis, prophetia erit malorum, quæ inimicis beati David eventura erant. Si vero divitias, exaggeratio hæc quædam erit in illorum accusationem, quod tantis repleti bonis, prave tamen atque iniquæ vixerint, longanimitatem Dei summam contemnentes.

D *Καὶ ἀφῆκαν τὰ κατάλοιπα τοῖς νηπίοις αὐτῶν.* Διαρκέσαντα καὶ εἰς τοὺς ἐγκόνους τῶν υἱῶν· νηπίοις γὰρ αὐτῶν, τουτέστι τῶν υἱῶν, τουτέστιν εἰς ὅλην τὴν γενεὰν παρέτεινεν, εἴτε ὁ πλοῦτος, εἴτε τιμωρία. Καὶ εἰ μὲν περὶ ποινῆς ταῦτα νοήσομεν, προφητεία ἐστὶ τῶν ἀπηντηκότων τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ κακῶν. Εἰ δὲ περὶ εὐδαιμονίας, αὔξησις κατηγορίας, ὅτι τοσούτων ἀγαθῶν ἀπολαύσαντες, παρανόμως ἔζων, τῆς τοῦ Θεοῦ καταφρονοῦντες εὐθυμίας (60).

[27] Deut. xxxii, 34.

Variæ lectiones.

(60) *Ισ.* εὐδαιμονίας. Latinus interpres legisse videtur μακροθυμίας.

Digitized by Google

Ἐγὼ δὲ ἐν δικαιοσύνῃ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ σου. Δικαιοσύνη μου γὰρ, περὶ ἧς ἐν ἀρχῇ τοῦ ψαλμοῦ λέλεκται, ἄξιόν με ποιήσῃ τῆς σῆς ἐπισκοπῆς, καὶ ἐμφανισθήσομαί σοι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τελευταίας κρίσεως καὶ ἀνταποδόσεως.

Χορτασθήσομαι ἐν τῷ ὀφθῆναί μοι τὴν δόξαν σου. Καὶ ἰδὼν τὴν δόξαν σου, τηνικαῦτα πλησθήσομαι τῆς ἐπιθυμίας, ἥτις ἐστὶ, τὸ ὀφθῆναί σοι, καὶ ἰδεῖν τὴν δόξαν σου· οἱ γὰρ ἁμαρτωλοὶ Θεοῦ πρόσωπον (61)· καὶ ὁ Κύριος δέ φησιν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· *Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται*, δηλαδὴ τῶν ἐπιθυμουμένων αὐτοῖς αἰωνίων ἀγαθῶν. Ἁρμόζει δὲ ὁ ψαλμὸς καὶ παντὶ ἐναρέτῳ ἐπιβουλευομένῳ, ὃς μὴ ἀγαπῶν δόλους, ζητήσει κριθῆναι μετὰ ἐχθροῦ· Σαοὺλ γὰρ τὸν ἐχθρὸν νῦν αὐτοῦ λογίσεται, εἴτε αἰσθητὸν ἴσως, εἴτε νοητόν. Ὁ δ' αὐτὸς καὶ λόγους χειλέων τοῦ Χριστοῦ νοήσει τὰς εὐαγγελικὰς ἐντολάς. Ἀνθεστηκότας δὲ τῇ δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, τοὺς δαίμονας, ὡς ἀνθικειμένους καὶ ἀποστάτας. Τοὺς αὐτοὺς δὲ, καὶ ἀσεβεῖς, καὶ ἐχθρούς· οἳ ἐξέβαλον αὐτὸν ἀπὸ τῆς σκέπης τοῦ Θεοῦ, ἢ ἀπὸ τοῦ παραδείσου, καὶ τὰ ἑξῆς ἀκολούθως ἐκλήψεται. Εὔχεται δὲ διασκορπισθῆναι καὶ διαμερισθῆναι τοὺς δαίμονας ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ἕως ἂν οὗτοι οἱ ἀγαθοὶ ζῶσι· μετὰ γὰρ θάνατον οὐ διδοίκασι. Καὶ τὰ περὶ τοῦ πλούτου δὲ, ἢ καὶ τῆς τιμωρίας, καὶ τὰ λοιπὰ προσαρμόσει τοῖς δαίμοσιν, ὡς κοσμοκράτορσιν, ὧν καὶ υἱοὺς καὶ ἐγκόνους νοήσει τοὺς μαθητὰς, καὶ ὑπουργοὺς αὐτῶν πονηροὺς ἀνθρώπους· τῶν γὰρ τοιούτων πατὴρ ὁ διάβολος.

Εἰς τὸ τέλος τῷ παιδὶ Κυρίου τῷ Δαβὶδ, ἃ ἐλάλησε τῷ Κυρίῳ τοὺς λόγους τῆς ᾠδῆς ταύτης· ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἐρρύσατο αὐτὸν ὁ Κύριος ἐκ χειρὸς πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ ἐκ χειρὸς Σαοὺλ, καὶ εἶπεν· Ἀγαπήσω σε, Κύριε, ἡ ἰσχύς μου.

Vers. 15. *Ego autem in justitia apparebo conspectui tuo.* Propter justitiam meam, inquit, de qua in principio Psalmi diximus, fac me dignum tua protectione, et apparebo coram te in ultimi judicii tempore, quando unicuique pro factis condigna reddes præmia, vel supplicia.

Satiabor cum apparuerit mihi gloria tua. Cum videro, inquit, gloriam tuam, tunc desiderium meum implebitur, ut videar a te, utque vicissim tuam ego conspiciam gloriam. Peccatores enim faciem Dei non videbunt, et Dominus in Evangelio: *Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur* [38], æternis nimirum et optatis bonis. Congruit etiam hic Psalmus cuilibet viro virtute prædito, qui insidiis et persecutionibus ab inimicis impetatur, qui dolos non diligat et postulet cum inimicis judicari: hic Saulem inimicum suum esse reputabit, visibilem fortasse, seu invisibilem. Hic etiam verba labiorum Dei, mandata esse evangelica intelliget, et eos qui dexteræ Dei resistunt, dæmones putabit, quasi adversarios apostatas ac rebelles, quos etiam impios atque inimicos appellabit; qui a protectione Dei, atque a paradiso eum ejecerunt, et quæ sequuntur consequenter his exponet. Rogabit præterea, dispordi ac dividi dæmones a probis viris, donec in præsenti vita sunt. Post mortem enim ab eis nihil amplius verendum est. Præterea et quæ de divitiis, seu etiam pœnis et suppliciis dicta sunt, dæmonibus applicabit, tanquam mundi principibus, quorum filios ac posteros eos esse intelliget, quos dæmonum discipulos ac ministros appellamus: pravos nimirum homines, quorum omnium diabolus pater est.

In finem puero Domini David, quæ locutus est Domino verba cantici hujus, in die qua liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, et de manu Saul, et dixit: « Diligam te, Domine, fortitudo mea. »

ΨΑΛΜΟΣ ΙΖ'.

Εἰς τὸ τέλος ἐπιγέγραπται, ἢ διὰ τὸ προφητείας ἔχειν εἰς τέλος ἐκβησομένας· περὶ Χριστοῦ γὰρ καὶ κλήσεως ἐθνῶν ἐν μέρει διαλέγεται· ἢ διότι ἐπὶ τῇ συντελείᾳ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ τὸν ὕμνον τοῦτον ἀνέθηκε τῷ Θεῷ, εὐχαριστήριον πάσης εὐεργεσίας, ἧς ἀπήλαυσεν. Ἢ καὶ διότι ἐπὶ τέλει τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς τὸν παρόντα ψαλμὸν συνέταξε. Τῷ *παιδὶ δὲ Κυρίου Δαβὶδ*, καὶ οὐ τῷ βασιλεῖ, ἢ προφήτῃ, ὅτι ταῦτα μὲν δωρήματα Θεοῦ· παῖς δὲ γίνεται τις Κυρίου, ἢ δι' εὐγνωμοσύνης, ὡς πιστὸς δοῦλος, ἢ καὶ δι' εὐαρεστήσεως, ὡς ἠγαπημένον τέκνον. Οὗτος δὲ δι' ἀμφοῖν ἄμφω τὰς τοῦ παιδὸς ἐκληρώσατο σημασίας, καὶ δοῦλος, καὶ τέκνον χρηματίσας Θεοῦ, ὃ καὶ μᾶλλον ἔφερεν αὐτῷ μέγα καύχημα, διὰ φιλο-

PSALMUS XVII.

In finem inscriptus est hic Psalmus, quia prophetias continet quæ ad finem erant perventuræ. De Christo enim et de vocatione gentium tractat. Vel quia Propheta in consummatione ac dissolutione inimicorum suorum cum Deo obtulit in gratiarum actionem, pro beneficiis omnibus quæ ab eo receperat, vel quia in fine vitæ suæ eum composuit. *Puero autem Domini David*, et non regi, aut Prophetæ, dixit: quia quod rex esset aut Propheta donum Dei erat, non ita donum quod puer. Puer enim Domini quis dicitur vel ob animi gratitudinem tanquam fidelis servus, vel quia Deo placeat tanquam filius dilectus. Beatus igitur David utraque ratione utramque hujus nominis significationem

[38] Matth. v, 6.

Variæ lectiones.

(61) Desideratur aliquid, quod per Latinum interpretem suppleri facile potest, addendo οὐ βλέψουσι, vel aliud hujusmodi.

Digitized by Google

sortitus est, appellatus nimirum et servus Dei et filius : quæque major illi fuit gloriatio, proprio studio ac labore sibi nomina comparavit. Unde hoc pueri nomine magis sibi placet quam regis aut Prophetæ. Sequitur : *Quæ locutus est Domino.* Subintellige pronomen *hæc*, ut sit hæc quæ locutus est Domino verba cantici hujus. Cantici vero dixit et non Psalmi : quia non musico aliquo cum instrumento, sed ipso tantum ore verba hæc cecinit, cum jam consenuisset, ut in Regum libris traditur. Nos autem improprie Cantica Psalmos appellamus. *In die qua eripuit eum Dominus de manu inimicorum suorum :* hoc est in die quando ab omnibus inimicis quos eatenus habuerat, tam alienigenis videlicet quam cognatis, ereptum se ac liberatum putavit. Privatim tamen Saulem a cæteris distinguens inimicis, ultimo eum loco, ac nominatim commemoravit, vel tanquam omnium inimicissimum, vel forte quia et regem et socerum, et de se aliquando benemeritum simul cum aliis conjungendum non duxit.

A πονίας κτηθέν. Ἃ δὲ ἐλάλησε τῷ Κυρίῳ, λείποντος τοῦ, ταῦτά εἰσι, δηλαδὴ τοὺς λόγους τῆς ᾠδῆς ταύτης ἐλάλησεν. ὨΙδῆς δὲ ἐπέγραψε, καὶ οὐ ψαλμοῦ, ὅτι οὐ διὰ μουσικῶν ὀργάνων, ἀλλ' ἀπὸ μόνου στόματος ἦσε τὴν ᾠδὴν ταύτην, ἣν γηράσας, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Βασιλειῶν ἀναγέγραπται. Ἡμεῖς δὲ καταχρώμενοι, ψαλμὸν καὶ ᾠδὴν τὰ τοιαῦτα ὀνομάζομεν. *Ἐν ἡμέρᾳ δὲ, ᾗ ὁ Κύριος ἐρρύσατο αὐτὸν ἐκ χειρὸς πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ*, τουτέστιν, ἐν ἡμέρᾳ, ὅτε ἔδοξεν ἐλευθερωθῆναι πάντων ἄχρι τότε πολεμίων, καὶ ἀλλογενῶν, καὶ ὁμογενῶν. Διαλῶν δὲ τῶν ἄλλων ἐχθρῶν τὸν Σαοὺλ, ἰδίᾳ καὶ τελευταῖον τέθηκεν, ἢ ὡς πολεμιώτατον αὐτοῦ γενόμενον, ἢ φειδόμενος τοῖς ἄλλοις ἐχθροῖς συντάξαι τοῦτον, ὡς βασιλέα καὶ εὐεργέτην αὐτοῦ ποτε γεγονότα, καὶ πενθερόν. B

Vers. 2. *Diligam te, Domine, fortitudo mea.* Cum multa, inquit, et magna beneficia a te receperim, et respondere illis nequeam, (*quid* enim *retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi* [31]?) quod solum valeo id faciam : *diligam te*, non quod antea non amarem, sed quasi magis imposterum amaturus. Hoc enim inter mandata omnia primum ac præcipuum est. *Diliges* enim, inquit, *Dominum Deum tuum ex totis viribus tuis, et ex toto corde tuo* [32]. Fortitudinem vero Deum appellavit, veluti eum qui ipsius beati David infirmitatem adversus tot ac tales inimicos fortem ac validam reddebat.

Ἀγαπήσω σε, Κύριε, ἡ ἰσχύς μου. Πολλῶν, φησὶ, καὶ μεγάλων ἀγαθῶν τετυχηκὼς ἀπὸ σοῦ, καὶ μὴ δυνάμενος ἀμείψασθαι· *Τί γὰρ ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι ;* ὃ μόνον δύναμαι, τοῦτο καὶ ποιήσω· ἀγαπήσω γάρ σε, οὐχ ὡς πρώην μὴ ἀγαπῶν, ἀλλ' ὡς ἐπὶ μᾶλλον τοῦτο ποιήσων· τοῦτο γὰρ καὶ πρώτη τῶν ἐντολῶν. *Ἀγαπήσεις* γάρ, φησὶ, *Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς δυνάμεώς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου.* Ἰσχὺν δὲ τὸν Θεὸν ἐκάλεσεν, ὡς τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ ἐνισχύσαντα κατὰ τῶν τοιούτων καὶ τοσούτων ἐχθρῶν.

Vers. 3. *Dominus firmamentum meum, et refugium meum, et liberator meus.* Firmamentum quidem appellat Deum, quasi qui eum stabiliat, confirmet, et adversum tentationum impetum immobilem reddat. Refugium vero, tanquam qui eum pericula fugientem in suam protectionem et custodiam receperit : et qui muro ac septo divini auxilii eum conservet. Liberatorem etiam, quod eum eripuerit ab iis qui obsidere et captivum facere eum sperabant.

Κύριος στερέωμά μου, καὶ καταφυγή μου, καὶ ῥύστης μου. Στερέωμα μὲν, ὡς ἑδραιώσας αὐτὸν καὶ ποιήσας ἀκλόνητον πρὸς τὰς ἐμβολὰς τῶν ἑκάστοτε πειρασμῶν· καταφυγὴ δὲ, ὡς φεύγοντα δεχόμενος εἴσω τῆς ἑαυτοῦ σκέπης, καὶ τῷ τείχει τῆς θείας βοηθείας περιφυλάττων· ῥύστης δὲ, ὡς ἐξαιρούμενος τῶν πολιορκεῖν καὶ αἰχμαλωτίζειν ἐλπιζομένων. C

Deus meus adjutor meus, et sperabo in eum. Deus meus solus est, qui semper mihi opem ferat : atque ideo in eo solo spem ponam, non formidans quæ mihi contingere possunt, neque etiam de salute desperans.

Κύριος βοηθός μου, καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν. Ὁ Θεός μου μόνον ἐστὶν ἀεὶ βοηθός μου· διὸ καὶ ἐπ' αὐτὸν μόνον ἐλπιῶ, μὴ ἀπολιγωρῶν πρὸς τὰ συμπίπτοντα, μηδ' ἀπογινώσκων τὴν σωτηρίαν.

Protector meus, et cornu salutis meæ, et adjutor meus. Qui in bello protectionem suam ad defensionem meam posuit ne vulnerarer. Solent enim qui in bello alicui periclitanti opem ferre volunt, clypeum attollere ante eum, quem defendunt, quo ictus et jacula ab eo undique avertant. et hoc pacto protegere quis alium dicitur. *Cornu* autem *salutis*, id est salutare propugnaculum. Cornuta enim animalia in pugna validissime cornibus certant. Et quoniam armorum alia ad defensionem sunt, alia ad offensionem, utrumque, inquit, Deus D

Ὑπερασπιστής μου, καὶ κέρας σωτηρίας μου, καὶ ἀντιλήπτωρ μου. Ἐν πολέμοις τὴν σκέπην αὐτοῦ πρὸ ἐμοῦ τίθεις, ἵνα μὴ βληθῶ. Τὰς ἀσπίδας γὰρ οἱ ὑπερασπίζοντές τινων, εἰώθασι πρὸ αὐτῶν ἀνέχειν, εἰς ἀποτροπὴν ὅθεν δήποτε βολῆς. *Κέρας δὲ σωτηρίας*, ἀντὶ τοῦ, ἀμυντήριον, σωστικόν· τὰ γὰρ κερασφόρα ζῶα τοῖς κέρασιν ἀμύνονται καρτερῶς ἐν ταῖς μάχαις. Ἐπεὶ γὲ τὸ μέντοι φυλακτήριόν ἐστιν ὅπλον, τὸ δέ τι πολεμιστήριον· καὶ τοῦτο κἀκεῖνο, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐγένετο, καὶ σκέπων ἐν πολέμῳ, καὶ διαφθείρων τοὺς ἐχθρούς. Ἀντιλήπτωρ δὲ,

[31] Psal. cxv, 12. [32] Deut. vi, 5; Matth. xxii, 37.

Digitized by Google

ὡς ἀντιλαμβανόμενος εἰς ἀθυμίαν καταπίπτοντος, καὶ τῶν θλιβερῶν ἄλλως ἀνακτώμενος.

A factus est mihi. Nam et ab inimicis me protegit, et pariter eos perdit. Adjutor autem, quia in moestitiam deductum me adjuvat, et inter afflictiones refovet.

Αἰνῶν ἐπικαλέσομαι τὸν Κύριον, καὶ ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου σωθήσομαι. Οὕτω ποικίλοις ὀνόμασι βοηθείας ἐξυμνήσας τὸν Θεὸν, ὡς ποικίλως αὐτῷ βοηθοῦντα, καὶ κατὰ διαφόρους τρόπους, φησὶν, ὅτι Οὐ πεποίημαι τοῦ Κυρίου τὸν κατάλογον τῶν τοιούτων καὶ τοσούτων ὀνομάτων, ὡς μηκέτι τούτου δεόμενος, ἀλλὰ διὰ τούτων αἰνῶν καὶ μεγαλύνων αὐτὸν, ἐφ' οἷς εὐηργετήθην, καὶ δεικνύων τὴν εὐγνωμοσύνην· καὶ ἔτι τὸν Κύριον ἐπικαλέσομαι, παρ' ὅλην τὴν ζωήν. Διὰ τοῦτο γὰρ εἶπεν, *Ἐλπιῶ ἐπ' αὐτὸν*, καὶ πάντως *Ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου σωθήσομαι*· εἰ γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν μέχρι τοῦ νῦν πολεμίων ἐρρύσθην, ἀλλ' εἰκὸς καὶ ἄλλους ἐπαναστήσεσθαι, τῆς ζωῆς ἐμοὶ παρατεινομένης. Τοσαῦτα εἰπὼν, ἀνακυκλεῖ τὸν λόγον, καὶ καταλέγει τοὺς ποικίλους αὐτοῦ κινδύνους, καὶ τὰς πολυειδεῖς ἐπικουρίας τοῦ Θεοῦ. Τροπικώτερον δὲ τῇ διηγήσει κέχρηται, πρὸς πλείονα τῶν πραγμάτων ἔμφασιν.

B

Verse 4. *Laudans invocabo Dominum et ab inimicis meis salvus ero.* Cum igitur variis ac multiplicibus divini auxilii nominibus Deum laudaverit, veluti eum qui plurimis ac diversis modis sibi opem tulerit, postea subintulit dicens : Non ego tantorum ac talium nominum auxiliorum Dei catalogum ea tantum recensui ratione, ut de receptis ab eo beneficiis gratias agerem, tanquam qui illius auxilio indigere amplius non deberem, sed per ea pro collatis in me donis ita laudavi Deum, et magnificavi, et gratitudinem animi mei ostendi, ut toto tempore vitæ meæ illum invocandum mihi esse cognoscam, et in eo spes meæ omnes collocandæ sint. Propterea, *Sperabo*, inquit, *in eum*, et, *ab inimicis meis salvus ero.* Nam etsi ab inimicis quos hactenus habui liberatus sum, attamen verisimile est, si diutius vixero, et alios in me rursum esse insurrecturos. His dictis sermonem convertit, et varia connumerat pericula, et multiplices Dei defensiones. Allegorica vero narratione utitur ad majorem rerum emphasim, et ad majorem sermonis sui efficaciam.

Περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου. Ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν ὠδῖνας νοοῦμεν τοὺς ἐκ θλίψεων πόνους, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν γυναικῶν αἱ ὠδῖνές εἰσιν, ἀποθλιβομένων τῶν πόρων, διὰ τὴν στενοχωρίαν· ἀλλ' ἐπ' ἐκείνων μὲν, ὠδῖνες ἂν ῥηθεῖεν ζωῆς, εἰς φῶς ζωῆς ἄγουσαι τὸ ἐχόμενον· ἐπὶ τούτων δὲ, τοὐναντίον, ὠδῖνες θανάτου, ὡς εἰς σκότος θανάτου φέρουσαι τὸν συνεχόμενον. Βούλεται τοίνυν εἰπεῖν, ὅτι Συνεσχέθην ἀφορήτοις ὀδύναις. Διὰ γὰρ τῶν ὠδίνων τὴν δριμύτητα τούτων παρέστησεν.

C

Verse 5. *Circumdederunt me dolores mortis.* Quod Latine *dolores* legimus, in Græco ὠδῖνες habetur : quæ dictio proprie parturientis dolores significat. Hujusmodi itaque dolores in hominibus intelligi possunt labores et molestiæ, quæ de afflictionibus atque angustiis proveniunt, ad dolorum illorum similitudinem qui in mulierum parturitionibus, ob angustiam et compressionem meatuum, molestissimi oriuntur. Verum in muliere, dolores vitæ potius quam mortis dicendi sunt, cum ad hujus vitæ lucem hominem producant. Ille vero diversum omnino accidit ; dolores enim mortis dicuntur, eo quod ad mortis tenebras deducant, quem comprehenderint. Dicit itaque intolerandis se detentum fuisse doloribus : illa enim dictione, quam in Græco haberi retulimus, maximam dolorum gravitatem expressit.

Καὶ χειμάρροι ἀνομίας ἐξετάραξάν με. Χειμάρρους ἀνομίας καλεῖ τὰς τῶν ἀνόμων ἐθνῶν προσκαίρους καὶ αἰφνιδίους καὶ ῥαγδαίας προσβολάς. Τοιοῦτοι γὰρ οἱ χείμαρροι, χειμῶνος ῥέονται αἰφνίδιον καὶ ῥαγδαίως· ἐπονηρεύοντο γὰρ φθονοῦντες, καὶ ἀνελεῖν ζητοῦντες αὐτόν. Προσφυὲς δὲ τὸ, *Ἐξετάραξαν*· κλονοῦσι γὰρ καὶ ἐλίσσουσιν οἱ χείμαρροι τὰ περιπίπτοντα. Καὶ αὐτὸς οὖν κλόνον καὶ ὀλιγγον τοῖς λογισμοῖς ἔπασχεν ὑπὸ τοῦ αἰφνιδίου τῶν ἀδοκήτων.

D

Et torrentes iniquitatis conturbaverunt me. Per torrentes iniquitatis, subitas, temporarias atque impetuosas impiarum gentium incursiones intelligit : hujuscemodi enim naturæ torrentes sunt, qui in hieme fluunt, stätimque ac cum impetu. Maligne enim illi et iniquo animo agebant quærentes eum interimere. Commodissime etiam apposuit verbum *conturbaverunt.* Devolvunt enim torrentes ac perturbant omnia in quæcunque inciderint. Ait igitur Propheta se etiam circumquaque volutatum fuisse, et vertiginem quasi passum ob tam repentinum novarum atque insperatarum rerum motum.

Ὠδῖνες ᾅδου περιεκύκλωσάν με. Τουτὶ τὸ ῥητὸν ταὐτὸν δύναται τῷ, *Περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου*· τό τε γὰρ *περιεκύκλωσαν*, καὶ τὸ *περιέσχον*, ταυτοσήμαντον· καὶ ᾅδης, καὶ θάνατος, ἀλληλούμενα· ᾅδην γὰρ ἔλεγον, ἀηδῆ τόπον, ὑπὸ γῆν τῶν θανόντων. Ἐπεὶ τοίνυν ὠδῖνες γεννήσεώς εἰσι, περιεκύκλωσάν με, φησὶν, ὠδῖνες, γεννῶσαι θάνατον, ὑπηρέτην ᾅδου. Ὁ μὲν γὰρ χωρίζει τὴν ψυχήν· ὁ

Verse 6. *Dolores inferni circumdederunt me.* Hic versiculus idem significat, quod superior ille : *Circumdederunt me dolores mortis*, seu (ut verius illic habet Græca lectio) *continuerunt me.* Circumdare enim et continere ac complecti idem significant. Similiter et mors et infernus. Infernus autem [juxta Græci nominis etymologiam] insuavem et injucundum significat mortuorum locum, qui sub

Digitized by Google

sortitus est, appellatus nimirum et servus Dei et filius : quæque major illi fuit gloriatio, proprio studio ac labore sibi nomina comparavit. Unde hoc pueri nomine magis sibi placet quam regis aut Prophetæ. Sequitur : *Quæ locutus est Domino.* Subintellige pronomen *hæc*, ut sit hæc quæ locutus est Domino verba cantici hujus. Cantici vero dixit et non Psalmi : quia non musico aliquo cum instrumento, sed ipso tantum ore verba hæc cecinit, cum jam consenuisset, ut in Regum libris traditur. Nos autem improprie Cantica Psalmos appellamus. *In die qua eripuit eum Dominus de manu inimicorum suorum* : hoc est in die quando ab omnibus inimicis quos eatenus habuerat, tam alienigenis videlicet quam cognatis, ereptum se ac liberatum putavit. Privatim tamen Saulem a cæteris distinguens inimicis, ultimo eum loco, ac nominatim commemoravit, vel tanquam omnium inimicissimum, vel forte quia et regem et socerum, et de se aliquando benemeritum simul cum aliis conjungendum non duxit.

A πονίας κτηθέν. Ἃ δὲ ἐλάλησε τῷ Κυρίῳ, λείποντος τοῦ, ταῦτά εἰσι, δηλαδὴ τοὺς λόγους τῆς ᾠδῆς ταύτης ἐλάλησεν. ὨΙδὴν δὲ ἐπέγραψε, καὶ οὐ ψαλμοῦ, ὅτι οὐ διὰ μουσικῶν ὀργάνων, ἀλλ' ἀπὸ μόνου στόματος ἦσε τὴν ᾠδὴν ταύτην, ἣδη γηράσας, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Βασιλειῶν ἀναγέγραπται. Ἡμεῖς δὲ καταχρώμενοι, ψαλμὸν καὶ ᾠδὴν τὰύτην ὀνομάζομεν. Ἐν ἡμέρᾳ δὲ, ᾗ ὁ Κύριος ἐρρύσατο αὐτὸν ἐκ χειρὸς πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, τουτέστιν, ἐν ἡμέρᾳ, ὅτε ἔδοξεν ἐλευθερωθῆναι πάντων ἄχρι τότε πολεμίων, καὶ ἀλλογενῶν, καὶ ὁμογενῶν. Διελὼν δὲ τῶν ἄλλων ἐχθρῶν τὸν Σαοὺλ, ἴδίᾳ καὶ τελευταῖον τέθηκεν, ἢ ὡς πολεμιώτατον αὐτοῦ γενόμενον, ἢ φειδόμενος τοῖς ἄλλοις ἐχθροῖς συντάξαι τοῦτον, ὡς βασιλέα καὶ εὐεργέτην αὐτοῦ ποτε γεγονότα, καὶ B πενθερόν.

Verse 2. *Diligam te, Domine, fortitudo mea.* Cum multa, inquit, et magna beneficia a te receperim, et respondere illis nequeam, (*quid* enim *retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi* [39]?) quod solum valeo id faciam : *diligam te*, non quod antea non amarem, sed quasi magis imposterum amaturus. Hoc enim inter mandata omnia primum ac præcipuum est. *Diliges* enim, inquit, *Dominum Deum tuum ex totis viribus tuis, et ex toto corde tuo* [40]. Fortitudinem vero Deum appellavit, veluti eum qui ipsius beati David infirmitatem adversus tot ac tales inimicos fortem ac validam reddebat.

Ἀγαπήσω σε, Κύριε, ἡ ἰσχύς μου. Πολλῶν, φησὶ, καὶ μεγάλων ἀγαθῶν τετυχηκὼς ἀπὸ σοῦ, καὶ μὴ δυνάμενος ἀμείψασθαι· Τί γὰρ ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; ὃ μόνον δύναμαι, τοῦτο καὶ ποιήσω· ἀγαπήσω γάρ σε, οὐχ ὡς πρώην μὴ ἀγαπῶν, ἀλλ' ὡς ἐπὶ μᾶλλον τοῦτο ποιήσων· τοῦτο γὰρ καὶ πρώτη τῶν ἐντολῶν. Ἀγαπήσεις γὰρ, φησὶ, Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς δυνάμεώς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου. Ἰσχὺν δὲ τὸν Θεὸν ἐκάλεσεν, ὡς τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ ἐνισχύσαντα κατὰ τῶν τοιούτων καὶ τοσούτων ἐχθρῶν.

Verse 3. *Dominus firmamentum meum, et refugium meum, et liberator meus.* Firmamentum quidem appellat Deum, quasi qui eum stabiliat, confirmet, et adversum tentationum impetum immobilem reddat. Refugium vero, tanquam qui eum pericula fugientem in suam protectionem et custodiam receperit : et qui muro ac septo divini auxilii eum conservet. Liberatorem etiam, quod eum eripuerit ab iis qui obsidere et captivum facere eum sperabant.

C Κύριος στερέωμά μου, καὶ καταφυγή μου, καὶ ῥύστης μου. Στερέωμα μὲν, ὡς ἑδραιώσας αὐτὸν καὶ ποιήσας ἀκλόνητον πρὸς τὰς ἐμβολὰς τῶν ἑκάστοτε πειρασμῶν· καταφυγὴ δὲ, ὡς φεύγοντα δεχόμενος εἴσω τῆς ἑαυτοῦ σκέπης, καὶ τῷ τείχει τῆς θείας βοηθείας περιφυλάττων· ῥύστης δὲ, ὡς ἐξαιρούμενος τῶν πολιορκεῖν καὶ αἰχμαλωτίζειν ἐλπιζομένων.

Deus meus adjutor meus, et sperabo in eum. Deus meus solus est, qui semper mihi opem ferat : atque ideo in eo solo spem ponam, non formidans quæ mihi contingere possunt, neque etiam de salute desperans.

Κύριος βοηθός μου, καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν. Ὁ Θεός μου μόνον ἐστὶν ἀεὶ βοηθός μου· διὸ καὶ ἐπ' αὐτὸν μόνον ἐλπιῶ, μὴ ἀπολιγωρῶν πρὸς τὰ συμπίπτοντα, μηδ' ἀπογινώσκων τὴν σωτηρίαν.

Protector meus, et cornu salutis meæ, et adjutor meus. Qui in bello protectionem suam ad defensionem meam posuit ne vulnerarer. Solent enim qui in bello alicui periclitanti opem ferre volunt, clypeum attollere ante eum, quem defendunt, quo ictus et jacula ab eo undique avertant. et hoc pacto protegere quis alium dicitur. *Cornu* autem *salutis*, id est salutare propugnaculum. Cornuta enim animalia in pugna validissime cornibus certant. Et quoniam armorum alia ad defensionem sunt, alia ad offensionem, utrumque, inquit, Deus

D Ὑπερασπιστής μου, καὶ κέρας σωτηρίας μου, καὶ ἀντιλήπτωρ μου. Ἐν πολέμοις τὴν σκέπην αὐτοῦ πρὸ ἐμοῦ τιθεὶς, ἵνα μὴ βληθῶ. Τὰς ἀσπίδας γὰρ οἱ ὑπερασπίζοντές τινων, εἰώθασι πρὸ αὐτῶν ἀνέχειν, εἰς ἀποτροπὴν ὅθεν δήποτε βολῆς. Κέρας δὲ σωτηρίας, ἀντὶ τοῦ, ἀμυντήριον, σωστικόν· τὰ γὰρ κερασφόρα ζῶα τοῖς κέρασιν ἀμύνονται καρτερῶς ἐν ταῖς μάχαις. Ἐπεὶ γὰρ τὸ μέντοι φυλακτήριόν ἐστιν ὅπλον, τὸ δέ τι πολεμιστήριον· καὶ τοῦτο κἀκεῖνο, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐγένετο, καὶ σκέπων ἐν πολέμῳ, καὶ διαφθείρων τοὺς ἐχθρούς. Ἀντιλήπτωρ δὲ,

[39] Psal. cxv, 12. [40] Deut. vi, 5; Matth. xxii, 37.

Digitized by Google

ὡς ἀντιλαμβανόμενος εἰς ἀθυμίαν καταπίπτοντος, καὶ τῶν ὀλιβερῶν ἄλλως ἀνακτώμενος.

factus est mihi. Nam et ab inimicis me protegit, et pariter eos perdit. Adjutor autem, quia in mœstitiam deductum me adjuvat, et inter afflictiones refovet.

Αἰνῶν ἐπικαλέσομαι τὸν Κύριον, καὶ ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου σωθήσομαι. Οὕτω ποικίλοις ὀνόμασι βοηθείας ἐξυμνήσας τὸν Θεὸν, ὡς ποικίλως αὐτῷ βοηθοῦντα, καὶ κατὰ διαφόρους τρόπους, φησὶν, ὅτι Οὐ πεποίημαι τοῦ Κυρίου τὸν κατάλογον τῶν τοιούτων καὶ τοσούτων ὀνομάτων, ὡς μηκέτι τούτου δεόμενος, ἀλλὰ διὰ τούτων αἰνῶν καὶ μεγαλύνων αὐτὸν, ἐφ' οἷς εὐηργετήθην, καὶ δεικνύων τὴν εὐγνωμοσύνην· καὶ ἔτι τὸν Κύριον ἐπικαλέσομαι, παρ' ὅλην τὴν ζωήν. Διὰ τοῦτο γὰρ εἶπεν, *Ἐλπιῶ ἐπ' αὐτὸν*, καὶ πάντως *Ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου σωθήσομαι*· εἰ γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν μέχρι τοῦ νῦν πολεμίων ἐρρύσθην, ἀλλ' εἰκὸς καὶ ἄλλους ἐπαναστήσεσθαι, τῆς ζωῆς ἐμοὶ παρατεινομένης. Τοσαῦτα εἰπὼν, ἀνακυκλοῖ τὸν λόγον, καὶ καταλέγει τοὺς ποικίλους αὐτοῦ κινδύνους, καὶ τὰς πολυειδεῖς ἐπικουρίας τοῦ Θεοῦ. Τροπικώτερον δὲ τῇ διηγήσει κέχρηται, πρὸς πλείονα τῶν πραγμάτων ἔμφασιν.

Vers. 4. *Laudans invocabo Dominum et ab inimicis meis salvus ero.* Cum tam variis ac multiplicibus divini auxilii nominibus Deum laudaverit, veluti eum qui plurimis ac diversis modis sibi opem tulerit, postea subintulit dicens : Non ego tantorum ac talium nominum auxiliorum Dei catalogum ea tantum recensui ratione, ut de receptis ab eo beneficiis gratias agerem, tanquam qui illius auxilio indigere amplius non deberem, sed per ea pro collatis in me donis ita laudavi Deum, et magnificavi, et gratitudinem animi mei ostendi, ut toto tempore vitæ meæ illum invocandum mihi esse cognoscam, et in eo spes meæ omnes collocandæ sint. Propterea, *Sperabo*, inquit, *in eum*, et, *ab inimicis meis salvus ero.* Nam etsi ab inimicis quos hactenus habui liberatus sum, attamen verisimile est, si diutius vixero, et alios in me rursum esse insurrecturos. His dictis sermonem convertit, et varia connumerat pericula, et multiplices Dei defensiones. Allegorica vero narratione utitur ad majorem rerum emphasim, et ad majorem sermonis sui efficaciam.

Περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου. Ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν ὠδῖνας νοοῦμεν τοὺς ἐκ θλίψεων πόνους, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν γυναικῶν αἱ ὠδῖνές εἰσιν, ἀποθλιβομένων τῶν πόρων, διὰ τὴν στενοχωρίαν· ἀλλ' ἐπ' ἐκείνων μὲν, ὠδῖνες ἂν ῥηθεῖεν ζωῆς, εἰς φῶς ζωῆς ἄγουσαι τὸ ἐχόμενον· ἐπὶ τούτων δὲ, τοὐναντίον, ὠδῖνες θανάτου, ὡς εἰς σκότος θανάτου φέρουσαι τὸν συνεχόμενον. Βούλεται τοίνυν εἰπεῖν, ὅτι Συνεσχέθην ἀφορήτοις ὀδύναις. Διὰ γὰρ τῶν ὠδίνων τὴν δριμύτητα τούτων παρέστησεν.

Vers. 5. *Circumdederunt me dolores mortis.* Quod Latine *dolores* legimus, in Græco ὠδῖνες habetur : quæ dictio proprie parturientis dolores significat. Hujusmodi itaque dolores in hominibus intelligi possunt labores et molestiæ, quæ de afflictionibus atque angustiis proveniunt, ad dolorum illorum similitudinem qui in mulierum parturitionibus, ob angustiam et compressionem meatuum, molestissimi oriuntur. Verum in muliere, dolores vitæ potius quam mortis dicendi sunt, eum ad hujus vitæ lucem hominem producant. Ille vero diversum omnino accidit ; dolores enim mortis dicuntur, eo quod ad mortis tenebras deducant, quem comprehenderint. Dicit itaque intolerandis se detentum fuisse doloribus : illa enim dictione, quam in Græco haberi retulimus, maximam dolorum gravitatem expressit.

Καὶ χειμάρροι ἀνομίας ἐξετάραξάν με. Χειμάρρους ἀνομίας καλεῖ τὰς τῶν ἀνόμων ἐθνῶν προσκαίρους καὶ αἰφνιδίους καὶ ῥαγδαίας προσβολάς. Τοιοῦτοι γὰρ οἱ χείμαρροι, χειμῶνος ῥέονται αἰφνίδιον καὶ ῥαγδαίως· ἐπονηρεύοντο γὰρ φθονοῦντες, καὶ ἀνελεῖν ζητοῦντες αὐτόν. Προσφυὲς δὲ τὸ, *Ἐξετάραξαν*· κλονοῦσι γὰρ καὶ ἐλίσσουσιν οἱ χείμαρροι τὰ περιπίπτοντα. Καὶ αὐτὸς οὖν κλόνον καὶ ἴλιγγον τοῖς λογισμοῖς ἔπασχεν ὑπὸ τοῦ αἰφνιδίου τῶν ἀδοκήτων.

Et torrentes iniquitatis conturbaverunt me. Per torrentes iniquitatis, subitas, temporarias atque impetuosas impiarum gentium incursiones intelligit : hujuscemodi enim naturæ torrentes sunt, qui in hieme fluunt, stativique ac cum impetu. Maligne enim illi et iniquo animo agebant quærentes eum interimere. Commodissime etiam apposuit verbum *conturbaverunt.* Devolvunt enim torrentes ac perturbant omnia in quæcunque inciderint. Ait igitur Propheta se etiam circumquaque volutatum fuisse, et vertiginem quasi passum ob tam repentinum novarum atque insperatarum rerum motum.

Ὠδῖνες ᾅδου περιεκύκλωσάν με. Τουτὶ τὸ ῥητὸν ταὐτὸν δύναται τῷ, *Περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου*· τό τε γὰρ *περιεκύκλωσαν*, καὶ τὸ *περιέσχον*, ταυτοσήμαντον· καὶ ᾅδης, καὶ θάνατος, ἀλληλούμενα· ᾅδην γὰρ ἔλεγον, ἀηδῆ τόπον, ὑπὸ γῆν τῶν θανόντων. Ἐπεὶ τοίνυν ὠδῖνας γεννήσεώς εἰσι, περιεκύκλωσάν με, φησὶν, ὠδῖνες, γεννῶσαι θάνατον, ὑπηρέτην ᾅδου. Ὁ μὲν γὰρ χωρίζει τὴν ψυχήν· ὁ

Vers. 6. *Dolores inferni circumdederunt me.* Hic versiculus idem significat, quod superior ille : *Circumdederunt me dolores mortis*, seu (ut verius illic habet Græca lectio) *continuerunt me.* Circumdare enim et continere ac complecti idem significant. Similiter et mors et infernus. Infernus autem [juxta Græci nominis etymologiam] insuavem et injucundum significat mortuorum locum, qui sub

Digitized by Google

terra est. Quia igitur, ut diximus, accidere solent dolores in partu atque in generando, Circumdederunt me, inquit, dolores qui mortem generant, mortem, inquam, inferni ministram. Mors enim animam dividit a corpore : unde infernus assumens eam continet. Vel dolores inferni eos intelligе, qui in infernum deducunt, vel qui ministri sunt inferni.

A δὲ κατέχει παραλαμβάνων. Ἢ καὶ ὠδῖνες ᾅδου, πόνοι πρὸς ᾅδην ἄγοντες· ἢ διάκονοι ᾅδου.

Præoccupaverunt me laquei mortis. Prævenerunt me, inquit, insidiæ, quæ mortem operantur. Nam quod venatoribus laquei adversus feras operantur, hoc insidiæ hostibus contra hostes præstant.

Προέφθασάν με παγίδες θανάτου. Προκατέλαβόν με λόχοι, θάνατον ἐργαζόμενοι· ὁ γὰρ τοῖς θηρευταῖς αἱ παγίδες, τοῦτο τοῖς πολεμίοις οἱ λόχοι.

VERS. 7. *Et in tribulatione mea invocavi Dominum.* In auxilium scilicet.

Καὶ ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐπεκαλεσάμην τὸν Κύριον. Εἰς ἀντίληψιν.

Et ad Deum meum clamavi. In angustiis constitutus vocem ad Deum meum levavi clamans.

Καὶ πρὸς τὸν Θεόν μου ἐκέκραξα. Ὑψωσα τὴν φωνήν μου ἔτι ἀναγκαζόμενος.

Audivit de templo sancto suo vocem meam. Templum sanctum cœlum est, ut superius diximus, aut testimonii tabernaculum. Templum enim in Jerusalem nullum adhuc erat, sed a Salomone postmodum constructum est. Audisse autem Deum intellige, non humano more, sed decenter Deo : tametsi nos, qui Dei vires ac potentias, quibus totum continet orbem, nec comprehendere animo possumus, nec lingua exprimere, ad sensibilium rerum similitudines eas deducimus, per quas ea quæ vere sunt comprehendimus.

B *Ἤκουσεν ἐκ ναοῦ ἁγίου αὐτοῦ φωνῆς μου.* Ναὸν ἅγιον, τὸν οὐρανὸν ὑπολαμβάνειν, ὡς προλαβόντες εἰρήκαμεν, ἢ τὴν τοῦ μαρτυρίου σκηνήν. Ὁ γὰρ μέγας ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸς ὕστερον ᾠκοδομήθη παρὰ Σολομῶντος. Ἤκουσεν δέ, οὐκ αἰσθητῶς, ἀλλὰ θεοπρεπῶς. Τὰς γὰρ συνεκτικὰς τοῦ παντὸς δυνάμεις ἀδυνατοῦντες γνῶναι καὶ εἰπεῖν, εἰς αἰσθήσεων εἰκόνας ταύτας καταμερίζομεν, δι' ὧν ἡμεῖς ἀντιλαμβανόμεθα τῶν ὄντων.

Et clamor meus in conspectu ejus. Clamor meus semper in conspectu ejus est : quia in angustiis constitutus ad ipsum solum clamo.

Καὶ ἡ κραυγή μου ἐνώπιον αὐτοῦ. Διὰ παντὸς ἡ κραυγή μου ἐνώπιον αὐτοῦ ἐστι, πρὸς αὐτὸν μόνον κράζοντος ἐν ἀνάγκαις.

Introibit in aures ejus. In tempore etiam opportuno exaudiet me. His autem verbis uti et nos solemus cum gratias agimus, et cum dæmonum pariter insultationes narramus.

Εἰσελεύσεται εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ. Καὶ ἐν καιρῷ εἰσακούσεταί μου. Τούτοις δὲ τοῖς ῥήμασι καὶ ἡμεῖς C χρώμεθα, εὐχαριστοῦντες ἅμα, καὶ τὰς ἐπιθέσεις τῶν δεινῶν ἐκδιηγούμενοι.

VERS. 8. *Commota est et contremuit terra.* Nunc tradere incipit prophetiam de Christo, et futura narrat tanquam præterita prophetarum more. Beato enim David nihil simile legimus contigisse ; et quod LXX interpretes dixerunt : *Commota est*, seu potius, *fluctuavit et contremuit terra :* Aquila dixit, *Mota est et concussa.* Per terram autem homines in ea habitantes intellige. Docente enim Christo Judæi et gentes perturbati sunt propter opinionem et famam quæ de eo increbuerat. Fluctuarunt igitur, hoc est, perturbati sunt. Fluctuare enim idem est quod pertubari. Et timuerunt, videntes nimirum signa ac prodigia quæ faciebat. Tremere enim D posuit pro timere, eo quod timidi homines tremore corripi soleant. Et aliter : commoti sunt, ad Christum nimirum confluentes ob famam quæ de eo erat, et tumultuantes propriis consiliis concussi sunt.

Καὶ ἐσαλεύθη καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ. Τὸ ἐντεῦθεν περὶ Χριστοῦ προφητεύει, περὶ τῶν ἐσομένων ὡς γεγενημένων διαλεγόμενος· ἰδίωμα γὰρ τοῦτο προφητικόν· καὶ γὰρ ἐπὶ Δαβὶδ οὐδὲν ἱστόρηταί τι τοιοῦτον γενόμενον. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ἐσαλεύθη καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ*, ὁ Ἀκύλας εἶπεν· *Ἐκινήθη καὶ ἐσαλεύθη.* Γῆ δὲ νῦν, οἱ ἐκ γῆς ἄνθρωποι, οἱ τὴν γῆν οἰκοῦντες· διδάσκοντος γὰρ τοῦ Χριστοῦ, καὶ οἱ Ἑβραῖοι, καὶ τὰ ἔθνη ἐταράχθησαν ὑπὸ τῆς περὶ αὐτοῦ φήμης· σάλος γὰρ ὁ τάραχος· καὶ ἐφοβήθησαν, ὁρῶντες ἃ ἐποίει τεράστια· τρόμος γάρ, ὁ φόβος ἐνταῦθα, διὰ τὸ τρέμειν τοὺς ἄγαν φοβουμένους. Καὶ ἄλλως δέ, ἐκινήθησαν, συῤῥέοντες ἐπ' αὐτὸν κατὰ φήμην· καὶ ἐσείσθησαν, ταῖς ἑαυτῶν γνώμαις θορυβηθέντες.

Fundamenta montium conturbata sunt, commota sunt, quoniam iratus est eis Dominus. Per montes dæmones intellige ob summam eorum elationem ac superbiam ; et per fundamenta, profundas eorum cogitationes. Conspicientes enim dæmones inexpugnabilem Dei potentiam, propriis cogitationibus confundebantur, dubitantes quisnam esset, et reputantes qualia ipsi pati deberent. Illorum igitur cogitationes sic perturbatæ sunt, et ipsi etiam pariter ab illa potentia commoti, in qua dum vigerent validiores erant ac fortiores. Hoc autem ideo

Καὶ τὰ θεμέλια τῶν ὀρέων ἐταράχθησαν καὶ ἐσαλεύθησαν, ὅτι ὠργίσθη αὐτοῖς ὁ Θεός. Ὄρη νοήσεις τοὺς δαίμονας, διὰ τὴν ἔπαρσιν, ἢ καὶ ἀλαζονείαν. Θεμέλια δὲ λέγει τοὺς βαθεῖς διαλογισμοὺς αὐτῶν· ὁρῶντες γὰρ τὴν ἄμαχον τοῦ Χριστοῦ δύναμιν, συνεχέοντο τοῖς λογισμοῖς, διαπορούμενοι, τίς ἐστι, καὶ ἀναλογιζόμενοι, οἷα πείσονται. Οἱ μὲν οὖν λογισμοὶ αὐτῶν οὕτως ἐταράχθησαν· αὐτοὶ δὲ ἐσαλεύθησαν, ἀφ' ἧς ἐδεδήκεισαν δυνάμεως παρακινηθέντες. Τοῦτο δὲ ἔπαθον, ὅτι ὠργίσθη αὐτοῖς ὁ Θεὸς, ἐπὶ τοσοῦτον τυραννήσασι, καὶ καταδουλωσα-

Digitized by Google

μένοις τοὺς ἀθλίους ἀνθρώπους. Δύναται δὲ ταυτὶ τὰ ρητὰ νοεῖσθαι καὶ περὶ τῶν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ Δεσποτικοῦ πάθους γεγενημένων, (62) ὅτι γῆ ἐσείσθη, καὶ πέτραι ἐρράγησαν, ὅτι ὁ Θεὸς ὠργίσθη αὐτοῖς, δηλονότι τοῖς Ἰουδαίοις.

A accidit, quia iratus est illis Deus, quod tantam exercerent in homines tyrannidem. Possunt etiam hæc intelligi de his quæ acciderunt tempore Passionis Domini, quando terra commota est, et petræ scissæ sunt : quæ omnia divina permissione contigerunt, quia iratus erat Dominus Judæis.

Ἀνέβη καπνὸς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ. Ὀργισθέντος γὰρ τοῦ Δημιουργοῦ διὰ τὴν τοῦ πλάσματος ἀπώλειαν, προηγήσατο τῆς ἐκδικήσεως καπνός, ὃς ἦν μερικὴ τοῦ τυραννήσαντος ἐποχή. Τοὺς τε γὰρ πιστεύοντας ἀφῄρει τῆς ἐκείνου πλάνης, καὶ ἀπὸ τῶν δαιμονιζομένων ἀπήλαυνε τὰ πονηρὰ πνεύματα. Τοῦτο δὲ προοίμιον ἦν τῆς ἐντελοῦς ἐκδικήσεως· ἐπεὶ καὶ ὁ καπνὸς, προοίμιον τοῦ πυρός. Ἐβόα γὰρ ἐλαυνόμενα τὰ δαιμόνια· *Τί ἡμῖν καὶ σοὶ, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ ; ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς.*

VERS. 9. *Ascendit fumus in ira ejus.* Creatore irato ob creaturæ suæ interitum, præcessit vindictæ fumus, qui tyrannum dæmonem ex parte coercuit. Nam et fideles ab illius erroribus abstraxit, et ab iis qui dæmoniaci erant, spiritus expulit immundos. Hoc autem initium fuit postremæ ac majoris vindictæ : quandoquidem igni fumus solet esse prævius. Clamabant enim exeuntia dæmonia : *Quid nobis et tibi, Fili Dei* [31] *? venisti ante tempus torquere nos.*

B

Καὶ πῦρ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ καταφλεγήσεται. Εἰ καπνὸς προηγήσατο, καὶ πῦρ ἕψεται, ὅτι ἡ τελεία ἐκδίκησις, καὶ παντελὴς ἀνενεργησία τοῦ διαβόλου. *Ἀπὸ προσώπου* δὲ *αὐτοῦ*, ἀντὶ τοῦ, ἀπ' αὐτοῦ· ὃς ἦν ἐν πρόσωπον τῶν τριῶν ὑποστάσεων τῆς μιᾶς Θεότητος. Ἢ καὶ *ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ*, τουτέστιν, ἐνώπιον αὐτοῦ. *Πῦρ* γὰρ, φησὶν, *ἐνώπιον αὐτοῦ προπορεύσεται, καὶ φλογιεῖ κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ.* — *Καταφλεγήσεται* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἐκκαυθήσεται.

Ἐν ignis a facie ejus exardescet. Si præcessit fumus, sequetur etiam ignis, hoc est, perfectior vindicta, et omnimoda dæmonis impotentia. *A facie* vero *ejus*, id est, ab ipso Deo, qui in tribus personis unam habet Divinitatis faciem. Vel, *a facie ejus*, id est, coram eo. *Ignis* enim, inquit, *in conspectu ejus præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus* [32]. — *Exardescet* vero, id est accendetur.

Ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ πῦρ ἐστιν ὁ Θεὸς καταναλίσκον τὴν πονηρὰν δύναμιν, μετέλαβον οἱ μαθηταὶ τῆς τοσαύτης ἐνεργείας, καὶ ἀπ' τούτου τοῦ πυρὸς ἀνήφθησαν αὐτοὶ ἄνθρακες ἐμπιπρῶντες τὴν τοῦ ἐχθροῦ ἰσχὺν, τῷ πυρὶ τῆς οἰκείας πίστεως. *Ἰδοὺ* γὰρ, φησὶ, *δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.*

C

Carbones succensi sunt ab eo. Quia Deus ignis consumens est, omnem nimirum malignam potentiam, ipsius quoque discipuli hujusmodi efficaciæ ac virtutis participes effecti sunt, et ab hoc ipso igne, Deo, accensi sunt carbones : qui ignes propriæ fidei omnem inimici potentiam combureret. *Ecce* enim, inquit, *dedi vobis potestatem conculcandi serpentes et scorpiones et omnem inimici potentiam* [32*].

Καὶ ἔκλινεν οὐρανοὺς, καὶ κατέβη. Τὸ λεληθὸς τῆς θείας σαρκώσεως ἐμφῆναι βουλόμενος ὁ Προφήτης, εἶπεν, ὅτι ἔκλινεν οὐρανοὺς ἄχρι τῆς γῆς, καὶ ἀψοφητὶ κατέβη. Λαθὼν γὰρ τὰς δυνάμεις ἁπάσας, ἐνῴκησε τῇ παρθενικῇ γαστρί. Σωματικώτερον οὖν ἐσχηματογράφησε τῷ λόγῳ τὸ πρᾶγμα, καὶ δῆλον ἀπὸ τοῦ ἐπαγομένου. Φησὶ γάρ·

VERS. 10. *Et inclinavit cœlos et descendit.* Volens nobis Propheta abditum divinæ incarnationis mysterium significare, ait quod inclinavit cœlos usque ad terram, et quod sine strepitu descendit. Occulte enim ac latenter, insciis nimirum omnibus potestatibus, habitavit in Virginis utero. Propheta vero corporalius ac sensibilius factum hoc describsit, ut ex sequentibus etiam magis patebit. Ait enim :

D

Καὶ γνόφος ὑπὲρ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Γνόφος μέν ἐστι σκότος· πόδες δὲ, ἡ πορεία· κεκρυμμένη γὰρ ἡ αἰτία τῆς ἐνανθρωπήσεως, καὶ ἀκατανόητος ὁ τρόπος αὐτῆς. Ἢ καὶ ἄλλως· Καθάπερ γῇ λέγονται οἱ γήϊνοι ἄνθρωποι πολλάκις, ἢ οἱ τὴν γῆν οἰκοῦντες, οὕτω καὶ οὐρανοὶ πάντως, οἱ οὐράνιοι ἄγγελοι, ἢ οἱ τὸν οὐρανὸν κατοικοῦντες, οὕστινας ἔκλινε κατιὼν εἰς γῆν· γέγραπται γὰρ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· *Οἱ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ*· κάθοδον δὲ Θεοῦ σωματικῶς νοήσεις· ἀπερίγραπτος γὰρ

Et caligo sub pedibus ejus. Per caliginem tenebras intellige, et per pedes viam. Obscura enim fuit via humanationis atque incarnationis Domini, et illius modus incomprehensibilis. Vel aliter : Quemadmodum terreni homines, vel qui terram habitant, apud Scripturam sæpenumero terra appellantur, sic et cœlestes angeli qui in cœlo commorantur, cœlum etiam dici possunt [quos angelos inclinavit Dominus in terram, illuc nimirum descendentes ad ejus ministerium. Scriptum est

[31] Matth. VIII, 29. [32] Psal. XCVI, 3. [32*] Luc. X, 19.

Variæ lectiones.

(62) Latinus interpres legisse videtur ὅτε.

Digitized by Google

enim in Evangelio, quod] angeli ministrabant ei [33]. Descensum autem Dei non corporalem intellige. Incircumscriptus est enim Deus, et omnia implet, tametsi supra quam a nobis comprehendi possit et ineffabiliter.

καὶ πάντα πλήρων· ἀλλ' ὑπὲρ κατάληψίν τινα, καὶ ἄῤῥητον.

Vers. 11. *Et ascendit super Cherubim et volavit, volavit super alas ventorum.* Hæc est prophetia de Christi assumptione. Quod autem ascendens Dominus susceptus fuerit a Cherubim, Ezechiel visione sua declaravit dicens: *Et extulerunt Cherubim alas suas, et rotæ illis adjunctæ, et Dominus Israel in ipsis, et desuper ipsa: et ascendit gloria Domini de media civitate* [34]. Quæ verba sine contradictione de Ascensione Domini dicta sunt. Nam et Paulus ipsum Dominum splendorem gloriæ appellavit [35]. Volavit autem super alas Cherubim, quæ et ventos etiam appellavit ob motus celeritatem. Et revera quidem vectus est in cœlum Dominus super Cherubim, quæ Divinitati proximiora sunt, licet apostolis vehi ventorum alis visus sit, hoc est ab ipsis ventis, quos alatos esse Prophetæ introduxit, propter velocissimum eorum in aere motum. Alata enim sunt omnia quæ per aerem incedunt (63) [Et quia de Christi ascensione scriptum legimus, quod *nubes suscepit eum ab oculis eorum* [36], intellige quod nubes illa a ventis ferebatur, quemadmodum aliæ omnes semper ferri soleant.]

Ἐπέβη ἐπὶ Χερουβὶμ, καὶ ἐπετάσθη, ἐπετάσθη ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων. Ταῦτα, προφητεία περὶ τῆς ἀναλήψεως τοῦ Χριστοῦ. Ὅτι δὲ τὰ Χερουβὶμ τότε τὸν Ἰησοῦν ἐπέλαβον, Ἰεζεκιὴλ τοῦτο θεασάμενος τοῖς προφητικοῖς ὀφθαλμοῖς, διδάσκει λέγων· *Καὶ ἐξῆρε τὰ Χερουβὶμ τὰς πτέρυγας αὐτῶν, καὶ οἱ τροχοὶ ἐχόμενοι αὐτῶν, καὶ ἡ δόξα Θεοῦ Ἰσραὴλ ἐπ' αὐτὰ, ὑπεράνω αὐτῶν, ἀνέβη ἡ δόξα Κυρίου ἐκ μέσης τῆς πόλεως*· ἀναντιῤῥήτως γὰρ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἀναλήψεως ταῦτά φησιν. Ἐπεὶ καὶ Παῦλος ἀπαύγασμα τῆς δόξης αὐτὸν ἐκάλεσεν. Ἐπετάσθη δὲ ἐπὶ πτερύγων τῶν Χερουβὶμ, ἅπερ ἀνέμους ἐκάλεσεν, διὰ τὴν ταχύτητα τῆς κινήσεως. Καὶ τῇ μὲν ἀληθείᾳ, ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ ἐπῳχεῖτο, πλησιαζόντων τῇ θεότητι, τοῖς δὲ ἀποστόλοις ἔδοξεν ἀνέχεσθαι πτέρυξιν ἀνέμων πτερωτοὺς γὰρ ἐκάλεσεν τοὺς ἀνέμους, διὰ τὴν ὀξείαν ἐν ἀέρι κίνησιν. Ὑπερωτὰ γὰρ τὰ διαπερῶντα τὸν ἀέρα· ἐπεὶ καὶ νεφέλη ἀνέμῳ φέρεται.

Vers. 12. *Et posuit tenebras latibulum suum.* Per tenebras significat quod videri non possit. Invisibilitas enim erat quæ illum tegebat. Hanc igitur invisibilitatem sibi circumposuit in latibulum, quia in cœlum assumptus eorum oculos latebat. Vel per tenebras carnem Domini intellige, quæ divinitatem intra se occultabat; seu incomprehensibilitatem quæ illius divinitatem celabat. Obtenebrantur enim et cæcutiunt ii qui divinæ profundum scientiæ exacte nimis cupiunt penetrare.

Καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ. Σκότος οἰητέον τὸ μηκέτι βλεπόμενον. Τοιγαροῦν ἡ ἀφορασία ἀπέκρυψεν αὐτόν· ταύτην γὰρ ἔθετο περὶ ἑαυτὸν ἀπόκρυψιν. Ἀναληφθεὶς γὰρ, ἐκρύβη ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. Ἢ σκότος οἰητέον τὴν σάρκα, κρυπτομένης ἐν αὐτῇ τῆς θεότητος. Ἢ ἔθετο σκότος, τουτέστιν ἀκαταληψίαν, ἀποκρύπτουσαν αὐτὸν κατὰ τὴν θεότητα. Σκοτίζονται γὰρ οἱ ἐνατενίζειν τῷ βάθει τῆς γνώσεως αὐτοῦ πειρώμενοι.

In circuitu ejus tabernaculum ejus. Tabernaculum hic assumptam carnem appellat, quam et ipse Dominus templum suum nominavit [dicens: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus ædificabo illud* [37]. In circuitu vero ejus dixit], quia intra ipsam carnem habitabat Deus, non tamen ut circumscriptus, sed ut omnipotens, ineffabili quodam modo illic permanens. Hoc autem dixit ut ostenderet Christum simul cum carne in cœlum assumptum esse, quodque illuc ascensurus eam non deposuit, quemadmodum aliqui insipientes postea dixerunt. Vel per tabernaculum divinum illum splendorem intelligit, ad quem nemo potest appropinquare, quoniam lucem inhabitare inaccessibilem dicitur, quæ in circuitu Divinitatis exsistens, illam obtegit, et oculos volentium illam intueri potenter avertit.

Κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ. Σκηνὴν λέγει τὴν προσληφθεῖσαν σάρκα, ἣν καὶ ναὸν αὐτὸς ἐκάλεσεν ἑαυτοῦ, ὅτι ἐν αὐτῇ ἐσκήνωσεν, οὐχ ὡς ἐν αὐτῇ περιγραφόμενος, ἀλλ' ἀπῤῥήτως ἐνοικήσας, ὡς παντοδύναμος. Τοῦτο δὲ εἶπεν δεικνύων, ὅτι μετὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ἀνελήφθη, καὶ οὐκ ἀπέθετο ταύτην, ὥς τινες ἐλήρησαν ὕστερον. Ἢ καὶ σκηνὴν λέγει τὴν ἀπροσπέλαστον αἴγλην· ὅτι καὶ φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον προσαγορεύεται, ὅπερ κύκλῳ τῆς θεότητος ὄν, ἀποκρύπτει μὲν ταύτην, ἀποστρέφει δὲ τὰς ὄψεις τῶν θελόντων ἰδεῖν.

Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Per aquam hic occultum de Christo sacramentum intelligit, et per aerem, seu (ut verius habet Græca lectio in plurali numero, per aeres) prophetas, et sensus est, quod prophetia eorum quæ ad Christum pertinent,

Σκοτεινὸν ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων. Ὕδωρ ἐνταῦθα λέγει τὸ περὶ Χριστοῦ μύημα· νεφέλας δὲ, τὰς προφητείας, καὶ δίδωσι τοιαύτην ἔννοιαν· ὅτι σκοτεινή ἐστιν ἡ περὶ Χριστοῦ προκήρυξις, ἐν ταῖς προφητείαις τῶν προφητῶν, καὶ δυσθεώρητος

[33] Matth. iv, 11, et alibi passim. [34] Ezech. xi, 22, 23. [35] Hebr. i, 3. [36] Act. i, 6. [37] Joan. ii, 19.

Variæ lectiones.

(63) Græca verba ita sonant: *Quandoquidem et nubes venit fertur.*

Digitized by Google

περὶ του τέλους. Καὶ ὕδωρ μὲν, ὡς ἀναψύχουσα τοὺς λυσσοθυμοῦντας ἐν τῇ πλάνῃ· νεφέλαι δὲ, ὡς κεκρυμμένον ἔχουσαι τὸ μηνυόμενον· ἀέρες δὲ, διὰ τὴν καθαρότητα καὶ λεπτότητα τοῦ νοῦ· ὅτι δὲ νεφέλας τοὺς προφήτας πολλάκις ἡ Γραφὴ καλεῖ, παρέστησεν Ἡσαΐας· τὸν γὰρ οἶκον τοῦ Ἰσραὴλ ἀμπελῶνα προσαγορεύσας, εἰσήγαγεν νεφέλας ἐντελλομένας μηκέτι βρέχειν εἰς αὐτὸν, ὅ ἐστι, προφήτας μηκέτι προλέγοντας.

Gloriam et magnum decorem impones super eum. Ampliori adhuc, inquit, gloria illum donabis, et majora efficies, cum ob perspectam in te animi ejus voluntatem, pergratus tibi ac carissimus sit.

Vers. 7. *Quoniam dabis benedictionem in sæculum sæculi.* Benedictio aliquando laudem significat, ut illud : *Benedic, anima mea, Domino* [59]. Aliquando gratiam seu beneficium, ut illud : *Prævenisti eum in benedictionibus bonitatis* [60]. Aliquando participationem sanctificationis, ut hic. Aliquando blasphemiam ac maledictionem ut apud Job : *Nisi in facie benedixerit tibi* [61]. Ad hæc, et salutationem significat, ut in quarto Regum, quando Elisæus dixit ad Giezi : *Si inveneris hominem, non benedices ei, et si benedixerit tibi vir, non respondebis ei* [62].

Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Symmachus *a vultu tuo*, hoc est a protectione et custodia tua. Aspicies enim in eum, et gaudio replebitur. [Vel non simpliciter lætitiam habebit, sed simul cum benevolentia tua. Et causam adjunxit : Quia sinceram scilicet habet in te spem.

Vers. 8. *Quoniam rex sperat in Domino, et in misericordia Altissimi non commorebitur.* Non in exercitu amplius aut in divitiis confidit, neque in aliis humanis viribus, sed in solo adjutore Deo ; atque ideo non commovebitur nec fluctuabit.

Vers. 9. *Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis.* Manus Dei divina est potentia, in quam incidere omnes eos optat, qui Deo maledicunt : Inveniatur, inquit, ab illis ad supplicia et ad pœnas.

Dextera tua inveniat omnes qui te oderunt. Inveniat, hoc est, comprehendat.

Vers. 10, 11. *Quoniam pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui.* Combures, inquit, eos igne iræ tuæ : per *Clibanum ignis*, furnum intelligit, in quo coqui solet panis. *In tempore* autem *vultus tui*, hoc est, in tempore visitationis tuæ, quando nimirum in eos severe ac torve aspicies. *Vultus* enim, inquit, *Domini super facientes mala* [63], ut perdat de terra memoriam eorum.

Dominus in ira sua conturbabit eos, et devorabit eos ignis, fructus eorum a terra perdes, et semen eorum a filiis hominum. Perditionem inimicorum futuram prædicit, et pœnarum species connumerat : quod scilicet ab ira Dei molestati conturbabuntur, dubitantes ex omni latere : quodque igne etiam cremabuntur, et fructus agrorum ipsorum etiam corrumpentur : et quod tota denique eorum generatio peribit, ut satis indicant illa verba : *Et semen eorum a filiis hominum.* Per filios autem hominum humanam generationem significat.

Vers. 12. *Quoniam declinaverunt in te mala.* Omnia vero hæc patientur, quia moverunt mala adversum te, et quia nomen tuum blasphemant, et servis tuis insidias tendunt, multisque eos damnis ac malis afficiunt.

[59] Psal. CII, 1, 2. [60] Psal. XX, 4. [61] Job I, 11. [62] IV Reg. IV, 4. [63] Psal. XXXIII, 17.

Digitized by Google

Cogitaverunt consilia in quibus sistere non potuerunt. Licet multa, inquit, adversus te ac servos tuos cogitaverint, hujusmodi tamen cogitationibus immorari atque insistere non potuerunt. Destruentur enim eorum consilia.

Vers. 13. *Quoniam pones eos dorsum.* Dorsum poni dicitur qui fugit ac terga dat. Nihil enim aliud corporis ejus tunc, quam dorsum, hoc est, quam tergum videri potest.

In reliquiis tuum præparabis vultum eorum. Hoc per hyperbaton figuram construendum est, si sententiæ tenorem servare voluerimus, hoc pacto : In reliquiis eorum præparabis vultum tuum ; ac si dicat, quod neque etiam ii salvabuntur qui relicti sunt et superfueruut a strage belli, et qui in fugam conversi sunt, sed contra eos etiam, visitationem tuam præparabis, adeo ut non possint evadere. [Et hic quidem erit sensus si legas : *In reliquiis tuum*, etc. Verum quia dictio Græca σοῦ potest intelligi, ut referatur ad præcedentia, ita ut sit lectio : *In reliquiis tuis*, etc., juxta hanc lectionem, paulo post secundam psalmi expositionem tractabimus.]

Vers. 14. *Exaltare, Domine, in potentia tua.* In psalmo VII declaravimus quid significet verbum hoc : *Exaltare*. Eumdem enim sensum habet hic versiculus, quem ibi ille : *Et exaltare in finibus inimicorum tuorum* [65].

Cantabimus et psallemus potentatus tuos. In fine psalmi XII, declaravimus quid significent hæc verba *cantare* et *psallere*. Aliqui hunc psalmum congruere asserunt ipsi beato David, dicentes, quod pro seipso illum cecinit. Quod si susceperimus (nihil enim impedit), exponi poterit, ut subjiciemus. Quod igitur in principio psalmi ait : *In potentia tua lætabitur, et in salutari tuo exsultabit*, intelligemus dicta fuisse propter Christum qui et potentia Dei est, et dicitur, juxta Apostolum [66], et Salvator. *Ipse* enim, ut ait Evangelista, *Salvabit populum suum* [67]. Ad Patrem itaque dicit Propheta : *Domine in potentia tua*, et ad Filium : *In salutari tuo*, hoc est in ea salute, quæ per te humano generi data est. Hoc pacto etiam in sequentibus alia ad Patrem, et alia ad Filium referri debent. Vere autem beatus David, post mortem suam lætatus est, atque exsultavit, cernens ac contemplans divinæ incarnationis mysterium. Nam si dum adhuc tenebris humanæ carnis indutus erat, animæ tamen ac mentis oculis futura prospiciebat, multo magis hujusmodi corporis tenebris depositis, credendum est eum purius ac perlucidius omnia speculatum esse. Et consequenter ad prædicta, per cordis desiderium intelligemus desiderium videndi incarnationem hanc divinam, cujus typum ac figuram viderat ; et per voluntatem labiorum, indesinens ac perpetuum illud studium canendi ac laudandi Deum, quo desiderio nunquam frustratus est. Canit quippe Deo assidue, fidelium omnium ore utens ac labiis. Vitam autem petiit a Deo, et accepit, cum in summis sæpe peri-

A *Διελογίσαντο βουλὰς, αἷς οὐ μὴ δύνωνται στῆναι.* Εἰ γὰρ καὶ πολλὰ κατὰ σοῦ καὶ τῶν δούλων σου ἐμελέτησαν, ἀλλ' οὖν οὐκ ἰσχύσουσιν ἐμμεῖναι τοῖς δεδογμένοις· περιτραπήσονται γὰρ αἱ τούτων βουλαί.

Ὅτι θήσεις αὐτοὺς νῶτον. Νῶτος γίνεται ὁ φεύγων· οὐδὲν γὰρ ἕτερον αὐτοῦ φαίνεται, ἢ μόνον ὁ νῶτος.

Ἐν τοῖς περιλοίποις σου ἑτοιμάσεις τὸ πρόσωπον αὐτῶν. Τοῦτο καθ' ὑπερβατὸν συντάξομεν, εἰ μέλλοιμεν συντηρῆσαι τὴν ἀκολουθίαν τῆς διανοίας. Οἷον ἐν τοῖς περιλοίποις αὐτῶν, ἑτοιμάσεις τὸ πρόσωπόν σου, τουτέστιν, οὐδ' οἱ περιλειφθέντες ἀπὸ τῆς ἐν τῷ πολέμῳ σφαγῆς, καὶ εἰς φυγὴν τρα-
B πήσονται· ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτῶν ἐπισκοπὴν τὴν σὴν εὐτρεπίσεις, ὥστε μὴ διαφυγεῖν αὐτούς.

Ὑψώθητι, Κύριε, ἐν τῇ δυνάμει σου. Ἐν τῷ ἑβδόμῳ ψαλμῷ σεσαφήνισται, τί σημαίνει τὸ, Ὑψώθητι· τὸ παρὸν γὰρ ῥητὸν, ταυτὸν δύναται τῷ Ὑψώθητι ἐν τοῖς πέρασι τῶν ἐχθρῶν σου.

Ἄσωμεν καὶ ψαλοῦμεν τὰς δυναστείας σου. Ἐν τῷ τέλει τοῦ ιβ' ψαλμοῦ προδιελάβομεν, τί βούλεται τὸ, ᾄσω, καὶ τὸ, ψαλῶ. Τινὲς δὲ καὶ τὸν παρόντα ψαλμὸν τῷ Δαβὶδ ἁρμόζουσι, λέγοντες,
C ὑπὲρ ἑαυτοῦ τοῦτον ᾄσαι. Εἰ δὲ τοῦτο δεξόμεθα, κωλύει γὰρ οὐδὲν, μεθερμηνεύσομεν τὰ ῥητά. Καὶ γὰρ αὐτίκα τὸ, Ἐν τῇ δυνάμει σου εὐφρανθήσεται, καὶ ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου ἀγαλλιάσεται, ἐπὶ τὸν Χριστὸν εἰρῆσθαι νοήσομεν. Ἐπεὶ γὰρ ὁ Χριστὸς, καὶ Θεοῦ ἐστι δύναμις, φησὶ γὰρ ὁ μέγας Παῦλος· *Χριστὸς Θεοῦ δύναμις*· καὶ πάλιν αὐτὸς καὶ Σωτήρ ἐστι· φησὶ γὰρ ὁ εὐαγγελιστής· *Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ*· πρὸς μὲν τὸν Πατέρα εἶπεν· *Κύριε, ἐν τῇ δυνάμει σου*· πρὸς δὲ τὸν Υἱόν· *Καὶ ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου*, τουτέστι, τῇ παρὰ σοῦ γινομένῃ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων. Οὕτω δὲ καὶ τὰ ἑξῆς, τὰ μὲν πρὸς τὸν Πατέρα, τὰ δὲ πρὸς τὸν Υἱὸν λέγοιτ' ἄν. Καὶ ὄντως ηὐφράνθη, καὶ ἠγαλλιάσατο Δαβὶδ, θεασάμενος καὶ μετὰ θάνατον τὸ τῆς
D θείας ἐνανθρωπήσεως μυστήριον. Εἰ γὰρ τὴν ἀχλὺν τῆς σαρκὸς περικείμενος ἔτι, τοῖς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς εἶδεν τὰ μέλλοντα, πολλῷ μᾶλλον ταύτην ἀποθέμενος καθαρώτερον ἑώρα καὶ τηλαυγέστερον. Ἀκολούθως δὲ καὶ ἐπιθυμίαν καρδίας ὑποληψόμεθα τὸν πόθον τοῦ ἰδεῖν τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐνανθρώπησιν, ἧς προεῖδε τὸν τύπον. Θέλησιν δὲ τῶν χειλέων, τὸ θέλειν διὰ παντὸς ᾄδειν Θεῷ· καὶ μέντοι καὶ ᾄδει πάντοτε, τοῖς τῶν πιστῶν χείλεσι χρώμενος. Ζωὴν δὲ ᾐτήσατο, καὶ ἔλαβε, πολλάκις κινδυνεύσας ἀποθανεῖν ὑπ' ἐχθρῶν, καὶ δι' εὐχῆς περισωθείς. *Μεγάλη δὲ ἡ δόξα αὐτοῦ ἐν τῷ σωτηρίῳ σου*, τουτέστι, διὰ τὴν παρὰ σοῦ σωτηρίαν· ἐδοξάσθη γὰρ

[65] Psal. VII, 7. [66] I Cor. I, 24. [67] Matth. I, 21.

Digitized by Google

ἀληθῶς, ὅτι ἐκ τῆς ῥίζης αὐτοῦ ἡ σωτηρία ἡμῶν ἐβλάστησε, καὶ μέγας γέγονεν, καὶ περιβόητος. *Εὐφρανεῖς* δὲ *αὐτὸν ἐν χαρᾷ μετὰ τοῦ προσώπου σου*, ἀντὶ τοῦ, Τέρψεις αὐτὸν διὰ τοῦ Υἱοῦ σου. Πρόσωπον γὰρ Πατρὸς, Υἱός· φησὶ γάρ· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα.* Ἐχθροὺς δὲ τοῦ Θεοῦ νοήσεις τοὺς μισοχρίστους Ἰουδαίους, οἷς καὶ τὰ δεινότερα ἐπαρᾶται, καὶ προφητεύει ὅσα καὶ πεπόνθασιν, ὧν τὸ σπέρμα πανωλεθρίᾳ διεφθάρη, δηλαδὴ τῶν σταυρωσάντων τὸν Κύριον. Οἱ γὰρ ἐν ταῖς διασποραῖς, διαπεφεύγασιν ἐκεῖνον τὸν ὄλεθρον. *Θήσεις* δὲ *αὐτοὺς ὡς κλίβανον πυρὸς ἐν τῷ καιρῷ τοῦ προσώπου σου*, δηλαδὴ τοῦ Υἱοῦ σου, καθὼς εἰρήκαμεν. Μετὰ γὰρ τὴν ἐπιδημίαν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ πεπόνθασι, καὶ ἤρξαντο κατ' αὐτῶν φύεσθαι τὰ δεινὰ, ἀφ' οὗ Χριστὸς εἶπεν αὐτοῖς· *Ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία.* — *Ἐν δὲ τοῖς περιλοίποις σου*, τουτέστι τοῖς ἐξ αὐτῶν πεπιστευκόσιν εἰς σὲ τὸν Υἱὸν, καὶ ὑπολειφθεῖσιν. *Ἑτοιμάσεις*, ἤγουν κοσμήσεις, καὶ δοξάσεις τὸ γένος αὐτῶν· δόξα γὰρ τοῖς Ἑβραίοις τέως, ὅτι πατέρες τῶν ἀποστόλων γεγόνασιν, εἰ καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἄδοξοί εἰσι καὶ ψευκτοί. Ἁρμόζομεν τὸν ψαλμὸν τοῦτον καὶ τῷ βασιλεῖ ἡμῶν κατὰ τῶν Βαρβάρων, ὡς καὶ τὸν πρὸ τούτου.

A culis fuerit ac morti proximus, et demum precibus suis ad Deum interredentibus ab eo salvatus sit. *Magna est gloria ejus in salutari tuo:* hoc est, propter salutem illam, quæ a te est. Magnam quippe gloriam assecutus est beatus David, cum ex ejus radice salus nostra pullulaverit: unde major ac celebrior apud omnes effectus est. *Lætificabis autem eum in gaudio cum vultu tuo;* hoc est, delectabis eum per Filium tuum. Vultus enim seu facies Patris, Filius dicitur: *Qui enim vidit me*, inquit, *vidit et Patrem meum* [67]. Per inimicos autem Dei Judæos intellige, Christi inimicos, quibus gravia imprecatur Propheta, prædicens hoc pacto quæcunque postea passuri erant, et quorum semen jam prorsus deletum est; eorum dico, qui B Christum crucifixerunt. Nam qui erant jam per orbem dispersi, illi Romanorum flagellum evaserunt. *Pones* etiam *eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui*, hoc est, in tempore Filii tui, ut jam diximus: quæ res post adventum Christi accidit. Ex illo enim tempore quo dixit Dominus ad Judæos: *Tolletur a vobis regnum* [68], etc., gravia adversus eos in dies cœperunt oriri flagella. *In reliquiis tuis*, hoc est in iis Judæis, qui crediderunt in te Filium Dei, et qui tibi relicti sunt ut fideles. *Præparabis*, hoc est, ornabis, et glorificabis genus eorum. Summa quippe gloria etiam hactenus Judæis est, quod patres apostolorum fuerint: tametsi ipsi per se inglorii sint et abominabiles. Possumus et hunc psalmum regi nostro fideli accommodare, et adversus infideles Barbaros, quemadmodum diximus proxime præcedentem etiam accommodari posse.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

C *In finem pro auxilio matutino Psalmus ipsi Davidi.*

ΨΑΛΜΟΣ ΚΑ'.

Ὁ ψαλμὸς οὗτος φανερῶς εἰς Χριστὸν ἀνάγεται· προαναγορεύει γὰρ τὰ τοῦ προσλήμματος, καὶ τὰ τοῦ σωτηρίου πάθους αὐτοῦ, ἃ τέλος εἰλήφασιν. Ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως δὲ ἐπιγέγραπται, διὰ τὸ περιέχειν ἱκεσίαν, ὑπὲρ τοῦ ἐλθεῖν αὐτῷ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πάθους, εἰς ἀντίληψιν ἐνισχύουσαν· τῆς ἑωθινῆς δὲ πρόσκειται, ἀντὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ. Ὄρθρος γὰρ οὗτος ὀνομάζεται, ὅ ἐστιν ἡμέρας ἀρχή. Οὕτως γὰρ ἀνέτειλεν ἡμῖν τοῖς ἐν σκότει τῆς πλάνης καθημένοις ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ φῶς γνώσεως. Ἱκέτευε δὲ ὡς ἄνθρωπος, διδάσκων εὔχεσθαι κατὰ τὸν τοῦ θανάτου καιρόν. Φύσει γὰρ τότε καὶ ὁ πάνυ δίκαιος, δειλιᾷ τὸ καινὸν τῆς D διαζεύξεως. Τινὲς δὲ νοοῦντες πρόθεσιν ἀντὶ προθέσεως, ἔθος γὰρ καὶ τοῦτο τοῖς παλαιοῖς φασὶ τὸν ψαλμὸν τοῦτον εἶναι *περὶ* τῶν παθῶν τοῦ Χριστοῦ. ταῦτα γάρ ἐστιν ἑωθινὴ ἀντίληψις, ὅτι τότε μᾶλλον ἀντελάβετο ἡμῶν ὁ δηλωθεὶς ὄρθρος, ὅ ἐστι Χριστὸς, θανάτῳ νικήσας τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου.

PSALMUS XXI.

Præsens Psalmus manifestissime ad Christum referendus est, et multa prædicit, quæ ad assumptam carnem et ad salutarem ejus passionem pertinent, et jam finem suum consecuta sunt. *Pro auxilio* autem ideo inscriptum est, quia supplicationem Christi continet, qua passionis tempore a Patre auxilium petiit. Matutinum vero seu etiam, ut Græca dictio sonat, orientale auxilium Propheta Christum appellavit, qui mane atque oriens vocatur, hoc est diei principium. Vere enim nobis Dominus, sedentibus in umbra mortis, non secus ac sol quidam justitiæ ortus est, seu lumen scientiæ. Quod autem supplicat, facit tanquam homo, ut nos orare doceret, in mortis tempore: quandoquidem is etiam qui natura ipsa justissimus est, propter insuetam animæ ac corporis disjunctionem tunc temporis formidat ac perhorrescit. Quidam vero præpositionem *pro*, loco præpositionis *de*, positam esse intelligentes (ut alibi plerumque reperitur), aiunt psalmum hunc de Christi passionibus conscriptum esse. Christi enim passiones significari dicunt, per auxilium matutinum; quia commemorato passionis tempore mane, illud, atque oriens, quod diximus, hoc est. Christus; maximum nobis auxilium præstitit, devicto per mortem propriam, illo tyranno qui mortis antea imperium occupaverat.

Ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, πρόσχες μοι, ἱνατί ἐγκατέλιπές με· Δειλίας μὲν ἀνθρωπίνης ὁ λόγος·

VERS. 2. *Deus meus respice in me quare me dereliquisti?* Humanæ est formidinis sermo, quo ma-

[67] Joan. XIV, 9. [68] Matth. XXI, 43.

Digitized by Google

vime Dei humanatio confirmatur, quodque verus ac perfectus homo fuerit Christus, et naturali obnoxius timori. *Respice me*, inquit. Solent enim qui carnifici quempiam tradunt, oculos avertere. *Quare dereliquisti me?* inquit. Atqui, numquam discessit Deus a Jesu, ubi semel Dei Filio et uni tus ac junctus est ; verum præ summa formidine se derelictum putat. Nisi enim, inquit, tu apud te auxilium tuum continuisses, ego sane mortem non timerem. De hoc Christi timore tradunt etiam Evangelistæ, et quando oravit dicens : *Pater, si possibile est, transeat a me Calix iste*[69] : et quando introducunt eum in cruce, præsentis versiculi verba protulisse, dicentem : *Deus Deus meus, quare dereliquisti me*[70], hoc est, quare in hoc me timore reliquisti, sciens spiritum quidem promptum esse, carnem autem infirmam? Vel quare me morti concessisti, sciens quod ego nihil morte digi um fecerim.

πιστοῦται δὲ τοῦτο ἐνανθρώπησιν, ὅτι τέλειος ὢν ἄνθρωπος, καὶ τῷ φυσικῷ ὑπέκειτο φόβῳ. *Πρόσχες μοι* · εἰώθασι γὰρ οἱ παραχωροῦντές τινα δημίοις, ἀποστρέφειν τὰς ὄψεις ἑαυτῶν. *Ἱνατί ἐγκατέλιπές με ;* καὶ μὴν οὐδέποτε διέστη ἀπ' αὐτοῦ, ἅπαξ ἑνωθέντος τῷ Υἱῷ καὶ Θεῷ · ἀλλ' ἐγκαταλελεῖφθαι λέγει, διὰ τὴν δειλίαν. Εἰ γὰρ μὴ σὺ, φησὶν, τὴν παρὰ σοῦ βοήθειαν ἐπίσχες, οὐκ ἂν ἐγὼ τὸν θάνατον ἐδειλίασα. Περὶ ταύτης δὲ τῆς δειλίας καὶ οἱ εὐαγγελισταὶ διεξίασιν, ὅτι καὶ προσηύξατο παρελθεῖν τὸ τοῦ θανάτου ποτήριον. Καὶ αὐτὸ δὲ εἶπε τοῦτο ψαλμοῦ ῥητὸν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ · *Θεέ μου, Θεέ μου, ἱνατί με ἐγκατέλιπες ;* Ἤγουν, ἱνατί ἐγκατέλιπες εἰς δειλίαν, εἰδὼς ὅτι τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ, ἀσθενής ; ἢ, Διατί μὲ παρεχώρησας τῷ θανάτῳ, γινώσκων, ὅτι οὐδὲν ἥμαρτον ἄξιον θανάτου ;

Longe a salute mea verba delictorum meorum. Reatus, inquit, peccatorum meorum procul sunt a salute mea, hoc est, nullo impedimento sunt saluti meæ : *Iniquitatem* enim, inquit alibi Scriptura[71], *nullam fecit;* mors autem est peccantium multa. Vel aliter : Subit Dominus, atque accepit in se totius humanæ naturæ personam, ut cognatæ ; et, Quare, inquit, me hominem, hoc est, universam hanc humanam naturam dereliquisti, sinens eam opprimi a morte? et causam infert : Quia nimirum condemnationes meorum scelerum, procul sunt a salute mea. Nam cum his ego pariter elongatus sum a te : quod si apud te essem, servarer sane ab hac morte.

Μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου. Αἱ γὰρ εὐθύναι τῶν ἁμαρτιῶν μου, πόῤῥω εἰσὶ τῆς σωτηρίας μου, τουτέστιν, οὐκ ἐμποδίζουσιν αὐτῇ διὰ τὸ μηδ' ὅλως εἶναι αὐτάς. *Ἀνομίαν* γὰρ, φησὶν, *οὐκ ἐποίησε.* Τῶν ἁμαρτανόντων δὲ ὁ θάνατος ἐπιτίμιον. Ἢ καὶ ἄλλως, τὸ πρόσωπον τῆς ὅλης τῶν ἀνθρώπων φύσεως, ὡς συγγενὴς ἡμῶν, ὑποδύεται, καὶ, Διατί με, φησὶ, τὸν καθόλου ἄνθρωπον κατέλιπες ἀποθνήσκειν ; Εἶτα ἐπιφέρει καὶ τὴν αἰτίαν · Ὅτι μεμάκρυνται σωτηρίας αἱ κατάδικαι μου · αἷς ἄρα κἀγὼ συναπομεμάκρυσμαι. Εἰ γὰρ ἤγγιζον, ἐσωζόμην ἂν ἀπὸ τοῦ θανάτου.

VERS. 3. *Deus meus clamabo die, et non exaudies, et nocte et non ad insipientiam mihi.* Hoc illo die accidit, quando comedit Pascha cum discipulis. Tradunt enim evangelistæ, quod nocte illa oravit. Et verisimile, imo etiam credendum est, die etiam orasse. Nec mireris quod ultimo loco id posuit quod præcessit [ait enim, *Et non exaudies : et nocte;* cum tamen clamorem nocte factum præponere debuisset, et tunc demum inferre : *Et non exaudies*] hujusmodi enim loquendi modi apud prophetas frequenter conspiciuntur : quod ea nimirum ratione factum est, ne ex se ipsis loqui, sed quomodocunque et quæcunque audiunt, ita ea recitare videantur quemadmodum sanctus Spiritus in ipsis illa insonabat. Et in die, inquit, rogabo, ut transeat a me tempus mortis, et non exaudiar. Novi enim te ob humani generis salutem id facere, pro qua ego etiam incarnatus sum. Quidam per diem et noctem tempus ipsum crucis intelligunt. A sexta enim hora usque ad nonam tenebræ factæ sunt, adeo ut tempus illud et dies et nox merito appellari possit; et intelligunt quod rogaverit Patrem ut dimitteret peccata iis qui eum crucifixerant, et quod exauditus non est, cum illi postmodum funditus exterminati sint : et quod exauditus non sit in causa fuit, quia manifeste illos noverat ejus resurrectionem calumniaturos, et proprium auctoris peccatum.

Ὁ Θεός μου, κεκράξομαι ἡμέρας, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ · καὶ νυκτὸς, καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί. Τοῦτο γέγονε, καθ' ἣν ἡμέραν ἔφαγε τὸ Πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν · ὅτι γὰρ ἐν τῇ νυκτὶ τότε προσηύχετο, δεδηλώκασιν οἱ εὐαγγελισταί · δῆλον δὲ ἐντεῦθεν, ὅτι καὶ πρὸ τῆς ἑσπέρας ηὔξατο. Μὴ ξενίζου δὲ, πῶς τὸ πρῶτον τέθεικεν ὕστερον. Τοιαῦτα γὰρ ἐν πολλοῖς τὰ προφητικά. Ἡ δὲ αἰτία, ἵνα μὴ δοκοῖεν οἰκόθεν λαλεῖν, ἀλλὰ ἃ καὶ ἂν ὡς ἀκούσειεν ὑπὸ τοῦ ἐνηχοῦντος Πνεύματος. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ, φησὶ, παρακαλέσω παρελθεῖν τὸν τοῦ θανάτου καιρὸν, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ μου. Καὶ ἐν τῇ νυκτὶ πάλιν ὁμοίως, πλὴν οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοὶ τὸ, πῶς εἰσακούσῃ. Νενόηκα γὰρ ὅτι διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων, ἧς ἕνεκα καὶ σεσάρκωμαι. Τινὲς δὲ ἡμέραν καὶ νύκτα, τὸν καιρὸν τῆς σταυρώσεώς φασιν. Ἀπὸ γὰρ ὥρας ἕκτης ἕως ὥρας ἐνάτης σκότος ἐγένετο, ὡς λέγεσθαι τὴν ἡμέραν ταύτην, ἡμερονύκτιον · ὅτε καὶ ἀφεθῆναι τοῖς ἐσταυρωκόσι τὴν ἁμαρτίαν παρεκάλεσεν μὲν, οὐκ εἰσηκούσθη δὲ, πανωλεθρίᾳ παραδοθέντων. Τοῦτο δὲ αἴτιον, εἰδέναι σαφῶς, ὅτι ἔμελλον συκοφαντῆσαι τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ, καὶ αὐξῆσαι τὴν ἁμαρτίαν.

[69] Matth. xxvi, 39. [70] Matth. xxvii, 46. [71] Isa. liii, 9.

Digitized by Google

Σὺ δὲ ἐν ἁγίῳ κατοικεῖς, ὁ ἔπαινος τοῦ Ἰσραήλ. Ἅγιον καλεῖ τὸν ἡνωμένον ἑαυτῷ Υἱὸν καὶ Θεόν. Καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ δέ, φησίν· *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί.* Ἔπαινος δὲ τοῦ Ἰσραὴλ, ὁ Πατὴρ, ὅτι Ἰουδαῖοι τὴν θεογνωσίαν μόνον ἐνεκαυχῶντο μὴ ποιοῦντες κρίμα καὶ δικαιοσύνην, μηδ' ἔχοντες ἀρετήν. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι Κατοικεῖς ἐν τῷ Υἱῷ, ἔδειξεν, ὅτι θέλει καὶ ὁ Υἱὸς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ οὐκ ἀποστέγεται τὸν θάνατον τοῦ προσλήμματος· ἓν γὰρ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ θέλημα. A

Ἐπί σοι ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν· ἤλπισαν, καὶ ἐρρύσω αὐτούς· πρός σε ἐκέκραξαν, καὶ ἐσώθησαν· ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν, καὶ οὐ κατῃσχύνθησαν. Ζεύγνυσιν ἑαυτὸν τοῖς ἐπηρεαζομένοις, καὶ φησὶν, ὡς οἱ κατὰ σάρκα πατέρες ἡμῶν, οἱ πρὸ τῆς ἐμῆς ἐπιδημίας ἐν τῷ βίῳ λάμψαντες, ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν, καὶ βοήσαντες, ἐρρύσθησαν τῶν κινδύνων. Ἐκείνους οὖν κἀγὼ μιμούμενος, ὡς ὅμοιος αὐτοῖς, ὁμοίως καὶ αὐτὸς ποιοῦμαι τὴν δέησιν. Σύνηθες δὲ τῷ Προφήτῃ τὰς λέξεις πολλάκις ἀναδιπλοῦν, καὶ τριπλοῦν, εἰς ἔμφασιν τοῦ τόνου τῆς καρδίας. Λύτρωσιν δὲ κινδύνου λέγουσιν οἱ σοφοὶ τὰ θεῖα, οὐ μόνον ἐπὶ σώματος, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ ψυχῆς, ὅταν γενναίως ἐνεγκοῦσα τὰς ὀδύνας, μηδὲν ἐντεῦθεν πάθῃ περὶ τὴν πρόθεσιν. Οὕτω γὰρ οἱ μάρτυρες ἀναιρεθέντες, νενικηκέναι λέγονται διὰ τὸ ἀήττητον τῆς ψυχῆς. B

Ἐγὼ δὲ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος (79). Τοῦτο εἶπε, ταπεινῶν ἑαυτόν. Καὶ Δαβὶδ γὰρ ὁ προφήτης καὶ βασιλεὺς, κῦνα τεθνηκότα καλεῖ ἑαυτὸν ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Βασιλειῶν. Εἰ δ' ὁ ἀναμάρτητος Ἰησοῦς οὕτως ἑαυτὸν φαυλίζει, τί ἂν ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοὶ καὶ ψαῦλοι ποιήσωμεν; Φασί δέ τινες, διὰ τὴν ἀσυνδίαστον τοῦτο ῥηθῆναι γέννησιν. Ὡς γὰρ ὁ σκώληξ ἄνωθεν ἐπελθόντος τοῦ ὑετοῦ, τῇ γῇ κυΐσκεται, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, ἄνωθεν ὑπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος τῇ Παρθένῳ, γεγέννηται. Σκώληξ μὲν ἀνέλεγετο διὰ ταῦτα· ἄνθρωπος δὲ πάλιν, διὰ τὴν ὑπερφυῆ γέννησιν καὶ σύλληψιν. Ἢ καὶ ἄλλως, ὅτι ἄθλεαρ τοῖς ἁλιμοσιν ἐφόρει τὴν σάρκα, ὑφ' ἣν τὸ τῆς θεότητος ἐκρύπτετο ἄγκιστρον· ἄθλεαρ γὰρ ἰχθύων ὁ σκώληξ. Ἐγένετο γὰρ ἄθλεαρ εἰς ἅλωσιν τοῦ νοητοῦ κήτους, τοῦ τῇ θαλάσσῃ τοῦ παρόντος βίου ἐννηχομένου. Τῷ τῆς θεότητος δὲ ἀγκίστρῳ περιετέθη ἡ ἀνθρωπότης. Ὁ κῆτος τὸ δέλεαρ περιχανὼν, ἀτελὴς μὲν τὸ εἶδος, ἀφανιστικὸς δὲ τῆς ὕλης· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, ἀτελὴς μὲν ἦν τὸ φαινόμενον· ἀφανιστικὸς δὲ, τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως. C

Vers. 4. *Tu autem, Domine, in sancto habitas, laus Israel.* Per sanctum, Filii personam intelligit, humanæ conjunctam naturæ. *Ego enim, inquit, in Patre et Pater in me est*[19]. Laus igitur populi Israel, Deus Pater est, qui habitat in Filio. Judæi quippe, solos se cognoscere Deum gloriabantur, tametsi nec judicium facerent, nec justitiam, nec virtutum semitas sectarentur. Iis autem verbis quibus Patrem ait habitare in Filio, demonstrat quod Filius et salutem hominum optaverit, et assumpti corporis mortem non recusaverit. Una enim atque eadem est Patri Filioque voluntas.

Vers. 5. *In te speraverunt patres nostri, speraverunt et liberasti eos, ad te clamaverunt et salvati sunt, in te speraverunt et non sunt confusi.* Seipsum cum afflictis conjungit, atque ait: Quemadmodum patres nostri secundum carnem, qui ante meum adventum, in hac vita clari fuere speraverunt in te, et clamantes ad te in periculis, ex iis liberati sunt: ita ego illos imitatus, ac veluti illorum similis, similes etiam ad te effundam preces. Est autem prophetarum mos, ut ad majorem emphasim, atque ut intensionem cordium suorum melius declarent, dictiones ac sententias plerumque repetant et inculcent. Per liberationem autem a periculis, ii qui in sacris Scripturis docti ac diu versati sunt, non corporis solum, verum animæ magis liberationem intelligunt: quando scilicet anima dolores omnes ac supplicia generose ferens nihil illinc in suo lædituri proposito. Hoc pacto sanctos martyres, tametsi occisi fuerint, vicisse dicimus, et liberatos esse, propter invictam nimirum animæ fortitudinem. D

Vers. 7. *Ego autem sum vermis et non homo.* Hoc etiam ex persona Christi dicit, se ipsum humiliantis (79). Hoc pacto beatus etiam David, qui alioquin et propheta erat, et rex, canem se mortuum appellabat, ut in libris Regum legimus. Quod si Dominus Jesus qui sine peccato erat, se ipsum adeo vilipendit, quid faciendum nobis est, qui et peccatores et adeo inutiles sumus? Quidam putant verba hujus versiculi, dicta esse propter humanam Christi generationem, quæ absque ulla viri fuit conjunctione: ut hujusmodi verbis illud nobis indicetur, quod quemadmodum vermis e pluvia nascitur desuper in terram veniente, ita et Christus supremo sancti Spiritus in Virginem adventu sit generatus. Ob hanc igitur rationem Christus, vermis dicitur, quod alia insuper ratione dicitur etiam, non homo, propter conceptionem illam nimirum et generationem ejus supernaturalem, quæ humanæ generationis ordinem non servavit. Vel aliter: quia vermes in escam piscibus dari solent, die ea ratione Christum vermem appellari posse, quia ejus caro, sub qua divinitas veluti occultus quidam hamus latebat, instar vermis facta est esca, in capturam intellectualis illius ceti, qui in mari præsentis vitæ versabatur. Nam cum cetus oscitabundus ad illam escam hiaret, latenti illic hamo divinitatis penetratus est. Vel quia vermis tametsi

[19] Joan. x, 38.

Variæ lectiones.

(79) Græca verba ita sonant: *Hoc dixit, seipsum humilians.*

Digitized by Google

specie exiguus sit, materia tamen corrodendo delet et ac perdit, ita et Christus licet aspectu ac præsentia exilis videretur, contrarias tamen ac sibi resistentes dæmonum atque aliorum potestates disperdidit.

Opprobrium hominum et neglectio plebis. Hæc verba manifeste prænuntiant ea quæ Passionis tempore Judæi contumeliose adversus Dominum dixerunt, illudentes nimirum et deridentes. Opprobrium autem hominum et neglectionem populi intellige, ut idem significent. Per homines autem hic Romanos milites intellige, et per plebem, populum Judæorum. A *Ὄνειδος ἀνθρώπων, καὶ ἐξουθένημα λαοῦ.* Τοῦτο προαγορεύει σαφῶς, ἃ εἰς αὐτὸν πεπαρῳνήκασι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, ἐμπαίζοντες καὶ χλευάζοντες. Καὶ ταὐτὸν μὲν ἂν εἴη τὸ ὄνειδος ἀνθρώπων, (80) τὸ ἐξουθένημα λαοῦ. Ἡ ὄνειδος μὲν ἀνθρώπων, τῶν ἐκ Ῥώμης στρατιωτῶν· ἐξουθένημα δὲ λαοῦ, τῶν Ἰουδαίων.

VERS. 8, 9. *Omnes videntes me subsannaverunt me; locuti sunt labiis et moverunt caput: Speravit in Domino, eripiat eum, salvum faciat eum, quoniam vult eum.* Hæc apertissime invenies scripta apud Matthæum [73]. Ait enim quod illi qui pertransibant, blasphemabant, moventes capita sua, et alia dicentes, quæ illic sequuntur. *Πάντες οἱ θεωροῦντές με, ἐμυκτήρισάν με, ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν, Ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον, ῥυσάσθω αὐτόν, σωσάτω αὐτόν, ὅτι θέλει αὐτόν.* Ταῦτα σαφῶς εὑρήσεις παρὰ τῷ Ματθαίῳ κείμενα· φησὶ γάρ· *Οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτόν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ λέγοντες,* καὶ τὰ ἑξῆς.

VERS. 10. *Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre.* Viri copula virginalia ventris claustra aperit: immissum enim semen naturaliter vulvam aperit, quæ deinceps conclusum illud continet, donec fœtus perficiatur. Ac demum pondere gravata rursum aperitur, et fœtum labi permittit. In Salvatore autem nostro quemadmodum conceptio absque ulla fuit viri copula, ita et progressio fetus supra naturam exstitit: ipsa scilicet divina vi fœtum extrahente, et virgineis claustris nullatenus apertis. B *Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρός.* Ἀνδρὸς μὲν ὁμιλία διαλύει τὰ παρθενικὰ (81) κλεῖθρα τῆς σαρκός· ἀκοντιζόμενον δὲ τὸ σπέρμα, φυσικῶς ἀνοίγει τὴν μήτραν· αὕτη δὲ λοιπὸν μύσασα, συνέχει τοῦτο, μέχρις ἂν εἰς βρέφος τελεσιουργηθῇ· καὶ οὕτω στενοχωρηθεῖσα πάλιν τῷ ὄγκῳ, ἀνοίγεται καὶ παραχωρεῖται τούτῳ διολισθαίνειν. Ἐπὶ δὲ τοῦ Σωτῆρος, ὥσπερ ἄνευ ὁμιλίας ἡ σύλληψις, οὕτω καὶ ἡ πρόοδος τοῦ βρέφους ὑπερφυὴς, τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἑλκυσάσης αὐτὸ, τῶν κλείθρων μηδαμῶς ἀνοιγέντων.

Spes mea ab uberibus matris meæ. Tu ab ipso, inquit, lacte fuisti spes mea. Ex illo enim tempore cognovi spes meas omnes in uno collocatas esse: edoctus nimirum a divinitate mihi conjuncta. Scribit enim de Christo Lucas [74] quod puer crescebat, atque invalescebat spiritu, et replebatur sapientia, et gratia Dei erat cum illo. *Ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου.* Ἡ ἐλπίς μου ἐξ αὐτῆς θηλῆς. Ἀπὸ τότε γάρ σε ἐγνώριζον, ἐλπίδα μου συνετισθεὶς ὑπὸ τῆς ἑνωθείσης μοι θεότητος. Φησὶ δὲ περὶ τούτου Λουκᾶς· C *Τὸ παιδίον ηὔξανε, καὶ ἐκραταιοῦτο τῷ πνεύματι, πληρούμενον σοφίας, καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτό.*

VERS. 11, 12. *In te projectus sum ex utero.* Procuratione tua, inquit, projectus sum ex utero, veluti qui patrem in terra nullum habui. *Ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ μήτρας.* Τῇ σῇ σκέπῃ ἐπερρίφην, οἷα μὴ ἔχων ἐπὶ γῆς πατέρα.

A ventre matris meæ Deus meus es tu. Statim, inquit, te Deum cognovi, edoctus ab ipsa divinitate ut prædictum est. *A ventre* autem dixit, vel quia in carne erat, vel quia egressus de ventre [hæc autem ex Christi persona dicta sunt. Ego, inquit, Deus quidem sum, et filius æternus, sed postquam mihi carnem in utero virginis creatam assumpsi, ex tunc, o pater, tu Deus meus es. *Ἀπὸ γαστρὸς μητρός μου Θεός μου εἶ σύ.* Εὐθὺς σὲ Θεὸν ἐπέγνων, συνετισθείς, ὡς προείρηται. Τὸ δ' *ἀπὸ γαστρός*, ἢ ὅτι ἐν τῇ γαστρὶ (82) ὢν, ἢ ὅτι τῆς γαστρὸς ἐξελθών.

Ne discesseris a me, quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est, qui adjuvet me. De hoc etiam tradunt evangelistæ, quod *Cæpit tristis ac mœstis esse*, et rursus, quod *discipuli omnes relicto eo fugerunt.* D *Μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι θλῖψις ἐγγύς, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν μοι.* Καὶ περὶ τούτου φασὶν οἱ εὐαγγελισταὶ, ὅτι, *Ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν.* Καὶ πάλιν· *Τότε οἱ μαθηταὶ πάντες ἀφέντες αὐτὸν, ἔφυγον.*

VERS. 13. *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me.* Per vitulos plebeiam Judæorum multitudinem intelligit, veluti juventutem omni prorsus regula carentem: per tauros vero, pontifices, scribas et seniores populi, propter *Περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοί, ταῦροι πίονες περιέσχον με.* Μόσχους καλεῖ τὸ δημῶδες πλῆθος τῶν Ἰουδαίων, διὰ τὸ νεώτερον καὶ ἄτακτον· ταύρους δὲ, τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς καὶ πρεσβυτέρους τοῦ λαοῦ, διὰ τὸ προβεβηκὸς καὶ ἔξαρχον,

[73] Matth. XXVII, 39. [74] Luc. II, 40.

Variæ lectiones.

(80) *Isc.* τῷ.

(81) *Isc.* γαστρός.

(82) Græce γαστρὶ, *ventre*, pro quo Latinus Interpres legisse videtur σαρκί.

Digitized by Google

σὺς καὶ πίονας λέγει, διότι πολλῶν ἀπήλαυσαν δωρεῶν αὐτοῦ. Προείρηκεν γὰρ Μωϋσῆς, ὅτι καὶ *Ἔφαγεν Ἰακὼβ καὶ ἐνεπλήσθη, καὶ ἀπελάκτησεν ὁ ἠγαπημένος, ἐλιπάνθη, ἐπλατύνθη, καὶ ἐγκατέλιπε Θεὸν τὸν ποιήσαντα αὐτόν.*

Ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὀρυόμενος. Ὅτε συλλεγέντες ἐβόων· *Ἆρον, ἆρον, σταύρωσον αὐτόν.*

Ὡς ὕδωρ ἐξεχύθη, καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου. Ὀστᾶ αὐτοῦ τοὺς ἀποστόλους νοήσομεν, ὡς συνέχοντας καὶ στερρεοῦντας τὸ λοιπὸν τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ· πάντες γὰρ αὐτὸν ἀφέντες, ἔφυγον τηνικαῦτα. Φησὶ γὰρ Ζαχαρίας· *Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα.* Χύσιν δὲ λέγει, τὴν ἀπ' αὐτοῦ κίνησιν αὐτῶν.

Ἐγενήθη ἡ καρδία μου, ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος, ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου. Ἐτάκη δίκην κηροῦ, τῷ πυρὶ τῶν θλίψεων ἐκλυθεῖσα, καὶ τέλεον ἀσθενήσασα. Κοιλίαν δὲ λέγει νῦν, τὸ κοῖλον ὅλον τοῦ σώματος.

Ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου. Τῷ δηλωθέντι πυρὶ παγεῖσα, ἐξικμασθείσης τῆς ἐνεργείας αὐτῆς.

Καὶ ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου. Ὅτε κατηγορούντων τῶν ψευδομαρτύρων αὐτοῦ, οὐδὲν ἀπεκρίνατο, ἀλλ' ἴστατο σιωπῶν· ἢ ὅτε ἐδίψησεν ἐπὶ τῷ σταυρῷ.

Καὶ εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με. Χοῦς θανάτου ἐστὶν ὁ τάφος, οἷα δὴ χωννυμένων τῶν θαπτομένων, εἰ δὲ ἐκών με, φησὶ, *κατήγαγες ὑπὲρ* τῶν ἀνθρώπων.

Ὅτι ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοί. Ταύρους μὲν ἐκάλεσεν τοὺς Ἰουδαίους, ὡς ὑπὸ τὸν ζυγὸν τοῦ νόμου ὄντας, εἰ καὶ τὸν νόμον παρέβαινον· κύνας δὲ λέγει τοὺς ἐκ Ῥώμης στρατιώτας, ὡς κατὰ νόμον ἀκαθάρτους, καὶ ἀναιδεῖς. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τὴν Χαναναίαν ὠνόμασεν, εἰπών· *Οὐκ ἔστι καλὸν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων δοῦναι τοῖς κυναρίοις.*

Συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με. Τῶν φθονερῶν Ἰουδαίων.

Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου. Τῇ διατρήσει τῶν ἥλων.

Ἐξηριθμήσαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου. Γυμνὸν κρεμάσαντες, καὶ σῶμα διατείναντες, ὡς καὶ φαίνεσθαι καὶ τὰς ἁρμονίας τῶν ὀστέων, καὶ ἀριθμεῖσθαι ταῦτα τοῖς βουλομένοις.

Αὐτοὶ δὲ κατενόησαν. Ἐπολυπραγμόνησαν κρεμάμενον εἰ υἱὸς εἰμὶ Θεοῦ· Ἔλεγον γάρ· *Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ.*

A ætatem nimirum, et præeminentiam : quos etiam pingues appellat, quia multis Dei donis præceteris fruebantur. Ad hanc sententiam facit quod alibi ait Moyses : *Comedit*, inquit, *Jacob et impletus est et recalcitravit dilectus, impinguatus et incrassatus est, et dereliquit Deum factorem suum* [16].

Vers. 14. *Aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens et rugiens.* Quando congregati clamabant, *Tolle, tolle, crucifige eum.*

Vers. 15. *Quasi aqua, effusa ac dispersa sunt omnia ossa mea.* Per Christi ossa, apostolos intelligimus, veluti firmantes ac continentes reliqua Ecclesiæ Christi membra. Omnes enim tunc eo relicto aufugerunt, ut per Zachariam prophetam fuerat B etiam prædictum : *Percutiam*, inquit, *pastorem et dispergentur oves* [17]. Et per effusionem, illorum a se digressum et fugam significat.

Factum est cor meum quasi cera liquescens in medio ventris mei. Liquefactum est cor meum, inquit, instar ceræ. Defecit enim et debilitatum est in afflictionum igne. Per ventrem autem [juxta Græci nominis significationem] totam corporis concavitatem intelligit.

Vers. 16. *Aruit quasi testa fortitudo mea.* In commemorato nimirum igne afflictionum infixa : unde exsiccata est illius efficacia.

Et lingua mea adhæsit faucibus meis. Quando videlicet falsis testibus eum accusantibus, ipse nihil C respondit, sed tacebat ; vel etiam quando in cruce sitivit.

Et in pulverem mortis deduxisti me. Per pulverem mortis, sepulturam intellige : quia qui in sepulcro jacent, terra ac pulvere involvuntur ; ad quod sepulcrum tu volens, inquit, *deduxisti me*, propter hominum salutem.

Vers. 17. *Quoniam circumdederunt me canes multi*, Judæos merito tauros superius appellavit, veluti qui jugo legis premebantur, tametsi ipsi legem transgrederentur ; nunc autem Romanos milites jure etiam canes vocat, veluti immundos secundum legem, et præterea etiam valde impudentes. Qua ratione Dominus in Evangelio ad Cananæam dixit : *Non est bonum sumere panem filiorum et* D *dare canibus.*

Synagoga malignantium obsedit me. Invidorum scilicet Judæorum,

Vers. 18. *Foderunt manus meas et pedes meos.* Clavis nimirum perforantes.

Dinumeraverunt omnia ossa mea. Nudum me crucifigentes, atque in cruce extendentes, ita ut ossium meorum compagines a quocunque numerari possent.

Ipsi vero consideraverunt. Hoc est, curiose, de me tunc suspenso, disquisiverunt, numquid Filius Dei essem. Dicebant enim : *Si filius Dei es, descende de cruce.*

[16] Deut. xxxii, 15. [17] Zach. xiii, 7 ; Marc. xiv, 27. [18] Matth. xv, 26. [19] Matth. xxvii, 40.

Digitized by Google

Et viderunt me. Hoc est, cognoverunt quisnam essem, cernentes nimirum universam creaturam mecum pati, tametsi duri adhuc permanserint. Scribit enim Matthæus, quod centurio et qui cum eo erant, videntes terræmotum et alia quæ contigerant, timuerunt valde dicentes : *Vere Filius Dei erat iste*[79]. Vel aliter : Curiose egerunt, ne auferrer de cruce a Discipulis meis. Unde viderunt, seu *inspexerunt me*, hoc est, observaverunt cum militum custodia.

Diviserunt sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem. Manifeste hoc Joannes evangelista declarat dicens : *Milites ubi crucifixerunt Jesum, ceperunt vestimenta ejus (et fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem) et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, tota desuper contexta. Dixerunt igitur mutuo inter se, Non sciudamus eam, sed sortiamur de ea, cujus erit : ut Scriptura impleretur*[80]. Ea nimirum quæ in hoc loco nobis tradita est per Prophetam : cujus verba illic Joannes distincte apposuit Per vestimenta igitur indumenta illa intelligit, quæ consuta erant, et quæ divisa fuerunt per milites : per vestem vero, tunicam illam inconsutilem, quæ superne erat contexta, et pro qua sortem miserunt.

VERS. 20. *Tu autem, Domine, ne longe facias auxilium tuum a me, ad defensionem meam conspice.* His scilicet omnibus sic se habentibus.

VERS. 21, 22. *Libera a framea, Deus, animam meam, et de manu canis unigenitam meam. Salva me ex ore leonis, et a cornibus unicornium humilitatem meam.* Per frameam Romanos milites intelligit, qui frameas, hoc est gladios et arma ferebant : quos etiam canes ea ratione appellat, quam superius diximus. Per leonem vero Judæos, ob summam nimirum eorum sævitiam, et quia mortem ejus sitiebant, et quia insidiis utebantur : quo nomine paulo superius illos etiam appellaverat. Eosdem etiam unicornes vocat, veluti in unam tantum Dei personam credentes. Silvestre autem animal est unicornis, et juxta sui nominis etymologiam, unum tantummodo cornu gestat in fronte. Singulari vero numero [frameam,] leonem et canem dixit, considerato universo eorum genere per quod unusquisque dignoscitur. Per unigenitam autem, animam suam intelligit, quasi unicam ac singularem inter cæteras, quippe quæ sola inter omnes alias peccatum non fecit, et quæ sola Dei Filium secum in eadem habet persona. De sua autem humilitate ipse etiam in Evangeliis dixit : *Discite a me quia mitis sum, et humilis corde*[81]. Quare autem hujusmodi preces fundat jam diximus, et qualem etiam liberationem animæ perquireret.

VERS. 23. *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Animadverte quomodo divinus Spiritus quædam ut jam facta commemorat, veluti qui futura ea esse

Καὶ ἐπεῖδόν με. Καὶ ἐπέγνωσαν, (83) ὅτι εἰμὶ, βλέποντες τὴν κτίσιν συμπάσχουσαν, εἰ καὶ σκληροὶ ἔτι διέμειναν. Φησὶ γὰρ ὁ Ματθαῖος, ὅτι ὁ ἑκατόνταρχος, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ τηροῦντες τὸν Ἰησοῦν, ἰδόντες τὸν σεισμὸν καὶ τὰ γενόμενα, ἐφοβήθησαν σφόδρα, λέγοντες· *Ἀληθῶς Θεοῦ Υἱὸς ἦν οὗτος.* Ἢ καὶ ἄλλως· Ἐπολυπραγμόνησαν, μή ποτε κατενεχθῶ ἀπὸ τοῦ σταυροῦ διὰ τῶν μαθητῶν μου, καὶ διὰ τοῦτο ἐπεῖδόν με, τουτέστιν, ἐτήρησάν με φυλακῇ στρατιωτῶν.

Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. Ταῦτα σαφῶς ἡρμήνευσεν ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης· φησὶ γὰρ οὕτως· *Οἱ οὖν στρατιῶται, ὅτε ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος, καὶ τὸν χιτῶνα· ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄρραφος, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου. Εἶπον οὖν πρὸς ἀλλήλους· Μὴ σχίσωμεν αὐτὸν, ἀλλὰ λάχωμεν περὶ αὐτοῦ, τίνος ἔσται· ἵνα, φησὶν, ἡ Γραφὴ πληρωθῇ*, δηλαδὴ τὰ παρόντα ῥήματα, ἃ καὶ παρέθηκεν ἐκεῖ. Ὥστε ἱμάτια μὲν λέγει τὰ ἐρραμμένα, ἃ καὶ διείλοντο ἑαυτοῖς· ἱματισμὸν δὲ, τὸν ἄρραφον χιτῶνα, τὸν ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸν, ὑπὲρ οὗ ἔβαλον κλῆρον.

Σὺ δὲ μὴ μακρύνῃς τὴν βοήθειάν σου ἀπ' ἐμοῦ εἰς τὴν ἀντίληψίν μου πρόσχες. Τούτων δηλαδὴ γινομένων.

Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου· σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου. Ῥομφαίαν καλεῖ τοὺς ἐκ τῆς Ῥώμης στρατιώτας, ὡς ξιφηφόρους· τοὺς αὐτοὺς δὲ καὶ κύνας, καθὼς ἀνωτέρω διεδηλώκαμεν· λέοντας δὲ, τοὺς Ἰουδαίους, διὰ τὴν ἀπήνειαν, καὶ τὸ διψᾷν τὸν αὐτοῦ θάνατον, καὶ τὴν ἐνέδραν· οὕτω γὰρ καὶ πρὸ μικροῦ τούτους ὠνόμασεν. Τοὺς αὐτοὺς δὲ λέγει καὶ μονοκέρωτας, ὡς εἰς μίαν ὑπόστασιν Θεοῦ πιστεύοντας. Ζῶον δὲ ἄγριον ὁ μονόκερως, φερωνύμως ἓν φέρον ἐπὶ τοῦ μετώπου κέρατον. Ἐνικῶς δὲ εἶπε κύνα καὶ λέοντα, διὰ τὸ γένος, δι' οὗ τὸν καθ' ἕκαστον γινώσκομεν· μονογενῆ δὲ λέγει τὴν ἰδίαν ψυχὴν, ὡς μεμονωμένην, διὰ τὸ μόνην τῶν ἄλλων ψυχῶν ἄγευστον ἁμαρτίας εἶναι, καὶ διὰ τὸ μόνον τὸν Υἱὸν ἔχειν ἡνωμένον καθ' ὑπόστασιν. Περὶ δὲ τῆς αὐτοῦ ταπεινώσεως καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ἐδίδαξεν, εἰπών· *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾷός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ.* Τίνος δὲ ἕνεκεν οὕτως ηὔχετο, προεῖπήκαμεν· ἔτι δὲ καὶ ὁποίαν ἐζήτει λύτρωσιν.

Διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου. Σημείωσαι πῶς τὰ μὲν ἤδη γεγενημένα λέγει τὸ θεῖον Πνεῦμα προθεωρῶν· τὰ δὲ, ὡς μέλλοντα,

[79] Matth. xxvii, 54. [80] Joan. xix, 23, 24. [81] Matth. v, 4.

Variæ lectiones.

(83) ὅ τι, vel ὅστις.

Digitized by Google

νόμῳ προφητείας. Ὄνομα δέ φησι, τὸ τῆς πατρότητος· Θεὸν μὲν γὰρ ὡμολόγουν Ἑβραῖοι· Πατέρα δὲ Υἱοῦ οὐκ ἐγίνωσκον, ὡς ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ εἴρηκεν· *Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις*· ἀδελφοὺς δὲ καλεῖ τοὺς ἀποστόλους, ὡς πρὸς τὰς γυναῖκας μετὰ τὴν ἀνάστασιν εἰρηκεν· *Πορευθεῖσαι, εἴπατε τοῖς ἀδελφοῖς μου.*

A prævidebat : quædam vero tanquam futura : atque hoc ex lege prophetiæ. Per nomen autem Dei, nomen Paternitatis intelligit. Deum enim olim semper fatebantur Judæi, sed Patrem Filii non cognoscebant. Hujus autem versiculi prophetiam impletam esse legimus apud Joannem ; apud quem Christum dixisse legimus ad Patrem : *Manifestavi nomen tuum hominibus* [82]. Per fratres autem apostolos intelligit, quemadmodum et alibi post resurrectionem eos appellavit, mulieribus illis dicens : *Ite et nuntiate fratribus meis* [83].

Ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. Οὐ μόνον γὰρ διὰ τοὺς ἀποστόλους ἐδίδασκεν, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῶν Ἰουδαίων ἐπαῤῥησιάζετο, διηγούμενος τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Περὶ τούτων οὖν ἡ παροῦσα προφητεία. Τοῦτο δὲ καὶ εἰσέτι ποιεῖ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου αὐτοῦ, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἀναγινωσκομένου.

In medio Ecclesiæ laudabo te. Neque enim apostolos tantum privatim docuit ; sed in Judæorum etiam synagogis palam ac libere locutus est, narrans nimirum Dei Patris magnalia. Hanc autem prophetiam hodie etiam manifeste adimpleri videmus, dum Christi Evangelium et privatim et publice in Ecclesiis legitur.

B

Οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, αἰνέσατε αὐτόν. Ὡς ἤδη εἰσακουσθείς, προτρέπεται τοὺς πιστοὺς εἰς εὐχαριστίαν· καὶ πρῶτον, τοὺς ἐξ ἐθνῶν, ὅτι καὶ πρῶτον εἰς τὰ ἔθνη τοὺς ἀποστόλους μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἐξαπέστειλε. *Πορευθέντες* γάρ, φησί, *μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη*, οὓς καὶ φοβουμένους τὸν Κύριον καλεῖ, προσαγορεύων αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. Καὶ Πέτρος γὰρ ὄντως ἐν ταῖς Πράξεσιν ὠνόμασεν αὐτούς· *Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, καὶ οἱ ἐν ὑμῖν φοβούμενοι τὸν Θεόν.* Ἐπεὶ δὲ ἡ Ἐκκλησία τῶν πιστῶν, οὐκ ἐξ ἐθνῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ Ἰουδαίων συνίστατο, καὶ τούτους εἰς δοξολογίαν κινεῖ· φησὶ γάρ·

VERS. 24. *Qui timetis Dominum, laudate eum.* Veluti jam exauditus a Patre, hortatur cæteros fideles ad gratiarum actionem, et primo fideles ex gentibus, ad quos post resurrectionem suam apostolos primum misit (*Euntes* enim, inquit, *docete omnes gentes* [84]) ; quosque nunc Propheta ob summam eorum virtutem *timentes Dominum* appellavit : quemadmodum alibi etiam appellat Petrus in Actibus apostolorum dicens : *Viri Israelitæ et qui in vobis timent Deum* [85]. Verum quia Ecclesia fidelium non ex gentibus tantum, sed etiam ex Hebræis constituta est, hos pariter ad glorificandum Deum urget dicens :

Ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰακώβ, δοξάσατε αὐτόν. Πάντες οἱ ἐξ Ἰουδαίων πεπιστευκότες· προπάτωρ γὰρ τῶν φυλῶν Ἰακώβ.

C *Omne semen Jacob glorificate eum.* Omnes qui ex Judæis fideles sunt. Omnium enim tribuum progenitor fuit Jacob.

Φοβηθήτω δὴ ἀπ' αὐτοῦ ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰσραήλ. Ἐνταῦθα καὶ ἄμφω τὰ μέρη λέγει, διότι πᾶς ἐπιγνοὺς Χριστὸν Ἰσραὴλ ἐστι. Ἰσραὴλ γὰρ μεθερμηνεύεται *νοῦς ὁρῶν τὸν Θεόν.* Κελεύει τοίνυν καὶ ὑμνεῖν τὸν Θεὸν, καὶ ἀεὶ φοβεῖσθαι αὐτὸν, ὡς παντοδύναμον. Ἢ καὶ τοῖς ἄλλοις Ἰουδαίοις παραγγέλλει, φοβεῖσθαι αὐτὸν, ὡς ἐπάξοντα τούτοις πανωλεθρίαν, διὰ τὴν λύσσαν, τὴν κατὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ.

VERS. 25. *Timeat eum omne semen Israel.* Per semen Israel utrumque genus supra commemoratum intelligit [gentiles nimirum et Judæos, qui fideles sunt] ; omnis enim qui Christum cognoscit, vere Israel appellatur, cum Israel interpretetur, *mens videns Deum.* Sunt igitur ut Deum laudemus, utque eum semper veluti omnipotentem timeamus, vel cæteros Judæos jubet ut eum timeant, veluti allaturum eis exterminationem ob furorem ac rabiem quam erga illius Filium demonstrarunt.

Ὅτι οὐκ ἐξουδένωσεν, οὐδὲ προσώχθισε τῇ δεήσει τοῦ πτωχοῦ. Οὐ παρεῖδεν, οὐδὲ φορτικὴν ἡγήσατο τὴν ἐμὴν, φησὶ, δέησιν, τὴν περὶ τοῦ τὸν διάβολον νικῆσαι, καὶ ὑμῖν τὴν νίκην δωρήσασθαι. Πτωχὸν δὲ ὠνόμασεν ἑαυτὸν, διά τε τῇ δεήσει τοῦ πτωχοῦ, καὶ ὅτι ἄλλως· πένης ἦν, ὅσον εἰς χρήματα καὶ περιουσίαν.

Quoniam non sprevit, neque molestam habuit deprecationem pauperis. Non molestæ illi fuerunt D preces quas ei obtuli, et pro dæmonis profligatione et pro vestra victoria. Seipsum etiam pauperem Christus appellat, et propter carnis exiguitatem, et quia pecuniis, et omnibus aliis externis bonis carebat.

Οὐδὲ ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπ' ἐμοῦ. Περὶ τοῦ ἰδιώματος τούτου προειρήκαμεν ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ δωδεκάτου ψαλμοῦ.

Nec avertit faciem suam a me. Hunc loquendi modum declaravimus in psalmo duodecimo.

Ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς αὐτὸν, εἰσήκουσέ μου. Εὐθὺς ἐν τῷ βοᾶν με πρὸς αὐτὸν, ἐπήκουσε.

Et dum clamarem ad eum exaudivit me. Statim, inquit, clamans ad eum, exauditus sum.

Παρὰ σοῦ ὁ ἔπαινός μου. Ὅτε φωνὴ κατηνέχθη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λέγουσα· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός*

VERS. 26. *A te laus mea.* Tunc scilicet quando vox e cœlo delata est dicet : *Hic est Filius meus*

[82] Joan. xvii, 6. [83] Matth. xxviii, 10. [84] Ibid. 19. [85] Act. ii, 16.

Digitized by Google

dilectus in quo complacui [86] ; et alibi : *Et glorificavi et iterum glorificabo* [87].

In Ecclesia magna confitebor tibi. Per confessionem hoc in loco laudationem intelligit. Est autem vere magna fidelium Ecclesia, quæ ad ultimos usque terræ fines pervenit ; vel quia et magnis ac summis viris consistit. Assidue autem Christus in medio Ecclesiæ Patrem laudat, per Evangelium suum ; et superius quidem Judæorum Synagogam Ecclesiam appellavit (nisi illic fortassis per Ecclesiam, singulares fidelium Ecclesias ubique locorum exsistentes intelligas) nunc autem pro ipsa universali Ecclesia loquitur,

Vota mea reddam in conspectu timentium eum. Per vota, promissiones Deo factas intelligit : quod nimirum et narraturus esset nomen Patris, et illud laudaturus,

VERS. 27. *Edent pauperes et saturabuntur.* Ii scilicet, qui eousque religione ac pietate pauperes fuerant, vel etiam humanis divitiis. Pauperes enim sunt, veri omnes Christiani, qui tamen spiritualem cibum evangelicæ comedunt doctrinæ, qua vere alitur atque augescit anima.

Et laudabunt Dominum qui exquirunt eum. Quia ob humani generis salutem proprio Filio non pepercit. Exquirit autem Deum ille qui per semitam mandatorum ejus graditur, quibus recta ad illum via perducimur. Vel aliter : Comedent fideles, Salvatoris corpus, cum quo et sanguinem ejus bibent, et saturabuntur, sancto nimirum repleti Spiritu, hymnisque et laudibus in mensa illa Deum extollent : ita ut versiculus superior, non solum prophetiam contineat de Evangelio, sed de mystico etiam mensæ illius sacramento.

Vivent corda eorum in sæculum sæculi. Ait enim Dominus in Evangelio : *Ego sum panis vitæ* [88]. Et rursus : *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum* [89], custodiens videlicet pariter mandata. Per cor autem, totum hominem intelligit : eo quod illa pars cæteris omnibus partibus in quovis animante, vitæ sit magis particeps. Licet moriantur, inquit, resurgent tamen in vitam æternam.

VERS. 28. *Reminiscentur et convertentur ad Dominum universi fines terræ.* Reminisci dicimus de re olim præcognita. Ex his igitur verbis illud nobis denotatur, quod cognitio Dei in hominibus naturalis est, tametsi erroris nebula quæ erat in omnibus gentibus, cognitionem illam obtegeret atque occultaret ; verum ubi dissipata est illa nebula, et illucescere cœpit sol justitiæ Christus, reminisci statim cœperunt Creatoris, et ad ipsum conversi sunt. Vel, *reminiscentur* in passiva significatione intellige, quod memores erunt [ex vi enim Græci verbi uterque potest sensus elici : ita ut sit sententia], quod digni efficientur, quorum Deus reminiscatur, tamen si eousque repulsi ac neglecti fuisse viderentur. Illud etiam considera, quomodo ordinate atque apposite, verbis Propheta usus est ; nam cum primo dixerit *Reminiscentur*, deinde *Convertentur*, intulit, ac demum *Adorabunt.*

A μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. Καὶ αὖθις· Ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω.

Ἐν Ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ ἐξομολογήσομαί σοι. Ἐξομολόγησιν ἐνταῦθα λέγει τὴν αἴνεσιν· μεγάλη δὲ ἡ τῶν πιστῶν Ἐκκλησία, ὡς μέχρι περάτων γῆς φθάνουσα, ἢ καὶ ὡς ἀπὸ μεγάλων ἀνδρῶν συνισταμένη. Ἀεὶ δὲ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου μέσον αὐτῆς ὑμνεῖ τὸν Πατέρα. Ἄνω μὲν οὖν ἁπλῶς ἐκκλησίαν τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν εἶπεν, ἢ καὶ τὴν ἐν ἑκάστῃ παροικίᾳ μερικὴν τῶν εὐσεβῶν· νῦν δὲ, μεγάλην λέγει, τὴν καθολικὴν τῶν πιστῶν.

Τὰς εὐχάς μου τῷ Κυρίῳ ἀποδώσω, ἐνώπιον τῶν φοβουμένων αὐτόν. Εὐχὰς νῦν τὰς ὑποσχέσεις καλεῖ, δηλονότι τὸ διηγήσασθαι τὸ ὄνομα τοῦ B Πατρὸς, καὶ τὸ ὑμνῆσαι αὐτόν.

Φάγονται πένητες, καὶ ἐμπλησθήσονται. Ἢ μέχρι τότε πένητες ὅσον εἰς εὐσέβειαν, ἢ καὶ ὅσον εἰς ἀνθρώπινον πλοῦτον. Ἀκτήμονες γὰρ οἱ κατὰ ἀλήθειαν Χριστιανοί. Φάγονται δὲ τὴν πνευματικὴν τροφὴν τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, τὴν αὔξουσαν τὴν ψυχήν.

Καὶ αἰνέσουσι Κύριον οἱ ἐκζητοῦντες αὐτόν. Ὅτι οὐκ ἐφείσατο τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Ἐκζητεῖ δέ τις τὸν Θεὸν, ὁδεύων τὴν τρίβον τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ, φερουσῶν ἀντικρυς εἰς αὐτόν. Ἢ καὶ ἄλλως· Φάγονται τὸ σῶμα τοῦ Σωτῆρος, ᾧ καὶ τὸ αἷμα συμπεριλαμβάνεται, καὶ ἐμπλησθήσονται Πνεύματος ἁγίου, καὶ ὕμνοις περὶ τὴν μυστικὴν χρήσονται τράπεζαν, ὡς εἶναι τοῦτο προφητείαν, οὐ μόνον περὶ τοῦ Εὐαγγελίου, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς μυστικῆς τραπέζης. C

Ζήσονται αἱ καρδίαι αὐτῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Φησὶν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος· Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. Καὶ πάλιν· Ἐάν τις φάγῃ ἐκ τοῦ ἐμοῦ ἄρτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· φυλάττων δηλαδὴ τὰς ἐντολάς. Διὰ δὲ τῆς καρδίας, ὅλον τὸ ζῶον ἐδήλωσεν, ἀπὸ τοῦ καιριωτέρου μέρους· εἰ γὰρ τεθνήξεται κατὰ φύσιν, ἀλλ' αὖθις ἀναστήσεται εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Μνησθήσονται, καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς. Μνήμη ἐπὶ προ- D εγνωσμένου πράγματος λέγεται. Φαίνεται τοίνυν, ὡς ἡ θεογνωσία τοῖς ἀνθρώποις ἔμφυτός ἐστιν· ἀλλ' ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἡ τῆς πλάνης ἀχλὺς ἐκάλυψεν αὐτήν· τῆς ἀχλύος δὲ σκεδασθείσης τῷ ἡλίῳ τῆς δικαιοσύνης Χριστῷ, ἐμνήσθησαν τοῦ Δημιουργοῦ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπεστράφησαν. Ἡ, *Μνησθήσονται*, ἀντὶ τοῦ, Μνήμης ἀξιωθήσονται, παρὰ τῷ Θεῷ μέχρι τότε παρεωραμένοι. Ὅρα δὲ ὅπως ἐχρήσατο τῇ τάξει, *Μνησθήσονται*, εἶπων, εἶτα *Ἐπιστραφήσονται*, εἶτα *Προσκυνήσουσι.*

[86] Matth. xvii, 5. [87] Joan. xii, 28. [88] Joan. vi, 55, 48. [89] ibid. 52.

Digitized by Google

Καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν. Καὶ μὴν οὔτε πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς ἐπίστευσαν, οὔτε αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ εἰς πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη τὸ Εὐαγγέλιον ἐφθασεν, ἀπὸ τοῦ ὅλου τὸ μέρος δεδήλωκεν, ὡς ἐν ἄλλοις τοὐναντίον, ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον. Ἄλλως τε δὲ πατριὰς, τὰς συγγενείας καλεῖ· δῆλον δὲ ὅτι παντὸς ἔθνους συγγενεῖς ἐπίστευσαν εἰς Χριστὸν, καὶ δι' αὐτοῦ προσεκύνησαν τὸν Πατέρα. A

Ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν. Οὗτός ἐστι καὶ βασιλεὺς αὐτῶν καὶ Δεσπότης, κατὰ τό· *Καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς·* καὶ διὰ τοῦτο προσκυνήσουσιν αὐτὸν, τῆς διαβολικῆς τυραννίδος ἐλευθερωθέντες. B

Ἔφαγον καὶ προσεκύνησαν πάντες οἱ πίονες τῆς γῆς. Πίονας λέγει τοὺς πλουσίους, τοὺς πλουτήσαντας τὴν εὐσέβειαν, οἱ πρότερον πένητες ἦσαν, ὡς προειρήκαμεν.

Ἐνώπιον αὐτοῦ προσπεσοῦνται πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς γῆν. Προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ ἀποθνήσκοντες, καὶ εἰς γῆν ἀναλυόμενοι. Μετὰ γὰρ τὴν κοινὴν ἀνάστασιν, αὐτῷ πᾶν γόνυ κάμψει, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· καὶ οἱ μὲν, ἑκόντες καὶ πόθῳ· οἱ δὲ, ἄκοντες καὶ φόβῳ.

Καὶ ἡ ψυχή μου αὐτῷ ζῇ. Αὐτός ἐστιν ὁ ταύτην ζωῶν, καὶ μὴ ἐῶν ἀποθνήσκειν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας· C τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς νοεῖται, καὶ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ. Καὶ ἄλλως δὲ, Ζῇ τῷ Θεῷ, φησὶν, ἡ ψυχή μου, ὡς ἐνεργὸς οὖσα πρὸς αὐτὸν, ὥσπερ καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου, τέθνηκε τῷ δαίμονι, ὡς ἀκινητοῦσα πρὸς τὰς ὑποβήκας αὐτοῦ.

Τὸ σπέρμα μου δουλεύσει αὐτῷ. Σπέρμα Χριστοῦ, ἤτοι τέκνα, πάντες οἱ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου γεννηθέντες αὐτῷ, οὓς καὶ ὑπέταξε τῷ Πατρί.

Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη. Γνωρισθήσεται τῷ Θεῷ ἡ ἐξ ἐθνῶν γενεὰ τῶν πιστῶν, ἡ ἐλευσομένη ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Υἱοῦ. D

Καὶ ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῷ τῷ τεχθησομένῳ. Οἱ διὰ πίστεως τεχθέντες, ἀναγγελοῦσι τοῖς τεχθησομένοις, καὶ τὸ καθεξῆς ἀεί. *Δικαιοσύνην* δὲ, ὅτι καθεῖλε τὸν ἀδικοῦντα τοὺς ἀνθρώπους πολέμιον.

Ὅτι ἐποίησεν ὁ Κύριος. — *Ὅτι ἐποίησεν,* ἤτοι συνεστήσατο λαὸν ἑαυτῷ, πρότερον λαὸν ὄντα, ἀλλ' ἀπωσμένον· ἢ ὃν ἐδημιούργησε. Τὸ δὲ, *ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ,* τινὲς ἄλλως ἡρμήνευσαν, ὅτι

Et adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium. Atqui nec universi fines terræ crediderunt, neque omnes gentium familiæ; verum quia in omnem terram Evangelium et ad omnes gentes penetravit, a toto partem significat: quemadmodum alibi contra, totum a parte. Et aliter: Per familias [quas juxta Græci nominis vim, parentelas potius dicere possumus], cognationes intelligit. Manifestum vero enim quod de omnibus nationibus plurimi qui inter se cognati erant, Christo crediderunt, et per ipsum, Patrem adoraverunt.

Vers. 29. *Quoniam Domini est regnum et ipse dominabitur gentium.* Ipse enim eorum Rex est et Dominus juxta illud: *Postula a me et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ* [90]. Et ideo adorabunt eum a dæmonis tyrannide liberati.

Vers. 30. *Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terræ.* Per pingues terræ divites intelligit: divites, inquam, pietate et religione, qui antea pauperes fuerant, ut prædiximus.

In conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram. Adorabunt eum mortales omnes qui in terram revolvuntur: quia post communem omnium resurrectionem, omne genu ei flectetur secundum Apostolum [91]; alii nimirum sponte sua ac libenti animo, alii vero inviti et cum timore.

Vers. 31. *Et anima mea illi vivit.* Ipse enim est qui eam vivificat, quique a peccato occidi eam non sinit; hoc autem et de Patre intelligi potest et de Filio. Vel aliter: Vivit, inquit, anima mea Deo, veluti quæ actiones suas omnes ad eum dirigit, quemadmodum contra: dæmoni dicitur mortua, quando ad pravas illius suggestiones immobilis permanet.

Et semen meum serviet ipsi. Semen (84), inquit, meum Christus, Patri meo serviet. Per semen, omnes filios intelligas, qui ei per Evangelium generati sunt, et quos ipse [ut inquit Apostolus] Patri suo subjecit.

Vers. 32. *Annuntiabitur Domino generatio ventura.* Cognoscetur a Deo, inquit, generatio fidelium ex gentibus, quæ ventura est in diebus Incarnationis Filii ejus.

Et annuntiabunt justitiam ejus populo qui nascetur. Ii qui per fidem generati sunt, annuntiabunt eam posteris, et hi successive aliis. Justitiam vero ideo appellat, quia humani generis inimicum destruxit, qui injuria illud semper ac damno afficerat.

Quem fecit Dominus. Hoc est, quem sibi populum constituit cum antea Dei populus non diceretur: quinimo repulsus erat et exosus. Vel aliter: *Quem fecit,* hoc est, quem creavit. Et quod dictum

[90] Psal. II, 8. [91] Philipp. II, 10.

Variæ lectiones.

(84) Græcorum verborum sensus est: *Semen Christi, seu Filii, sunt omnes qui per Evangelium,* etc.

Digitized by Google

est : *Annuntiabitur Domino generatio ventura*, quidam aliter exposuerunt, dicentes, propheticam illic contineri de gentilibus illis, qui in Jerusalem quærebant videre Dominum. Scribit enim Joannes accessisse eos ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galileæ, et interrogasse eum, dicentes : *Domine, volumus videre Jesum* [91] ; et Philippum deinde id nuntiasse Andreæ : et utrumque eorum demum id simul retulisse ad Jesum ; et Jesum respondisse, *Quod venerat hora ut glorificaretur Filius hominis* [92]. Ecce quomodo Christo Domino annuntiata est ab apostolis generatio illa gentilium : illi nimirum Græci, qui exeuntes et accedentes ad Jesum, exordium quasi ac principium fuisse gentilium omnium, qui in Christum erant credituri.

A προφητεία τοῦτό ἐστι, περὶ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ζητησάντων ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν Ἑλλήνων· φησὶ γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης· *Ὅδε προσῆλθον Φιλίππῳ, ὅτι ἀπὸ Βηθσαϊδὰ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες· Κύριε, θέλομεν ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν.* Ἔρχεται Φίλιππος, καὶ λέγει τῷ Ἀνδρέᾳ· Ἔρχεται Ἀνδρέας καὶ Φίλιππος, καὶ λέγουσι τῷ Ἰησοῦ· ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν· *Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.* Ἰδοὺ τοίνυν ἀνηγγέλη τῷ Χριστῷ παρὰ τῶν ἀποστόλων, τουτέστιν οἱ Ἕλληνες, οἱ ἐξερχόμενοι πρὸς αὐτὸν, προοίμιον ὄντες πάντων τῶν ἐξ ἐθνῶν ἐληλυθότων.

Psalmus ipsi David.

B Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

PSALMUS XXII.

ΨΑΛΜΟΣ ΚΒ'.

Hunc Psalmum sanctus Spiritus beato David ex persona fidelium qui ex gentibus fuere conscribendum mandavit.

Ἐκ προσώπου τῶν ἐθνῶν τὸν παρόντα ψαλμὸν τὸ θεῖον Πνεῦμα τῷ Δαβὶδ ὑπηγόρευσε.

Vers. 2. *Dominus pascit me et nihil mihi deerit.* Ipse enim Dominus in Evangelio ait : *Ego sum pastor bonus* [93]. Qui cum primos fideles ex gentibus quasi oves, præruptis in locis errabundos invenisset, ad ovile suum duxit eos ac pavit : pro quo beneficio eorum quisque a Propheta nostro introducitur in gratiarum actionem Deo canere ac dicere : *Dominus pascit me*, atque ideo nullus est mihi timor quod posthac necessarium aliquid aut opportunum deficiat. Sciendum est autem, ea, quæ plane perspecta habeantur, sine articulo efferri consuesse.

Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει. Αὐτὸς γὰρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ φησίν· *Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός.* Ὡς πρίβατα γὰρ πλανώμενα ἐπὶ τόπου ἀπωλείας τοὺς ἐξ ἐθνῶν εὗρε, καὶ εἰς μάνδρας ἤγαγε, καὶ λοιπὸν ποιμαίνει. Διὸ καὶ ἕκαστος αὐτῶν εὐχαριστῶν, ἀπαγγέλλει τὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ, λέγων· *Ὁ Κύριος ποιμαίνει με*, καὶ οὐδέν με λοιπὸν ἐπιλείψει τῶν ἐπιτηδείων. Ἰστέον δὲ, ὅτι τὰ πάνυ ἐγνωσμένα χωρὶς ἄρθρου πολλάκις ἐκφέρεται.

C

In loco herbarum ibi me collocavit. Locus herbarum virtus practica ; aqua autem requietis, contemplativa philosophia. Constituit me, inquit, in loco ubi erant optima herbarum pascua. Persistit enim Propheta in pascendi metaphora. Herba autem et aqua de qua inferius dicet, ubertatem gregi præstant : et sensus est, quod uberrimum ei pabulum Dominus ad vescendum dedit. Vel, per locum quidem Ecclesiam, per herbas vero virescentes virtutibus fideles intelligit. Vel, per herbam Christianorum fidem intellige, quæ semper renovatur ac virescit. Gentium enim fides consenuit et aruit ut fœnum. [Vel, per herbarum pascua, virtutes morales, per aquam vero requietis, pacatissimum contemplativæ philosophiæ confugium significat.]

Εἰς τόπον χλόης, ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν. Τόπος χλόης, ἡ πρακτικὴ ἀρετή· ὕδωρ δὲ ἀναπαύσεως, ἡ θεωρητικὴ φιλοσοφία. Καὶ ἐκεῖ με, φησὶ, κατεσκήνωσεν, ὅπου τόπος χλόης. Ἐπέμεινε δὲ τῇ τροπῇ τοῦ ποιμαίνειν· χλόη γὰρ καὶ ὕδωρ, εὐθηνία ποιμνίου. Τοῦτο δὲ βούλεται δηλοῦν, ὅτι Ἐν ἀπολαύσει νομῆς με κατέστησε. Καὶ ἄλλως δέ· τόπος μὲν χλόης, ἡ Ἐκκλησία· χλόη δὲ, οἱ πιστοὶ, ἀνθοῦντες κατ' ἀρετήν. Ἢ καὶ χλόην, τὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν νοήσεις, νεάζουσαν ἀεί· ἡ γὰρ τῶν Ἑλλήνων, ὡς χόρτος ἐγήρασε, καὶ ἀπεξηράνθη.

Vers. 3. *Super aquam requietis educavit me.* Hoc propter baptismi lavacrum dictum est, cujus aqua emundati laborem omnem et pondus peccatorum projicimus, ac deinceps requiescimus. Quapropter Dominus dicebat : *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego requiescere vos faciam* [94]. Vel aliter, per aquam fluenta illa intellige vivificæ Christi doctrinæ, de quibus in primo psalmo dictum est, in expositione illius versiculi : *Quod plantatum est secus decursus aquarum* [95].

D *Ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με.* Τοῦτο διὰ τὸ λουτρὸν τοῦ βαπτίσματος· διὰ τοῦ τοιούτου γὰρ ὕδατος ῥυπτόμενοι ῥίπτομεν τὸν πόνον καὶ τὸ βάρος τῆς ἁμαρτίας, καὶ λοιπὸν ἀναπαυόμεθα. Διὸ καὶ ὁ Κύριος ἔλεγε· *Δεῦτε πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς.* Ἢ καὶ ἄλλως· ὕδωρ, τὸ ζωηρὸν νᾶμα τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας, ὡς προειρήκαμεν εἰς τὸν πρῶτον ψαλμὸν, τὸ, *Παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων*, ἑρμηνεύοντες.

Animam meam convertit. Ab idolorum errore.

Τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψεν. Ἀπὸ τῆς πλάνης τῶν εἰδώλων.

Deduxit me super semitas justitiæ. Per justitiam hic

Ὡδήγησέ με ἐπὶ τρίβους δικαιοσύνης. Δικαιοσύ-

[91] Joan. XII, 21. [92] Ibid. 23. [93] Joan. 11, 14. [94] Matth. XI, 28. [95] Psal. I, 3.

Digitized by Google

νην ἐνταῦθα λέγει τὴν καθόλου, τὴν ἐμπεριέχουσαν πάσας τὰς ἀρετάς· τρίβους δὲ ταύτης, τὰς μερικὰς ἀρετάς, διότι φέρουσιν εἰς αὐτήν. Αὐτὸς γὰρ ἐνανθρωπήσας, ἔτεμε ταύτας, καὶ βαδίσας ὑπέδειξεν, ἔργῳ καὶ λόγῳ καθοδηγήσας ἡμᾶς.

Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Διὰ τὸ κληθῆναί με Χριστιανόν· ἢ ἵνα μὴ βλασφημῆται τὸ ὄνομα αὐτοῦ διὰ τῶν πράξεων παρὰ τοῖς ἀπίστοις.

Ἐὰν γὰρ καὶ πορευθῶ ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου, οὐ φοβηθήσομαι κακὰ, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ. (85) Σκιὰ θανάτου, ὁ παρὼν κόσμος· ὥσπερ γὰρ ὁ θάνατος χωρίζει τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος, οὕτω καὶ ὁ παρὼν κόσμος χωρίζει τὸν φιλόκοσμον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Εἴ τις δὲ μετὰ Θεοῦ, καὶ ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ ἐστιν. Ἡ σκιὰ θανάτου, πόνος κινδύνου παντὸς, οἷα καὶ ἐοικὼς; θανάτῳ, διὰ τὴν πικρίαν τῆς ἀλγηδόνος· σκιὰ μέντοι, διὰ τὴν ὁμοίωσιν· κακὰ δὲ, οἱ πειρασμοί. Σύνεστι δὲ πᾶσι τοῖς ἀληθῶς Χριστιανοῖς ὁ Κύριος· αὐτοῦ γὰρ ὁ λόγος· *Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.*

Ἡ ῥάβδος σου καὶ ἡ βακτηρία σου, αὗταί με παρεκάλεσαν. (86) Ῥάβδος μὲν, ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ· βακτηρία δὲ, ἡ πρόνοια αὐτοῦ, αἱ παρακαλοῦσιν εἰς σωτηρίαν. Ἡ Ῥάβδος μὲν, ἡ παιδευτικὴ τῶν σφαλομένων· βακτηρία δὲ, ἡ ὑπερειστικὴ τῶν ὀλιγοψύχων· τουτέστιν, Ἁμαρτάνοντα ἐπαίδευσας, καὶ πεπονηκότα ὑπεστήριξας, καὶ δι' ἀμφοτέρων ὠφέλησας. Ἔστι δὲ καὶ ἡ σύνταξις οὕτως· Αὗταί με παρεκάλεσαν, ἡ ῥάβδος σου καὶ ἡ βακτηρία σου· *Παρεκάλεσαν*, ἀντὶ τοῦ, Ἐνουθέτησαν. Ὁ γὰρ νουθετῶν, *παρακαλεῖ* καὶ ἕλκει πρὸς τὸ συμφέρον. Τινὲς δὲ ῥάβδον καὶ βακτηρίαν, τὸν σταυρὸν ἐκάλεσαν, ὡς ἐκ δύο τμημάτων συγκείμενον, ὧν τὸ μὲν ὀρθὸν, βακτηρίαν, δι' ἧς ὠρθώθημεν κείμενοι ἐν πλάνῃ· τὸ δὲ πλάγιον, ῥάβδον, δι' ἧς ἔπληξε, καὶ κατήραξε τοὺς δαίμονας. Πλαγίως γὰρ οἱ στερρῶς πλήττοντες, τὴν πληγὴν καταφέρουσι. Προταγῆναι δέ φασι τὴν ῥάβδον, διότι πρῶτον διὰ τοῦ σταυροῦ καθεῖλε τὸν τύραννον, εἶτα διὰ ταῦ αὐτοῦ καὶ ἡμᾶς ἐρρύσατο. Ὡς εἶναι τὴν ἑρμηνείαν, ὅτι, Ὁ σταυρός σου μὲ παρεκάλεσεν εἰς εὐσέβειαν.

Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν, ἐξ ἐναντίας τῶν θλιβόντων με. Οὐ μόνον, ὡς προεῖπον, εὐηργέτησας, ἀλλὰ καὶ τρυφὴν πνευματικὴν ἐχαρίσω· τοῦτο γὰρ νῦν ἡ τράπεζα βούλεται, καὶ ταύτην ἐνώπιον τῶν ἐχθρῶν μου, ὡς ἀνιᾶσθαι βλέποντας. Ἡ Ἐξ ἐναντίας, ἀντὶ τοῦ, Τὸ ἐναντίον ὅπερ οὗτοι βούλονται· καὶ γὰρ αὐτοὶ μᾶλλον ἀεὶ ἀνιῶ με σπεύδουσιν· ἢ τράπεζαν λέγει τὴν ἀπόλαυσιν τῶν μελ-

A universalem illam justitiam intelligit, quæ omnes complectitur virtutes; per semitas vero alias particulares virtutes, quæ ad illam tendunt. Ipse enim Dominus incarnatus, has nobis vias aperuit, et per eas ingrediens, re ac verbis dux nobis itineris factus est.

Propter nomen suum. Propter hoc quod Christianus vocor: vel, ne nomen suum ob mala nostra opera ab infidelibus blasphemetur.

B Vers. 4. *Nam et si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Umbra mortis labor ille est, qui in quocunque reperitur periculo, quique ob doloris acerbitatem, quæ morti persimilis est, umbra mortis esse dicitur. Mala vero, tentationes sunt et calamitates. Esse etiam Dominus dicitur ac conversari cum Christianis, eo modo quo ipse declaravit dicens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*[97]. Vel aliter: Umbra mortis est vita præsens; nam quemadmodum mors animam separat a corpore, ita et præsens mundus amatores suos separat a Deo: quod si quis cum Deo est, erit etiam Deus cum eo.

C *Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Virga est qua erriantes corrigimus, baculus vero, quo pusillanimes innituntur. Sensus est: Tu et peccantes correxisti, laborantesque ac labantes stabilisti, et utroque pacto nobis opem tulisti. [Illud autem animadvertendum est, quod Græca dictio παρεκάλεσαν non tantum significat *consolata sunt*, sed etiam *advocaverunt*: unde Paracletum advocatum et consolatorem interpretamur.] Ordo igitur sic fiat: Ipsa duo hæc, virga nimirum et baculus, advocaverunt me, hoc est, admonuerunt. Nam qui aliquem admonet, advocat eum et trahit ad id quod confert. Quidam vero per virgam et baculum crucem intellexere. Ex duabus enim partibus, crux componitur, quarum rectam, baculum dicunt: a quo erecti sumus, cum in errore jaceremus: transversam vero, virgam esse aiunt, per quam percussit Dominus ac confregit dæmones. Solent enim qui valide percutiunt ex transverso ictum inferre, ut graviorem plagam infligant. Præponi autem dicunt virgam baculo, quia primo, cruce tyrannum destruxit, et eadem postmodum nos redemit; ita ut sensus sit: Quod crux tua ad pietatem me, et ad religionem advocavit. Et aliter: Virga quidem pro Dei judicio sumi potest, et baculus pro providentia, quorum utrunque non ad salutem advocat.

D Vers. 5. *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me.* Non solum, ut prædixi, me beneficiis affecisti, sed et spiritualia etiam oblectamenta donasti, quæ per mensam hic significantur. Hanc autem in conspectu, inquit, inimicorum meorum parasti, ut videntes dolore tabescerent: vel adversus eos, hoc est contra id quod cupiunt. Illi enim mœrore me semper ac tristitia

[97] Matth. XXVIII, 20.

Variæ lectiones.

(85) Hæc alio ordine legisse videtur Latinus interpres.

(86) Hæc itidem alio ordine leguntur apud Latinum eumdem interpretem.

Digitized by Google

magis afficere studeat. Vel per mensam, futurorum bonorum fruitionem intelligit, quam præparavit Deus diligentibus se; vel altaris mensam, in qua cœna mystica illa jacet, vel etiam virtutem moralem : et per oleum quod mentem impinguat, contemplationem earum rationum intelligere, quæ in mentibus insunt.

λόντων ἀγαθῶν ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ὀγαπῶσιν αὐτόν. Ἢ καὶ τὴν τοῦ θυσιαστηρίου τράπεζαν, ἐφ' ἧς πρόκειται ὁ δεῖπνος ὁ μυστικός· ἡ τράπεζα μὲν, ἡ πρακτικὴ ἀρετή· ἔλαιον δὲ, λιπαῖνον τὸν νοῦν ὡς κεφαλὴν, ἡ θεωρία τῶν ἐν τοῖς οὖσι λόγων· ποτήριον δὲ, ἡ περὶ Θεοῦ γνῶσις· ἔλεος δὲ αὐτοῦ, ὁ ἐλεήμων Υἱὸς καὶ Θεὸς, ὃς διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως σωθησομένους· οἶκος δὲ, ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἐν ᾗ ἀποκαθίστανται πάντες οἱ ἅγιοι· μακρότης δὲ ἡμερῶν, ἡ αἰώνιος ζωή.

αὐτοῦ, καταδιώκει ἀεὶ ἕως οὗ καταλάβῃ πάντας τοὺς

Impinguasti in oleo caput meum. In oleo nimirum spiritualis gratiæ : et per caput mentem seu intellectum intellige, veluti contentum a continente. Gratia enim Spiritus impinguat et hilarem reddit mentem. Fortassis etiam unctionem olei baptismatis prædicit, aut unguentum illud, quo Dominus a muliere unctus est, in quibus omnibus per caput totum hominem significat.

Ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου. Τῷ τοῦ πνευματικοῦ χαρίσματος· κεφαλὴν δὲ, τὸν νοῦν οἰητέον, ἐκ τοῦ περιέχοντος τὸ περιεχόμενον. Τὸ χάρισμα γὰρ τοῦ Πνεύματος ἱλαρύνει καὶ πιαίνει τὸν νοῦν. Ἢ τὸ χρίσμα τοῦ βαπτιστικοῦ ἐλαίου, ἢ τὸ τοῦ μύρου προαναφωνεῖ, ἐφ' ὃν (87) ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὅλον τὸν ἄνθρωπον νοήσωμεν.

Et calix tuus inebrians me, quam optimus est! Poculum, inquam, evangelicorum sermonum, quod me ebrium reddit. Excedere enim me facit a priori pertinacia, utpote potens contra inimicos. Vel aliter, poculum incruenti sacrificii intelligit.

Καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον με, ὡσεὶ κράτιστον. Τὸ πόμα τῶν εὐαγγελικῶν λόγων, μεθύσκον μέ ἐστιν. Ἔκστασιν γὰρ ἐμποιεῖ τοῦ προτέρου φρονήματος, ὡς κρατοῦν κατὰ τῶν ἐχθρῶν. Ἢ καὶ ποτήριον, τὸ τῆς ἀναιμάκτου θυσίας.

Vers. 6. *Et misericordia tua persequetur me omnibus diebus vitæ meæ. — Persequetur*, hoc est, sequetur me, ita incedentem nimirum, et fugientem errores. Vel, *persequetur*, hoc est, perquiret me et non discedet.

Καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξει με πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου. — Καταδιώξει ἀντὶ τοῦ, Ἕπεται, οὕτω δηλονότι πορευομένῳ, καὶ τὴν πλάνην φεύγοντι. Ἢ καὶ, *Διώξει*, ἀντὶ τοῦ Ἐκζητήσει με, καὶ οὐκ ἀποστήσεται.

Et ut inhabitarem in domo Domini in longitudine dierum. Persequetur autem me, ut tutus in protectione Dei habitem. Vel per domum Domini Ecclesiam dicit, et congregationem fidelium, in qua habitat Dominus, et iis apparet, qui Deo digni sunt; et sensus est : Ego et divina misericordia dignus censebor, et protegar a Deo, et fidelis permanebo. Vel aliter : Dabitur mihi in longitudine dierum, hoc est per totam vitam, ut inhabitem in domo Domini. Et aliter : Calix (88) cognitio Dei est, misericordia autem ejus, misericors nimirum Deus Filius, qui per incarnationem suam, semper nos persequitur, donec omnes comprehendat, qui salvandi sunt. Domus etiam Domini est ejus regnum, in quo restituuntur omnes sancti; per longitudinem vero dierum, æternam vitam intellige.

Καὶ τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου εἰς μακρότητα ἡμερῶν. Καταδιώξει δέ με καὶ τὸ κατοικεῖν ἐν τῇ σκέπῃ τοῦ Κυρίου περιφρουρούμενον. Ἢ οἶκον Κυρίου λέγει τὴν Ἐκκλησίαν καὶ συναγωγὴν τῶν πιστῶν, ἐν ᾗ οἰκεῖ ὁ Κύριος, ὀπτανόμενος τοῖς ἀξίοις, τουτέστι, Καὶ ἐλέου ἀξιωθήσομαι, καὶ φρουρηθήσομαι, καὶ πιστὸς μενῶ. Ἢ καὶ ἄλλως· Τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου, ἔσται μοι εἰς μακρότητα ἡμερῶν, ἤγουν, δι' ὅλου τοῦ βίου.

Psalmus ipsi David primæ sabbatorum.

PSALMUS XXIII.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, τῆς μιᾶς Σαββάτων.

ΨΑΛΜΟΣ ΚΓ'.

Hic psalmus inscriptionem habet : *Primæ sabbatorum :* hoc est, illius diei, qua Christus resurrexit; illam enim diem prædicit quam Evangelistæ, *primam sabbatorum* manifeste appellarunt : tametsi in fine de assumptione etiam Christi tractet. [Illud tamen observandum quod in Græca lectione *unam Sabbatorum* legimus, quod Latini interpretes passim, *primam* dixerunt.

Ὁ ψαλμὸς οὗτος, *τῆς μιᾶς Σαββάτων* ἐστὶν, ἤτοι τῆς ἡμέρας καθ' ἣν ὁ Κύριος ἀνέστη, περὶ αὐτῆς προσαγορευθείς, ἣν καὶ οἱ εὐαγγελισταὶ μίαν Σαββάτων σαφῶς ἐκάλεσαν. Διεξέρχεται δὲ καὶ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἀναλήψεως ἐν τῷ τέλει.

Vers. 1. *Domini est terra et plenitudo ejus.* Ex quo nimirum de sepultura resurrexit, et discipulis apparuit, dicens : *Data est mihi omnis potestas, in cœlo et in terra* [89], ex illo sane tempore, quo hæc acciderunt, Christi effecta est omnis terra, quæ antea sub dæmonum potestate detinebatur. Et ubique terrarum, pro idolis templa Deo erecta sunt,

Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Ὅτε δηλαδὴ τοῦ μνήματος ἐξανέστη, ἐνεφανίσθη τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἶπεν· *Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς.* Ἐξ ἐκείνης γὰρ τῆς ἡμέρας, τοῦ Χριστοῦ γέγονεν ἡ γῆ, πρότερον ὑπὸ τῶν δαιμόνων κατακυριευομένη. Πανταχοῦ λοιπὸν τῆς γῆς ἀντὶ τῶν εἰδώλων θεῖοι ναοὶ καθιδρύθησαν, τοῦ κη-

Variæ lectiones.

(87) *Ισ.* ἐφ' ὧν.

(88) Græca hic Latinis respondentia leguntur supra, in fine expositionis versiculi : *Parasti in conspectu tuo mensam.*

Digitized by Google

ρύγματος διαδραμόντος ἄχρι τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης, ὡς προλαβόντες εἰρήκαμεν. Πλήρωμα δὲ αὐτῆς, οἱ ταύτην πληροῦντες ἄνθρωποι. Ἀπὸ δὲ τοῦ ὅλου τοὺς πλείους ἐδήλωσεν· οὐ γὰρ πάντες τοῦ Κυρίου γεγόνασι. Τῷ μέντοι τῆς γῆς ὀνόματι, καὶ τὰς νήσους συμπεριέλαβεν, ὅτι γῆ καὶ αὗται.

Ἡ οἰκουμένη, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. Τοῦτο τοῦ προῤῥηθέντος ἑρμηνευτικόν· ὃ γὰρ εἶπεν ἐκεῖ γῆν, τοῦτο ἐνταῦθα οἰκουμένην, καὶ ὃ ἐκεῖ πλήρωμα, τοῦτο ἐνταῦθα κατοικοῦντας ἐν αὐτῇ. Καὶ ἄλλως δέ· εἰ καὶ μὴ πᾶσα καὶ πάντες τοῦ Κυρίου γεγόνασιν, ἀλλ' οὖν παρὰ τοῖς πιστεύσασι τοῦ Κυρίου ἔδοξαν· ἐπληροφορήθησαν γὰρ ὅτι αὐτὸς τούτων πιστὴς καὶ Κύριος.

Αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτὴν, καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν. Χ. ἡ δὲ γινώσκειν, ὅτι ὁ μέγας Βασίλειος θεμέλιον εἶναι τῆς γῆς μόνον τὸ Δεσποτικὸν πρόσταγμα λέγων, καὶ μήτε ὕδωρ, μήτε ἕτερον, διὰ τοῦ προκειμένου ῥητοῦ τὴν ἐν ἀρχῇ τῆς κοσμογονίας θέσιν τοῦ ὕδατος δηλοῦσθαί φησιν, ἐπικειμένου τῇ γῇ, καὶ οἷον ἐπεωρημένου, καὶ συνεχομένου, καὶ μὴ ἀπορῥέοντος. Τὸ αὐτὸ καὶ θάλασσαν καὶ ποταμοὺς προσαγορευθῆναι εἰκὸς, διὰ τὸ πλῆθος. Ἐπεὶ καὶ ἄβυσσον ὁ Μωϋσῆς ὠνόμασε τοῦτο, διὰ τὸ βάθος. *Καὶ Πνεῦμα* γὰρ, φησὶ, *Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τῆς ἀβύσσου.* Ὁ δὲ Χρυσόστομος Ἰωάννης τὸ παρὸν ῥητὸν εἰς ἐπίδειξιν λαμβάνει μάλιστα τοῦ ὑποκεῖσθαι πάσῃ τῇ γῇ, δίκην θεμελίων, ὕδατα, καὶ οὐδὲν καινόν· αὐτὸς γὰρ ὁ ταύτην ἐν ἀρχῇ θεμελιώσας· *Πάντα γὰρ*, φησὶ, *δι' αὐτοῦ ἐγένετο.* Εἶτα παραπλέκει καὶ τὸ καινὸν τῆς θεμελιώσεως, ὅτι ἐπάνω θαλασσῶν καὶ ποταμῶν ἥδρασεν αὐτήν. Τοῦτο δὲ λέγει πάντως οὐ καθολικῶς, ἦ γὰρ κατώτερον ἦν τὸ ὕδωρ. Ὁ δὲ Μωϋσῆς κατωτέραν ἐδίδαξεν εἶναι τὴν γῆν. Δῆλον οὖν ὅτι μερικῶς τοῦτό φησι· διότι ἐν πολλοῖς κοιλώμασι τῆς γῆς συραγγώδεσιν (89) ὑποτρέχουσι μέρη τινὰ τῆς θαλάσσης, ἃ καὶ θαλάσσας ἐκάλεσεν, τῷ τοῦ ὅλου χρησάμενος ὀνόματι. Καὶ ὁ Μωϋσῆς φησι· *Τὰ συστήματα τῶν ὑδάτων ἐκάλεσεν θαλάσσας*· περὶ γὰρ τῶν ποταμῶν, τί χρὴ καὶ λέγειν, ὅπως ὑποβρύχιοι τῆς θαλάσσης γὰρ ὅλα τοῖς τοιούτοις ὕδασιν ἐφήδρασται· καὶ ὅμως μένει, τεθεμελιωμένη ἐπ' αὐτῶν, καὶ συνεχομένη τῷ προστάγματι τοῦ ποιήσαντος. *Ἡτοίμασε* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἐκόσμησε.

A prædicatione fidei ad usque terræ fines dilatata, ut supra diximus, plenitudo autem terræ homines sunt, qui eam habitant, et implent. A toto autem partem significavit. Neque enim omnes crediderunt Evangelio, neque Christi omnes effecti sunt. Appellatione autem terrarum insulas omnes pariter comprehendit. Nam et ipsæ, terræ partes sunt.

Orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo. Hoc ad præcedentis dicti interpretationem consequitur. Nam quod supra terram dixit, hic orbem terrarum appellavit, et quod ibi plenitudinem, hinc habitantes in ea dixit. Et aliter: Licet nec tota terra, nec omnes Domini effecti sint, a fidelibus tamen omnia Domini esse reputantur: qui certiores facti sunt Creatorem illum ac Dominum eorum esse.

B

Vers. 2. *Ipse super maria fundavit eam, et super flumina præparavit eam.* Sciendum est, quod magnus Basilius solum Domini imperium pro fundamento terræ, esse dixit, non aquam, neque aliud quidpiam; per præsentem autem versiculum ostendi tantum, quisnam ab initio creationis mundi aquæ situs fuerit: quod scilicet terræ aqua injaceat, et quasi custodiat et contineat, nec ab ejus defluat superficie. [Juxta quem sensum congruentius fortassis legendum esset, quod Græca littera non denegat: *Ipse in maribus fundavit eam, et in fluminibus præparavit eam.*] Ipsam vero aquam non ab re et mare et flumina a Propheta appellatam fuisse constat, ob aquarum in eis multitudines, cum et abyssum eam Moyses appellaverit, ob ejus profunditatem. *Spiritus* enim Domini, inquit, *ferebatur super abyssum*[98]. Joannes autem Chrysostomus dictum hoc ait, illud potissimum demonstrare, quod aquæ toti terræ subjaceant instar fundamenti; et nihil mirum: ipse enim Deus est, qui hanc ab initio fundavit: *Omnia* enim, inquit, *per ipsum facta sunt*[1]. Admirandam autem fundationis rationem exaggerans Propheta, una hæc complicavit; quod fundavit eam super maria, et quod stabilivit super flumina. Tu vero hoc non in universum intellige. Nam alioquin inferior esset aqua, verum Moyses inferiorem esse terram docuit; unde manifestum est, hoc dictum esse respectu certæ partis aquarum. In multis namque terræ concavitatibus et cavernosis locis subter currunt partes quædam maris, quas maria appellavit. De fluminibus apertissimum est, quod sub terra longo intervallo ferantur, et tandem emergant. Admirandum vero est, quomodo non consideant tanta terræ pondera. Omnes enim montes in hujusmodi aquis stabiliti sunt, et tamen in his fundata permanet terra solo Factoris sui mandato contenta. *Præparavit* autem, hoc est, ornavit.

C

D

Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος Κυρίου; ἢ τίς στήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ; Τοῦτο περὶ τῶν ἱερέων, οἶμαι, προσηγόρευται, διαγράφων οἵους αὐτοὺς εἶναι χρή. Καὶ ὄρος Κυρίου νοήσεις τὸν καθολικὸν ἕκαστον ναὸν, διὰ τὸ ὑπερανεστηκὸς

Vers. 3. *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus?* Hoc de sacerdotibus puto prædictum fuisse, ut describeret, quales eos esse oporteret. Per montem vero Domini, commune unicuique templum intelligas, ob sum-

[98] Matth. xxviii, 18. [1] Gen. i, 2. [1] Joan. i, 3.

Variæ lectiones.

(89) Mallem φαραγγώδεσι.

Digitized by Google

mam ejus excellentiam et conspicuam omnibus claritatem, sic dictum, et quia adversis undique flatibus inimicorum fidei circumflatur : et per locum sanctum, altare quod in conspectu Dei est. Considera etiam prophetici sermonis diligentiam. Ascendet enim, inquit, ea ratione, quia ante templi ingressum nonnulli inesse gradus solebant. Quidam per montem Domini, sublimitatem earum intelligunt virtutum, quas in Evangelio Dominus observari jussit : et per locum sanctum, cœleste ac promissum nobis regnum. Vel aliter : per montem sanctum, sublimem de Christo theologiam intellige rectorumque morum et divinæ Incarnationis scientiam.

καὶ διάδοχον (90), καὶ τὸ περιστοιχίζεσθαι ταῖς ἀντιπνοίαις τῶν ἐχθρῶν τῆς πίστεως· τόπον δὲ ἅγιον, τὸν ἐνώπιον τοῦ θυσιαστηρίου. Ὅρα δὲ τῆς λέξεως τὴν ἀκρίβειαν· ἀναβήσεται γάρ, εἶπε, διότι πρὸ τῆς εἰσόδου βαθμίδες τινὲς εἰώθασι κατασκευάζεσθαι. Τινὲς δὲ ὄρος Κυρίου λέγουσι τὸ ὕψος τῶν ἀρετῶν, ἃς ὁ Χριστὸς ἐνετείλατο διὰ τοῦ Εὐαγγελίου· τόπον δὲ ἅγιον, τὸν τῆς ἐπηγγελμένης βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Ἢ καὶ ἄλλως· ὄρος τὸ ὕψος τῆς περὶ τοῦ Χριστοῦ θεολογίας, καὶ τῶν ὀρθῶν δογμάτων τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ.

Vers. 4. *Innocens manibus et mundo corde.* Superioris versiculi verba per interrogationem a Prophela formata sunt, ad quorum responsionem præsens subsequitur versiculus : et per manus quidem actiones significat ; per cor vero, cogitationes. Ille, inquit, ascendet, et stabit, cujus et actiones irreprehensibiles, et cogitationes una puræ fuerint, ac mundæ : quasi ascensurum illum neget, aut permansurum, qui hujusmodi non fuerit, tametsi aliter videatur. Considera etiam quomodo utraque hæc pariter conjunxit [opera scilicet, et mentem], alterum enim sine altero non probatur.

Ἀθῷος χερσὶ, καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ. Διὰ ἐρώτησιν σχηματίσας ὁ Προφήτης τὸ προλαβὸν ῥῆτὸν, εἶτα νῦν ἀποκρίνεται· καὶ διὰ μὲν τῶν χειρῶν τὰς πράξεις δηλοῖ· διὰ δὲ τῆς καρδίας, τὰς ἐνθυμήσεις, ὅτι ἐκεῖνος ἀναβήσεται καὶ στήσεται, ^ καὶ πράξεις ἀμέμπτους (91) ἔχων, καὶ καθαρὰς ἐνθυμήσεις. Ἀθῷον δὲ ἐνταῦθα, τὸν ἀμέμπτον· καὶ ὅτε μὴ τοιοῦτος, οὔτε ἀναβαίνει, οὐδ' ἑστατα· κἂν τοῦτο δοκῇ. Σκόπει δὲ πῶς ἄμφω συνέζευξεν· ἑκάτερον γὰρ ἑκατέρου χωρὶς ἀδόκιμον.

Qui non accepit in vano animam suam. Qui a Deo animam suam propter vanum aliquod non accepit ; hoc est, ut vana pertractet. Vel, qui anima sua, quæ ad bona opera fuit creata, ad prava usus non est.

Ὃς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Ὃς οὐκ ἔλαβε παρὰ Θεοῦ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἵνα εἰς ματαίου, ἵνα μάταια μεταχειρίζηται· ἢ οὐκ ἐχρήσατο εἰς πονηρὰ τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, κτισθείσῃ ἐπ' ἀγαθοῖς.

Nec juravit in dolo proximo suo. Hoc est qui non pejeravit. Nam is qui pejerat dolo agit, vel ut liberetur cum debeat, vel accipiat, quod ei non debetur. Similes etiam sententias habuimus in Psalmo XIII, ubi invenies latius de juramento pertractatum, in illo versiculo : *Qui jurat proximo suo et non spernit* [2].

Καὶ οὐκ ὤμοσεν ἐπὶ δόλῳ τὸν πλησίον αὐτοῦ. Οὐκ ἐπιώρκησεν· ὁ γὰρ ὁρκῶν, βουλεύεται, ἵνα ἢ ἀφεθῇ χρεωστῶν, ἢ λάβῃ μὴ χρεωστούμενος. Τοιαῦτα εἶπεν καὶ ἐν τῷ ιγ' Ψαλμῷ, καὶ ζήτει ἐκεῖ περὶ ὅρκου πλατύτερον, ἔνθα κεῖται τό· *Ὀμνύων τῷ πλησίον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀθετῶν.*

Vers. 5. *Hic accipiet benedictionem a Domino.* [Benedictionem, hoc est] gratiam, seu divinum aliquod donum, in præsenti vita præstitum ; hic vir, inquit, qui in actionibus suis probus, et in cogitationibus mundus fuerit, quique ab inanibus rebus seipsum segregaverit, et non pejeraverit adversus proximum suum [*Accipiet benedictionem*, etc.]

Οὗτος λήψεται εὐλογίαν παρὰ Κυρίου. Χάριν, δωρεὰν παρὰ τοῦ Κυρίου, κατὰ τὸν παρόντα βίον, ὁ τὴν πρᾶξιν ἀγαθὸς καὶ ἐνθύμησιν καθαρὸς, καὶ τῶν ματαίων ἀφεστὼς, καὶ μὴ ἐπιορκῶν τῷ πλησίον.

Et misericordiam a Deo salutari suo. In futuro nimirum tempore. Unusquisque enim, etiam qui maxime justus habeatur, misericordia Dei indiget : qui, si compassionem suam non commiscuerit Deus, *non justificabitur in conspectu ejus omnis vivens* [3]. Quænam enim illa sunt opera, quæ cœlorum regno condigna sint?

Ἐλεημοσύνην παρὰ Θεοῦ σωτῆρος αὐτοῦ. Κατὰ τὸν μέλλοντα· πᾶς γὰρ, καὶ ὁ πάνυ δίκαιος, ἐλέους δεῖται παρὰ Θεοῦ. Εἰ γὰρ μὴ τὴν οἰκείαν παραμίξῃ συμπάθησιν, *οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶς ζῶν.* Καὶ ἄλλως δέ· Ποῖα ἔργα ἀντάξια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ;

Vers. 6. *Hæc est generatio quærentium Dominum.* Generatio illa, inquit, quæ sic vixerit [ut docuimus] merito appellari poterit generatio virorum quærentium, hoc est diligentium, Dominum, qui enim diligit, quærit.

Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν Κύριον. Αὕτη ἡ γενεὰ οὕτως βιοῦσα, γενεά ἐστιν ἀνδρῶν ζητούντων τὸν Κύριον, ἤτοι ἀγαπώντων· ὁ γὰρ ἀγαπῶν ζητεῖ.

[2] Psal. XIV, 4. [3] Psal. CXLII, 2.

Variæ lectiones.

(90) *Isc.* ἔσχον.

(91) *gr.* ἀμέμπτους, vel ἀμέμπτως.

Digitized by Google

Ζητούντων τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. Θεὸς τοῦ Ἰακὼβ, ὁ Πατὴρ ἐδόκει τοῖς Ἑβραίοις· πρόσωπον δὲ τοῦ Πατρὸς, ὁ Υἱός· *Ὁ ἑωρακὼς γάρ, φησὶν, ἐμὲ, ἑώρακεν τὸν Πατέρα.* Τὸν Ἰακὼβ δὲ συνεχῶς ἐν τοῖς Ψαλμοῖς τίθησιν, ὡς πατέρα τῶν δώδεκα φυλῶν. Ἢ καὶ ἄλλως· ζητούντων ἰδεῖν τὸν Θεὸν, κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα, ὅτε *πρόσωπον πρὸς πρόσωπον* ὄψονται αὐτὸν οἱ ἄξιοι, καθὼς φησι Παῦλος.

Διάψαλμα. Περὶ δὲ τούτου εἴρηται ἐν προοιμίοις.

Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν. Ἐντεῦθεν προαγορεύει καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος· εἰσάγει γὰρ τοὺς τῷ Χριστῷ διακονοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς ἀγγέλους, συνανιόντας αὐτῷ, καὶ προάγοντας, καὶ διακελευομένους τοῖς φυλάττουσι τὴν εἰς οὐρανοὺς εἴσοδον αἴρειν τὰς πύλας. Συντάσσεται δὲ τὸ ῥητὸν οὕτως· Οἱ ἄρχοντες, ἄρατε πύλας ὑμῶν, ἤγουν οἱ ἐξουσιάζοντες τῶν πυλῶν τούτων, ἄρατε ταύτας. Ὑμῶν δὲ, ἀντὶ τοῦ, ὧν ἄρχετε. Οὐκ εἶπε δέ· Ἀνοίξατε, ἀλλ', *Ἄρατε* καντελῶς, ἐντεῦθεν τὸ ἀχώρητον τῆς δόξης τοῦ μέλλοντος εἰσελθεῖν ἐμφαίνων· πύλας δὲ τὴν φυλακὴν οἰητέον.

Καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι. Ἡ φυλακὴ, ἡ αἰώνιος, διὰ τὴν ἀϊδιότητα τῶν φυλαττόντων ἀγγέλων. Ἢ αἰώνιοι, διὰ τὸ μηδέποτε ἀνοιγῆναι. Κεκλεισμένων γὰρ αὐτῶν κατῆλθεν εἰς γῆν, λαθὼν πάσας τὰς δυνάμεις.

Καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Βασιλεὺς τῆς δόξης λέγεται καὶ Κύριος τῆς δόξης, ὡς ὑπερένδοξος, καὶ ὡς χορηγὸς αὐτῆς, καὶ ὡς βασιλεύων καὶ κυριεύων πάντων τῶν ἐνδόξων.

Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; Ἀκούσαντες οἱ ἄρχοντες τῶν πυλῶν, ἐξηπορήθησαν, οἷα μόνον τὸν Θεὸν εἰδότες βασιλέα τῆς δόξης, ὃν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ὄντα τὸν ὑπερουράνιον τόπον προσεδόκων οἰκεῖν. Ἄλλως τε καὶ ἡ περιβολὴ τῆς σαρκὸς ἐξέπληττε τούτους. Ὅθεν ἐρωτῶσι, καὶ αὖθις ἀκούουσι·

Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς, Κύριος δυνατὸς ἐν πολέμοις. Ὁ Κύριός ἐστιν ὃν οἴδατε, ὁ κραταιὸς καὶ δυνατός· εἶτα πάλιν *Ὁ Κύριος ὁ δυνατὸς ἐν πολέμοις.* Ἡ δὲ ἀναδίπλωσις εἰς ἀναγνώρισιν αὐτοὺς ἄγει· ἅμα δὲ καὶ ἐξυμνεῖ τὴν κατὰ τοῦ τυράννου νίκην, ᾧ πολεμήσας προσβαλόντι καθεῖλε, καὶ τῷ σταυρῷ, καθάπερ δόρατι, κατηκόντισεν.

Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Οἱ ἄρχοντες τοῦ δευτέρου οὐρανοῦ τουτέστι τοῦ στερεώματος, ἀκούσαντες τὰ ῥηθέντα παρὰ τῶν ἀγγέλων, καὶ ἰδόντες, καὶ ὑπερευφραθέντες διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων, παρέδραμον, τὰ αὐτὰ ἐγκελευόμενοι τοῖς ἄρχουσι τῶν πυλῶν τοῦ πρώτου οὐρανοῦ, τοῦ ὑπὲρ τὸ στερέωμα.

Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης;

Quærentium faciem Dei Jacob. Deus Jacob Deus Pater ab Hebræis putabatur, facies autem Patris, Filius: *Qui vidit me,* inquit, *vidit, et Patrem meum* [a]. Patriarchæ autem Jacob frequentius in Psalmis propheta meminit, et xii tribuum patris. Vel aliter: Quærentium videre Deum in futuro sæculo, quando *facie ad faciem* illi eum videbunt, ut inquit, Paulus [b], qui digni fuerint ut videant.

Diapsalma. De hoc dictum est in operis exordio.

Vers. 7. *Tollite portas, principes, vestras.* Ex hoc loco Propheta, Salvatoris in cœlum assumptionem prædicit, et angelos, qui ei in terra ministrabant, introducit, cum eo simul ascendere præireque, ac jubere aliis angelis, qui cœlorum aditum servabant, ut tollerent portas. Ordo autem verborum sic fiat: Vos principes, tollite portas vestras, hoc est, portas, quibus præestis et quarum estis principes. Nec dixerunt: Aperite, sed *Tollite:* summam nimirum gloriæ incomprehensibilitatem illius significantes, qui cœlum erat ingressurus. Per portas autem ipsam custodiam intelligere debemus.

Et elevamini, portæ æternales. Custodia ipsa æterna est, eo quod angeli custodes æterni sunt. Vel ideo æternales dicit, quia ab æterno nunquam antea apertæ fuerant. Clausis enim januis descenderat Dominus in terram, clam cœlestibus omnibus potestatibus.

Et introibit rex gloriæ. Rex gloriæ Christus dicitur et Dominus gloriæ, veluti qui summam assecutus est gloriam, et qui eam aliis præstat, et qui aliorum omnium qui gloriam assecuti sunt, Rex est et Dominus.

Vers. 8. *Quis est iste rex gloriæ?* Introducit propheta portarum principes ad hæc verba dubitare, veluti, qui solum Deum scirent esse Regem gloriæ, quem in tribus personis, super cœlestia habitare loca arbitrabantur. Vel aliter: carnis ac corporis amictus eos fecit obstupescere, quocirca interrogant, et vicissim audiunt:

Dominus fortis et potens, et Dominus potens in prœliis. Dominus hic est, inquiunt, ille, quem nostis, fortis ac potens; ac rursus: *Dominus potens in prœliis.* Hac autem replicatione ad majorem illos cognitionem adducunt, ac pariter victoriam, quam retulerant Dominus de tyranno, quem in certamine devicerat: et cruce, quasi hasta quadam, jaculatus transfixerat.

Vers. 9. *Tollite portas, principes, vestras, et elevamini portæ æternales, et introibit Rex gloriæ.* Principes portarum secundi cœli, hoc est, firmamenti, auditis iis, quæ a præeuntibus angelis dicta fuerant, summo gaudio ac lætitia affecti, et de humani generis salute exsultantes, statim præcucurrerunt, eadem et ipsi mandantes aliis principibus primi cœli, hoc est supra firmamentum.

Vers. 10. *Quis est iste Rex gloriæ?* Eodem

[a] Joan. xiv, 9. [b] I Cor. xiii, 12.

Digitized by Google

modo isti dubitant, atque ideo eadem interrogant, et audiunt :

Dominus potestatum ipse est Rex gloriæ. Dominus, inquit, potens qui aliis potentiam præstat. Vel, qui potestatibus imperat : hic, inquam, ille est, quem annuntiamus esse Regem gloriæ. Scire oportet quod Judæi tam præsentem psalmum, quam proxime superiorem, congruere dicunt illis Judæis, qui captivi fuerunt in Babylone. Et priorem quidem, quasi in eorum reditu, jucunda narrate, hunc autem ob tristia quæ captivi patiebantur consolari eos, ac docere, ne locum illum Babylonis ægre ferrent, cum omnis terra Dei sit, et possit unusquisque, ubicunque gentium fuerit, placere Deo. Verum convincuntur hujusmodi interpretes manifeste decipi, vel ex ipso psalmorum ordine, cum alioquin ille post præsentem potius collocari debuisset, veluti ea annuntians, quæ post captivitatem accidissent : non solum ex ordine, sed ex ipsis dictis. Ostendant enim illi nobis, quæso, ubi misericordia cum eis per totam vitam permansit ut in præsenti habetur psalmo, et quasnam æternales portas haberet Jerusalem, quæ hic nominantur, ne cætera alia omnia commemorem.

Psalmus ipsi David.

PSALMUS XXIV.

Quidam dicunt beatum David conscripsisse hunc psalmum in supplicationis atque orationis speciem ad Deum : cumque omnibus inter calamitates atque angustiam, Deum invocantibus, congruere : ac docere quomodo supplicare debeamus. Nihil tamen vetat, quin dici possit beatus David pro seipso cum præcipue protulisse cum ab inimicis oppugnaretur.

VERS. 2. *Ad te, Domine, levavi animam meam.* Levavi, hoc est elevavi, erexi, a terrenis ejusmodi rebus attollens, in quibus nulla mihi est salus.

Deus meus, in te confido, non confundar in sæculum. Vel præsens dicit sæculum, vel futurum : vel in sæculum non confundar, pro, nunquam.

VERS. 3. *Neque irrideant me inimici mei.* Quicumque illi sint, visibiles vel invisibiles. Irridebunt autem, si superaverint me.

Etenim universi qui te sustinent, non confundentur. Sustinent posuit pro *exspectant*, ut plerisque in locis facit ; ita cum interpretatur Aquila. Nam qui te adjutorem susceperit, non confundetur.

VERS. 4. *Confundantur iniqua agentes supervacue.* Alii casu quopiam, aut infortunio iniqua agunt, alii ob naturæ infirmitatem. Quicunque igitur alias ob causas transgrediuntur, ii supervacue iniqua agere dicendi sunt, hoc est nulla ratione, sed præ summa malitia, quales erant visibiles atque invisibiles inimici, qui adversum beatum David pugnabant. Sine causa enim atque inaniter pugnatur cum eo, qui nullam alteri injuriam infert.

Ὁμοίως ἀποροῦσι κἀκεῖνοι, καὶ τὰ αὐτὰ πυνθάνονται καὶ ἀκούουσι·

Κύριος τῶν δυνάμεων, αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Ὁ δυνατὸς Κύριος, ὁ χορηγὸς τῶν δυνάμεων· ἢ καὶ δεσπότης τῶν δυνατῶν, αὐτός ἐστιν ὁ καταγγελλόμενος παρ' ἡμῶν βασιλεὺς τῆς δόξης. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὡς οἱ Ἑβραῖοι καὶ τὸν παρόντα ψαλμὸν, καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ, τοῖς ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλώτοις αὐτὸν προσάπτουσιν· ἐκεῖνον μὲν, κατὰ τὴν ἐπάνοδον αὐτῶν, χαρμόσυνα διηγούμενον· τοῦτον δὲ, παραμυθούμενον τὰ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ λυπηρὰ, καὶ διδάσκοντα, μὴ δυσχεραίνειν τῷ τόπῳ, οἷα πάσης γῆς τοῦ Θεοῦ οὔσης, καὶ δυναμένου παντὸς ἐν παντὶ τόπῳ εὐαρεστεῖν τῷ Θεῷ· ἐλέγχονται δὲ προδήλως καὶ ἀπὸ τῆς τάξεως· ἢ γὰρ ἂν ἐκεῖνος μετὰ τοῦτον ἐτάγη, ὡς τὰ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῶν αἰχμαλώτων εὐαγγελιζόμενος· καὶ μὴν καὶ ἀπὸ τῶν ῥητῶν· ποῦ γὰρ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ παρέμεινεν ἐν αὐτοῖς ἄχρι ζωῆς δικῆς, ὡς ὁ πρὸ τούτου λέγει ψαλμός; ποίας δὲ πύλας αἰωνίους ἔχει τὰ Ἱεροσόλυμα, καθὼς ὁ παρών φησιν; ἵνα τ' ἄλλα παρήσωμεν·

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΚΔ'.

Τινὲς λέγουσι γράψαι τὸν Δαβὶδ τοῦτον τὸν ψαλμὸν ἱκέσιον, ἁρμόζοντα πᾶσι τοῖς ἐν ἀνάγκαις ἐπικαλουμένοις, καὶ διδάσκοντα πῶς δεῖ ποιεῖσθαι τὴν δέησιν· οὐδὲν δὲ κωλύει προηγουμένως ὑπὲρ ἑαυτοῦ τοῦτον ἐκφωνῆσαι, πολεμουμένου παρ' ἐχθρῶν, εἴτα τὰ ἐκείνου.

Πρὸς σὲ, Κύριε, ἦρα τὴν ψυχήν μου. Ἦρα, ὕψωσα, τῶν γηΐνων ἀποσπάσας αὐτὴν, ἀφ' ὧν οὐκ ἔστι μοι σωτηρία.

Ὁ Θεός μου, ἐπὶ σοὶ πέποιθα, μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα. Ἢ εἰς τὸν παρόντα, ἢ εἰς τὸν μέλλοντα· ἢ εἰς τὸν αἰῶνα, ἀντὶ τοῦ, μέχρι πολλοῦ, καὶ ἀεί.

Μηδὲ καταγελασάτωσάν με οἱ ἐχθροί μου. Ἢ αἰσθητοὶ, ἢ νοητοί. Καταγελάσουσι μὲν γὰρ, εἰ νικήσουσί με.

Καὶ γὰρ πάντες οἱ ὑπομένοντές σε, οὐ μὴ καταισχυνθῶσιν. Ὑπομένοντες, ἀντὶ τοῦ, ἀναμένοντες· τοῦτο γὰρ ἡ λέξις ἐν πολλοῖς παρὰ τοῦ Δαβὶδ βούλεται σημαίνειν, ὡς καὶ ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν· ὁ γάρ σε βοηθὸν ἀπεκδεχόμενος οὐ καταισχυνθήσεται.

Αἰσχυνθήτωσαν οἱ ἀνομοῦντες διακενῆς. Οἱ μὲν, ἐκ περιστάσεως ἀνομοῦσιν· οἱ δὲ, ἐκ φυσικῆς ἀσθενείας· ὅτοι δὲ μὴ διὰ ταύτας ἀνομοῦσι τὰς αἰτίας, οὗτοι διακενῆς ἀνομοῦσι, τουτέστιν ἄνευ λόγου, ὑπὸ τῆς ἄγαν κακίας ἐξαμαρτάνοντες, ὁποῖοι ἦσαν οἱ πολεμοῦντες αὐτῷ, εἴτε ὁρατοὶ, εἴτε ἀόρατοι· μάτην γὰρ ἐπολέμουν τῷ μηδὲν αὐτοὺς ἀδικήσαντι.

Digitized by Google

Τὰς ὁδούς σου, Κύριε, διαγνώρισόν μοι, καὶ τὰς τρίβους σου δίδαξόν με. Τὸ αὐτὸ δι' ἀμφοτέρων λέγει τῶν ῥητῶν, ὡς εἰωθε ποιεῖν ἐν πολλοῖς, ἐμφαίνων τὴν τάσιν τοῦ πόθου τῆς καρδίας. Ὁδοὶ δὲ καὶ τρίβοι, πάντα τὰ ἀρεστὰ τῷ Θεῷ, δι' ὧν βαδίζει πρὸς Θεὸν ἀπλανῶς ὁ ταῦτα πράττων. Εὔχεται δὲ παρὰ Θεοῦ διδαχθῆναι τὰ τοιαῦτα διὰ τὴν ἀκρίβειαν· οἱ γὰρ ἄξιοι θεόθεν τὰ πρακτέα μανθάνουσι. Τινὲς δὲ ὁδοὺς καὶ τρίβους τὰς οἰκονομίας τῶν πραγμάτων λέγουσιν, αἷς ἡ θεία πρόνοια ἐπιπορεύεται, ζητοῦντος τοῦ Προφήτου μαθεῖν, πῶς διακυβερνῶνται τὰ πάντα, ἵνα τῇ πρακτικῇ καὶ τὴν θεωρητικὴν προσλάβηται. Καὶ ὁδοὺς μὲν, τὰς καθολικωτέρας· τρίβους δὲ, τὰς μερικωτέρας. Ἄλλοι δὲ ὁδοὺς καὶ τρίβους φασὶ τὰς ἐντολὰς, ἃς ἐν βίβλῳ μαθὼν, καὶ ἐν ἔργῳ μαθεῖν ἠύχετο, ἵνα παρὰ Θεοῦ ταύτας πράττειν ἀναγκασθεὶς, καὶ πεῖρᾳ γνοίη ἃ λόγῳ μόνῳ ἐγίνωσκε.

A *Vias tuas, Domine, demonstra mihi, et semitas tuas edoce me.* In his duobus versiculis eamdem ubique dicit sententiam, ut sæpenumero facere solet, cum desiderii atque affectus sui intensionem cupit demonstrare. Viæ autem et semitæ Dei sunt omnia quæcunque ei placent. Per eas enim securus, nec jam amplius vagabundus incedit, qui quæ Deo placita sunt perficit. Rogat Propheta edoceri se a Deo ea diligenter, quia qui id promereatur a Deo omnia addiscunt, quæ agenda sunt. Quidam per vias et semitas, dispensationes atque administrationes rerum esse intelligunt, ad quas divina se extendit providentia, ita ut quærere a Deo Prophetam his verbis intelligamus, quonam modo omnia gubernentur : ut per actiones nimirum contemplatio diligentior consequatur. Et per vias quidem universaliora, per semitas vero magis particularia intelligit mandata : quæ omnia tametsi B in libris divinis ante didicisset, optat tamen reipsa, aque operationibus melius addiscere, ut coactus quodammodo a Deo ea operari, experimento deinceps cognoscat, quod sola prius ratione didicerat.

Ὁδήγησόν με ἐπὶ τὴν ἀλήθειάν σου. Ἵνα μὴ πλανῶμαι λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις, ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων αἱρούμενος.

Vers. 5. *Deduc me in veritatem tuam.* Ne humanis cogitationibus seducat, alia pro aliis eligendo.

Καὶ δίδαξόν με, ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ὁ σωτήρ μου. Καὶ μὴν ᾔδει αὐτὸν Θεὸν αὐτοῦ· ἀλλ' ἔργῳ καὶ τοῦτο ζητεῖ μαθεῖν· μαθήσεται δὲ ἐν τῷ ῥυσθῆναι τῶν πολεμίων. Τότε γὰρ ἀναντίῤῥητος ἡ ἀπόδειξις, ὅτι ἐπ' αὐτῷ μόνῳ πεποιθὼς, ἐῤῥύσθη παραδόξως, μηδενὸς ἀνθρώπων βοηθήσαντος.

Et doce me quod tu es Deus salvator meus. Atqui Deum suum eum esse sciebat, et tamen adhuc doceri cupit : tunc autem addiscet, quando ab inimicis fuerit liberatus. Nam tunc sine controversia manifeste demonstrabitur, quod in solius Dei auxilio fretus, liberatus sit, præter omnium opinionem, nullo hominum illi opem ferente.

Καὶ σὲ ὑπέμεινα ὅλην τὴν ἡμέραν. Ἔργῳ, καθὼς εἶπον, δίδαξόν με, ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς, ὁ σώζων με, καὶ ὅτι σὲ ὄντως ἐνέμεινα, καὶ προσεδόκησα βοηθὸν, καὶ οὐκ διεψεύσθην. Τὸ δὲ, *ὅλην τὴν ἡμέραν*, ἀντὶ τοῦ, διαπαντὸς, τίθησιν ἐν πολλοῖς ὁ Προφήτης, ὥσπερ καὶ τὸ, *εἰς τὸν αἰῶνα*. Καὶ ἄλλως δὲ, ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν ὅλην αὐτῶν ζωὴν λέγουσιν Ἑβραῖοι· τῆς γὰρ νυκτὸς ὑπνοῦντες, οὐ δοκοῦσι ζῆν. Ἀλλ' οὕτως μὲν καθ' ἱστορίαν ἀνηρμήνευται τὸ ῥητόν. Δύναται δὲ καὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ νοεῖσθαι κατ' ἀναγωγὴν, οἷα προϊδόντος τοῦ Προφήτου τὴν ἐνανθρώπησιν αὐτοῦ τοῖς πνευματικοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ παρακλεῖνος μαθεῖν τρανώτερον, ὁποίας ὁδοὺς καὶ τρίβους σαρκωθεὶς ἕληται. Ἀλήθεια δὲ τοῦ Χριστοῦ, ἡ διδασκαλία αὐτοῦ, ἣν καὶ αὐτὸς εὔχεται μαθεῖν· φησὶ γὰρ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια*· καὶ πάλιν· *Ἐγὼ τὴν ἀλήθειαν λέγω ὑμῖν*. Δίδαξόν με, φησὶν ὁ Προφήτης, ταύτην, εἶτα στιχτέον, καὶ ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς τὸ ἐπαγόμενον ἀναγνωστέον, οἷον· Ταῦτά με δίδαξον. Καὶ σὺ εἶ ὁ Θεὸς ὁ Σωτήρ μου, καὶ πεπληροφόρημαι περὶ τούτου. Ἰησοῦς γὰρ ὁ σωτὴρ ἑρμηνεύεται, καὶ ὄντως ἔσωσεν αὐτὸν, εἰς ᾅδου κατελθὼν ὁ Σωτὴρ, ἐξάγων ἐκεῖθεν. Σὲ οὖν, φησὶ, καὶ ἀεὶ προσδοκῶ, καὶ οὐκ ἀπελπίζω.

C *Et te sustinui tota die.* Re ipsa ac factis, ut dixit, inquit, doce me, quod tu es Deus, qui salvas me, et quod te vere sustinui, ac adjutorem exspectavi, et deceptus non sum. Quod vero ait : *Tota die*, sæpenumero Propheta ponit pro *semper*, quemadmodum et illa verba : *In sæculum*. Vel aliter : Hebræi, *tota die*, ponunt, pro toto vitæ tempore. Noctu enim cum dormimus, vivere non videmur. Hæc autem juxta historiæ sensum dicta sunt. Juxta anagogem, possunt hæc de Christo intelligi, cujus incarnationem ipsis quasi oculis spiritus, prævidens Propheta, et melius tamen intelligere cupiens, rogat verius, ac sincerius sibi vias illas, ac semitas demonstrari, per quas incarnandus Deus erat incessurus. Veritas etiam Christi doctrina ejus est, D quam addiscere optat Propheta : *Ego* enim, inquit, *veritas sum*[6] ; et alibi : *Veritatem dico vobis*[7]. Doce igitur me, inquit, veritatem hanc ; post quæ verba, statim sistendum est : et quod deinceps sequitur, quasi aliud principium per se legendum, hoc pacto : Tu, inquit, Deus, hæc doce me : tu enim es Salvator meus, quemadmodum vel tuo edoctus sum nomine ; Jesus quippe diceris quod nomen *Salvator* interpretatur ; et vere Prophetam nostrum Jesus salvavit, quando in infernum descendens, illinc eum duxit. Te igitur, inquit, semper exspecto, et non despero. [Advertendum est tamen, quod juxta hujusmodi sensum non legendum est : *Doce me quod tu es Deus* meus, sed : *Doce me quia tu es Deus* meus. Græca enim dictio ὅτι utramque habet significationem.]

[6] Joan. XIV, 6. [7] Joan. XVI, 7.

Digitized by Google

Vers. 6. *Reminiscere miserationum tuarum, Domine, et misericordiarum tuarum quæ a sæculo sunt:* Memento, inquit, quod a sæculo, hoc est, semper et natura tua, misericors es, et miserator [et quia in lectione Græca dictio, *misericordiarum*, est in quarto casu, *misericordias* scilicet]; annota indifferentiam verbi hujus constructionem apud LXX, tam cum secundo quam cum quarto casu: vel fortassis ea ratione id factum est, quia antiqui licentius casum ponebant pro casu, ut sæpenumero factum invenimus. Illud autem adverte, quod verba hæc ad Deum, non ut ignarum aut obliviosum dicta sunt: sed quia ignorare videtur Deus atque oblivisci, quando ad defensionem, aut in auxilium nostrum tardius venit.

A *Μνήσθητι τῶν οἰκτιρμῶν σου, Κύριε, καὶ τὰ ἐλέη σου, ὅτι ἀπὸ τοῦ αἰῶνός εἰσι.* Μνήσθητι, ὅτι οἰκτίρμων εἶ καὶ ἐλεήμων, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, τουτέστιν, ἀεὶ καὶ κατὰ φύσιν. *Τὰ ἐλέη* δὲ διαφόρως κατὰ αἰτιατικὴν πτῶσιν τεθείκασιν οἱ ἑρμηνεῖς, ἢ ὡς καὶ τῆς Ἑβραΐδος λέξεως ἐκείνης τοιαύτην ἐχούσης πτῶσιν, ἢ καὶ ὅτι οἱ παλαιοὶ ἀδιαν εἶχον ἐναλλάττειν τὰς πτώσεις, ὡς ἐν πολλοῖς εὑρήσομεν. Μνήσθητι δὲ, οὐχ ὡς ἐπιλαθόμενος, ἀλλ' ὡς δοκῶν ἡμῖν ἐπιλανθάνεσθαι τούτων, ὅτε βραδύνεις πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀντίληψιν.

Vers. 7. *Delicta juventutis meæ, et ignorantias meas ne memineris.* Considera quomodo beatus David perfectior admodum effectus, pro delictis supplicet a se in juventute commissis: et nos tamen hujusce modi, hæc minime cogitamus. Sed quare non supplicavit pro scienter a se commissis peccatis? quia scilicet quæ ignoranter commissa sunt, sola oratione delentur, ista vero majori indigent pœnitentia [factis nimirum, atque operibus].

B *Ἁμαρτίας νεότητός μου καὶ ἀγνοίας μου μὴ μνησθῇς.* Ὅρα ὅπως καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν νεότητι ἁμαρτημάτων ἱκετεύει, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν ἀγνοίᾳ, ὅτι λοιπὸν τέλειος ἐγένετο, εἰ καὶ ἡμεῖς οὐδὲν τὰ τοιαῦτα λογιζόμεθα. Διατί δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν γνώσει οὐ παρεκάλεσεν; Ὅτι ἐκεῖνα μὲν προσευχῇ μόνῃ ἀφανίζονται· ταῦτα δὲ καὶ τῆς πρακτικῆς μετανοίας δέονται.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu, Quemadmodum misericordia tua multa est, ita et tu in multa misericordia memento mei. Vel in misericordia tua memento mei hoc est, ut misereris, non ut punias.

Κατὰ τὸ ἔλεός σου μνήσθητί μου σύ. Ὥσπερ τὸ ἔλεος σου πολύ, οὕτως ἐν πολλῷ ἐλέει μνήσθητί μου, τουτέστιν, ἵνα ἐλεήσῃς, οὐχ ἵνα κολάσῃς.

Propter bonitatem tuam Domine. Quia natura, inquit, bonus es, tametsi præter voluntatem tuam ob peccata nostra etiam punias.

Ἕνεκεν τῆς χρηστότητός σου, Κύριε. Διότι χρηστὸς εἶ φύσει, καὶ εἰ παρὰ φύσιν ἔρχῃ πρὸς τὸ κολάζειν διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.

C

Vers. 8, 9. *Bonus et rectus Dominus.* Bonus quidem, ut misericors; rectus autem, tanquam qui delictorum pœnas exigit. Rectum enim hic in judicando intelligit.

Χρηστὸς καὶ εὐθὺς ὁ Κύριος. Χρηστὸς μὲν, ἐλεῶν· εὐθὺς δὲ, ὡς δίκας ἀπαιτῶν τῶν πλημμελημάτων· εὐθὺς γὰρ νῦν, ὁ ὀρθὸς ἐν τῷ κρίνειν.

Propter hoc legem dabit delinquentibus in via, diriget mansuetos in judicio. Quoniam misericors est, et rectus, legem dabit peccatoribus, hoc est peccatores legi subjiciet, et castigabit delinquentes in via, hoc est, in hac vita: quam ideo viam appellat, quia omnes per eam, non secus, ac per viam transeunt. Diriget autem mansuetos, ne seducantur. In judicio, hoc est jure merito, siquidem digni sunt qui dirigantur. Aliter etiam verbum νομοθετήσει intelligi potest, hoc est Legem statuet peccatoribus. Ad æquissimum autem legislatorem pertinet leges ferre, quibus non tam puniantur, qui peccant, quam dirigantur. Hæc etiam juxta anagogem ad Christum referri possunt, qui peccatoribus illam viam statuit, qua ipse gradiebatur: ut per eam incedentes amplius non peccent; quique etiam mansuetos direxit, dum beatos eos prædicat, itaque incitat: *Beati* enim, inquit, *mites*[a].

Διὰ τοῦτο νομοθετήσει ἁμαρτάνοντας ἐν ὁδῷ, ὁδηγήσει πραεῖς ἐν κρίσει. Ἐπεὶ καὶ ἐλεήμων ἐστὶ καὶ ἀρίστης, νομοθετήσει, νόμῳ ὑποθήσει, καὶ τιμωρήσεται τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐν ὁδῷ, ἤγουν ἐν βίῳ. Τοῦτον γὰρ ὁδὸν καλεῖ νῦν, διὰ τὸ πάντας δι' αὐτοῦ φέρεσθαι· ὁδηγήσει δὲ τοὺς πραεῖς, ἵνα μὴ πλανηθῶσιν. Ἐν κρίσει, τουτέστι, μετὰ κρίσεως, ὡς ἀξίους χειραγωγίας. Νοεῖται δὲ καὶ ἄλλως τό, Νομοθετήσει, ὅτι Νόμους θήσει τοῖς ἁμαρτάνουσιν. Ἀδιαφόρως δὲ κάνταῦθα ἡ σύνταξις. Εὐθυτάτου δὲ τὸ νομοθετεῖν· ὥστε διορθωθῆναι, καὶ μὴ κολασθῆναι τὸν ἁμαρτάνοντα. Ταῦτα δὲ καὶ εἰς Χριστὸν ἀναχθήσονται, ὃς τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐνομοθέτησε διὰ τῆς ὁδοῦ, ἣν καὶ αὐτὸς ὥδευσεν, ὥστε ταύτην ὁδεύοντας μηκέτι ἐξαμαρτάνειν· καὶ ὡδήγησε τοὺς πραεῖς ἐν τῷ μακαρίσαι αὐτούς, καὶ οὕτω παραθῖξαι· *Μακάριοι* γὰρ, φησὶν, *οἱ πραεῖς.*

D

Docebit mites vias suas. Hoc de Christo, ac de ejus discipulis manifeste dictum est: mites enim erant Christi discipuli, veluti qui ei non adversabantur: *Discite a me*, inquit, *quia mitis sum, et humilis corde*[b]. Docuit autem eos Christus vias

Διδάξει πραεῖς ὁδοὺς αὐτοῦ. Τοῦτο σαφῶς περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· πραεῖς μὲν γὰρ οὗτοι γεγόνασιν, ὡς μὴ ἀντιλέγοντες αὐτῷ. *Μάθετε* γὰρ, φησὶν, ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι *πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ.* Ἐδίδαξε δὲ αὐτοὺς τὰς

[a] Matth. v, 4. [b] Matth. xi, 29.

Digitized by Google

ὁδοὺς τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας, ὡς αὐτόπτας, καὶ ἑπομένους αὐτῷ.

Πᾶσαι αἱ ὁδοὶ Κυρίου, ἔλεος καὶ ἀλήθεια τοῖς ἐκζητοῦσι τὴν διαθήκην αὐτοῦ καὶ τὰ μαρτύρια αὐτοῦ. Ὁδοὺς ἐνταῦθα τὰς νομικὰς ἐντολὰς νοήσομεν, αἵτινες τοῖς ἐρευνῶσι τὸν γραπτὸν νόμον ἔλεος καὶ ἀλήθειά εἰσι· φαίνονται γὰρ, ὅτι ἐλεῶν τοὺς ἀνθρώπους ὁ Θεὸς ἐνομοθέτησε ταύτας, καὶ ἀληθεύουσιν ἐφ' οἷς λέγουσιν, ὡς καὶ παρὰ ἀληθινοῦ Θεοῦ ταγεῖσαι. Τὸν νόμον δὲ ἐκάλεσεν καὶ διαθήκην καὶ μαρτύρια· διαθήκην μὲν, ὅτι διέθετο αὐτὴν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· μαρτύρια δὲ, ὅτι διεμαρτύρατο ἐν αὐτῷ. Πᾶσαι γὰρ αἱ πορεῖαι τῆς ἐπὶ γῆς ἀναστροφῆς αὐτοῦ ἔλεος καὶ ἀλήθειά εἰσι τοῖς ἐκζητοῦσι τὴν καινὴν διαθήκην αὐτοῦ, δηλαδὴ τοῖς πιστεύουσι τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ, καὶ ταῖς ὑπὲρ αὐτοῦ προφητικαῖς μαρτυρίαις. Ἐν ὅλῃ γὰρ τῇ πολιτείᾳ αὐτοῦ εὐεργετῶν ἠλέει, καὶ διδάσκων ἠλήθευσεν.

A conversationis suæ, dum nos spectatores et comites sibi esse voluit.

VERS. 10. *Universæ viæ Domini misericordia et veritas exquirentibus testamentum ejus et testimonia ejus.* Per vias hic sola legis mandata intelligemus, quæ iis qui scriptam legem servant, pro misericordia et veritate habenda sunt : cum manifestum sit, Deum misericordia commotum, ea statuisse mandata, et cum vera contineant, ut pote quæ a vero Deo sunt condita. Legem enim et Testamentum appellavit, et testimonia. Testamentum quidem, seu potius, juxta Græci nominis vim, dispositionem : quia illam disposuit ad filios Israel. Testimonia vero, quia in his contestatus est, quæ futura erant [quemadmodum in XVIII psalmo declaravimus. Quod si de Christo intelligamus, facilis est interpretatio]. Omnes enim viæ conversationis Christi in terra, misericordia sunt, et veritas, iisque novum ejus Testamentum exquirunt : hoc est, its qui doctrinæ ejus credunt, et testimoniis quæ a Prophetis de eo prædicta sunt. In omni enim vita sua Christus, et benefaciens miserebatur, et docens vera prædicabat.

B

Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, Κύριε, καὶ ἱλάσθητι τῇ ἁμαρτίᾳ μου· πολλὴ γάρ ἐστι. Περιττὸς ὁ καὶ σύνδεσμος ἐνταῦθα· ἰδίωμα γὰρ τοῦτο τῶν Ἑβραίων ἐν πολλοῖς. Φησὶν οὖν, ὅτι Διότι ὀνομάζῃ ἐλεήμων καὶ χρηστὸς, διὰ τοῦτο ἱλάσθητι τῇ ἁμαρτίᾳ μου, τῇ πεπαυμένῃ πάντως· πολλὴ γάρ ἐστι, ὅσον εἰς σύγκρισιν ὅσης χρεωστῶ καθαρότητος· καὶ πρὸς τὸν Χριστὸν δὲ λέγοιτ' ἂν, ὅτι ὀνομάζεται ἀμνὸς αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.

VERS. 11. *Propter nomen tuum, Domine, et propitiare peccato meo, multum est enim.* Superflua est in loco conjunctio, *et*; idioma hoc est etiam linguæ Hebraicæ, quod multis in locis reperitur. Ait igitur : Quia misericors appellaris, et bonus, propter hoc, quæso, propitius esto peccato meo, quod antea commisi ; multum est enim, si ad eam munditiam comparetur, quam præstare debuissem, C Ad Christum etiam referri potissimum possunt hæc verba, qui *Agnus Dei* appellatur, *qui tollit peccata mundi.*

Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον ; Σπάνιος μέν· εὑρισκομένῳ δὲ οἷαι ἀμοιβαὶ ἐπαγγέλλονται, ἄκουσον.

VERS. 12. *Quis est homo qui timet Dominum?* Rarus sane. Quod si quis inveniatur, audi, quæ retributiones ei promittantur :

Νομοθετήσει αὐτῷ, ἐν ὁδῷ ᾗ ᾑρετίσατο. Διάφοροι μὲν αἱ ὁδοὶ τῶν σωζομένων, τουτέστιν αἱ πολιτεῖαι· ἡ μὲν γὰρ κοινοβιακὴ· ἡ δὲ ἀναχωρητική. Καὶ ἡ μὲν πρακτικὴ, ἡ δὲ θεωρητικὴ, καὶ ἄλλη ἄλλως ἔχουσα· πᾶσαι δὲ φέρουσαι εἰς Θεόν· ὁποίαν δ' ἂν ὁ φοβούμενος τὸν Θεὸν ἕληται, ἐν ταύτῃ ὁ Θεὸς διδάσκαλος αὐτῷ γενήσεται τῶν πρακτέων, ὡς ἀνωτέρω δεδηλώκαμεν. Φόβον δὲ Θεοῦ μὴ τὸν ἁπλῶς νοήσῃς, ἀλλὰ τὸν ἐγκάρδιον.

Legem statuet ei in via, quam elegit. Diversæ enim viæ sunt eorum qui salvantur, hoc est, diversæ vitæ, ac conversationis rationes ; alia enim ratio vitæ est hominum in commune viventium, alia eorum qui solitariam vitam degunt : alii etiam agendi vitam deligunt, alii contemplandi, alii vero aliam : omnes tamen hujuscemodi rationes ad Deum ducunt, et quamcunque sibi elegerit is qui timet Dominum, in ea Dominus illi erit præceptor, et docebit quid agendum sit, ut declaravimus. Timorem vero non simpliciter intellige, sed cordi infixum.

Ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν ἀγαθοῖς αὐλισθήσεται. Ἀποπτᾶσα τοῦ σώματος, ἐν ἐκείνοις ἔσται τοῖς ἀγαθοῖς, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν.

D VERS. 13. *Anima ejus in bonis demorabitur.* Solut[a] enim a corpore, in illis erit bonis, *quæ nec oculus vidit, nec auris audivit* [10], etc.

Καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ κληρονομήσει γῆν. Ἐπειδὴ εὔκταία ἦν τοῖς Ἑβραίοις ἡ παιδοποιία, καὶ ταῖς ταύτης ἐπαγγελίαις εἰς ἀρετὴν προτρέπεται, ὑπισχνούμενος, ὅτι καὶ παῖδας ἕξει κληρονόμους ἧς εἶχε γῆς· νοεῖται δὲ σπέρμα καὶ ἡ διδασκαλία, καὶ διὰ ταύτης πάλιν οἱ μαθητευθέντες. Λέγει γὰρ, ὡς οὐ μόνον αὐτὸς σωθήσεται, ἀλλὰ καὶ οἱ κατὰ πνεῦμα παῖδες αὐτοῦ τὴν τῶν πραέων κληρονομήσουσι γῆν.

Et semen ejus hæreditabit terram. Pergrata erat Judæis liberorum procreatio : atque ideo hujusmodi pollicitatione ad virtutem eos pellicit, promittens quod ii, qui Deum timuerint, filios habituri sint illius terræ hæredes, quam ipsi possidebant. Semen etiam pro doctrina intelligitur, et per illam, ii rursus, qui edocentur : et sensus est, quod non tantum ipse salvabitur, sed quod ii etiam filii, quos juxta eamdem habuerit morum ac spiritus rationem, terræ mansuetorum hæreditatem consequentur.

[10] Isa. LXIV, 4 ; I Cor. II, 9.

Digitized by Google

VERS. 14. *Fortitudo est Dominus timentibus eum.* Talium hominum fortitudo sit Deus, hoc est robur ac murus.

Et testamentum ejus manifestabit eis. Lex, inquit, Domini, eis declarabit, quod Deus est fortitudo timentium se. Ita enim lex omnibus pollicetur. Vel *Testamentum* proponit quocunque divino documento, quod docet quæ agenda sunt; nec tantum quæ agenda, sed ipsa etiam divina mysteria: quod Domini lex iis præstare solet, qui mundi ac puri ad eam accesserint.

VERS. 15. *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.* Oculos animæ intelligit, quos intentos, inquit, semper habeo ad Deum. Novi enim quod ipse solus pedes meos a laqueis extrahet, et ab invisibilium (92) inimicorum insidiis.

VERS. 16. *Respice in me et miserere mei.* Quomodo dicatur Deus respicere, supra in aliis psalmis diximus.

Quoniam unigenitus et pauper sum ego. Sed quare se unigenitum appellat beatus David? nonne multos habuit fratres? verum hac dictione sæpe utitur Propheta, pro solitario seu solo et unico: quasi solus esset, et ab aliis destitutus. Alibi etiam hac dictione abutitur Propheta dicens: *Et de manu canis unigenitam meam* [11]. Pauperem etiam se appellat, veluti mundano omni spoliatum auxilio.

VERS. 17. *Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt.* Cordis tribulationes dicit: quia sive a malignitate hominum, sive a cogitationibus et ab animi passionibus, afflictiones omnes semper deferuntur ad cor.

De necessitatibus meis erue me. Ab infortuniis, quæ me angunt et vim mihi inferunt.

VERS. 18. *Vide humilitatem meam et laborem meum.* Per humilitatem, juxta historiæ sensum, corporis ac virium infirmitatem intellige, adversus tantam inimicorum potentiam. Sed juxta spiritualem intellectum, summam expone animæ contritionem. Simili modo per laborem, juxta primum sensum, corporis defatigationem intellige quam perpessus est, cum fugiens inimicos, multis in angustiis versaretur; et juxta alterum sensum, laborem eum intellige, quem ea abstinentia, ex stabilitate sua, ex terreno accubitu, atque ex cæteris aliis virtutum operationibus sustinebat.

Et dimitte omnia delicta mea. Præterita nimirum, a quibus postmodum abstinui. Illud autem considera quomodo non solum abstinere oportet a peccatis, sed multa etiam humilitate opus est, et labore ad hoc, ut plene cuipiam peccata remittantur.

VERS. 19. *Vide inimicos meos quoniam multiplicati sunt.* Tam sensibiles, quam intellectuales.

Et odio injusto oderunt me. Neque enim visibiles

Κραταίωμα Κύριος τῶν φοβουμένων αὐτόν. Κραταίωμα τῶν τοιούτων γίνεται ὁ Θεός, ἤγουν ἰσχὺς, τεῖχος.

Καὶ ἡ διαθήκη αὐτοῦ δηλώσει αὐτοῖς. Ὁ νόμος αὐτοῦ δηλώσει αὐτοῖς, ὅτι τῶν τοιούτων ὁ Θεὸς κραταίωμα γίνεται· οὕτω γὰρ ὁ νόμος ἐπαγγέλλεται. Ἢ διαθήκην τὴν ἁπλῶς θεῖθεν ὑποθήκην νόει, δηλοῦσαν τὸ πρακτέον. Οὐ μόνον δὲ τὸ πρακτέον, ἀλλὰ καὶ θεῖα μυστήρια, ὃ καὶ ὁ νόμος πιστοῖς καθαρῶς μετερχομένοις αὐτόν.

Οἱ ὀφθαλμοί μου, διαπαντὸς πρὸς τὸν Κύριον, ὅτι αὐτὸς ἐκσπάσει ἐκ παγίδος τοὺς πόδας μου. Οἱ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοί, οὓς ἀεὶ τεταμένους, φησὶν, ἔχω πρὸς Θεὸν, οἶα εἰδὼς, ὅτι αὐτὸς μόνος ἐκσπάσει τοὺς πόδας μου ἀπὸ βρόχων καὶ τῆς ἐνέδρας τῶν ὁρατῶν ἐχθρῶν, εἰ καὶ ἐμπαρῶσιν.

Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με. Πῶς ἐπιβλέπει ὁ Θεὸς, εἰρήκαμεν προλαβόντως ἐν ἄλλοις ψαλμοῖς.

Ὅτι μονογενὴς καὶ πτωχός εἰμι ἐγώ. Καὶ μὴν πολλοὺς εἶχεν ἀδελφούς· ἀλλὰ μονογενῆ πολλάκις τὸν μεμονωμένον καλεῖ, ὡς μόνον γενόμενον· τοιοῦτον γὰρ ἦν τὸ, *καὶ ἐκ χειρὸς κυνός τὴν μονογενῆ μου.* Πτωχὸς δὲ ἦν, ὡς γυμνὸς ἀνθρωπίνης βοηθείας.

Αἱ θλίψεις τῆς καρδίας μου ἐπληθύνθησαν. Πᾶσα γὰρ θλῖψις, εἴτε ἀπὸ ἀνθρώπων πονηρῶν, εἴτε ἀπὸ λογισμῶν ἐμπαθῶν, κατὰ τῆς καρδίας φέρεται.

Ἐκ τῶν ἀναγκῶν μου ἐξάγαγέ με. Τῶν περιστάσεων, αἳ με βιάζουσιν.

Ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου καὶ τὸν κόπον μου. Ταπείνωσιν αἰσθητῶς μὲν, τὴν σωματικὴν ἀσθένειαν, πρὸς τηλικαύτην δύναμιν τῶν ἐχθρῶν· νοητῶς δὲ, τὴν ψυχικὴν συντριβήν. Καὶ κόπον πάλιν αἰσθητῶς μὲν, τὸν σωματικὸν ὃν ὑφίστατο φεύγων καὶ ἀγωνιῶν· νοητῶς δὲ, τὸν ψυχικὸν, ἐξ ἐγκρατείας καὶ στάσεως καὶ χαμευνίας καὶ λοιπῆς ἀρετῆς.

Καὶ ἄφες πάσας τὰς ἁμαρτίας μου. Τὰς προλαβούσας, ὧν ἀπεσχόμην. Ὅρα δὲ ὅπως οὐ χρεία μόνον ἀποχῆς, ἀλλὰ καὶ ταπεινώσεως καὶ κόπου πρὸς τελείαν ἄφεσιν.

Ἴδε τοὺς ἐχθρούς μου, ὅτι ἐπληθύνθησαν. Εἴτε τοὺς αἰσθητοὺς εἴπῃς, εἴτε τοὺς νοητούς.

Καὶ μῖσος ἄδικον ἐμίσησάν με. Οὔτε γὰρ τοὺς

[11] Psal. xxi, 21.

Variæ lectiones.

(92) Cod. ὁρατῶν, *visibilium*, sed legendum fortasse ὁράων, ut legisse videtur Latinus interpres. Idem codex addit εἰ καὶ ἐμπαρῶσιν. *Etiamsi irruant.*

Digitized by Google

ὁρατοὺς ἠδίκησα, μηδὲν αὐτοὺς ἐπηρεάσας, οὔτε τοὺς ἀοράτους· ἁμαρτήσας γὰρ, οὐ τοὺς δαίμονας, ἀλλ' ἐμαυτὸν ἠδίκησα. Λοιπὸν οὖν, ἀνάφορμον τὸ κατ' ἐμὲ μῖσος, καὶ ἐκ μόνου φθόνου.

A inimicos meos injuria aliqua affeci, neque damnum aut calumniam in eos intuli: similiter neque invisibiles, quia si peccavi, non illos, sed me ipsum læsi. Restat igitur ut nullam adversum me odii occasionem habeant, sed totum quod est, ex sola oriatur invidia.

Φύλαξον τὴν ψυχήν μου. Ἵνα μὴ περιπέσῃ αὐτοῖς. Διὰ δὲ τῆς ψυχῆς καὶ τὸ σῶμα νόει. Ταύτῃ γὰρ τοῦτο διεξάγεται.

Καὶ ῥῦσαί με. Μή ποτε περιπέσω. Ἢ καὶ ἄλλως· Φύλαξον μὲν τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν· ῥῦσαι δέ με ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν, οἳ τοῦ σώματός μου κυριεῦσαι σπεύδουσιν.

VERS. 20. *Custodi animam meam.* Ne incidat in eos; per animam autem corpus simul intellige. Ea enim est, quæ corpus moderatur.

Et eripe me. Si aliquando cecidero. Vel aliter: *Custodi animam*, ab invisibilibus nimirum inimicis; *Et eripe me*, a sensibilibus scilicet, qui corpus meum in potestate sua habere perquirunt.

Μὴ καταισχυνθείην, ὅτι ἠλπισα ἐπὶ σέ. Εἰδὼς, φησὶν, ὅτι πάντες οἱ ὑπομένοντές σε οὐ μὴ καταισχυνθῶσιν, ὡς ἐν προοιμίοις εἰρηκὰ τοῦ ψαλμοῦ, μηδὲ ἐγὼ καταισχυνθείην, διότι καὶ αὐτὸς ἐπὶ σὲ ἤλπισα.

B *Non confundar, quoniam speravi in te.* Sciens, inquit, quod qui sperant in te, a concepta spe non frustrantur (ut dictum est in principio psalmi), oro ne confundar, cum et ipse speraverim in te.

Ἄκακοι καὶ εὐθεῖς ἐκολλῶντό μοι, ὅτι ὑπέμεινά σε, Κύριε. Περὶ παρελθόντος πράγματος λέγει· καὶ ἄλλοτε γὰρ, φησὶ, σὲ ὑπομείνας, καὶ μὴ καταισχυνθείς, πολλοὺς εἰς τὸν ὅμοιον ζῆλον ἐπεσπασάμην ἐκ τῶν ἐμῶν πεισθέντας, ὅτι σὺ εἶ μόνος ἀψευδὴς βοηθός· οἳ καὶ *ἐκολλῶντό μοι*, τουτέστι, συνεδεσμεύοντο φιλίας νόμῳ, ἐξεχόμενοί μου, διότι σὲ ὑπέμεινα, φρονήσας ὀρθῶς. Τίνες δὲ οὗτοι; Ὅσοι ἄκακοι, τουτέστιν ἀγαθοὶ καὶ εὐθεῖς, εἴτουν δίκαιοι. Καὶ διὰ τοὺς τοιούτους οὖν ἐπάκουσόν μου.

VERS. 21. *Innocentes et recti adhæserunt mihi, qui sustinui te.* De præteritis rebus est sermo. Alibi enim ait: *Et te exspectans non sum confusus*[a]. Multos, inquit, ad æmulationem attraxi, ac persuasi, ex iis quæ mihi contigisse viderant, te solum verum adjutorem esse, ac minime fallacem; unde etiam *Adhæserunt mihi*, hoc est, mecum lege amicitiæ colligati sunt: quoniam recte sentiens, te exspectavi. Sed quinam sunt hi? Quicunque scilicet innocentes, probi, et recti, hoc est, justi. Propter hoc itaque exaudi me, ut per me alii pariter tibi gratias agant.

Λύτρωσαι, ὁ Θεὸς, τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ. Ἱκανῶς ὑπὲρ ἑαυτοῦ δεηθείς, καὶ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ πάντος εὔχεται, συμπάσχοντος καὶ αὐτοῦ. Οὐ μόνον γὰρ ὅτε βασιλεύοντι ἐπέθεντο, συνέπασχεν ὁ λαὸς, εἰ τότε δώσωμεν εἰρῆσθαι τὸν ψαλμὸν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ Σαοὺλ, ὅτε Δαβὶδ ἔφευγεν, καὶ ἐπὶ Ἀβεσαλὼμ, πολλοὶ δι' αὐτὸν ἐθλίβοντο, οὓς καὶ Ἰσραὴλ ἐκάλεσεν, ὡς ἀπ' ἐκείνου καταγομένους. Οὐκ ἄλογον δὲ καὶ ἑαυτὸν εἰπεῖν Ἰσραὴλ, ὡς ἐκεῖθεν ἕλκοντα τὸ γένος. Εἰ βούλει δὲ, καὶ εἰς Χριστὸν ἀνάξεις τὴν εὐχήν· ὥστε βοηθῆσαι τοῖς δι' αὐτὸν θλιβομένοις παρὰ τῶν ἐχθρῶν τῆς πίστεως· προειρήκαμεν γὰρ, ὅτι ὀρθῶς ἂν εἶεν Ἰσραὴλ οἱ τὸν Χριστὸν ὁρῶντες Χριστιανοὶ διὰ πίστεως· Ἰσραὴλ γὰρ ἑρμηνεύεται *νοῦς ὁρῶν τὸν Θεόν.*

C VERS. 22. *Libera, Deus, Israel ex omnibus tribulationibus suis.* Cum abunde ac satis pro seipso oraverit Propheta, demum pro populo etiam supplicat, qui secum pariter affligebatur. Neque enim tantum tunc angebatur populus quando regnante beato David Philistæi irruebant, si concesserimus illo tempore compositum fuisse hunc psalmum, sed et antea cum fugaretur a Saule; et postea etiam tempore Absalonis, quando multi propter ipsum opprimebantur, quos nunc Israelem appellavit, veluti ab eo descendentes: nec tamen præter rationem fortassis fuerit intelligere, quod seipsum Propheta Israelem appellet, ea ratione quod ab illo genus trahebat: et si libet, poteris etiam ad Christum orationem hanc referre ut ab eo petat Propheta, quod iis præsto sit, qui propter eum a fidei hostibus affliguntur. Jam enim prædiximus quod Christiani recte Israel dici possunt: illi nimirum Christum Deum per fidem vident. Israel enim, ut diximus, interpretatur *mens videns Deum.*

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

D *Psalmus ipsi Davia.*

ΨΑΛΜΟΣ ΚΕ'.

PSALMUS XXV.

Τοῦτον ἔγραψεν τὸν ψαλμὸν ἐπὶ Σαοὺλ, ὅτε φεύγων, παρ' ἀλλοφύλοις διέτριβεν. Ἁρμόζει δὲ κατὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τοῖς ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλώτοις· δικαιολογεῖται δὲ ἐν προοιμίοις, εἰδὼς δίκαιον τὸν Θεόν.

Hunc psalmum beatus David eo tempore conscripsit, quando Saulem fugiens, apud Philistæos commoratus est. In aliquibus tamen congruere etiam iis videtur, qui captivi postea in Babylone detenti sunt. Sciens autem Propheta Deum vere justum esse, illud ante omnia conatur demonstrare, quomodo causam ipse justissimam foveret, in miel autem injustam.

Κρῖνόν μοι, Κύριε, ὅτι ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπο-

VERS. 1. *Judica mihi Domine, quoniam ego in*

[a] Psal. xxi, 6.

Digitized by Google

innocentia mea ingressus sum. Tametsi omnia, inquit, noveris, judica mihi tameu adhuc magis : hoc est, examina causam meam. In hoc enim confido, quod hactenus in innocentia mea conversatus sim. Per innocentiam vero longanimitatem ac patientiam suam intelligit. Multis enim injuriis affectus sum a Saul, et tamen injuriam in nullum retuli, tametsi sæpius potuerim, quemadmodum ex Regum historia perspicere licet.

A ρεύθην. Κρῖνον, ἤγουν ἐξέτασον ἔτι, καίτοι πρόεδρῶς ἅπαντα· θαῤῥῶ γὰρ, ὅτι ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐνεστράφην ἄχρι νῦν. Ἀκακίαν δὲ λέγει τὴν ἀνεξικακίαν καὶ μακροθυμίαν. Πολλὰ γάρ, φησὶν, ἐπὶ τοῦ Σαοὺλ ἀδικηθεὶς, οὐδὲν αὐτῷ ἀνταπέδωκα, καίτοι δυνάμενος. Ἔστιν ὅτε καὶ ἡ τῶν Βασιλειῶν ἀνέγραψεν βίβλος.

Et in Domino sperans, non infirmabor. Et sperans, inquit, in Domino, ab hac sententia non decidam : quinimo invalescet semper magis, ac confirmabitur hæc mea opinio, ob summam spem, quam in ipso habeo. Hæc autem verba ad inimicos diriguntur.

Ἐπὶ τῷ Κυρίῳ ἐλπίζων, οὐ μὴ ἀσθενήσω. Καὶ ἐλπίζων ἐπὶ τῷ Θεῷ, οὐ μὴ καταπέσω τῷ φρονήματι, ῥωννυομένῳ ταῖς εἰς αὐτὸν ἐλπίσι. Πρὸς τοὺς ἐχθροὺς οὗτος ὁ λόγος.

Vers. 2. *Proba me, et tenta me.* Non, ut extollens se, hoc dicit, sed veluti duo hæc rogans, atque obsecrans, probari nimirum de præteritis vitæ suæ actionibus, hoc est, examinari et exquiri earum rationem ; et tentari, hoc est, experimentum ab eo sumi in futurum, an ita se gesturus sit, ut olim gesserat.

B *Δοκίμασόν με, Κύριε, καὶ πείρασόν με.* Οὐκ ἐπαιρόμενος ταῦτά φησιν, ἀλλὰ παρακαλῶν δοκιμασθῆναι μὲν, τουτέστιν ἐξετασθῆναι ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσι· πειρασθῆναι δὲ, ἤγουν πεῖραν δοῦναι καὶ εἰς τὰ μέλλοντα, εἰ καὶ μὴ αὖθις ὁ αὐτὸς ἔσται.

Ure renes meos, et cor meum. Renes concupiscentiam significant. Per cor iram : *Ure*, inquit, hoc est proba, eo nimirum pacto, quo artifices aurum probant. Neque enim ego, aut regnum concupivi, aut in Saulem injurias ullas retuli.

Πύρωσον τοὺς νεφρούς μου καὶ τὴν καρδίαν μου. Διὰ μὲν τῶν νεφρῶν τὸ ἐπιθυμητικὸν δηλοῖ· διὰ δὲ τῆς καρδίας, τὸ θυμικόν. *Πύρωσον* δὲ, ἀντὶ τοῦ, δοκίμασον, ὡς οἱ χρυσοχόοι διὰ πυρὸς τὸν χρυσόν· οὔτε γὰρ ἐπεθύμησα τῆς βασιλείας, οὔτε ἀνταπέδωκα τῷ Σαούλ.

Vers. 3. *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est.* Ita dispositus sum, inquit, quia coram oculis meis misericordiam illam tuam proposui, quam omnibus iis præstas, qui patienti animo adversa omnia sustinent.

C *Ὅτι τὸ ἔλεός σου κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μού ἐστιν.* Οὕτως δὲ διάκειμαι, διότι πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχω τὸ παρὰ σοῦ ἔλεος, ὃ παρέχεις τοῖς ἀνεξικακοῦσι.

Et placui in veritate tua. Cum de cæteris virtutibus suis tractare intendat, quæ in progressu psalmi ponit, prius sermonem temperat, et Deo gratias agit, quod in reliquis virtutibus per illius veritatem profecerit. In lege enim tua, inquit, pollicitus es, eorum te miserturum esse, qui tibi placerent. Misericordia igitur tua, et veritas tua, horum omnium bonorum mihi causa exstiterunt. Et deinceps virtutes has suas commemorat.

Καὶ εὐηρέστησα ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. Καὶ περὶ τῶν ἄλλων κατορθωμάτων αὐτοῦ προθέμενος εἰπεῖν, ἃ προῖών ἐκτίθεται, θεραπεύει τὸν λόγον, καὶ τῷ Θεῷ τὴν χάριν ἀνατίθησιν, ὅτι Καὶ ἄλλα τινὰ κατώρθωσα διὰ τὴν σὴν ἀλήθειαν· ἐπηγγείλω γὰρ ἐν τῷ νόμῳ τοὺς εὐαρεστοῦντάς σοι ἐλεεῖν. Τὸ ἔλεός σου τοίνυν καὶ ἡ ἀλήθειά σου αἰτία μοι πάντων τούτων ἐγένετο. Εἶτα λέγει καὶ τὰ κατορθώματα.

Vers. 4. *Non sedi cum concilio vanitatis.* Hoc est, cum iis qui ad nugas, aut ad intempestivos sermones conveniebant, aut ad fabulosa eloquia.

Οὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου ματαιότητος. Τῶν συνερχομένων ἐπὶ φλυαρίᾳ, καὶ λόγοις ἀκαίροις, καὶ μυθικοῖς διηγήμασι.

Et cum iniqua agentibus introibo. Cum iis qui D mutuo inter se aut qui adversus Saulem insidias disponunt. Verisimile autem est tentatum sæpenumero eum fuisse ab aliquibus de conjuratione.

Καὶ μετὰ παρανομούντων οὐ μὴ εἰσέλθω. Τῶν ἐπιβουλευόντων ἀλλήλοις, ἢ καὶ αὐτῷ τῷ Σαούλ· εἰκὸς γάρ τινας ἐγκαλεῖσθαι αὐτὸν εἰς ἀνταρσίαν.

Vers. 5. *Odi Ecclesiam malignantium.* Congregationem et conventum pravorum omnium : pravos enim quoscunque, malignitatis nomine comprehendit.

Ἐμίσησα ἐκκλησίαν πονηρευομένων. Τὴν συναγωγὴν πάντων τῶν πονηρῶν· ὅλους γὰρ τοὺς κακοὺς συμπεριελάβετο τῆς πονηρίας ὀνόματι.

Et cum impiis non sedebo. Per impios, hic Philistæos intelligit, apud quos exsul fuit : quorum conversatione tamen abstinebat. Vel *Non sedebo*, hoc est, diu non commorabor.

Καὶ μετὰ ἀσεβῶν μὴ καθίσω. Ἐνταῦθα τοὺς ἀλλοφύλους λέγει, παρ' οἷς ἦν φυγὰς, ὧν ἀπείχετο τῆς κοινωνίας. Ἢ *Καθίσω*, τὸ, χρονίσω νόει.

Vers. 6. *Lavabo inter innocentes manus meas.* Antiqui quando contestari volebant se alicujus sceleris esse innoxios, coram multitudine manus

Νίψομαι ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου. Οἱ παλαιοὶ διαμαρτύρασθαι θέλοντες, ὅτι ἀναίτιοί εἰσί τινος πράγματος, ἐνώπιον τοῦ πλήθους ἔνιπτον τὰς χεῖρας

Digitized by Google

ὕδατι, τὸ καθαρὸν τῆς συνειδήσεως διὰ τὸ καθαρὸν τῶν χειρῶν ἐμφαίνοντες· ὃ καὶ ὁ Πιλάτος ὕστερον ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ πεποίηκε. Φησὶν οὖν ὁ Δαβὶδ, ὅτι Καὶ αὐτὸς μετὰ ἀθώων νίψομαι τὰς χεῖράς μου, μαρτυρόμενος, ὅτι ἀναίτιος εἶναι (93) πάντων ὧν εἶπον.

Καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου, Κύριε. Τὸ μὲν Πλαστήριον ἔσω ἦν παρ' Ἑβραίοις. Τὸ δὲ θυσιαστήριον, ἔξω τοῦ καταπετάσματος, ὃ κυκλῶσαι πλήθει θυσιῶν καὶ τῶν περὶ ταύτας διακονούντων προφητεύει διὰ τὴν ἀκακίαν αὐτοῦ.

Τοῦ ἀκοῦσαι με φωνὴν αἰνέσεώς σου. Ὥστε καὶ φωνῆς ψαλλόντων ἀκοῦσαι, χορευόντων ἐπὶ εἰρήνῃ.

Καὶ διηγήσασθαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. Διὰ τῆς κατὰ σχολὴν ἀναγνώσεως τοῦ θείου νόμου καὶ τῶν Μωσαϊκῶν βίβλων· ταῦτα γὰρ συνεχῶς τῷ λαῷ ὑπανεγινώσκοντο, τοῦτο τοῦ νόμου κελεύοντος. Θαυμάσια δὲ λέγει τὰ κατὰ τῶν Αἰγυπτίων τερατουργηθέντα, καὶ τὰ ἑξῆς· ἢ ἁπλῶς πάντα ὅσα ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς ἐθαυματούργησε.

Κύριε, ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου. Ἠγάπησα· διὸ καὶ θεάσασθαι πάλιν γλίχομαι. Οἴκου δὲ εὐπρέπειαν καλεῖ τὴν εὐταξίαν τῆς Μωσαϊκῆς σκηνῆς· οὔπω γὰρ ὁ ναὸς ᾠκοδομήθη.

Καὶ τόπον σκηνώματος δόξης σου. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν τόπον ἠγάπησα, ἐφ' οὗ ἡ σκηνὴ τῆς δόξης πέπηγεν. Ἢ τόπον λέγει σκηνώματος αὐτὴν πάλιν τὴν σκηνήν, ὡς ἔθος αὐτῷ.

Μὴ συναπολέσῃς μετὰ ἀσεβῶν τὴν ψυχήν μου. Παρ' οἷς διατρίβω νῦν· ἀλλὰ κατάγαγέ με ἔλεττον εἰς τὴν πόλιν. Τούτους γὰρ, ὅσον οὔπω, καταλήψεται ἀπώλεια, διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν.

Καὶ μετὰ ἀνδρῶν αἱμάτων τὴν ζωήν μου. Οὐ μόνον γάρ εἰσιν ἀσεβεῖς, ἀλλὰ καὶ ἄνδρες αἱμάτων, τουτέστι περὶ αἱμάτων διατρίβοντες.

Ὧν ἐν χερσὶν ἡ ἀνομία. Ὧν ἀνομία πρόχειρος ἐστί.

Ἡ δεξιὰ αὐτῶν ἐπλήσθη δώρων. Καὶ οὐ μόνον εἰσὶν ἀσεβεῖς καὶ φονεῖς, ἀλλὰ καὶ δωροδόκοι, δώροις ἀπεμπωλοῦντες τὸ δίκαιον.

Ἐγὼ δὲ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην. Πάλιν ὑπομιμνήσκει τὸν Θεὸν διὰ τῆς ἀκακίας αὐτοῦ, μεσίτην οἱονεὶ ταύτην προβαλλόμενος.

Λύτρωσαί με, Κύριε. Τῆς ἀδίκου ταύτης φυγῆς, ἢ τῆς περὶ τοιούτους (94).

Καὶ ἐλέησόν με. Καὶ μηκέτι τῶν τοιούτων τυχεῖν.

Ὁ πούς μου ἔστη ἐν εὐθύτητι. Διότι ὁ πούς μου ἑδράσθη ἐν ὀρθότητι, τουτέστιν, Αἱ ὁδοί μου σκο-

A lavabant : ut scilicet ex illa manuum munditia, animæ puritatem significarent, quemadmodum fecisse legimus Pilatum in Christi nece. Ait igitur Propheta : Ego una cum aliis innocentibus viris lavabo manus meas, contestans me scelerum omnium, quæ dicta sunt, innocentem esse.

Et circumdabo altare tuum, Domine. Propitiatorium quidem, interius erat apud Hebræos, altare vero extra velum. Hoc autem altare ob innocentiam suam Propheta hostiarum, ac ministrorum multitudine circumdaturum se prædicit.

Vers. 7. *Ut audiam vocem laudis tuæ.* Adeo ut vocem canentium audiam, et lætantium de præstita a te nobis pace.

B *Et enarrem omnia mirabilia tua.* Legendo nimirum legem tuam, et cæteros Moysi libros, qui, jubente sic lege, frequenti populo legebantur. Per mirabilia autem ea miracula intelligit, quæ in Ægypto aut alibi postmodum facta sunt ; vel semper admiranda, omnia quæ ab initio mundi Deus operatus est.

Vers. 8. *Domine, dilexi decorem domus tuæ.* Dilexi, atque ideo videre illum rursus desidero. Decorem autem domus, ordinem illum admirabilem Mosaici appellat tabernaculi. Nondum enim templum constructum erat.

Et locum tabernaculi gloriæ tuæ. Quinimo et ipsum locum amavi, in quo tabernaculum gloriæ tuæ fixum est. Vel per locum tabernaculi, ut ei

C sæpe mos est, ipsum intelligit tabernaculum.

Vers. 9. *Ne simul perdas cum impiis, Deus, animam meam.* Apud quos nunc vitam ago ; sed me in civitatem restitue. Istos namque Philistæos, ob maxima eorum scelera, perditio summa comprehensura est.

Et cum viris sanguinum vitam meam. Neque enim tantummodo, inquit, impii sunt, sed etiam viri sanguinum : hoc est, sanguinarii.

Vers. 10. *In quorum manibus iniquitates sunt.* Quibus semper in promptu, atque in manibus est iniquitas.

Dextera eorum repleta est muneribus. Nec tantum, inquit, impii sunt, et sanguinarii, sed munerum susceptores : muneribus nimirum justitiam

D commutantes.

Vers. 11. *Ego autem in innocentia mea ingressus sum.* Rursum innocentiam suam commemorat, eam sibi mediatricem quodammodo proponens apud Deum.

Redime me. Ab injusto exsilio, eoque periculo, quod circa tales homines est.

Et miserere mei. Ita ut in hujusmodi homines amplius non incidam.

Vers. 12. *Pes meus stetit in rectitudine.* Hoc a te peto, inquit, quia pes meus stabilitus est in recti-

Variæ lectiones.

(93) *Lov.* εἰμί.

(94) γρ. τοιούτους, ἢ τοιούτων.

Digitized by Google

tudine, hoc est, quia itinera vitæ meæ omni prorsus obliquitate carent, ac tortuositate : quod ejusdem sententiæ est jam dictis verbis : *In innocentia mea ingressus sum* [13].

A λιότητος ἀπέχονται· ὅπερ ὁμοιόν ἐστι τῷ, *Ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην.*

In Ecclesiis benedicam te, Domine. His ita dispositis ego deinceps, inquit, psalmos componam, per quos ego te in omnibus Ecclesiis laudabo. Et vere omnis Christianorum Ecclesia beatum David cantorem suum habet, et præceptorem. Aptari etiam potest hic psalmus unicuique fideli inter inimicorum insidias ac persecutiones constituto, qui simili modo justificare poterit causam suam, ut fecit beatus David, si vere dicere poterit se patienter omnia sustinuisse, cum injuria afficeretur, et neminem ex illis qui sibi infesti erant affecisse injuria. Hic etiam omnes, qui alterius fides sunt, impios esse reputabit. Et juxta hunc sensum per altare, templum intelliges, quod in ea fuerit regione, veluti a parte totum : quod similiter signatur per domum Dei ; et juxta analogiam, ei proportionem hanc, reliqua poterunt accommodari.

Ἐν ἐκκλησίαις εὐλογήσω σε, Κύριε. Τοιούτου δὲ γινομένου, λοιπὸν συνθήσω ψαλμοὺς, δι' ὧν αἰνέσω σε παρὰ πάσαις ἐκκλησίαις· καὶ ὄντως πᾶσα Ἐκκλησία τῶν Χριστιανῶν τὸν Δαβὶδ ἔχει μελῳδὸν καὶ διδάσκαλον. Ἁρμόσει δὲ ἑκάστῳ ἡμῶν ὁ ψαλμὸς, ἐπιβουλευομένῳ καὶ διωκομένῳ παρ' ἐχθρῶν. Δικαιολογήσεται γάρ τις· Ἐμακροθύμησα βλαπτόμενος, καὶ οὐκ ἠδίκησα τὸν πολεμοῦντά μοι, καὶ ἀσεβεῖ; μὲν ὑπολήψεται τοὺς ἑτεροδόξους· ἡ θυσιαστήριον δὲ, τὸν κατὰ χώραν ναὸν, ὡς ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον· τὸν αὐτὸν δὲ καὶ οἶκον Θεοῦ, καὶ τὰ ἐξῆς συμβιβάσει πάντα, κατὰ ἀναλογίαν.

Psalmus ipsi David antequam ungeretur.

PSALMUS XXVI.

B *Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ πρὸ τοῦ χρισθῆναι.*

ΨΑΛΜΟΣ ΚϚ'.

Ter unctum fuisse legimus ad regnum beatum David : primo a Samuele in Bethleem ; deinde a tribu Juda, post mortem Saul, in Hebron ; et tertio ab omnibus tribubus, post mortem Memphiboseth : hunc autem psalmum conscripsit ante secundam unctionem, cum Saul adhuc eum persequeretur. Qui tamen unicuique etiam fidelium poterit accommodari, si per analogiam ejus verba adversus visibiles, seu invisibiles inimicos dicta esse intelligamus.

Τρὶς ἐχρίσθη Δαβὶδ εἰς βασιλείαν· πρῶτον ὑπὸ τοῦ Σαμουὴλ, ἐν Βηθλεέμ· εἶτα ὑπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς, ἐν Χεβρὼν, μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Σαοὺλ· καὶ τρίτον, ὑπὸ πασῶν τῶν φυλῶν, μετὰ τὸν θάνατον τοῦ Μεμφιβοσέτ. Πρὸ τῆς δευτέρας οὖν χρίσεως, ἐποίησε τὸν παρόντα ψαλμὸν, ἔτι διωκόμενος ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ. Ἁρμόζει δὲ καὶ ἡμῶν ἑκάστῳ κατά τε τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν ἀναλόγως ἐκλαμβανόμενος.

Vers. 1. *Dominus illuminatio mea, salvator meus, quem timebo ?* Illuminatio Deus dicitur, veluti qui omnem ab oculis nostris tristitiæ nebulam dissolvit, et deinde auxilii sui luce eos illuminat ; Salvator autem, quia ab inimicorum nos insidiis liberat. Quod vero per interrogationem ait : *Quem timebo ?* idem significat, ac si diceret : Neminem timebo.

Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι; Φωτισμὸς μὲν, ὡς τὴν ἀπὸ τῆς λύπης ἀχλὺν τῶν ὀφθαλμῶν μου διασκεδάζων, καὶ C φωτίζων αὐτοὺς τῷ φωτὶ τῆς βοηθείας αὐτοῦ· σωτὴρ δὲ εἶ, ῥυόμενος τῆς ἐπιβουλῆς τῶν ἐχθρῶν. *Τίνα* δὲ, ἀντὶ τοῦ, οὐδένα.

Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo ? Quem enim formidare is debet, quem protegit Deus ? quid autem sit protegere, dictum est in psalmo XVII.

Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου, ἀπὸ τίνος δειλιάσω; Οὗ γὰρ αὐτὸς ὑπερασπίζῃ, τίνα οὗτος δειλιάσει; Περὶ δὲ τοῦ ὑπερασπισμοῦ σαφῶς εἰρήκαμεν ἐν τῷ ιζ' ψαλμῷ.

Vers. 2. *Dum appropinquarent adversum me lædentes, ut ederent carnes meas, qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt et ceciderunt.* Summa cum admiratione annuntiat Propheta collata sibi a Deo beneficia. Dum appropinquarent mihi, inquit, inimici illi, qui multas ad hoc insidias adversum me disposuerant, ut sæve admodum ederent carnes D meas, ipsi potius infirmati sunt, non valentes in aliqua re mihi læsionem inferre ; et ceciderunt, hoc est, deciderunt a concepta spe, non consecuti quod optabant.

Ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ' ἐμοὶ κακοῦντας, τοῦ φαγεῖν τὰς σάρκας μου, οἱ θλίβοντές με καὶ οἱ ἐχθροί μου, αὐτοὶ ἠσθένησαν καὶ ἔπεσον. Ἀπαγγέλλει μετὰ θαύματος ἃ εὐηργετήθη· ἐν τῷ ἐγγίζειν γάρ, φησὶ, τοὺς λοιδοῦντας ἐχθροὺς ἐπὶ τῷ διαμασήσεσθαι τὰς σάρκας μου, ὃ τὴν ἄγαν θηριωδίαν αὐτῶν ἐμφαίνει, αὐτοὶ ἠσθένησαν, μηδέν με βλάψαι δυνηθέντες· καὶ ἔπεσον, μὴ τυχόντες τοῦ σκοποῦ.

Vers. 3. *Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum.* Per castra, Hebræi exercitum intelligunt. Adeo, inquit, mirandum in modum liberatus sum, ut deinceps, ne universas quidem, atque integras hostium copias pertimescam, nedum insidias.

Ἐὰν παρατάξεται ἐπ' ἐμὲ παρεμβολὴ, οὐ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου. Παρεμβολὴ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις ὁ στρατός. Ἐπεὶ οὖν οὕτω παραδόξως ἐρρύσθην, οὐκέτι φοβηθήσομαι, οὐδὲ παρεμβολὴν ὅλην, μήτοιγε λόχον.

[13] Psal. XXV, 11.

Digitized by Google

Ἐὰν ἐπαναστῇ ἐπ' ἐμὲ πόλεμος, ἐν ταύτῃ ἐγὼ ἐλπίζω. Ἐν ταύτῃ τῇ καρδίᾳ μου, τῇ μὴ φοβουμένῃ τοῦ λοιποῦ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν. Τινὲς δὲ ἐλλειπτικῶς ἑρμηνεύοντες, ἔξωθεν λαμβάνουσι τὸ, τῇ ἐλπίδι, τῇ εἰς Θεόν.

A *Si exsurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo.* In hoc scilicet corde meo, quod amplius non timet, ob fiduciam, quam in divino posuit auxilio. Quidam dicunt subintelligi debere, ut sit sensus : Hac scilicet spe, quam in Deum habeo. [Nam quod hic dicitur : *In hoc*, necessario referendum videtur, vel ad ipsam spem, ut dictum est, vel ad cor, non autem ad prælium, cum in Græca lectione tam pronomen, *hoc*, quam dictio *cor*, femineæ voces sint, dictio autem *prælium* masculino varietur articulo. Unde conjungi ea minime consentaneum est.]

Μίαν ἠτησάμην παρὰ Κυρίου. Μίαν ἐπίρρημα, ἀντὶ τοῦ, ἅπαξ. Ἢ καὶ τοῦτο ἐλλειπές· λείπει γὰρ τὸ αἴτιον· σχῆμα δὲ καὶ τοῦτο τῶν ἀρχαίων.

Vers. 4. *Unam petii a Domino.* Postquam liberatus sum, petitionem unam petii a Domino. Ita enim subintelligendum est. Vel *unam* adverbialiter intellige, pro *semel*, quemadmodum juxta Græcæ dictionis significationem intelligi potest (95)

Ταύτην ζητήσω. Μετὰ γὰρ τὸ ῥυσθῆναι, μίαν ἠτησάμην αἴτησιν, ἣν καὶ ἐπιζητήσω διὰ παρακλήσεως. Τίς δὲ αὕτη, ἄκουσον.

Hanc requiram. Hanc scilicet petitionem, quam consolationis meæ gratia requiro. Quænam autem ea sit, audi :

Τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου πάσας τὰς B ἡμέρας τῆς ζωῆς μου. Εὐλόγως τέταχται μετὰ τὸν πρὸ αὐτοῦ ὁ παρὼν ψαλμός. Ἐν ἐκείνῳ γὰρ εἶπεν· *Κύριε, ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου·* καὶ νῦν ὁμοίως ζητεῖ τὴν ἐν τῇ σκηνῇ κατοικίαν, εἴτουν παροικίαν· διατί δὲ, αὐτὸς ἐπήγαγε.

Ut inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ. Merito hic psalmus post proxime superiorem collocatus est : ibi enim dixit Propheta : *Domine, dilexi decorem domus tuæ* [96] : et nunc simili modo, *in domo Domini*, hoc est, in tabernaculo Dei habitationem habere desiderat. Et quare ita cupiat, addidit, dicens :

Τὸ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα Κυρίου, καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν αὐτοῦ. Ἵνα, φησὶ, θεωρῶν τὴν τερπνότητα αὐτοῦ, τέρπωμαι, καὶ ἅμα ἐφορῶ, μή τι παραμεληθείη τῶν καθηκόντων· σφόδρα γὰρ ἦν φιλόθεος.

Ut contempler delectationem Domini, et visitem templum ejus. Ut delectatione, inquit, afficiar, contemplando ea quibus ipse Dominus delectatur. Præterea etiam ratione illic semper adesse cupio, ut perspiciam numquid forte aliquod officium [an eorum aliquid, quæ ad divinum cultum debentur] omissum, aut neglectum sit : adeo quippe Deum amabat.

Ὅτι ἐκρύψέ με ἐν σκηνῇ αὐτοῦ, ἐν ἡμέρᾳ κακῶν μου. Διότι εὐηργετήθην μεγάλα παρ' αὐτοῦ· ἐν ἡμέρᾳ γὰρ κινδύνου μου ἐκρυψέ με ἐν τῇ σκέπῃ αὐτοῦ. Ταύτην γὰρ σκηνὴν ἐκάλεσεν, ὅτι δίκην σκηνῆς τὸν προσφυγόντα ἐφύλαξεν.

Vers. 5. *Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum meorum.* Maximis, inquit, beneficiis ab eo affectus sum : in die enim periculorum meorum abscondit me protectione sua. Quam ideo tabernaculum appellavit, quia fugientem ad Deum in periculis beatum David, divina protectio, tabernaculi cujusdam instar, hospitio quodammodo suscepit, ac susceptum servavit.

Ἐσκέπασέ με ἐν ἀποκρύφῳ τῆς σκηνῆς αὐτοῦ. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν, τρανότερον ἀνακηρύττων τὴν εὐεργεσίαν. Ἀπόκρυφον δὲ, τὸ ἐνδότερον, τουτέστι, Παντελῶς ἀθέατόν με τ.ἰ; ἀνιχνεύουσιν ἐποίησεν.

Protexit me in abscondito tabernaculi sui. Rursus idem dicit, manifestius divina prædicans beneficia. Per absconditum autem penitiora atque interiora tabernaculi intelligit, ac magis tuta ; ac si diceret : Inspectabilem me omnino atque invisibilem, inimicis vestigantibus reddidit.

Ἐν πέτρᾳ ὕψωσέ με. Ἐν ἀσφαλείᾳ καὶ ἀφοβίᾳ με κατέστησεν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν φευγόντων, καὶ εἰς πέτραν ἀπότομον ἀναβαινόντων.

Vers 6. *In petra exultavit me.* Sine timore me, inquit, ac securum constituit. Tractum est autem D hoc ex eorum metaphora, qui periculorum sibi ab inimicis imminentium timore in petram aliquam abscissam undique et præruptam confugiunt.

Καὶ νῦν ἰδοὺ ὕψωσε κεφαλήν μου ἐχθρούς μου. Αἰσθόμενος ἀπορρήτως, θείας ἀποφάσεως βεβαιούσης τὴν αἴτησιν αὐτοῦ, περὶ τῶν μελλόντων ὡς ἤδη γεγονότων προφητεύει λέγων, ὅτι Ἐπακούσας μου Κύριος, ἰδοὺ ὑπέρτερόν με τῶν ἐχθρῶν ἐποίησεν. Οἱ γὰρ νικῶντες ὑψαυχενοῦντο κατὰ τῶν ἡττωμέ-

Et nunc ecce exaltavit caput meum super inimicos meos. Animadvertens Propheta petitionem suam fuisse sibi a Deo ineffabili quodammodo confirmatam, de futuris deinceps, prophetico more, veluti de præteritis loquitur. Quia inquit, exaudivit me Dominus, ecce quod superiorem etiam inimicis me

[96] Psal. xxv, 8.

Variæ lectiones.

(95) Græca ita sonant : *Figura enim hæc est veterum.*

Digitized by Google

posuit. Solent enim victores victis insultare, et supra illos quodammodo se extollere ; aliter enim petitio beati David impleri non poterat, nisi ejus inimici prius destructi fuissent.

Circuivi et immolavi in tabernaculo ejus. Quod in præcedenti psalmo tanquam futurum dixit : *Et circumdabo altare tuum, Domine ;* id nunc quasi jam adimpletum posuit, *Circuivi*, inquiens, *et immolavi.* Aquila vero : *Exaltabo , circuibo , et immolabo* transtulit, ut sit tempus pro tempore. Tabernaculum autem id dicit, quod fixerat Moyses.

Hostiam laudis et vociferationis. Laudis quidem, quia ab eo protectus sum ; vociferationis vero, ob victoriam de inimicis. Vociferatio enim , clamor quidam est adversus inimicos ; tametsi hoc in loco pro cantu quodam triumphali posuerit. Per hostiam autem sacrificium intelligit, in gratiarum actionem oblatum, pro auxilio et victoria.

Cantabo et psallam Domino. Quid differant cantare et psallere, dictum est in psalmo XII.

VERS. 7. *Exaudi Domine vocem meam qua clamavi.* Cum per sancti Spiritus inspirationem ei prædixerit, quæ ad se pertinebant, rursus ad priorem intentionem redit : et per vocem, unam illam petitionem intelligit, de qua superius dictum est.

Miserere mei et exaudi me. Non me debes exaudire ob mea scelera, sed quod peto est, ut ex tua id facias misericordia.

VERS. 8. *Tibi dixit cor meum : Dominum quæram.* Ex intimo, inquit, corde sic dixi. Neque enim quasi in superficie solis labiis locutus sum. Dixi autem : *Dominum quæram ;* meum, inquam, Dominum, neglecto prorsus ac spreto omni alio humano auxilio.

Exquisivit te facies mea. Præpositio illa , *ex* , intensionem quamdam denotat majorem. Ait igitur summa cum diligentia perquisivisse se adjutorem Deum. Et per faciem suam circumloquendo seipsum intelligit, ac si diceret : Ego ipse exquisivi te.

Faciem tuam, Domine, perquiram. Hoc est protectionem et custodiam tuam , et nunquam cessabo.

VERS. 9. *Ne avertas faciem tuam a me.* Hoc est protectionem tuam, qua inter angustias protegebar.

Et non declines in ira a servo tuo. Ne in ira secedas a me, cui hactenus summo cum studio et cura astitisti : quod si ut homo deliquero, tu me humane ac misericorditer castiga, ac rursum ubi opus fuerit adjuva.

Adjutor meus esto. In futurum.

Ne repellas me. Tale vocabulum autem a Græco proverbio sumpserunt interpretes , qui Græce reddiderunt.

Ne derelinquas me, Deus, salvator meus. Frequenter rogat ac preces fundit Propheta, constantiam suam in orando summam esse ostendens atque ex corde proficisci.

VERS. 10. *Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me.* Quoniam, inquit, omni parentum so-

A νων. Ἄλλως γὰρ οὐκ ἦν πληρωθῆναι τὴν αἴτησιν, εἰ μὴ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ προκατεργασθῶσιν.

Ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ. Ὅπερ ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ εἶπεν ὡς μέλλον, τοῦτο νῦν ὡς ἐκβὰν εἰς τέλος φησίν. Ἐκεῖ μὲν εἰρηκεν· *Καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου, Κύριε·* ἐνταῦθα δὲ, Ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα· ὁ δὲ Ἀκύλας, *Καὶ ὑψώσω, καὶ κυκλώσω, καὶ θύσω,* ἐξέδωκεν, ὡς εἶναι τὸν χρόνον ἐναλλαγμένον. Σκηνὴν δὲ λέγει, ἣν ἔπηξεν ὁ Μωσῆς.

Θυσίαν αἰνέσεως καὶ ἀλαλαγμοῦ. Αἰνέσεως μὲν, ἐφ' οἷς ἐσκεπάσθην· ἀλαλαγμοῦ δὲ, ἐφ' οἷς νενίκηκα· ἀλαλαγμὸς γάρ ἐστι βοὴ κατ' ἐχθρῶν. B Τίθεται δὲ νῦν ἀντὶ τοῦ νικητηρίου παιᾶνος. Λέγει δὲ θυσίαν, εὐχαριστήριον ἅμα καὶ ἐπινίκιον.

Ἄσω καὶ ψαλῶ τῷ Κυρίῳ. Περὶ τῆς διαφορᾶς τοῦ ᾄσω, καὶ τοῦ ψαλῶ, προειρήκαμεν ἐν τῷ ιβ' ψαλμῷ.

Εἰσάκουσον, Κύριε, τῆς φωνῆς μου, ἧς ἐκέκραξα. Προθεσπίσας τὰ καθ' ἑαυτὸν δι' ἐπινοίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος, αὖθις ἔχεται τοῦ προτέρου σκοποῦ, φωνὴν λέγων τὴν περὶ τῆς μιᾶς αἰτήσεως.

Ἐλέησόν με, καὶ εἰσάκουσόν μου. Οὐ χρεωστεῖ; εἰσακοῦσαί μου, διὰ τὸ ἐμὸν ἀνάξιον· ἀλλὰ διὰ τὸν οἰκεῖον ἔλεον εἰσάκουσον.

C Σοὶ εἶπεν ἡ καρδία μου· *Κύριον ζητήσω.* Πρὸς σὲ εἶπεν αὐτὴ ἐκ βαθέος ἡ καρδία μου, καὶ οὐκ ἐπιπολαίως τὰ χείλη μου. Εἶπε δὲ, ὅτι *Κύριον ζητήσω,* δηλαδὴ τὸν ἐμὸν Δεσπότην, περιφρονήσασα πᾶσαν ἀνθρωπίνην βοήθειαν.

Ἐξεζήτησέ σε τὸ πρόσωπόν μου. Ἡ ἐξ πρόθεσις ἐπίτασιν ἐμφαίνει. Φησὶν οὖν, ὅτι Ἐπιμελῶς σε ἐζήτησα βοηθόν. Πρόσωπον δὲ τοῦ Δαβὶδ, αὐτὸς ὁ Δαβὶδ, κατὰ περίφρασιν· Ἐξεζήτησά σε αὐτός.

Τὸ πρόσωπόν σου, Κύριε, ζητήσω. Τὴν ἐπισκοπήν σου καὶ ἔτι ζητήσω, καὶ οὐδέποτε παύσομαι.

Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ. Τὴν ἐπισκοπήν σου, τὴν ἐν ἀνάγκῃ σκεπάσασάν με.

D *Καὶ μὴ ἐκκλίνῃς ἐν ὀργῇ ἀπὸ τοῦ δούλου σου.* Μὴ ἀναχωρήσῃς ἀπ' ἐμοῦ ἐν ὀργῇ, ὁ συμπαρών μοι κηδεμονικῶς, εἰ καὶ ὡς ἄνθρωπος πλημμελήσω σοι· παιδεύσας δὲ φιλανθρώπως, αὖθις ἀνάλαβε.

Βοηθός μοι γενοῦ. Καὶ εἰς τὸ μέλλον.

Μὴ ἀποσκορακίσῃς με. Μὴ ἀπώσῃς με. Τὴν δὲ τοιαύτην λέξιν ἀπὸ παροιμίας Ἑλληνικῆς ἔλαβον οἱ ἐξελληνίσαντες ἑρμηνεῖς.

Μὴ ἐγκαταλίπῃς με, ὁ Θεὸς, ὁ σωτήρ μου. Πυκνὰ παρακαλεῖ, δεικνὺς τὸ τῆς προσευχῆς ἔμμονον καὶ ἐγκάρδιον.

Ὅτι ὁ πατήρ μου καὶ ἡ μήτηρ μου ἐγκατέλιπόν με. Διότι καὶ αὐτῆς τῆς ἀπὸ τῶν γονέων

Digitized by Google

παραμυθίας ἐστέρησαι, καὶ οὐ μόνον τῆς ἀπὸ τῶν φίλων συμμαχίας· πάντες γὰρ ἐδεδοίκασι τὸν Σαοὺλ.

Ὁ δὲ Κύριος προσελάβετό με. Τοῦτο παρηγορῶν ἑαυτὸν εἶπεν· Εἰ καὶ πάντες με, φησὶ, κατέλιπον, ἀλλὰ οὖν ὁ Κύριος προσελάβετό με, σκέπων καὶ ῥυόμενος.

Νομοθέτησόν με ἐν τῇ ὁδῷ σου. Ἀντὶ τοῦ, *Νομοθέτησον*, *Συνέτισον* εἶπεν ὁ Ἀκύλας· ἤτοι, νόμους με δίδαξον σωτηριώδεις βαίνοντα ἐν τῇ πνευματικῇ ὁδῷ, τῇ πρὸς σὲ φερούσῃ.

Καὶ ὁδήγησόν με ἐν τρίβῳ εὐθείᾳ. Τρίβον τῆς σωτηρίας, ἵνα μὴ πλανῶμαι, σκολιοῖς λογισμοῖς ἐμπίπτων.

Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου, μὴ παραδῷς με εἰς ψυχὰς θλιβόντων με. Εἰς ψυχὰς θλιβόντων, ἤγουν εἰς τοὺς θλίβοντάς με στρατιώτας, κατὰ περίφρασιν. Μὴ παραδῷς με οὖν αὐτοῖς ὁπωσοῦν, ἵνα μὴ οἱ ἐχθροί μου ἀποστείλαντες αὐτοὺς εἰς τὸ συμβαλεῖν με, χαρῶσι· λέγει δὲ τὸν Σαούλ.

Ὅτι ἐπανέστησάν μοι μάρτυρες ἄδικοι. Κατεμαρτύρει γὰρ αὐτοῦ ὁ Σαοὺλ ἀδίκως, ὡς ἀνελεῖν αὐτὸν μελετῶντος.

Καὶ ἐψεύσατο ἡ ἀδικία ἑαυτῇ. Ἡ δὲ τοιαύτη μαρτυρία ἐψεύσατο ἑαυτῇ, τουτέστιν, οὐχ εὑρέθη ἀληθεύουσα. Οὐδὲν γὰρ αὐτὸν ἠδίκησε, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ὠφέλησα. Ἢ καὶ ἄλλως· Αὕτη ὑποσχομένη ἑαυτῇ συλλαβεῖν με, ἐψεύσατο, μὴ τυχοῦσα τοῦ σκοποῦ.

Πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Κυρίου. Πιστεύω τῷ πληροφοροῦντί μοι ἁγίῳ Πνεύματι, ὅτι νικήσω, καὶ ἀπολήψομαι τὴν βασιλείαν, καὶ ἀπολαύσω τῶν ἀγαθῶν αὐτῆς.

Ἐν γῇ ζώντων. Ἐν τῷ κόσμῳ· γῇ μὲν γὰρ ζώντων, οὗτος· γῇ δὲ τεθνεώτων, ὁ ᾅδης. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, ὅτι περὶ τῆς ἀναστάσεως δογματίζει τῶν νεκρῶν· γῆν μὲν γὰρ ζώντων λέγων βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ἀγαθὰ δὲ, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

Ὑπόμεινον τὸν Κύριον. Τοῦτο καὶ τὸ ἑξῆς ῥητὸν πρὸς ἑαυτὸν ἀποτείνεται, κατεπάδων ἑαυτῷ λυπουμένῳ, καὶ μὴ καταπίπτειν ἐγκελευόμενος. *Ὑπόμεινον* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἀνάμεινον, προσδόκα βοηθόν.

Ἀνδρίζου, καὶ κραταιούτω ἡ καρδία σου, καὶ ὑπόμεινον τὸν Κύριον. Θαρσοποιὰ καὶ ῥωστικὰ ψυχῆς τὰ ἐπιφωνήματα· μεμονωμένος γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν ἀνεκτᾶτο, καὶ παρεθάρρυνεν. Αὖθις δὲ τὸ, *Ὑπόμεινον τὸν Κύριον*, εἰς πλείονα παράκλησιν καὶ ψυχαγωγίαν.

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΚΖ'.

Καὶ τοῦτον τὸν ψαλμὸν ἔτι διωκόμενος ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ ἔγραψεν.

Πρὸς σὲ, Κύριε, κεκράξομαι. Οἷα πρὸς μηδένα ἕτερον ἀποβλέπων· πάντων γὰρ μεμόνωμαι τῶν ἀξιομάχων. Διὰ τῆς κραυγῆς καὶ τὸ τῆς δεήσεως ἐπιτεταμένον ἐμφαίνεται.

A latio prorsus careo, ut vel amicos meos omnes tacream, qui Saulis potentiam verentur.

Dominus autem assumpsit me. Hoc ad solamen suum dicit. Licet, inquit, omnes me derelinquerint, ipse tamen Dominus assumpsit me, protegens scilicet atque eripiens a periculis.

Vers. 11, 12. *Legem pone mihi in via tua.* Aquila pro *legem pone*, reddidit : *Doce me*, hoc est : Salutares leges tuas doce me ; me, inquam, per semitam spiritualiis legis tuæ incedentem, et quæ ad te tendit.

Et dedue me in semitam rectam. Ad rectam salutis semitam, ne seducar de via, et in pravas incidam cogitationes.

Propter inimicos meos ne tradas me in animas tribulantium me. In animas tribulantium circumloquendo dixit, pro, in ipsos tribulantes me milites. Ne tradas igitur me illis in potestatem, ne præcipui hostes mei qui illos miserunt ut me comprehenderent, gaudio ac lætitia inde afficiantur. Intelligit autem ipsum Saulem.

Quoniam insurrexerunt in me testes iniqui. Ipse etenim Saul notam impingere cupiens beato David injuste, illud adversum eum attestabatur, dicens, scire se quod decreverat David ipsum interficere.

Et mentita est iniquitas sibi. Ipsa, inquit, inimicorum attestatio sibi ipsi mentita est, hoc est, inventa est vera non esse. Nihil enim illum læsi aut injuria affeci, quin imo potius adjuvi. Vel aliter : Ipsa injustitia quæ sibi pollicebatur comprehensurum me esse, mentita est : hoc est, non est assecuta quod sperabat.

Vers. 13. *Credo videre bona Domini.* Credo, inquit, sancto Spiritui qui de omnibus his me certiorem facit, quod superabo hostes, et recuperabo regnum, quodque illius bonis diu perfruar.

In terra viventium. In hoc mundo qui est vivorum terra : terra enim mortuorum infernus. Possumus etiam dicere, quod tradatur hic dogma de resurrectione mortuorum : et quod per terram viventium, regnum cœlorum intelligit : et per bona, illa bona, quæ præparavit Deus diligentibus se.

Vers. 14. *Sustine Dominum.* Hæc verba et quæ sequuntur Propheta ad seipsum dirigit, veluti temperans sese ac sibi ipsi solamen præstans. Jubet autem non decidere a bona spe : *Sustine*, inquit, hoc est, exspecta auxiliatorem.

Viriliter age, invalescat cor tuum, et sustine Dominum. Verba hæc sunt fidentis et constantis animæ. Solus enim exsistens beatus David ipse se confidere jubebat, et rursus ad majorem animæ consolationem et oblectamentum, repetit illa verba: *Sustine Dominum.*

Psalmus ipsi David.

PSALMUS XXVII.

Hunc psalmum etiam conscripsit beatus David eo tempore quo persequebatur eum Saul.

Vers. 1. *Ad te, Domine, clamabo.* Quasi ad nullum alium respiciens : omnibus enim aliis auxiliis privatus sum. Per clamorem autem, precum suarum intensionem demonstrat.

Digitized by Google

Deus meus, ne sileas a me. Ne obaudias me, metaphorice dictum. Solent enim qui obaudiunt, tacere. et nihil respondere petentibus.

Ne quando taceas a me. Ne me unquam obaudias, qui tuo semper auxilio indigeo.

Et similis ero descendentibus in lacum. Si obaudieris me, inquit, statim similis ero ipsis mortuis: hoc est, statim moriar. Per lacum enim sepulturam intelligit. Potes etiam per lacum, foveam intelligere, in quam si quis inciderit, sine auxilio remanet, eo quod illinc effugere non possit.

Vers. 2. *Exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.* Per templum, ut diximus, tabernaculum intelligit ad quod manus tendebat, dum oraret, tametsi id procul esset. Sic etiam et Daniel orans in Babylone, aperiebat fenestras quæ conversæ erant ad Jerusalem : non quod illic divinitatem circumscriberent, sed quia sciebant Deum illic apparuisse. Vel templum pro cœlo intelligendum est, juxta illud : *Qui habitat in cælis irridebit eos* [18].

Vers. 3. *Ne simul trahas me cum peccatoribus.* Quibuscum sæpenumero conversor. Noli igitur ob meam hanc conversationem, cum illis me pariter ad luendas pœnas trahere. Nosti quod invitus cum eis conversor. Et superflua videtur dictio illa : *Simul.* Quod si his verbis uti et nos volumus cum oramus, per peccatores dæmones intelligemus, aut alienos a fide, aut etiam iniquos omnes.

Et cum operantibus iniquitatem ne perdas me. Hoc ad majorem superioris dicti declarationem est. Idem enim significat.

Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Quidam enim eorum qui erant cum Saule, amicitiam simulabant erga David, et insidias nihilominus adversus eum clam paratant, et præcipue inter alios ipse etiam Saul.

Vers. 4. *Da illis, Domine, secundum opera eorum.* Condigna scilicet eorum protervitatis.

Et secundum nequitiam adinventionum ipsorum. Hæc pari modo ad præcedentis versiculi declarationem dicta sunt.

Secundum opera manuum eorum da illis. Dolorem Propheta animæ suæ zelo quodam odii in pravos accensæ, omnibus patefecit, dum eamdem sæpius variis verbis repetit sententiam.

Redde retributionem eorum ipsis. Redde illis debitam ultionem pro malignitate, ex his autem verbis demonstrat, se non ut acerbum hostem adversus eos imprecari, sed ut justitiæ amatorem, optare illis debitas pœnas : ut hac ratione pravi omnes reddantur meliores.

Vers. 5. *Quoniam non intellexerunt opera Domini.* Quia hactenus dispensationes Dei non intellexerunt: quod scilicet Deus pravos sustinet, ut eorum pra-

[18] Psal. II, 4.

A Ὁ Θεός μου, μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ. Μὴ παρακούσῃς μου, κατὰ μεταφοράν. Εἰώθασι γὰρ οἱ παρακούοντες σιωπᾷν, καὶ μηδὲν φθέγγεσθαι πρὸς τοὺς αἰτουμένους.

Μήποτε παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ. Μηδέποτε παρακούσῃς μου, χρῄζοντος ἀεὶ τῆς σῆς ἐπικουρίας.

Καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. Εἰ καὶ παρακούσῃς μου, εὐθὺς ὅμοιος γενήσομαι τοῖς νεκροῖς, ἤγουν ἀποθάνω· λάκκος γὰρ ὁ τάφος. Ἢ καὶ λάκκον τὸν βόθρον νοήσομεν, εἰς ὃν ὁ ἐμπίπτων ἀβοήθητος διὰ τὸ ἄφυκτον γίνεται.

Εἰσάκουσον, Κύριε, τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου, ἐν τῷ δέεσθαί με πρὸς σέ, ἐν τῷ αἴρειν με χεῖράς μου πρὸς ναὸν ἅγιόν σου. Ναὸν, ὡς πρεB ρήκαμεν, τὴν σκηνὴν λέγει, πρὸς ἣν ἔτεινε τὰς χεῖρας εὐχόμενος, εἰ καὶ πόρρω ἦν. Οὕτω γὰρ καὶ Δανιὴλ ἐν Βαβυλῶνι προσευχόμενος, τὰς πρὸς Ἱερουσαλὴμ τετραμμένας ἀνέῳγε φωταγούς, οὐκ ἐκεῖ περιγράφων τὸ Θεῖον, ἀλλ' ἐκεῖ τὴν θείαν ἐπιφάνειαν γεγενῆσθαι μεμαθηκώς. Ἢ καὶ ναὸν τὸν οὐρανὸν ὑπολαμβάνειν, κατὰ τό· Ὁ κατοικῶν ἐν οἰκήμασιν, ἐκγελάσεται αὐτούς.

Μὴ συνελκύσῃς με μετὰ ἁμαρτωλῶν. Οἷς πολλάκις συναναστρέφομαι. Μὴ οὖν διὰ τὴν ἀναστροφὴν συνελκύσῃς κἀμὲ μετ' αὐτῶν, εἰς τὸ δοῦναι δίκην· οἶδας γὰρ, ὅτι καὶ ἄκων τοῦτο ποιῶ· περιττὴ δὲ ἡ σὴ πρόθεσις. Ἡμεῖς δὲ ὑπὲρ ἑαυτῶν ταῦτα προσευχόμενοι, ἁμαρτωλοὺς νοήσομεν τοὺς ἑτεροδόξους, ἢ τοὺς δαίμονας, ἢ καὶ ἀνόμους.

C

Καὶ μετὰ ἐργαζομένων ἀνομίαν μὴ συναπολέσῃς με. Τοῦτο τοῦ προτέρου σαφηνιστικὸν, καὶ ταυτὸ δηλοῦν.

Τῶν λαλούντων εἰρήνην μετὰ τῶν πλησίον αὐτῶν, κακὰ δὲ ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Τινὲς γὰρ τῶν μετὰ τοῦ Σαοὺλ, ὑποκρινόμενοι φανερὰν φιλίαν πρὸς Δαβὶδ, ἐπεβούλευον αὐτῷ λάθρα, καὶ μάλιστα Σαούλ.

Δὸς αὐτοῖς, Κύριε, κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. Ἄξια τῆς κακίας αὐτῶν.

Καὶ κατὰ τὴν πονηρίαν τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν. Καὶ τοῦτο τοῦ πρὸ αὐτοῦ σαφηνιστικόν.

D Κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτῶν δὸς αὐτοῖς. Διὰ τῆς ταυτολογίας τὴν ὀδύνην ἐμφαίνει τῆς ψυχῆς, ἐμπιμπρώμενος τῷ ζήλῳ τῆς μισοπονηρίας.

Ἀπόδος τὸ ἀνταπόδομα αὐτῶν αὐτοῖς. Ἀπόδος αὐτοῖς τὴν κεχρεωστημένην ἐκδίκησιν ἀντὶ τῆς κακίας. Ἐντεῦθεν δὲ φαίνεται, ὅτι οὐχ ὡς πικρὸς καταρᾶται τούτων, ἀλλ' ὡς φιλοδίκαιος· ἐπιταχύνει τὴν ὀφειλομένην τιμωρίαν, ἵνα βελτίονες οἱ κακοὶ γένωνται.

Ὅτι οὐ συνῆκαν εἰς τὰ ἔργα Κυρίου. Ὅτι μέχρι τοῦ νῦν οὐ συνῆκαν τὰς θείας οἰκονομίας, ὡς ἀνέχεται αὐτῶν ὁ Θεὸς, οὕτω πονηρευομένων, ἵνα καὶ ἡ

Digitized by Google

φαυλότης αὐτῶν ἐλεγχθῇ, καὶ ἐν καιρῷ τιμωρηθῶσιν ἀσύγγνωστα.

Καὶ εἰς τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ. Ἔργα δὲ λέγω, ἃ αὐτὸς ἐργάζεται μετὰ τοῦ σκοποῦ· αἱ χεῖρες γὰρ ἐνταῦθα, τὸ λελογισμένον τῶν ἔργων ἐμφαίνουσι.

Καθελεῖς αὐτοὺς, καὶ οὐ μὴ οἰκοδομήσεις αὐτούς. Τοῦτο προφητεία τῆς ἀπωλείας αὐτῶν, ὅτι πεσόντες, οὐκέτι ἀνορθωθήσονται.

Εὐλογητὸς Κύριος, ὅτι εἰσήκουσε τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου. — Εὐλογητὸς, ἀντὶ τοῦ, Ἄξιος εὐλογεῖσθαι καὶ ὑμνεῖσθαι· οἷα δὲ πληροφορηθεὶς ὧν ἐζήτησε, φησὶν, Ὅτι ἐπήκουσέ μου.

Κύριος βοηθός μου, καὶ ὑπερασπιστής μου. Τοῦτο τῆς πληροφορίας.

Ἐπ' αὐτῷ ἤλπισεν ἡ καρδία μου. Ὡς μόνῳ ἀψευδεῖ Θεῷ.

Καὶ ἐβοηθήθην. Καὶ οὐκ ἀπέτυχον τῆς ἐλπίδος.

Ἀνέθαλε ἡ σάρξ μου. Ἡ πρὸ τούτου ἐκτετηκυῖα ταῖς φροντίσι καὶ κακοπαθείαις.

Καὶ ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ. Ἐκ καρδίας, προθύμως, οὐκ ἀναγκαστικῶς. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό· *Ἑκουσίως θύσω σοι.* Ἐξομολόγησιν δὲ τὴν εὐχαριστείαν λέγει.

Κύριος κραταίωμα τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ὑπερασπιστὴς τῶν σωτηρίων τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ ἐστι. Κύριος ἰσχύει τὸν ἀνατεθειμένον αὐτῷ λαὸν, καὶ ὑπερμαχεῖ τῆς σωτηρίας τοῦ χρισθέντος εἰς βασιλέα κατὰ πρόσταξιν αὐτοῦ. Λέγει δὲ περὶ τε παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ περὶ ἑαυτοῦ, εἰδὼς τὴν ἐσομένην μεταβολήν.

Σῶσον, Κύριε, τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου. Ὡς ἀποληψόμενος ὅσον οὔπω τὴν βασιλείαν, ὑπερεύχεται τοῦ λαοῦ. Ἐν δὲ τῇ βίβλῳ τῆς Ἐξόδου ὁ Θεὸς λαὸν αὐτοῦ περιούσιον, ἤτοι κληρονομιαῖον τοὺς Ἰσραηλίτας ἐκάλεσε.

Καὶ ποίμανον αὐτοὺς. Συμβασιλεύων ἐμοὶ, συμβουλεύων ἐμοί.

Καὶ ἔπαρον αὐτοὺς ἕως τοῦ αἰῶνος. Καὶ ὕψωσον τοῖς τροπαίοις μέχρι παντός. Δύναται δὲ καὶ ἡ ἀρὰ τοῦ, *Δὸς αὐτοῖς, Κύριε, κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν,* καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ κατὰ τῶν σταυρωσάντων τὸν Χριστὸν Ἰουδαίων ἔλκεσθαι, οἵτινες παμπόνηροι ὄντες, οὐ συνῆκαν εἰς ἃ ἠργάζετο τεράστια. Διὸ καθαιρεθέντες, οὐκέτι ἀνορθώθησαν· ὁ δὲ Θεὸς ἐκραταίωσεν τὸν πιστὸν λαὸν, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ αὖθις ἡ εὐχὴ πρὸς τὸν Χριστὸν, ὑπὲρ τοῦ ἐξ ἐθνῶν λαοῦ αὐτοῦ δοθέντος αὐτῷ εἰς κληρονομίαν, ὃν καὶ ἐποίμανε καὶ ὕψωσεν ἀληθῶς.

A vitas magis convincatur, et in opportuno tempore irremissibiliter afficiantur suppliciis.

Nec opera manuum ejus. Opera, inquam, dico quæ ipse summo consilio operatur, et non casu; per manus enim hic considerationem quamdam, et studium in divinis operationibus esse demonstrant.

Destrues illos et non ædificabis eos. Prædicit Propheta inimicorum suorum perditionem, quæ ejusmodi futura erat, ut ubi semel in præceps cecidissent, resurgere amplius, aut se erigere non possent.

B Vers. 6. *Benedictus Dominus quia exaudivit vocem deprecationis meæ.* Benedictus, hoc est, dignus cui benedicatur, qui laudetur. Deinde quasi certus de iis quæ postulaverat, addit: Quia exaudivit me.

Vers. 7. *Dominus adjutor meus et protector meus.* Hoc, simili modo ad certitudinem illam pertinet, quam de divino auxilio conceperat.

In ipso speravit cor meum. Veluti in solo vero ac non fallaci adjutore.

Et adjutus sum. Et spe concepta non sum frustratus.

Et refloruit caro mea. Quæ ante ob sollicitudines et afflictiones varias tabefacta erat

Convertantur retrorsum, et erubescant qui volunt mihi mala. Convertantur retro inanes, re infecta, me non superato, atque ideo erubescant. Variis autem modis eos exsecratur, ut conceptum animo dolorem apertius explicet.

VERS. 16. *Ferant statim confusionem suam qui dicunt mihi, Euge, euge.* De *Euge, euge* jam alibi diximus, quod adverbium est irritantis.

VERS. 17. *Exsultent et lætentur in te omnes quærentes te, Domine.* Exsultare, et lætari hic idem æque C significant. Quod si cui placet, ut sensu differant, videat quid de eorum differentia dictum sit in tertio versiculo noni psalmi : *In te* autem, id est, in fide, quæ est in te.

Et dicant semper, Magnificetur Dominus qui diligunt salutare tuum. Qui diligunt salutem, quæ a te est. Vel, *salutare tuum*, id est, incarnationem tuam. Salutaris enim fuit ea incarnatio iis qui perierant. Omnes igitur qui auxilium tuum consecuti sunt, dicant : *Magnificetur Dominus*, id est, Magnus reputetur.

VERS. 18. *Ego autem inops, et pauper sum.* Hoc D ex uniuscujusque fidelis persona dici potest. Inopes enim sunt Christiani omnes, veluti qui universa fortunæ bona dimiserunt, et pauperes, veluti qui propriis manibus necessaria sibi parant. Πτωχὸς enim [qui Latine inops, ex etymologia Græci nominis a cadendo dictus est] veluti ab omnibus antiquis opibus deciderit, et nunc sit sine ope. Πένης vero [qui Latino *pauper*] a labore ; quia nimirum proprio labore opportuna omnia sibi comparat.

Κύριος προνοεῖταί μου. Ἐπὶ τοῦτον γὰρ καὶ μόνον καταφυγον, καὶ οὐ περιόψεταί με, τὸν ἐλπίζοντα ἐπ' αὐτόν.

Dominus sollicitus erit mei. Ad hunc enim solum confugi, et ideo me in se sperantem non despiciet.

Βοηθός μου καὶ ὑπερασπιστής μου εἶ σύ, ὁ Θεός μου· μὴ χρονίσῃς. Ὁ Θεός μου, μὴ βραδύνῃς

Adjutor meus, et protector meus es tu, Deus meus, ne tardaveris. Deus meus, ne tardus sis ad

Variæ lectiones.

(47) Al. ἀναστάσεως.

(48) Al. ταυτοσήμαντα.

Digitized by Google

adjuvandum me. Mihi autem nescio quid profundius videntur sibi velle hæc verba, si accommodemus beato David illum versiculum : *Ego autem inops sum, et pauper.* Præviderat Propheta summas illas divitias quæ a Dei gratia in Christianos erant effundendæ : cumque eas non mediocri desiderio concupisset, demum veluti is qui se noverat ab eo tempore procul esse, contristatus est, et miserum se ideo appellans ait : *Ego inops, et pauper sum*, qui hujusmodi divitiarum particeps esse nequeo ; verumtamen Deus erit mei sollicitus, ut scilicet mihi pariter gloriam illam communicet, quam fideles in cœlorum regno percepturi sunt ; siquidem et ab ipso Domino dictum legimus, quod David concupivit videre diem ejus qua ratione rogat nunc Deum Propheta noster, dicens : *Ne tarda, veris*, tuam nimirum incarnationem. Sunt enim supplicantis verba ad Deum Filium.

A εἰς τὸ βοηθῆσαι ἡμῖν. Ἐγὼ δὲ βαθύτερόν τι κατανενόηκα· τὸ γὰρ, *Ἐγὼ δὲ πτωχός εἰμι καὶ πένης*, ὡς μακαρίῳ προσαρμόζων Δαβίδ, εὑρίσκω ὅτι προϊδὼν ἐκχυθησόμενον πλοῦτον τῆς χάριτος εἰς τοὺς Χριστιανοὺς, ἐπεθύμησεν αὐτοῦ, καὶ οἷα μακρὰν ὢν τῶν ἡμερῶν τούτων, ἠθύμησε, καὶ ὑποταλαίνιζων ἑαυτὸν εἶπεν, ὅτι *Ἐγὼ δὲ πτωχός εἰμι καὶ πένης*, μὴ τυχὼν τοῦ τοιούτου πλούτου. Ὅμως ὁ *Θεός μου ῥορτιεῖ*, ὥστε κοινωνῆσαι κἀμὲ τῆς εἰς ὕστερον δόξης τῶν πιστῶν, ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ· φησὶ γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς, ὅτι *Καὶ Δαβὶδ ἐπεθύμησεν ἰδεῖν τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν*· διὸ καὶ μὴ βραδῦναι πρὸς τὸ ἐνανθρωπῆσαι παρακαλεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ Πατρός.

In finem Psalmus ipsi David.

PSALMUS XL.

B Εἰς τὸ τέλος τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ Μ'.

In finem inscribitur, quia prophetiam continet, quæ tendebat ad finem. Prædicit enim proditoris Judæ rebellionem. Et clarum quidem est hujus psalmi argumentum. De amore enim et charitate in pauperes pertractat. Tamen altius considerando, ad Salvatoris nostri Christi mysterium pertinet, qui egenus, et pauper fieri voluit ob humanam salutem ; qui etiam in Evangelio apud Joannem præsentis psalmi verba de se dicta esse testatur, et de Juda, dum ait ad apostolos : *Non de omnibus dico, scio quos elegi, sed ut Scriptura impleatur, dicens : Qui manducat panem meum, elevavit contra me calcaneum suum* [25]. Nullibi enim hujusmodi testimonium habetur in Scriptura, præterquam quod in præsenti psalmo dicitur : *Qui manducat panes meos, magnificavit contra me supplantationem* [26].

Εἰς τὸ τέλος ἐπιγέγραπται, ὡς περιέχων προφητείαν εἰς τέλος ἐπιτεινομένην· προαγορεύει γὰρ περὶ τῆς ἀποστασίας Ἰούδα. Καὶ φανερὰ μὲν ὑπόθεσις τῷ παρόντι ψαλμῷ, ἡ φιλοπτωχία. Ἀναφέρεται δὲ μυστικώτερον οὗτος εἰς Χριστὸν, διὰ τὴν ἡμετέραν πτωχεύσαντα σωτηρίαν, ὡς αὐτὸς ἐδίδαξεν ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ· εἴρηκε γὰρ οὕτως πρὸς τοὺς ἀποστόλους· *Οὐ περὶ πάντων ὑμῶν λέγω· οἶδα οὓς ἐξελεξάμην· ἀλλ' ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ· Ὁ τρώγων μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον, ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ.* Ἄλλη δὲ οὐχ εὑρίσκεται Γραφὴ τοῦτο λέγουσα, εἰ μὴ μόνον ἡ τοῦ παρόντος ψαλμοῦ· φησὶ γάρ· *Ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν.*

C

Vers. 2. *Beatus vir qui intelligit super inopem et pauperem.* — *Qui intelligit*, hoc est, qui considerat, qui cogitat id quod decens est. Intelligentia enim est diligens et exacta consideratio. Inopem autem et pauperem promiscue solent appellare indigentem. Antiqui vero per inopem mendicum intelligebant, veluti qui omni prorsus careret ope, et qui, ut alibi diximus [ex etymologia Græci nominis], ab antiquo statu decidisset : pauperem vero eum qui manibus ac proprio labore sibi victum pararet, ut in præcedenti psalmo diximus. Beatus igitur is est, qui debitorem Deum habet. Per Salomonem enim docemur illum Deo commodare, qui inopis miseretur. Quod proprio ore Christus confirmavit, dicens : *Quotiescumque fecistis uni huic ex minimis fratribus, mihi fecistis* [27]. Et hoc quidem pacto simpliciter exponitur de pauperibus : verum profundius intelligendo, ut diximus, exponi potest psalmus de Christo : quodque beatus ille est, qui intelligit et considerat Christum Deum esse, tametsi indigentia ac paupertate tanta esse videretur circumdatus, ut etiam non haberet, ubi reclinaret caput suum. Recte enim considerans, id plene intelliget ex iis quæ et sermone suo docuit, et operibus comprobavit.

D

Μακάριος ὁ συνιὼν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα. — *Ὁ συνιὼν*, ἀντὶ τοῦ, Ὁ φρονῶν τὸ δέον· σύνεσις γὰρ, τὸ φρονεῖν εὖ. Πτωχὸν δὲ καὶ πένητα ἀδιαφόρως εἴωθε καλεῖν τὸν ἄπορον. Οἱ δὲ παλαιοὶ, πτωχὸν μὲν ἔλεγον τὸν ἐπαίτην, ἐκ τοῦ κατεπτηχέναι· πένητα δὲ, τὸν πόνῳ χειρῶν τὴν ἐφήμερον τροφὴν ποριζόμενον. Μακάριος τοίνυν ὁ τοιοῦτος, ὡς χρεωφειλέτην ἔχων τὸν Θεόν. Φησὶ γὰρ διὰ μὲν Σολομῶντος, ὅτι *Ὁ ἐλεῶν πτωχὸν δανείζει Θεῷ*· δι' οἰκείας δὲ γλώττης, ὅτι *Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε.* Οὕτω μὲν, περὶ τῶν ἁπλῶς πενήτων· βαθύτερον δὲ, καὶ περὶ Χριστοῦ ῥηθείη ἄν, ὅτι Μακάριος ὁ φρονῶν, ὅτι Θεός ἐστιν οὗτος, ὁ ἐν ἀπορίᾳ περιερχόμενος, καὶ μὴ ἔχων ποῦ κλίνῃ τὴν κεφαλὴν εἰς ἀνάπαυσιν· συνήσει δὲ τοῦτο, ἀφ' ὧν ὁ Χριστὸς ποιεῖ καὶ διδάσκει.

In die mala liberabit eum Dominus. Utilitatem docet, quam ex hujusmodi intelligentia quis per-

Ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ Κύριος. Διδάσκει τὸ κέρδος τῆς τοιαύτης συνέσεως. Ποία δέ

[25] Joan. XIII, 18. [26] Psal. XL, 10. [27] Matth. XXV, 40.

Digitized by Google

ἐστιν ἡμέρα πονηρά, προειρήκαμεν ἐν τῷ λς' ψαλμῷ, τὸ *Οὐ καταισχυνθήσονται ἐν καιρῷ πονηρῷ* ἑρμηνεύοντες. Ταὐτὸν γὰρ εἰπεῖν καιρὸν πονηρὸν, καὶ ἡμέραν πονηράν.

Κύριος διαφυλάξαι αὐτόν. Ἐπεύχεται τῷ τοιούτῳ ὁ Προφήτης, ὡς ἀγαθῷ.

Καὶ ζήσαι αὐτόν. Καὶ ζωοποιήσαι.

Καὶ μακάριόν αὐτὸν ἐν τῇ γῇ. Καὶ μακάριον ἀναδεῖξαι καὶ ζηλωτὸν, οὐκ ἐν τῇ παρούσῃ γῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

Καὶ μὴ παραδῷ αὐτὸν εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτοῦ. Μήτε ὁρατῶν μήτε ἀοράτων.

Κύριος βοηθήσαι αὐτῷ, ἐπὶ κλίνης ὀδύνης B *αὐτοῦ.* Ἐπὶ κλίνης ὀδύνης, ἤτοι τῆς (49) ὑποσχομένης αὐτὸν ὀδυνώμενον ἐν νόσῳ. Ἀκύλας δὲ καὶ Θεοδοτίων, οὐ τὸ εὐκτικὸν εἶδος, ἀλλὰ τὸ τοῦ μέλλοντος ἐπὶ τῶν ῥηθέντων ἐκδεδώκασιν· οἷον *Διαφυλάξει* καὶ *ζήσει*, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὡς ἀντιμισθίαν ἅπαντα κρίνοντες ταῦτα.

Ὅλην τὴν κοίτην αὐτοῦ ἔστρεψας ἐν τῇ ἀῤῥωστίᾳ αὐτοῦ. Κοίτην μὲν λέγει τὴν κατάκλισιν· *Ἔστρεψας* δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἤλλαξας. Τοῦ τοιούτου γοῦν, φησὶ, τὴν κατάκλισιν ἐν καιρῷ ἀῤῥωστίας ἤλλαξας, ἀπὸ νοσερᾶς εἰς ὑγιεινήν. *Ὅλην δὲ*, ἀντὶ τοῦ Παντελῶς· *Ἔστρεψας* δὲ, ἀντὶ τοῦ Στρέψεις. C Ἢ στοχαστικῶς, μᾶλλον δὲ προφητικῶς, ὡς γεγονὸς εἶπε τὸ γενησόμενον.

Ἐγὼ εἶπα· Κύριε, ἐλέησόν με. Τὰ ἐντεῦθεν πάντα, προσώπῳ τοῦ Χριστοῦ λέγονται· παρακαλεῖ δὲ τὸν Θεὸν ὡς ἄνθρωπος, δεικνύων ὅτι πᾶς ἄνθρωπος δεῖται τοῦ ἐλέους τοῦ Θεοῦ.

Ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι. Καὶ μὴν ἁμαρτίαν, φησὶν, οὐκ ἐποίησεν· ἀλλ' ἐπεὶ δι' ἡμᾶς γέγονε καθ' ἡμᾶς, οἰκειοποιεῖται τῶν ἰδίων καὶ τὰ πάθη, καὶ τὰς φωνάς· καὶ ὅπερ ὀφείλει βοᾷν ἡ ἁμαρτήσασα φύσις ἡμῶν, τοῦτο βοᾷ πρὸ ταύτης, ὑπὲρ ταύτης, ὡς (50) αὐτὸς, οἷα τῆς αὐτῆς καὶ αὐτὸς ὤν, εἰ καὶ χωρὶς ἁμαρτίας. Ὅσπερ δὲ τὸ θυόμενον ὑπὲρ ἁμαρτίας κατὰ τὸν νόμον, εἰς ἑαυτὸ τὴν ἁμαρτίαν ἀνεδέχετο, καὶ συγκατέκαιε τούτην ἑαυτῷ· οὕτω καὶ οὗτος, θυόμενος ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, εἰς ἑαυτὸν ταύτας ἀνεδέξατο, καὶ ὡς αὐτὸς ἁμαρτήσας, οὕτω καὶ ἔθλιβετο, καὶ ἔθνησκε διὰ φιλανθρωπίας ὑπερβολήν. D

Οἱ ἐχθροί μου εἶπον κακά μοι. Οἱ ἐχθροὶ τοῦ

cepturus sit. Quæ autem sit dies mala, diximus in psalmo XXXVI, ibi: *Non confundentur in tempore malo.* Æque enim significant dies mala, et tempus malum.

VERS. 3. *Dominus conservet eum.* Precatur Propheta pro hujusmodi homine, tanquam pro viro quopiam bono.

Et vivificet eum. Id est, vivere faciat.

Et beatum eum faciat in terra. Et beatum eum esse ostendat, æmulationeque, seu imitatione dignum, non in præsenti tantum terra, sed in regno etiam cœlorum.

Et non tradat eum in manus inimicorum ejus. Nec eum visibilium aut invisibilium hostium manibus dedat.

VERS. 4. *Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus.* Super lectum doloris, in quo ægritudine ac morbo laborans, afflictus diu olim detinetur. Aquila autem, et Theodotio non per optativum modum, sed per futurum indicativi omnia hæc verba reddidere, videlicet: *Conservabit, Vivificabit*, et, *Opem feret*, omnia hæc quasi in mercedem ac retributionem quamdam dici arbitrantes.

Universum cubile ejus vertisti in infirmitate ejus. Per cubile, decubitum intelligit. *Vertisti* autem, hoc est, Immutasti. In tempore, inquit, infirmitatis hujus viri, tu mutasti ejus decubitum, ab ægro nimirum, atque infirmo ad sanum ac validum. Mutasti autem *universum*, hoc est, Prorsus mutasti. Advertendum tamen quod præterito tempore usus est pro futuro. *Vertisti* enim, hoc est, Vertes. Vel, conjectura quadam, imo vero potius prophetico more, quæ futura erant, ut jam facta commemorat.

VERS. 5. *Ego dixi: Domine, miserere mei.* Quæ sequuntur, ex Christi persona legenda sunt, qui velut homo Deum rogat, ostendens hoc pacto, quemlibet hominem Dei auxilio indigere.

Sana animam meam, quia peccavi tibi. Sed quomodo alibi legimus Christum peccatum non fecisse? Certissimum quidem est, illum nunquam peccasse; verum quia propter nos factus est idem quod nos, homo nimirum, passiones etiam, atque affectus nostros, quasi proprios sibi consequenter vindicavit, et quod dicere par erat humanam naturam, quæ peccaverat, hoc ipse antea pro illa ad Patrem clamavit, veluti qui ejusdem erat naturæ, tametsi sine peccato. Et quemadmodum victima, quæ olim pro peccato immolabatur, juxta legem, peccatum in se suscipiebat, quod una cum victima comburi dicebatur: ita et Christus pro nostris immolatus peccatis, in se ipsum omnia nostra suscepit peccata: nec secus ac si ipse peccasset, ad eorum remissionem, et oravit, et mortuus est, ob summam nimirum atque ineffabilem ejus misericordiam.

VERS. 6. *Inimici mei dixerunt mala mihi.* Ini-

Variæ lectiones.

(49) Al. ὅτι ὑποσχομένης. (50) Forte αὐτή.

Digitized by Google

mici Christi Judæi, qui invidia dissecabantur, et dixerunt mala, hoc est, prava verba. Quænam autem dixerint, audi.

A Χριστοῦ, οἱ Ἰουδαῖοι, οἵτινες τῷ φθόνῳ διαπριόμενοι, εἶπον κακά· νοεῖται δὲ τὸ, ῥήματα· κακὰ δέ, ἀντὶ πονηρά μοι. Τινὰ δὲ εἶπον, ἄκουσον διὰ τῶν ἑξῆς.

Quando morietur? Gravis est enim, inquit, nobis, adeo, ut nec illius aspectum sustinere valeamus.

Πότε ἀποθανεῖται; Βαρὺς γὰρ, φησὶν, ἡμῖν ἐστι καὶ βλεπόμενος.

Et peribit nomen ejus. Sed cum multa præditum potentia Christum universas ægritudines ac morbos curare viderent, quomodo cum aliquando putarunt exstingui posse?

Καὶ ἀπολεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Εὡρων γὰρ αὐτὸν πολλῆς πεπληρωμένον δυνάμεως, καὶ πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἰώμενον, καὶ ῥοντο, θανάτῳ ποτὲ σβεσθῆναι.

VERS. 7. *Et ingrediebatur ut videret.* Proditor, inquit, Judas, veluti familiaris mens absque ullo impedimento, illuc ingrediebatur, ubi ego aderam, ut videret an opportunum esset tradendi tempus.

Καὶ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν. Ὁ προδότης Ἰούδα, οἷα συνήθης, φησὶν, ἀκωλύτως εἰσεπορεύετο, ἔνθα κατηγόμην, ἐπὶ τῷ ἰδεῖν, εἰ ἔστιν εὐκαιρία, ἵνα μὲ παραδῷ.

Frustra loquebatur cor ejus. Frustra in corde suo secum ea loquebatur quæ ad proditionem B pertinebant, quando videlicet ingrediebatur, ut videret. Vel, frustra in animo suo cogitabat, ut me lateret, cum optimus ego scrutator cordium, omnia nossem ejus consilia et vota.

Μάτην ἐλάλει ἡ καρδία αὐτοῦ. Μάτην ἐλάλει αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν τὰ περὶ τῆς προδοσίας, ὅτε οὕτως εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν. Ἤτοι μάτην ἐσκούδασε λαθεῖν με· ἐγίνωσκον γὰρ, οἷα καρδιογνώστης, ὅσα βουλεύεται, καὶ βούλεται.

Congregavit iniquitatem sibi. Nihil aliud miser hujusmodi cogitatione efficere potuit, nisi quod sibi ipsi summam thesaurizavit iniquitatem, dum adversus proprium præceptorem et Servatorem tetendit insidias. Quidam post verba: *Frustra loquebatur*, punctum ponunt, ut sensus sit: Frustra mihi pacifice loquebatur, cum inimica in mente versaret consilia. Sed melior est sensus, quem primo loco diximus.

Συνήγαγεν ἀνομίαν ἑαυτῷ. Οὐδὲν ἕτερον ἐποίησε ταῦτα λογισάμενος ὁ ἄθλιος, ἢ μόνον ἐθησαύρισεν ἑαυτῷ ἀνομίαν, ὡς ἐπιβεβουλευκὼς τῷ διδασκάλῳ καὶ Σωτῆρι. Τινὲς δὲ, μετὰ τὸ *Μάτην ἐλάλει*, στίζουσι τελείαν, ἵν' ᾖ, ὅτι Μάτην ἐλάλει μοι εἰρηνικῶς, ἐχθρὰ βουλευόμενος· ἄμεινον δὲ τὸ πρῶτον.

VERS. 8. *Egrediebatur foras et loquebatur in idipsum.* Accepta enim panis buccella, Judas statim exiit. Quod vero ait *in idipsum*, idem significat quod una. Loquebatur, inquit, una cum inimicis meis, de iis quæ ad proditionem spectabant: *Quid vultis mihi*, inquit, *dare?* et quæ sequuntur[30]. Hæc autem omnia apertissime in evangelica narrantur historia.

Ἐξεπορεύετο ἔξω, καὶ ἐλάλει ἐπὶ τὸ αὐτό. Λαβὼν γὰρ, φησὶ, τὸ ψωμίον ἐκεῖνος, εὐθέως ἐξῆλθε. Τὸ δὲ *Ἐπὶ τὸ αὐτό*, ἀντὶ τοῦ, Ὁμοῦ αὐτοῖς τοῖς ἐχθροῖς μου· συνελάλει γὰρ αὐτοῖς περὶ προδοσίας· *Τί μοι θέλετε δοῦναι;* καὶ τὰ ἑξῆς. Πάντα γὰρ ταῦτα σαφῶς ἱστοροῦσιν οἱ εὐαγγελισταὶ γινόμενα.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei. Susurrabant mutuo in aurem, quomodo insidias disponerent, timentes nimirum aperte loqui propter turbam.

Κατ' ἐμοῦ ἐψιθύριζον πάντες οἱ ἐχθροί μου. Ἐψιθύριζον ἀλλήλοις εἰς τὸ οὖς τὰ τῆς ἐπιβουλῆς, φοβούμενοι τὸν ὄχλον.

Adversum me cogitabant mala mihi. Lethifera, inquit, cogitabant adversum me. Juxta quod testatur evangelista, quod *Consilium inierunt adversus Jesum, ut eum morti traderent*[31].

Κατ' ἐμοῦ ἐλογίζοντο κακά μοι. Κατ' ἐμοῦ ἐμελέτων θανατηφόρα μοι· *Συμβούλιον* γὰρ, φησὶ, *ἔλαβον κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὥστε θανατῶσαι αὐτόν.*

VERS. 9. *Verbum iniquum deposuerunt adversum me.* — *Deposuerunt* pro Responderunt. Interrogati enim a Pilato: *Quid faciam Jesu, qui dicitur Christus?* responderunt: *Crucifigatur*[32]. Est autem iniquum hoc verbum. Neque enim licebat innocentem virum morti tradere: atque ideo eis sæpius objiciebat Pilatus, dicens[33]: *Nullam causam invenio in eo*; item, *Vos videbitis*. Vel *deposuerunt*, hoc est, fabricarunt, machinati sunt. Dixerunt enim quod commoveret turbam contra Cæsarem, quæ verba etiam iniqua erant. Neque enim falsa attestari licebat.

D *Λόγον παράνομον κατέθεντο κατ' ἐμοῦ.* Ἀντὶ τοῦ Ἀπεκρίθησαν· ἐρωτηθέντες γὰρ ὑπὸ Πιλάτου, *Τί ποιήσω Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν;* ἀπεκρίθησαν· *Σταυρωθήτω.* Παράνομος δὲ ὁ λόγος· οὐ γὰρ ἐξῆν παραδοῦναι τὸν ἀθῶον εἰς θάνατον. Τοῦτο δὲ αὐτὸ ὠνείδισε καὶ ὁ Πιλάτος πολλάκις εἰπών, ὅτι *Οὐδὲν αἴτιον θανάτου εὗρον ἐν αὐτῷ*, καὶ ὅτι *Ὑμεῖς ὄψεσθε.* Ἢ τὸ *κατέθεντο*, ἀντὶ τοῦ, συνεσκεύασαν· εἶπον γὰρ, ὅτι *Ἀνασείει τὸν ὄχλον τοῦ Καίσαρος.* Παράνομος δὲ καὶ οὗτος ὁ λόγος· οὐ γὰρ ἐξῆν ψευδῶς καταμαρτυρεῖν.

Numquid, qui dormit, non adjiciet ut resurgat?

Μὴ ὁ κοιμώμενος οὐχὶ προσθήσει τοῦ ἀνα-

[30] Matth. XXVI, 15. [31] Matth. XXVII, 1. [32] Ibid. 23. [33] Joan. XVIII, 38.

Digitized by Google

στῆναι; Κατ' ἐρώτησιν τοῦτό φησιν, ὡς Θεὸς, ὅτι Ἆρα ὁ κοιμώμενος οὐ θελήσει ἀναστῆναι; Τὸ *Προσθήσει* γὰρ, ἐπὶ τοῦ *Ἠθέλησε* πολλάκις οἱ Ἑβραῖοι λαμβάνουσιν. Εἰ δὲ ὁ κοιμώμενος ἀναστήσεται, κἀγὼ σαρκὶ θανὼν, ἀναστήσομαι θᾶττον· ὁ γὰρ ἐμὸς θάνατος, ὕπνῳ ἔοικεν. Ὡς γὰρ αὐτεξουσίως ὑπνοῖ τις, οὕτως αὐτεξουσίως ἀποθανοῦμαι κἀγώ.

A Per interrogationem hoc dicit, atque ut Deus: Numquid dormiens homo, inquit, nolet consurgere? Verbum enim *Adjiciet*, Hebræi sæpenumero ponunt, pro *Volet*. Quod si dormiens consurgit, ego etiam carni mortuus, cito resurgam. Mea enim mors somno similis est. Nam quemadmodum qui dormit ex suo dormit arbitrio, ita et ipse sponte mea, atque ex propria moriar voluntate.

Καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου ἐφ' ὃν ἤλπισα, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν. Ὁ σύνδεσμος, ὁ *Γὰρ*, περιττὸς κἀνταῦθοί· ἔστι δὲ τοιοῦτος· ὁ νοῦς, ὅτι Καὶ ὁ ἐμὸς κατ' ἐμοῦ γέγονεν. Ἄνθρωπον δὲ εἰρήνης, τὸν εἰρηνικὸν Ἑβραῖοι καλοῦσι. Φησὶν οὖν, ὅτι Καὶ ὁ εἰρηνικός μου, τουτέστιν ὁ φίλος μου, λέγει δὲ τὸν Ἰούδαν, ἐφ' ᾧ ἐθάρρησα, ὡς ἐμῷ, ὃν ἐγὼ μετὰ τῶν ἄλλων μαθητῶν ἔτρεφον, ἐμεγάλυνεν, ἦγουν ἐκραταίωσε κατ' ἐμοῦ δόλον. Πτερνισμὸς γάρ, ὁ δόλος, ἐκ μεταφορᾶς τοῦ ὑποσκελίζοντος ἐν πτέρνῃ τὸν τρέχοντα. Ἐκραταίωσε δὲ τοῦτον, διὰ τῆς πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ Γραμματεῖς συμφωνίας.

B Verse 10. *Etenim homo pacis meæ in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit contra me supplantationem.* Conjunctio *enim* hoc in loco superflua est, et sensus est: Ille etiam mihi adversarius fuit, qui antea intimus mihi erat, et mihi maxime conjunctus. Per hominem autem pacis Hebræi pacificum intelligunt. Ait igitur: Homo pacificus meus, hoc est, amicus meus Judas, in quo veluti in me ipso confisus sum, quem etiam simul cum aliis discipulis educavi, magnificavit, hoc est, roboravit supplantationem, hoc est, dolum contra me: quod ex metaphora eorum dictum est, qui inter currendum, calcaneo aliquem dolose supplantant. Firmavit autem Judas dolum adversus Christum, eumque quodam modo supplantavit: conventione nimirum ac conspiratione illa, qua cum Scribis iniit, et cum pontificibus.

Σὺ δὲ, Κύριε, ἐλέησόν με, καὶ ἀνάστησόν με, καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς. Τὸ μὲν *Ἐλέησον, καὶ ἀνάστησον*, ἀνθρωποπρεπές· ἄνθρωπος γὰρ γεγονὼς, οὐ παρῃτεῖτο τὴν εἰς Θεὸν ἱκεσίαν, ὁ τῆς φύσεως ἴδιον· προσηύξατο γὰρ πολλάκις. Τὸ δὲ *Ἀνταποδώσω*, θεοπρεπές. Ἀνταπέδωκε δὲ αὐτοῖς, παραδοὺς Ῥωμαίοις

C Verse 11. *Tu autem, Domine, miserere mei, et resuscita me, et retribuam eis.* Quod ait *Miserere* et *Resuscita*, ut ab homine dictum est. Homo enim Christus cum esset, non recusavit preces ad Deum fundere; quin imo quod naturæ humanæ proprie convenit, sæpenumero ad Deum orabat. Quod vero ait, *Retribuam*, ad illius divinitatem pertinet. Retribuit autem quando eos Romanis perdendos tradidit.

Ἐν τούτῳ ἔγνων, ὅτι ἠθέλησάς με, ὅτι οὐ μὴ ἐπιχαρῇ ὁ ἐχθρός μου ἐπ' ἐμέ. — Ἠθέλησας, ἀντὶ τοῦ Ἠγάπησας· ὁ γάρ τις ἀγαπᾷ, τοῦτο καὶ θέλει. Ἐν τούτῳ, φησὶν, ἔγνων ὅτι ἠγάπησάς με, ἐν τῷ μὴ ἐπιχαρῆναι τὸν ἐχθρόν μου ἐπ' ἐμὲ, τουτέστιν ἐν τῷ ἀναζῆσαί με, καὶ ἐν τῷ κηρυχθῆναι τὸ ὄνομά μου εἰς ὅλην τὴν οἰκουμένην, ὃ λύπη ἐστὶν αὐτῷ. Ἐκεῖνος γὰρ ζητεῖ, τὸ ἀποθανεῖν με, καὶ ἀπολέσθαι τὸ ὄνομά μου. Ἐχθρὸν δὲ νοήσεις καὶ τὸν διάβολον καὶ τὸν Ἰούδαν.

Verse 12. *In hoc cognovi, quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Voluisti*, hoc est, Amasti. Nam quod quis amat, illud etiam habere cupit. In hoc cognovi quod amasti me, quod non gavisus est super me inimicus meus quod nimirum resurrexerim, quodque nomen meum in universo orbe prædicatum est: quæ res inimicis meis maximo fuit dolori. Quærebant enim ut morerer, et nomen meum prorsus interiret. Potes etiam per inimicum vel dæmonem, vel ipsum Judam privatim intelligere.

Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν, ἀντελάβου. Καὶ ταῦτα, ὡς ἀπὸ τοῦ προσλήμματος· ἀκακίαν δὲ λέγει τὴν καθαρότητα· *Ἀνομίαν* γὰρ, φησὶν, *οὐκ ἐποίησε.*

D Verse 13. *Me autem propter innocentiam adjuvisti.* Hæc verba simili modo ab assumpta carne dicta sunt. Per innocentiam autem munditiam, et puritatem intelligit: *Iniquitatem* enim, inquit, *non fecit.*

Καὶ ἐβεβαίωσάς με ἐνώπιόν σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἵδρυσάς με παρὰ σεαυτῷ· Κάθου γὰρ, φησὶν, ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

Et firmasti me in conspectu tuo in sæculum. Et stabilisti, inquit, me penes te; juxta illud: *Sede a dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum* [39].

Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα· γένοιτο, γένοιτο. Προαγορεύσας ὁ Δαβὶδ τὰ ῥηθέντα, καὶ τὴν ἄῤῥητον

Verse 14. *Benedictus Dominus Deus Israel a sæculo, et in sæculum: fiat, fiat.* Cum quæ diximus omnia prædixerit beatus David, et summam Dei

[39] Psal. cix, 1.

Digitized by Google

misericordiam ac ineffabilem quamdam ejus condescensionem, multa cum admiratione narraverit, hymnum deinceps, et laudem ei canit dicens : Laudandus est Deus veri Israelis, hoc est, fidelium Deus, quemadmodum in XXI psalmo declaravimus, exponentes versiculum illum : *Timeat eum omne semen Israel.* Laudandus autem ab hoc sæculo usque ad futurum. Ac demum orat, et votis omnibus poscit futuram hanc Domini incarnationem, de qua supra locutus est, quam celeriter fieri, dicens : *Fiat, fiat.* Intelligimus enim Prophetam optare id quod superius dixit. Illa autem repetitio verbi, *Fiat*, orationis intensionem demonstrat.

A συγκατάβασιν καὶ φιλανθρωπίαν τοῦ Σωτῆρος ἀποθαυμάσας, ὕμνον αὐτῷ σχεδιάζει, λέγων · Εὐφημητέος ὁ Θεὸς τοῦ κυρίως Ἰσραὴλ, ὅ ἐστι, τῶν πιστῶν, ὡς ἐν τῷ κα' ψαλμῷ προέφημεν, ἑρμηνεύοντες τό · *Φοβηθήτω δὴ ἀπ' αὐτοῦ ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰσραήλ* · ἀπὸ δὲ τοῦ νῦν αἰῶνος καὶ ἄχρι τοῦ μέλλοντος. Εἶτα ἐπεύχεται ταχῦναι τοῦ Δεσπότου τὴν ἀνανθρώπησιν, ἐν τῷ εἰπεῖν, *Γένοιτο, γένοιτο.* Νοεῖται δὲ *τὰ ῥηθέντα* · ἐπίτασιν δὲ εὐχῆς ὁ διπλασιασμὸς τοῦ *Γένοιτο* παριστᾷ.

In finem in intelligentiam filiis Core.

PSALMUS XLI.

Εἰς τὸ τέλος εἰς σύνεσιν τοῖς υἱοῖς Κορέ.

ΨΑΛΜΟΣ ΜΑ'.

De filiis Core diximus in Procœmio operis. *In finem* inscribitur propter prophetias, quæ hic continentur, et ad finem tendebant. Cum enim futurum esset, ut Hebræorum populus ob propria delicta ab Assyriis in Babylonem captivus duceretur, ubi LXX annis detentus est, prævidens hoc beatus David, utpote prophetico afflatus spiritu, pii ac religiosi cujuscunque Judæi in captivitate degentis personam sumit, in præsenti psalmo, veluti Danielis, Ezechielis, trium puerorum, et similium, et narrat quæ tunc temporis contigerint. *In intelligentiam* vero dixit, judicans, quod qui inter illos majori erant præditi intelligentia, hæc, aut hujusmodi verba ad Deum clamabant. Vel, ea ratione, quia ad percipiendum totius psalmi sensum, multa lectori opus est intelligentia.

B Περὶ μὲν τῶν υἱῶν Κορὲ, προειρήκαμεν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς παρούσης βίβλου. *Εἰς τὸ τέλος* δὲ ἐπιγέγραπται, διὰ τὰς ἐν τούτῳ προφητείας, εἰς τέλος ἐπειγομένας. Ἐπεὶ γὰρ ἔμελλον Ἑβραῖοι χρόνοις ὕστερον παρὰ Βαβυλωνίων αἰχμαλωτισθῆναι, διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, καὶ διαγαγεῖν ἑβδομήκοντα ἔτη ἐν Βαβυλῶνι, κινηθεὶς ὑπὸ τοῦ διορατικοῦ πνεύματος ὁ Δαβὶδ, ἀνέλαβεν πρόσωπον ἑκάστου τῶν εὐσεβεστέρων ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις, οἷον τοῦ Δανιὴλ, τοῦ Ἰεζεκιὴλ, τῶν τριῶν παίδων, καὶ τῶν τοιούτων, καὶ τὰ προκείμενα διέξεισι · τὸ δὲ, *Εἰς σύνεσιν*, πρόκειται, διδάσκων, ὅτι συνετισθεὶς ἕκαστος αὐτῶν, ταῦτα ἐβόα πρὸς Θεόν · ἢ ὅτι χρεία συνέσεως τοῖς ἀναγινώσκουσι ταῦτα.

C

Vers. 2. *Quemadmodum desiderat cerva ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus.* Ardentis desiderii vehementiam ostendere volens Propheta, cervam perquam sitibundam in exemplum sumpsit; quæ cum et suapte natura calidissima sit, et reptilium ac serpentum carnibus, quibus vesci solet, magis etiam incendatur, aquarum fontes quam maxime amat, et circa eos semper versari cupit. Desiderare autem hic posuit pro Festinare; Et ita Aquila reddidit. Et quod ait : *Ita desiderat anima mea ad te*, inquam, habitantem in Jerusalem. Putabat enim populus qui in Babylone erat, se divina præsentia illic ideo frui non posse, quia regio illa universa idolorum cultui deserviret.

Ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ, ὁ Θεός. Τὸ σφοδρὸν τῆς ἐπιθυμίας παραστῆσαι βουλόμενος, παράδειγμα τὴν διψητικωτάτην ἔλαφον ἔλαβεν. Αὕτη γὰρ φύσει οὖσα θερμὴ, καὶ μᾶλλον ἐκκαιομένη ταῖς σαρξὶ τῶν ὄφεων, οὓς ἀεὶ λαφύσσει, σφοδρὸν ἔχει τῶν πηγῶν τὸν ἔρωτα. Τὸ δὲ *Ἐπιποθεῖ*, σημαίνει τὸ Σπεύδει, καὶ ἐπείγεται, κατὰ τὸν Ἀκύλαν · *Πρὸς σὲ* δὲ, δηλονότι τὸν κατοικοῦντα τὰ ἐν Ἱερουσαλήμ · ἐν Βαβυλῶνι γὰρ οὐκ ᾤοντο εἶναι αὐτὸν, διὰ τὴν τῆς χώρας εἰδωλολατρείαν.

Vers. 3. *Sitivit anima mea ad Deum fortem viventem. Sitivit*, id est, Valde concupivit. Ita undique desiderii ardorem ostendit. Fortem autem et viventem Deum appellat propter infirmos ac mortuos Babylonis deos. Quidam ex hoc versiculo sumptum esse dicunt hymnum illum, quem Græci Trisagion vocant [quo laudare solemus Deum, dicentes : *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis.*]

D *Ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν, τὸν ζῶντα. — Ἐδίψησεν*, ἀντὶ τοῦ, Ἐπιθυμητικῶς ἔσχε · τὸ γὰρ διακαὲς τῆς ἐπιθυμίας ἡ λέξις ἐμφαίνει · ἰσχυρὸν δὲ καὶ ζῶντα λέγει τὸν Θεὸν, διὰ τοὺς ἀσθενεῖς καὶ νεκροὺς θεοὺς τῶν Βαβυλωνίων. Τινὲς δέ φασιν ἐντεῦθεν πεποιῆσθαι τὸν ὕμνον τοῦ Τρισαγίου.

Quando veniam, et apparebo ante faciem Dei? [Hoc est, ante ipsum Deum.] Concupiscentis sermo est : Quando, inquit, veniam ad te in Jerusalem et

Πότε ἥξω καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ; Ἐπιθυμοῦντος ὁ λόγος · Πότε, φησὶν, ἥξω πρὸς σὲ (51) ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὀφθήσομαι τῷ

Variæ lectiones.

(51) Al. Ὦ Ἱερουσαλήμ.

Digitized by Google

προσώπῳ τοῦ Θεοῦ; τουτέστιν, τῷ Θεῷ, κατὰ περίφρασιν· ὀφθήσομαι δὲ, διὰ τῆς ἐν τῷ ναῷ λατρείας καὶ παραστάσεως, ὅπερ οὐκ ἔστιν ἐν Βαβυλῶνι.

A apparebo coram te, adorans nimirum et coleus te, seduloque tibi assistens, et alia faciens, quæ in templo tuo fieri decet? Universo enim hoc solatio privamur, postquam hic Babylone captivi degimus.

Ἐγενήθη τὰ δάκρυα ἐμοὶ ἄρτος ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ἐν τῷ λέγεσθαί μοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν· Ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου; Ἐν τῷ ὀνειδίζειν μοι τοὺς Βαβυλωνίους τοῦ Θεοῦ μου ἀσθένειαν, ἐγένοντό μοι τὰ δάκρυά μου ἄρτος, οὐχ ὅτιν εἰς τροφὴν, ἀλλ' ὅσον εἰς ὄρεξιν. Ὠρεγόμην γὰρ δακρύων, ὡς ἄρτου, καὶ ἦσάν μοι ἀναγκαῖα ταῦτα, ὡς ἡ τροφὴ πᾶσιν ἀνθρώποις. Ἡ δὲ τοιαύτη ὄρεξις καὶ ἡ ἀνάγκη, οὐ μόνον ἐν ἡμέρᾳ ἦσαν, ἀλλὰ καὶ ἐν νυκτί.

Vers. 4. *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panis die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?* Dum Babylonii, inquit, Dei mei impotentiam mihi exprobrarent, lacrymæ meæ fuerunt mihi panis, non quod eis pascerer, sed quia instar panis eas desiderabam, et quia non secus mihi erant opportunæ quam esurientibus esse panes soleant: unde earum desiderio, non interdiu tantum, sed assiduis etiam noctibus detinebar.

Ταῦτα ἐμνήσθην, καὶ ἐξέχεα ἐπ' ἐμὲ τὴν ψυχήν μου. — Ταῦτα, ἀντὶ τοῦ Τοιαῦτα, φημὶ δὲ τό· Ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου; Ἐξέχεα δὲ, ἀντὶ, Ἐχαύνωσα ἐν ἐμαυτῷ τὴν ψυχήν μου, παρέλυσα τοῦ τόνου· τὸ μὲν γὰρ συνεστὸς, ἐπέρρωται· τὸ δὲ διαῤῥέον, κεχαύνωται. Χρὴ δὲ καθόλου γινώσκειν, ὡς ἡ τῶν Ἑβραίων διάλεκτος, ἀδιαφόρως, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ταῖς συντάξεσι κέχρηται, καθάπερ καὶ νῦν ἐπ' ἐμὲ εἰποῦσα, ἀντὶ τοῦ ἐν ἐμοί. Εἰ δὲ τὸ, ταῦτα ἐμνήσθην, πρὸς τὸν ἑφεξῆς στίχον ἀποδώσεις, ἕτερον νόημα ποιήσεις, ὅτι ταῦτα ἐμνήσθην, καὶ διέχυσα, τουτέστιν ἀνῆκα ἐστενοχωρημένην ἐν ἐμαυτῷ τὴν ψυχήν μου. Ταῦτα δὲ ποιεῖ, δηλαδὴ τοῦ ἑφεξῆς στίχου· φησὶ γάρ·

B Vers. 5. *Hæc recordatus sum, et effudi in me animam meam.* Hæc recordatus sum, verba illa nimirum, quæ ad me dicuntur quotidie: *Ubi est Deus tuus?* Quam ob causam *Effudi*, hoc est, Laxavi, in me ipso animam meam, et constantiam ejus omnem dissolvi. Hac autem effusionis translatione usus est Propheta, quia, quæ solidiora sunt, firmiora atque constantiora esse solent: quæ vero fluida, molliora atque laxiora. Illud in universum animadvertendum est, quod Hebræi sæpenumero verborum constructionibus indifferenter utantur, ut nunc: *Effudi*, inquit, *in me*, pro Intra me. Verum si verba hæc, *Recordatus sum*, ad sequentia referantur, alius efficietur sensus, videlicet: Hæc recordatus sum, et animam meam, antea nimirum angustiis coarctatam, *effudi*, hoc est, absolvi, et relaxavi in me ipso. Quæ autem sint hæc, quæ recordatus sum, audi.

Ὅτι διελεύσομαι ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ. (52) Ἐνεῖσθην, φησὶ, μνησθεὶς ὅτι περιπατήσω πάλιν ἐν τῷ ναῷ μέχρι τῶν ἀδύτων αὐτοῦ· σκηνὴν μὲν γὰρ θαυμαστὴν λέγει τὸν περιώνυμον τοῦ Σολομῶντος ναόν· οἶκον δὲ Θεοῦ, τὰ ἄδυτα τοῦ ναοῦ. Πρὸς δὲ τὴν δευτέραν ἐξήγησιν, τὸ ὅτι, βεβαιωτικὸν νοήσεις, ὡς προφητεύοντος τοῦ λέγοντος. Ἄλλως, σκηνὴ μὲν, ἡ ἐξ ἡμῶν ἁγία τοῦ Λόγου σάρξ· θαυμαστὴ δὲ αὐτὴ, ὡς δίχα σπορᾶς συμπαγεῖσα· οἶκος δὲ, ἡ νεκρὰ ταύτης ψυχὴ, διὰ μέσης γὰρ αὐτῆς ὁ Θεὸς ὡμίλησε τῇ σαρκί· τόπος δὲ, αὐτὸς ὁ Λόγος, ἐν ἑαυτῷ τὴν προσληφθεῖσαν φύσιν ὑποστήσας τε καὶ πηξάμενος. Διελεύσομαι οὖν, φησὶ, διὰ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ χειραγωγούμενος, ἕως τῆς ψυχῆς τοῦ προσλήμματος, φιλοσοφῶν περὶ αὐτῶν, καὶ θεωρῶν κατὰ δύναμιν· περαιτέρω δὲ προβαίνειν, οὐκέτι συγχωρηθήσομαι.

C *Quoniam pertransibo in loco tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei.* Recreatus atque anima relaxatus sum, inquit, memoria repetens, quod rursus in templo tuo deambulaturus sum, et ad illius usque adyta perventurus. Per admirabile enim tabernaculum, celeberrimum Salomonis templum intelligit, et per domum Dei, adyta ipsius templi. Quod si priorem expositionem magis probaveris, dictionem, *quoniam*, intellige hic jacere pro adverbio confirmandi, juxta Hebraici idiomatis consuetudinem, et verba versiculi prophetantis verba esse. Vel aliter: Per tabernaculum, sancta Verbi caro potest intelligi, quæ merito admirabilis dici potest, quia absque ullo semine concreta est; et per domum Dei, anima illius carnis, per quam D Deus in assumpta carne diversatus est. Locus autem tabernaculi, ipsum est Verbum Dei, per quod concreta est, et exstitit Christi caro. Pertransibo igitur, inquit, per Verbum Dei, et usque ad assumptæ carnis animam deducar: in animo meo nimirum ea examinans, et contemplans, quæ de tanto mysterio percipere potero. Ulterius enim pertransire non dabitur.

Ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως καὶ ἐξομολογήσεως ἤχου ἑορτάζοντος. Διελεύσομαι δὲ ἐν φωνῇ χαρᾶς. καὶ ἐν φωνῇ εὐχαριστίας ἤχου ἑορταστικοῦ, τουτέστιν Ἑορτάσω πάλιν, ὡς πρότερον, καὶ τῇ τοῦ νόμου λατρείᾳ χρήσομαι.

In voce exsultationis, et confessionis soni festivitatem celebrantis. Pertransibo autem in voce gaudii, et gratiarum actionis, in voce soni festivi, ac si diceret: Festivitates rursus, ut olim, Deo meo celebrabo, et solito utar cultu legis.

Variæ lectiones.

(52) Al. Ἀνείθην.

Digitized by Google

VERS. 6. *Quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me?* Quare me angis, inquit, et confundis, et quietem capere non sinis? Hæc autem verba dicere cœpit, postquam certior factus est de suo in patriam reditu.

A

Ἵνατί περίλυπος εἶ, ἡ ψυχή μου, καὶ ἵνατί συνταράσσεις με; Διατί θλίβεις, καὶ διατί συγχεῖς με, καὶ οὐκ ἐᾷς ἡρεμεῖν; Ταῦτα δὲ ἔλεγε, πληροφορίαν περὶ τῆς ἐπανόδου δεξάμενος.

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi. Quoniam gratias illi agam, ubi nimirum in patriam rediero.

Ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεόν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ. Ὅτι εὐχαριστήσω αὐτῷ, ἐπανελθὼν δηλαδή.

Salutare vultus mei, et Deus meus. Cum futura et a se prævisa Dei beneficia in animo revolveret, summa cum delectatione illum circumloquendo, invocavit, dicens: O salus mea, et o Deus meus.

Σωτήριον τοῦ προσώπου μου, καὶ ὁ Θεός μου. Τῆς ὕστερον εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ μνησθείς, ἡδέως ἐπικαλεῖται αὐτὸν, λέγων· Ὦ σωτηρία μου, περιφραστικῶς, καὶ ὦ ὁ Θεός μου.

Ad me ipsum conturbata est anima mea. — Ad me ipsum, hoc est, In me ipso, nemine alio exterius mœrorem hunc meum sciente. *Conturbata est* autem, recogitans nimirum peccata ob quæ in inimicorum manus traditi sumus, vel moram ac tarditatem recogitans reditus nostri in patriam.

B

Πρὸς ἐμαυτὸν ἡ ψυχή μου ἐταράχθη. — Πρὸς ἐμαυτὸν, ἀντὶ τοῦ, Ἐν ἐμαυτῷ, μηδενὸς τῶν ἔξωθεν συνειδότος μοι τὴν τοιαύτην λύπην. *Ἐταράχθη* δὲ, ἀναλογιζομένη τὰς ἁμαρτίας, δι' ἃς παρεδόθημεν τοῖς ἐχθροῖς· ἢ τὴν βραδύτητα τῆς ἐπανόδου.

Propterea memor ero tui de terra Jordanis, et Hermoniim a monte modico. Propterea, inquit, afflictus memor ero tui, hoc est, recordabor studii, et curæ tuæ, quam habuisti circa nos, et præcipue ob illa bona, quibus in terra promissionis te auctore fruebamur. Per Jordanem enim et per proximum illi montem, qui et Hermoniim, et Hermon dicitur, totam Judæam significavit. Addidit etiam privatam montis illius qualitatem, quod scilicet *parvus est.*

Διὰ τοῦτο μνησθήσομαί σου ἐκ τῆς Ἰορδάνου, καὶ Ἑρμονιείμ, ἀπὸ ὄρους μικροῦ. Διὰ τοῦτο νῦν θλιβόμενος, μνησθήσομαί σου, τουτέστι, μνημονεύσω τῆς περὶ ἡμᾶς κηδεμονίας σου, ἀφ' ὧν ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας ἀπηλαύσαμεν ἀγαθῶν. Διὰ γὰρ τοῦ Ἰορδάνου καὶ τοῦ πλησιάζοντος αὐτῷ ὄρους, ὃ καὶ Ἑρμονιείμ καλεῖται καὶ Ἑρμών, ὅλην τὴν Ἰουδαίαν ἐδήλωσεν. Προσέθηκε δὲ καὶ ἰδιότητα τοῦ ὄρους, ὅτι *τοῦ μικροῦ.*

C

VERS. 8. *Abyssus abyssum invocat in vocem cataractarum tuarum.* Antiquorum Dei beneficiorum memor, deplorat, quod in præsentia ab eo derelictus videatur, per abyssum, vastum intelligens calamitatum pelagus, in quo tunc se constitutum videbat. Profunda, inquit, ac vasta calamitas, vastiorem aliam semper vocat calamitatem, ad vocem cataractarum, hoc est, collisorum tuorum. Adeo enim alternæ, ac frequentes calamitates confractos, ac collisos nos servos tuos adoriuntur, ut mutuo sese adhortari videantur: et adeo nos affligunt, et pungunt ut, præ nimio dolore ad clamorem etiam nos provocent. Dictio autem *cataractarum*, Græca est et idem hic significat, ut diximus, quod, collisorum aut confractorum. [Est enim verbale nomen, et descendit a verbo καταράσσω quod est collido, aut confringo.] Et licet proprie hoc verbale nomen καταράκτης active sit significationis, hic tamen ponitur in passiva. Quod si in activa significatione dictionem sumas, littera legenda est, *In vocem confractorum*, hoc est, collidentium, seu confringentium tuorum; et tunc expone totum versiculum hec pacto: Immensitas peccatorum nostrorum, immensitatem invocat misericordiarum tuarum: atque hoc ad vocem prædicatorum Evangelii, hoc est, apostolorum. Sunt enim apostoli validissimi quidam confractores, omnem nimirum diabolicam elationem confriugentes. Quod si textum legas prout etiam legi potest: *In vocem cataractarum tuarum*, potes juxta altiorem anagogen intelligere, quod abyssus, et abyssus, Vetus et Novum Testamentum significent, ob profunditatem nimirum occultorum sensuum: et dicere, quod Novum, Antiquum invocat Testamentum, in vocem cataractarum tuarum, hoc est, per vocem prophetarum tuorum. Dicuntur enim merito pro-

D

Ἄβυσσος ἄβυσσον ἐπικαλεῖται εἰς φωνὴν τῶν καταῤῥακτῶν σου. Τῆς εὐεργεσίας μνησθεὶς, ἐκτραγῳδεῖ καὶ τὴν ἐκγατάλειψιν, ἄβυσσον καλῶν τὸ βάθος τῶν συμφορῶν. Βαθεῖα θλῖψις, φησὶν, βαθεῖαν θλῖψιν ἐκκαλεῖται εἰς βοὴν τῶν κατεῤῥαγμένων σου· τουτέστιν οὕτως ἀλλεπαλλήλως ἡμῖν τοῖς κατεῤῥαγμένοις δούλοις σου ἐπίασιν, ὡς δοκεῖν ἀλλήλαις ἐγκελεύεσθαι· καὶ τοσοῦτον δάκνουσιν, ὡς βοᾷν ἡμᾶς ὑπὸ τῆς ὀδύνης. Καταῤῥακτῶν δὲ, ἀντὶ τοῦ κατεῤῥαγμένων, ἐνεργητικὸν ἀντὶ παθητικοῦ. Καὶ ἄλλως· Τὸ ἄμετρον τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν, τὸ ἄμετρον τῶν σῶν ἐπικαλεῖται οἰκτιρμῶν· ὥστε τὴν φωνὴν τῶν ἀποστολικῶν κηρυγμάτων ἀκουσθῆναι. Καταῤῥάκται γὰρ, καὶ οἱ ἀπόστολοι, καταῤῥάσσοντες πᾶσαν ἔπαρσιν διαβολικήν. Νοεῖται δὲ ἀγαγωγικώτερον ἄβυσσος καὶ ἄβυσσος ἡ Παλαιὰ Γραφὴ, καὶ ἡ Νέα, διὰ τὰ βάθη τῶν ἀποκρύφων νοημάτων. Ἡ νέα γοῦν ἐπικαλεῖται τὴν Παλαιὰν, διὰ τὴν φωνὴν τῶν προφητῶν· καὶ οὗτοι γὰρ καταῤῥάκται λέγονται, διὰ τὸ ἄνωθεν καταχεῖν τὸ ὕδωρ τῆς προφητείας. Ἐπικαλεῖται τοίνυν αὐτὴν, ὡς μάρτυρα, ἕνεκεν τοῦ δεῖξαι ὅτι οἱ προφῆται περὶ τοῦ Χριστοῦ προκατήγγειλαν.

Digitized by Google

phetæ esse quædam cataractæ, quia aquas divinæ ac supernæ prophetiæ, vehementia quadam, cataractarum instar, effundunt. Novum igitur Testamentum invocat Vetus Testamentum, in testem, ut ostendat, quod ipsi etiam prophetæ mysteria Christi prænuntiarunt.

Πάντες οἱ μετεωρισμοί σου καὶ τὰ κύματά σου, ἐπ' ἐμὲ διῆλθον. Μετεωρισμοὺς λέγει τὰς ἐπαναστάσεις τῶν συμφορῶν· ὁμοίως δὲ, καὶ κύματα. Φησὶν οὖν, ὅτι Αἱ μάστιγές σου, ἐπάνω μου ἐδάδισαν. *Πάντες* δὲ εἶπε, διὰ τὸ πολυειδὲς αὐτῶν. A

Ἡμέρας ἐντελεῖται τὸ ἔλεος αὐτοῦ. — *Ἡμέρας*, ἀντὶ τοῦ, Ἐν ἡμέρᾳ, τουτέστιν φανερῶς. Φῶς γὰρ ἡ ἡμέρα. *Ἐντελεῖται* δὲ ἀντὶ τοῦ, ἀποστελῇ· ὁ γὰρ ἀποστέλλων, ἐντέλλεται· ἢ καὶ προστάξει τὸ παρ' αὐτοῦ ἔλεος. Προαγορεύει δὲ νῦν ὁ λόγος, ὅτι δήλη πᾶσιν ἡ ἀνάκλησις αὐτῶν γενήσεται.

Καὶ νυκτὸς ᾠδὴ αὐτοῦ παρ' ἐμοί. Ἐν νυκτὶ δὲ, παρ' ὅλην μου τὴν αἰχμαλωσίαν ὅσῳ αὐτῷ, τότε ἀδείας ἐπιλαβόμενος· ἐν ἡμέρᾳ γὰρ, οὐκ ἄγω σχολὴν, δουλεύων τοῖς δεσπόταις, καὶ μὴ λαμβάνων καιρόν. B

Προσευχὴ τῷ Θεῷ τῆς ζωῆς μου. Καὶ οὐ μόνον ᾠδὴ αὐτοῦ παρ' ἐμοὶ ἔσται, ἀλλὰ καὶ προσευχή· ᾠδὴ μὲν, ἐπ' εὐχαριστίᾳ τῆς εὐκαίρου ἀπολυτρώσεως· προσευχὴ δὲ, ἐφ' ἱκεσίᾳ τοῦ ταχῦναι τὴν ἐλευθερίαν. *Τῷ Θεῷ τῆς ζωῆς μου*, ἀντὶ τοῦ, Τῷ ζωοδότῃ μου, ὡς τὸ, *Ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου*, ἀντὶ τοῦ, Ὁ Σωτήρ μου.

Ἐρῶ τῷ Θεῷ· Ἀντιλήπτωρ μου εἶ· διατί μου ἐπελάθου; καὶ διατί σκυθρωπάζων πορεύομαι ἐν τῷ ἐκθλίβειν τὸν ἐχθρόν μου; Ἐπιλελῆσθαι δοκεῖ, διὰ τὸ ἐγκαταλελεῖφθαι ἔτι παρὰ τοῖς ἐχθροῖς, καὶ ἐν τῷ οὕτως ἐκθλίβεσθαι οἷα εἰκὸς τοὺς ἐν αἰχμαλωσίᾳ κακοπαθοῦντας. C

Ἐν τῷ καταθλᾶσθαι τὰ ὀστᾶ μου, ὠνείδιζόν με οἱ ἐχθροί μου, ἐν τῷ λέγειν αὐτούς μοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν· Ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου; Συντριβομένων τῶν ὀστῶν μου τῷ ἄχθει τῶν φόρτων, ἢ καὶ ταῖς ῥάβδοις· καὶ καταπονουμένης ἐν ἐμοὶ δυνάμεως (ἣν ἐδήλωσε διὰ τῶν ὀστῶν), ἐπετώθαζον οἱ ἐχθροί μου ἐν τῷ λέγειν ἀεὶ, *Ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου*, ἵνα ἐξέληταί σε;

Ἵνατί περίλυπος εἶ, ἡ ψυχή μου, καὶ ἵνατί συνταράσσεις με; Ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεόν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ· σωτήριον τοῦ προσώπου μου, καὶ ὁ Θεός μου. Ἐπανίλαβε τὰ προειρημένα περὶ ὧν ἀνωτέρω διελάβομεν· ἐπανέλαβε δὲ ταῦτα, θάρσους ἑαυτὸν ἐμπιπλῶν, καὶ ὑπομονῆς. Ἁρμόζει δὲ καὶ τοῦ παρόντος ψαλμοῦ καὶ παντὶ κατὰ Θεὸν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ κακοπαθήσαντι, καὶ ἐπιποθοῦντι τὴν πρὸς ἀνάλυσιν καὶ ἐπάνοδον, ὃς ὀνειδίζοντας νοήσει οὐ μόνον τοὺς δαίμονας, ἀλλὰ καὶ τοὺς βαρβάρους ἐχθρούς· γῆν δὲ Ἰορδάνου, τὴν κατωτάτην ὅσον πρὸς οὐρανόν· Ἰορδάνης γὰρ ἑρμηνεύεται γῆ κατωτάτη· Ἑρμωνιεὶμ, τόπος λύπης· καὶ τὰ λοιπὰ δὲ, καταλλήλως ἀποδώσει.

Omnes sublevationes tuæ, et fructus tui super me transierunt. Per sublevationes, et per fluctus, tentationum ac calamitatum incursus intelligit. Ait igitur : Omnia flagella tua fecerunt iter super me. *Omnes* autem dixit, propter earum multiplicitatem.

Vers. 9. *Die mandabit Dominus misericordiam suam. Die*, hoc est, in die, pro, manifeste et palam. *Mandabit* autem, hoc est, mittet. Jubere enim ac mandare videtur qui mittit; vel, ordinabit, et disponet misericordiam suam. Sermo vero hic prædicit, quemadmodum revocatio eorum in patriam omnibus fiet manifesta.

Et nocte canticum ejus apud me. Per totum hoc captivitatis tempus, noctuque, quando tuto magis id facere possum, canam Deo meo. In die enim otium mihi nullum datur, cum dominis serviam, et opportuno caream tempore.

Oratio Deo vitæ meæ. Non modo illius canticum erit apud me, sed etiam oratio ; canticum quidem in gratiarum actionem pro opportuna et jamdiu exspectata liberatione, oratio vero ad acceleratione nem hujus liberationis. Et quod ait : *Deo vitæ meæ*, expone, id est, Deo datori vitæ, ut illud : *Deus salutis meæ* [33], id est, Salvator meus.

Vers. 10. *Dicam Deo : Adjutor meus es, quare oblitus es mei, et quare contristatus incedo dum affligit me inimicus ?* Oblitus esse videbatur Deus Judæorum, quia jam diu in inimicorum potestate ab eo relicti fuerant, ubi affligebantur, quemadmodum verisimile est eos affligi, qui in captivitate constituti sunt.

Vers. 11. *Dum confringuntur ossa mea, exprobraverunt mihi inimici mei, dum dicunt mihi per singulos dies : Ubi est Deus tuus ?* Contritis nimirum ossibus meis ob tam grave onus servitutis, vel ob verbera, et plagas, quæ assiduo mihi a Babyloniis infliguntur. Vel Fatigatus sum, ac debilitatus viribus meis. Per ossa enim vires intelligit. Cum itaque hoc pacto me haberem, irridebant me inimici mei, illud mihi semper objicientes : *Ubi est Deus tuus*, qui te eripiat et liberet?

Vers. 12. *Quare tristis es anima mea, et quare conturbas me ? spera in Deo quoniam confitebor illi, salutare vultus mei, et Deus meus.* Repetit quæ jam superius dixerat, quod facit ut fiducia sese ac patientia muniret. Congruit etiam hic psalmus pio cuilibet ac religioso viro, qui multas calamitates in præsenti vita passus sit, quique dissolvi [cum Paulo] optet, et redire ad Deum [34]. Et tunc per exprobrantes, non ipsos tantum dæmones, sed inimicos etiam intelliges, et per terram Jordanis, inferiorem terram hanc nostram, quæ comparatione, cœlesti longe est inferior. Jordanis namque interpretatur *terra inferior* ; Hermoniim vero *locus doloris*, et alia juxta hunc sensum consequenter exponet.

[33] Psal. xxxvii, 23. [34] Philipp. i, 23.

Digitized by Google

Psalmus ipsi David qui apud Hebræos sine inscriptione habetur.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις.

PSALMUS XLII.

ΨΑΛΜΟΣ ΜΒ'.

Præsens psalmus caret inscriptione, veluti qui ejusdem est argumenti et sententiæ cum superiori psalmo, et illius quodammodo pars esse videtur. Plurimum enim cum eo congruit ; et verisimile est eumdem fuisse, qui hæc, atque illa verba protulerit. Quæ etiam simili modo ex unius tantum dicuntur persona, veluti qui totius populi causam ac effectum est, quia rarus ac pene unicus quis reperiri possit qui id faciat.

Ἀνεπίγραφός ἐστιν, ὡς τῆς αὐτῆς τῷ πρὸ αὐτοῦ τυγχάνων διανοίας· δοκεῖ γὰρ μέρος αὐτοῦ, διὰ τὸ πολλὴν ἔχειν συμφωνίαν· ὁ γοῦν τὰ ἐν ἐκείνῳ φθεγξάμενος, φθέγγεται καὶ τὰ ἐν τούτῳ. Εἷς δέ τις ἐστὶν ὁ λέγων, καὶ τὰ πάθη τοῦ γένους εἰς ἑαυτὸν ἀναδεχόμενος, διότι καὶ σπάνιος ὁ τοιοῦτος. passiones in se susceperit. Quod fortassis illa ratione

Vers. 1. *Judica mihi, Deus.* Verbum *Judica* si cum accusativo jungatur idem significat quod Condemna, juxta quod dictum legimus [25] : *Judica illos, Deus ;* si vero cum dativo [ut hic], idem erit quod, Judex esto.

Κρῖνόν μοι, ὁ Θεός. Τὸ *Κρῖνον*, εἰ μὲν αἰτιατικῇ πτώσει συνταγείη, σημαίνει κυρίως τὸ Κατάκρινον, ὡς τό· *Κρῖνον αὐτοὺς, ὁ Θεός·* εἰ δὲ δοτικῇ, τὸ, Κριτὴς γενοῦ.

Et discerne causam meam de gente non sancta. De gente, id est, Cum gente. Vel, discerne causam de gente scelesta, atque injusta, et Deum verum non colente. Intelligit autem Babylonios.

B

Καὶ δίκασον τὴν δίκην μου ἐξ ἔθνους οὐχ ὁσίου. — Ἐξ ἔθνους, ἀντὶ τοῦ, Μετὰ ἔθνους· ἢ τὴν ἐξ ἔθνους ἀνοσίου, καὶ τὰ εἰς Θεὸν ἀδίκου· τοιοῦτος γὰρ ὁ ἀνόσιος· λέγει δὲ τοὺς Βαβυλωνίους.

A viro injusto et doloso eripe me. Injustum quidem dixit, veluti iniquum, atque exlegem, dolosum vero, ut deceptorem. Similia autem fere habentur in illa trium puerorum oratione. Dedisti enim, inquiunt, nos regi injusto, et omnium quæ in terra sunt pessimo. Illud etiam adnotandum, quod singulari aliquando, et aliquando plurali seu collectivo nomine eo, accusat : quia nimirum, et privata, et communi pravitate convivebant. Tu vero per gentem, et hominem injustum et dolosum ipsos dæmones, et dæmonum principem intelliges. Nihil enim differunt ab homine perturbationibus, quippe cum, more hominum, vesano voluptatum amore corripiantur, corporeis quod afficiantur passionibus, et variis inquinentur concupiscentiis.

Ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδίκου καὶ δολίου ῥῦσαί με. Ἀδίκου μὲν, ὡς ἀνόμου· *δολίου* δὲ, ὡς ἀπατεῶνος. Δηλοῖ δὲ καὶ τοῦτο καὶ ἡ προσευχὴ τριῶν παίδων. Παρέδωκας γὰρ φησὶν, ἡμᾶς βασιλεῖ ἀδίκῳ καὶ παρανομωτάτῳ, παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν. Ποτὲ μὲν οὖν, πληθυντικῶς, ποτὲ δὲ, ἑνικῶς αὐτῶν κατηγορεῖ, διότι καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ πονηρίᾳ συνέζων. Σὺ δὲ νοήσεις ἔθνος, καὶ τοὺς δαίμονας· ὁμοίως δὲ καὶ ἄνθρωπον ἄδικον καὶ δόλιον, τὸν διάβολον, ὡς προείρηται· οὐδὲν γὰρ ἀνθρώπου διαφέρει, κατὰ τὸ ἐμπαθὲς, καὶ φιλήδονον, ὁμοίως ἀνθρώπῳ φιλοσωμάτων, καὶ τοῖς πάθεσιν ἀναφυρόμενος.

Vers. 2. *Quia tu es, Deus, fortitudo mea.* Stabilitas scilicet mea, ac vires meæ.

Ὅτι σὺ εἶ, ὁ Θεὸς, κραταίωμά μου. Στερέωσίς μου ἰσχύς μου.

Quare me repulisti ! Tradens me in captivitatem. Ego enim servus tuus sum, hi vero tibi adversantur.

Ἱνατί ἀπώσω με ; Ἐκδοὺς εἰς αἰχμαλωσίαν· σὸς μὲν γὰρ ἐγὼ δοῦλος· οὗτος δὲ, ἐχθρός σου.

Et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus ? Non accusans Deum hoc dicit, sed placans potius, ac mitigans.

Καὶ ἱνατί σκυθρωπάζων πορεύομαι, ἐν τῷ θλίβειν τὸν ἐχθρόν ; Οὐκ ἐγκαλῶν ταῦτά φησιν, ἀλλὰ δυσωπῶν.

Vers. 3. *Emitte lucem tuam, et veritatem tuam.* Juxta anagogen, per lucem et veritatem, Christum intelligit. *Ego* enim, inquit, *lux sum, veritas, et vita* [26]. Juxta historiam vero, lucem appellat protectionem, et custodiam Dei, quæ summum quoddam lætitiæ lumen secum affert, cujus splendore omnes afflictionum tenebræ dissolvuntur. Veritatem autem expone, id est, verum auxilium.

Ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου. Ἀναγωγικῶς μὲν, τὸν Χριστὸν αἰνίττεται· φησὶ γάρ· *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή·* καθ' ἱστορίαν δὲ, φῶς μὲν καλεῖ τὴν ἐπισκοπὴν, ἥτις τῷ φωτὶ τῆς χαρᾶς λύει τὸ σκότος τῆς θλίψεως· ἀλήθειαν δὲ, τὴν ἀληθινὴν βοήθειαν.

Ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua. Hoc in loco tempus positum est pro tempore, præteritum nimirum pro futuro. Tua, inquit, lux, et tua veritas, ipsa me deducent, et adducent in montem sanctum tuum Sion, et in tabernacula, hoc est, in templum

Αὐτά με ὡδήγησαν, καὶ ἤγαγόν με εἰς ὄρος ἅγιόν σου, καὶ εἰς τὰ σκηνώματά σου. Ἐνήλλακται ὁ χρόνος, ἀντὶ Ὁδηγήσουσι καὶ ἄξουσιν· *αὐτὰ* δὲ, δηλαδὴ τὸ φῶς σου καὶ ἡ ἀλήθειά σου· καὶ ὄρος μὲν ἅγιον, τὸ Σιὼν· σκηνώματα δὲ, ὁ θεῖος ναός. Ἀναγωγικῶς δὲ, ὁ Χριστὸς ὁδηγήσει καὶ ἄξει

[25] Psal. v, 11. [26] Joan. xiv, 6.

Digitized by Google

τοὺς πιστοὺς εἰς τὴν ἄνω Σιὼν, καὶ τὰ οὐράνια σκηνώματα· Ἐγὼ γάρ, φησὶν, εἰμὶ ἡ ὁδός.

A tuum. Juxta anagogem Christus, qui, ut superius diximus, lux est, et veritas, deducet et adducet fideles omnes ad supernam Sion, et ad cœlestia tabernacula. *Ego* enim *sum*, inquit, *via, veritas*, etc.

Καὶ εἰσελεύσομαι πρὸς τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ. Λατρεύσων αὐτῷ, καὶ θύσων.

Vers. 4. *Et introibo ad altare Dei.* Adorabo, inquit, Deum, et sacrificabo ei.

Πρὸς τὸν Θεὸν, τὸν εὐφραίνοντα τὴν νεότητά μου. Τοῦτο προσώπῳ φησὶ τῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ γεννηθέντων, καὶ νέων ἀναβαινόντων εἰς Ἱερουσαλήμ· εἰκὸς γὰρ τοὺς πατέρας αὐτῶν ἀποθανεῖν. Ἡ νεότητα λέγει τὴν κατὰ προαίρεσιν· ἐνέζων γὰρ ταῖς εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ λατρείαν προθυμίαις. Ἀναγωγικῶς δὲ νεότης, ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀνανέωσις, καὶ τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου ἀπέκδυσις.

Ad Deum qui lætificat juventutem meam. Hæc ex eorum persona dicta sunt, qui in captivitate nati erant, et qui modo ascendebant in Jerusalem. Verisimile enim est, eorum parentes in Babylone captivos periisse. Vel per juventutem, vigescens animi propositum intelligit. Renovabantur enim, et quodammodo juvenescebant, cum divini cultus semper magis succenderentur desiderio. Juxta anagogen, per juventutem renovatio illa intelligitur, quæ fit per baptismum, quando exuto antiquo homine, novum induimus.

Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν κιθάρᾳ, ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου. Τὴν προτέραν ἀπολήψομαι κατάστασιν, τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν διὰ τῆς κιθάρας· μετὰ ὀργάνων εὐχαριστήσω σοι· ἃ αἰχμαλωτισθέντες ἐπὶ ταῖς ἰτέαις ἐκρέμασαν, ὡς ἀργίαν ἤδη καταψηφισθέντα. Ἀναγωγικῶς δὲ κιθάρα, ἡ πρακτικὴ ἀρετὴ, ὡς ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν· τὸ δὲ, *ὁ Θεός, ὁ Θεός μου*, τὴν εἰς Θεὸν ἐμφαίνει διαπυροτάτην διάθεσιν.

B Vers. 5. *Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus.* Primum inquit, atque amœniorem vitæ meæ statum recuperabo, organisque atque instrumentis musicis, ut olim, tibi gratias agam; quæ omnia ab eo tempore quo in Babylone captivi sumus, suspendimus in salicibus; ea nimirum ratione, ut postquam nullus nos tunc musices usus decebat, ipsa instrumenta illic veluti ad otium, atque inertiam condemnata jacerent. Juxta anagogen per citharam, virtutem moralem intelligimus, quæ circa actiones versatur, ut alibi diximus. Verba autem illa: *Deus, Deus meus*, ingentem ac validum ardorem in Deum demonstrant.

Ἵνατί περίλυπος εἶ, ἡ ψυχή μου, καὶ ἵνατί συνταράσσεις με; ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ, σωτήριον τοῦ προσώπου μου, καὶ ὁ Θεός μου. Τὰ αὐτὰ πάλιν αὐτῷ πρὸς ἐπίρρωσιν ἐγκελεύεται.

Quare tristis es anima mea, et quare conturbas me? spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei, et Deus meus. Eadem rursus ipse sibi ad majorem mentis suæ confirmationem præcipit.

C

Εἰς τὸ τέλος τοῖς υἱοῖς Κορὲ εἰς σύνεσιν. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

In finem filiis Core ad intelligentiam Psalmus ipsi David.

ΨΑΛΜΟΣ ΜΓ'.

PSALMUS XLIII.

Τοιαύτη μὲν καὶ τοῦ μα' ψαλμοῦ ἐπιγραφή· προειρήκαμεν δὲ περὶ αὐτῆς ἐν ἐκείνῳ. Νῦν δὲ χρὴ τοσοῦτον εἰπεῖν, ὅτι προσώπῳ Ματαθίου τοῦ Μακκαβαίου καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ τὸν παρόντα προαναφωνεῖ ψαλμὸν ὁ Δαβίδ· οἱ καταπονηθείσης τῆς Ἰουδαίας ὑπὸ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς καὶ τῶν Μακεδόνων, καὶ ἁρπαγείσης, φυγάδες ὄντες, ἀνεθάρρησαν ὀψέ ποτε, καὶ συναγαγόντες ὅσους ἠδύναντο πρὸς ἄμυναν, παρεσκευάσθησαν τῷ Θεῷ θαρρήσαντες. Ὧν τὴν ἱστορίαν ἀκριβῶς τὰ Μακκαβαϊκὰ διδάσκουσιν Ἰωσήπου. Κατεπτηχότι δὲ τοῖς ἐκ φυγῆς συνηλεγμένοις διὰ τὴν τῶν Μακεδόνων ἀπήνειαν, προσάγουσι παραίνεσιν, ἐν εὐχῆς τύπῳ, τῇ ἀναμνήσει τῶν κατὰ τοὺς πατέρας αὐτῶν γεγενημένων τεραστίων παραθαῤῥύνοντες αὐτοὺς, καὶ εἰς τὸν πόλεμον διεγείροντες.

ctum enim et varietatem intellectualem intelligit, quemadmodum in progressu manifestius docet.

VERS. 11. *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam.* Vide quo pacto reginam hanc Ecclesiam Propheta Christo despondeat. Filiam autem Christi eamdem appellavit, quam sponsam fecit. Inter homines enim impossibile est eamdem et sponsam ejusdem viri esse et filiam, sed in Christo possibile est. Spirituali enim modo hæc fiunt; quippe cum per Evangelium in sponsam nos sibi deligat Christus, et per baptismi regenerationem eosdem adoptet in filios. Audi igitur, inquit Propheta, quæ dico, et vide: omnia illa nimirum, quæ propter te passus est Sponsus, aut quæcunque fecit admiranda, et inclina aurem tuam illius præceptis.

Et obliviscere populum tuum. Gentis tuæ, pravæ nimirum conversationis illorum et prioris vitæ.

Et domum patris tui. Et templum diaboli patris tui: *Omnis* enim, inquit, *qui fecit peccatum, e diabolo nascitur* [39]. Obliviscere etiam scelestorum sacrificiorum ac festivitatum illarum quas impie olim peragebas. Vel domum patris fortassis ideo dicit, quia gentiles olim in parentes ac progenitores sibi ascribebant fabulosos illos deos. Quid igitur ad hæc dicent Judæi? Certum enim est, quod de eorum Synagoga non loquitur Propheta, cum lege cautum esset, ut a patriis moribus non recederent.

VERS. 12. *Et concupiscet Rex decorem tuum.* Et diliget te, inquit, si feceris quæ dixi. Per decorem vero, ut diximus, animæ pulchritudinem intelligit.

Quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabis eum. Desponsare illi, inquit, et adoptare ab eo. Dominus enim tuus est, veluti creator. O immensam misericordiam et benignitatem Dei! Adorabis eum, inquit, ut serva, tametsi ille te sibi sponsam fecerit et filiam.

VERS. 13. *Et filia Tyri in muneribus.* Idola colebat Tyrus et impiissima inter omnes alias erat civitas. Prædicit igitur ipsam etiam Tyrum Christo dona allaturam esse; templorum nimirum constructiones, oblationes et reliqua quæ ad divinum pertinent cultum. Erit, inquit, in donis filia Tyri, hoc est, ipsa Tyrus. Est enim idioma Hebraicum, juxta quod et filiam Babylonis dici legimus, et filiam Sion, et alia hujusmodi multa. Filiam autem civitatem appellat, ad totius provinciæ comparationem, cujus ipsa Tyrus est pars. Similem loquendi modum invenies in fine psalmi LXXII [ibi: *Ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.*]

Vultum tuum deprecabuntur omnes divites populi.

A δὲ, τῇ ποικιλίᾳ τῶν εὐπρεπῶν ἀρετῶν. Νοητὴν γὰρ λέγει περιβολὴν καὶ ποικιλίαν, ὡς προῖὼν δὲδάξει φανερώτερον.

Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου. Ὅρα πῶς προμνηστεύεται ταύτην τῷ Χριστῷ. Θυγατέρα δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν αὐτὴν πάλιν ὀνόμαζει. Ἐπὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων, οὐκ ἔνεστι τὴν αὐτὴν εἶναι καὶ νύμφην καὶ θυγατέρα τοῦ αὐτοῦ· ἐπὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀμφότερα, πνευματικὰ γάρ· καὶ ἐνυμφεύσατο μὲν αὐτὴν, διὰ τοῦ Εὐαγγελίου· ἀνεγέννησεν δὲ, διὰ τοῦ βαπτίσματος. Ἄκουσον, φησὶν, ἃ λέγω, καὶ ἴδε ὅσα διὰ σὲ πέπονθεν ὁ νυμφίος· ἢ ὅσα πεποίηκε θαύματα· καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου. ὑπόθες αὐτὸ ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ.

B

Καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου. Τοῦ ἔθνους σου, τουτέστι, τῆς πονηρᾶς αὐτῶν πολιτείας, καὶ τῆς προτέρας διαγωγῆς.

Καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. Καὶ τοῦ ναοῦ τοῦ διαβόλου, τοῦ πατρός σου. *Πᾶς* γὰρ, φησὶν, *ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, ἐκ τοῦ διαβόλου γεγέννηται.* Ἐπιλάθου καὶ τῶν μιαρῶν θυσιῶν, καὶ τῶν ἐναγῶν ἐκείνων τελετῶν. Καὶ ἄλλως γὰρ τὰ ἔθνη πατέρας ἑαυτῶν ἐπέγραφον τοὺς μυθευομένους θεούς. Τί δ' ἂν εἴποιεν Ἰουδαῖοι πρὸς ταῦτα; Προδήλως γὰρ, οὐ τὴν αὐτῶν λέγει συναγωγὴν, οἷς μάλιστα νόμος μὴ ἀφίστασθαι τῶν πατρίων.

C

Ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. Καὶ ἀγαπήσει σε, εἰ ποιήσεις ἃ εἶπον. Κάλλος δὲ ταύτης, ἡ ψυχικὴ ὡραιότης, ὡς εἴρηται.

Ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Κύριός σου, καὶ προσκυνήσεις αὐτῷ. Νυμφεύθητι αὐτῷ, καὶ υἱοποιήθητι. Ὁ Δεσπότης σού ἐστιν, ὡς δημιουργός. Ὦ τῆς ἀπείρου συγκαταβάσεως καὶ φιλανθρωπίας! Καὶ προσκυνήσεις αὐτῷ δουλικῶς, εἰ καὶ νύμφην καὶ θυγατέρα σε πεποίηκε.

Καὶ θυγάτηρ Τύρου ἐν δώροις. Κατείδωλος ἦν ἡ Τύρος, καὶ δυσσεβεστάτη μάλιστα τῶν πόλεων ἁπάντων. Προφητεύει γοῦν, ὅτι καὶ αὐτὴ δωροφορήσει τῷ Χριστῷ ναῶν οἰκοδομὰς, καὶ ἀναθήματα, καὶ D τὴν ἄλλην λατρείαν. Ἔσται, φησὶν, ἐν δώροις. *Θυγάτηρ* δὲ *Τύρου*, ἀντὶ τοῦ, ἡ Θυγάτηρ Τύρος· ἰδίωμα γὰρ καὶ τοῦτο Ἑβραϊκόν· οὕτω γὰρ καὶ τὸ, *Θυγάτηρ Βαβυλῶνος*, καὶ εἴ τι τοιοῦτον. Θυγατέρα δὲ καλοῦσι τὴν πόλιν, ὡς πρὸς τὴν ὅλην χώραν, ἧς αὕτη μέρος ἐστί. Περὶ τοῦ ἰδιώματος τούτου ζητῶν, εὑρήσεις καὶ (61) εἰς τὸν οβ' ψαλμὸν, ἐν τῷ τέλει.

Τὸ πρόσωπόν σου λιτανεύσουσιν πάντες οἱ

[39] Joan. VIII, 34.

Variæ lectiones.

(61) Al Ζήτει περὶ τοῦ ἰδιώματος τούτου, ἐν τῷ οβ' ψαλμῷ, ἐν τῷ τέλει.

Digitized by Google

πλεύσια τοῦ λαοῦ. Πρόσωπον ἐντεῦθεν τὴν κεφαλὴν καλεῖ· κεφαλὴ δὲ τῆς συναγωγῆς τῶν πιστῶν, ὁ Χριστὸς, ὃν λιτανεύσουσι, τουτέστιν, ἱκετεύσουσιν, ἢ τιμήσουσιν, ὡς Θεοδοτίων εἶπεν, βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνες· εἰ δὲ οὕτω, πολλῷ μᾶλλον οἱ ὑπήκοοι. Ἢ καὶ πρόσωπον τῆς Ἐκκλησίας, οἱ ἱερεῖς, οὓς τιμῶσι καὶ αὐτοὶ βασιλεῖς, ὡς πρεσβευτὰς Θεοῦ.

A Per vultum seu [si ita mavis reddi] per faciem, ipsam caput intelligit. Caput autem congregationis, atque Ecclesiæ fidelium, Christus est, quem deprecabuntur, hoc est, cui supplicationes ferent, vel, quem honorabunt (ut reddit Theodotio) reges et duces. Quod si principes eum honorabunt, multo magis etiam populi eis subditi. Et aliter : Vultus, seu (ut diximus) facies Ecclesiæ, sacerdotes dici possunt, quos ipsi etiam reges honorabunt, tanquam intercessores suos ad Deum.

Πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔνδοξον. Ἵνα μὴ νομίσῃ τις, ὅτι περὶ αἰσθητῶν εἴρηκεν ἐπίσης περιβλημάτων, ἢ κάλλους, μεθιστᾷ τὴν τῶν ἀκροατῶν ἐπὶ τὰ νοήματα, λέγων· ὅτι πᾶσα ἡ ὡραιότης, καὶ ἡ εὐπρέπεια, καὶ ὁ κόσμος αὐτῆς, ἐν τῇ ψυχῇ αὐτῆς ἐστι. (62) Τὸ λογικὸν γὰρ κάλλος, καὶ τὴν ἐξ ἀρετῶν στολὴν ὁ Θεὸς ἀποδέχεται.

B Vers. 14. *Omnis gloria filiæ Regis ab intus.* Ne fortasse aliquis existimaret, quod Propheta in præcedentibus de vestimentis ac pulchritudine corporis loqueretur, auditorum mentes nunc erigit, ut non sensibilia hic a se tradi putent, sed intellectualia quædam et spiritu plena, dum dicit quod omnis decor, elegantia atque ornatus reginæ est in ejus anima. Rationalem enim pulchritudinem Deus diligit, ornatumque et stolam non auro, sed virtute insignem.

Ἐν προσωπείοις περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. Ἄνω μὲν εἶπεν ἐν ἱματισμῷ· ἐντεῦθεν δὲ, ἐν προσωπείοις, τουτέστι ζώναις· τινὲς γὰρ, σφιγκτῆρσιν ἐκδεδώκασιν, ὧν ἀπαιωροῦνται κροσσοί. Ζώνην δὲ νοήσεις τὴν σωφροσύνην, συσφίγγουσαν τὸ ἐπιθυμητικὸν μέρος, ἧς ἀπαιωροῦνται ἀρεταὶ πολλαί· ὁ γὰρ χαλινώσας τὴν ἐπιθυμίαν, κατορθώσει πολλά. Ἄλλοι τὸ, Ἐν προσωπείοις, Ἐν προσοψίοις εἶπον, κρεττοῦς λέγοντες τὰς διαφορὰς τῶν ἀρετῶν, ἢ τὰς διαφορὰς τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων.

In fimbriis aureis circumamicta varietate. Superius quidem dixit *in vestitu*, modo autem *in fimbriis*, hoc est, in zonis. Unde aliqui *in cingulis* transtulerunt, a quibus fimbriæ quædam dependent. Per zonam vero, temperantiam aut modestiam intelliges, quæ concupiscibilem animæ partem coercet, a qua multæ aliæ dependent virtutes. Nam qui concupiscentiam temperantiæ zona refrenaverit, præclara alia etiam multa peraget. Alii vero per fimbrias simpliciter, multiplicem virtutum, aut spiritualium donorum varietatem intelligunt.

C

Ἀπενεχθήσονται τῷ βασιλεῖ παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς. Προφητεύει ὅτι οὐχ ἅμα τῷ συστῆναι τὴν συναγωγὴν τῶν πιστῶν ἡ παρθενία πολιτευθήσεται, ἀλλ' ὀπίσω ταύτης, τουτέστιν ὕστερον· μετὰ γὰρ τὸ παγιωθῆναι τὴν Ἐκκλησίαν, ἀπηνέχθησαν τῷ Χριστῷ διὰ τῆς τῶν ἀποστόλων διδασκαλίας παρθένοι. Ἄλλως δέ φησιν, ὅτι θυγάτηρ καὶ νύμφη μέν ἐστι πᾶσα ψυχὴ, διὰ τελειότητος οἰκειωθεῖσα Θεῷ· παρθένος δὲ, ἡ καθαρεύουσα μὲν τῶν παθῶν, ἔτι δὲ ἀτελής· ἥτις ἁπάγεται τῷ Θεῷ, δευτέρα οὖσα τῆς τελειοτέρας (63).

Vers. 15. *Adducentur Regi virgines post eam.* Virginitatem quidem introducendam prædicit, sed non statim ab initio congregationis fidelium, atque ideo dicit : *Post eam*, hoc est, aliquanto post tempore. Verum ubi stabilita est Ecclesia, multæ virgines per apostolorum doctrinam Christo allatæ sunt. Quidam per sponsam et filiam, omnem animam intelligunt, quæ summa benevolentia familiaritate Christo conjuncta sit, ac majori prædita perfectione. Per virginem vero, illam quæ ab affectibus quidem carnis munda sit, sed integram perfectionem nondum consecuta ; atque ideo hæc post sponsam et filiam, hoc est, post perfectiorem, secunda Deo adducitur.

Αἱ πλησίον αὐτῆς ἐπενεχθήσονται. Αἱ καὶ βίῳ καὶ δόγμασιν ἐγγίζουσαι τῇ νύμφῃ καὶ θυγατρὶ, καὶ μικρὸν ταύτης ἀπολειπόμεναι.

D *Proximæ ejus adducentur tibi.* Illæ nimirum, quæ moribus et sapientia proximæ sunt, quæque a sponsa regis filia non longo disseparantur intervallo.

Ἐπενεχθήσονται ἐν εὐφροσύνῃ. καὶ ἀγαλλιάσεται. Φησὶν ὁ ἀπόστολος Παῦλος· Θλῖψιν τῇ σαρκὶ ἕξουσιν αἱ γαμούμεναι, δηλαδὴ μεριμνῶσαι περὶ τοῦ ἀνδρὸς, περὶ τέκνων, περὶ οἰκετῶν, περὶ τῆς οἰκίας, καὶ τῶν τοιούτων· ὧν τῆς φροντίδος ἡ παρ-

Vers. 16. *Adducentur in lætitia et exsultatione.* Docuit enim nos Paulus[88.89], quod mulieres quæ matrimonium virginitati præponentes nupserint, afflictionem habituræ sunt, sollicitæ nimirum de viro, de liberis, de servis, de domo, deque tota re familiari :

[88.89] I Cor. VII, 28 seqq.

Variæ lectiones.

(62) Al. Ψυχικόν.

(63) Al. Ἀναγωγικῶς δέ· Ὅσαι ἂν τὴν παρθενίαν ἀγαπήσωσιν, μιμοῦνται τρόπον τινὰ τὴν θεοτόκον, κατακολουθοῦσαι δηλαδὴ αὐτῇ διὰ τῆς μιμήσεως· ὥστε κατ' αὐτὸ δὴ τὸ παρθενεύειν, εἶεν ἂν μητέρες Χριστοῦ. Φησὶ γὰρ ὁ ἐν Θεολογίαις μέγας Γρηγόριος· Χριστὸς ἐκ Παρθένου· γυναῖκες, παρθενεύετε, ἵνα Χριστοῦ γένησθε μητέρες.

Digitized by Google

quibus sollicitudinibus hæ virgines immunes sunt, cum ad unicum et cœlestem Sponsum solum spectantes, spiritualiter oblectentur,

Ducentur in templum Regis. Vel quia virginum ordines in Ecclesia statuentur : vel per templum, cœlestem regiam intelligit, ad quam virgines adducentur ab angelis.

VERS. 17. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii.* Hæc ad Ecclesiam fidelium dicta sunt : quam quia jusserat Propheta a patria domo discedere, consolatur nunc dicens, quod filii ejus, fideles nimirum, qui per baptismum regenerandi erant, nascentur loco parentum ejus, atque in eorum sufficientur dignitatem ; episcopique ac custodes hominum, et Ecclesiarum præsides in toto orbe constituentur : quod in sequentibus etiam magis explicat dicens :

Constitues eos principes super omnem terram. Ad Christum sermonem habet, cujus parentes seu patres ex materno genere, Abraham fuit, ac cæteri patriarchæ et prophetæ ; filii vero apostoli ,quod in dignitatem parentum Christi suffecti sunt ; effecti nimirum et ipsi patriarchæ, ac plurimarum gentium patres, quos per baptismum sibi genuerunt : qui etiam digni habiti sunt, ut spiritus gratiam reciperent, utque veluti eximii quidam duces in universum orbem terrarum mitterentur. *Euntes* enim, inquit, *docete omnes gentes* [88] ; nec tantummodo dum viverent principatum hunc retinuerunt, sed etiam post mortem. Eorum enim præceptis ac monitis, ubique gentium fideles obtemperant, atque ab eis diriguntur. Ostendant itaque Judæi, quinam eorum filii imperaverint aliquando toti terræ : cum ipsi potius universo nunc orbi serviant.

VERS. 18. *Memor ero nominis tui in omni generatione et generatione.* Hoc ex persona Ecclesiæ dictum est, postquam tam præclaris donis digna est habita. Repetitio autem illa generationis, perpetuam prolem ac successionem significat ; et sane semper Christi memor fuit Ecclesia, cujus nomine insignita mirum in modum gloriatur.

Propterea populi confitebuntur tibi in sæculum. Quoniam tanta in me providentia ac studio usus es, fidelium populi dum vivent gratias tibi agent innumeras.

Et in sæculum sæculi. Non in præsenti tantum sæculo, sed etiam in futuro, quod sæculum sæculi dicitur, quasi nobilius sit et nullo fine concludatur.

In finem pro filiis Core pro occultis.

PSALMUS XLV.

In finem quidem dictum est, quia prophetiæ quæ

[88] Matth. xxviii, 18.

θενος ἀπαλλαγεῖσα, καὶ πρὸς μόνον τὸν νοητὸν ὁρῶσα νυμφίον, χαίρει πνευματικῶς.

Ἀχθήσονται εἰς ναὸν βασιλέως. Ἢ ὅτι καὶ παρθένων τάγματα τῷ κλήρῳ τῆς Ἐκκλησίας ἀφορισθήσεται · ἢ ναὸν, τὸν ἐπουράνιον, καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ βασίλεια, εἰς ἃ παρὰ τῶν ἀγγέλων ἀχθήσονται.

Ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγεννήθησαν οἱ υἱοί σου. Τοῦτο πρὸς τὴν συναγωγὴν τῶν πιστῶν εἴρηκεν · ἐπειδὴ γὰρ ἐκέλευσεν αὐτὴν ἀποστῆναι τοῦ πατρῴου οἴκου, παραμυθεῖται ταύτην, ὅτι τέκνα αὐτῆς, ἤγουν οἱ πιστεύσαντες καὶ ἀναγεννηθέντες διὰ τοῦ βαπτίσματος, γενήσονται ἀντὶ τῶν πατέρων αὐτῆς, ὅσον εἰς προστασίαν · κατέστησαν γὰρ ἐπίσκοποι καὶ προστάται τῶν κατὰ τόπους Ἐκκλησιῶν, ὃ καὶ διὰ τῶν ἑξῆς ἐδήλωσεν, εἰπών ·

Καταστήσει αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Ἢ καὶ πρὸς τὸν Χριστὸν ὁ λόγος, οὗ πατέρες μὲν, ὅσον ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, Ἀβραὰμ καὶ οἱ λοιποὶ πατριάρχαι καὶ προφῆται · υἱοὶ δὲ, οἱ ἀπόστολοι, οἵτινες ἐπανέδησαν εἰς τὸ ἀξίωμα τῶν πατέρων αὐτοῦ, πατριάρχαι τε γενόμενοι, ἐν τῷ γεννῆσαι διὰ τοῦ βαπτίσματος πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀξιωθέντες τοῦ πνευματικοῦ χαρίσματος. Ἀλλὰ καὶ ἀπεστάλησαν ἄρχοντες παρ' αὐτοῦ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν. *Πορευθέντες* γὰρ, φησὶ, *μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη.* Οὐ μόνον δὲ ζῶντες ἦρξαν, ἀλλὰ καὶ μετὰ θάνατον · πάντες γὰρ οἱ πιστοὶ, πανταχοῦ τοῖς νόμοις αὐτῶν καὶ ταῖς παραγγελίαις πείθονται, καὶ ἰθύνονται. Δειξάτωσαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, τίνες υἱοὶ αὐτῶν ἦρξαν πάσης τῆς γῆς · (64) ἢ μᾶλλον πάσῃ τῇ γῇ δουλεύουσι.

Μνησθήσομαι τοῦ ὀνόματός σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ. Τοῦτο ἡ Ἐκκλησία, φησὶ, τοιούτων ἀξιωθεῖσα · ἡ ἀναδίπλωσις δὲ τῆς γενεᾶς, τὴν εἰς ἀεὶ διαδοχὴν σημαίνει. Καὶ μὴν καὶ μεμνήσκεται ἀεὶ τοῦ Χριστοῦ · (65) ἐπεὶ καὶ ἀπ' αὐτοῦ, Χριστιανὴ κέκληται.

Διὰ τοῦτο ἐξομολογήσονταί σοι εἰς τὸν αἰῶνα. Διότι τοσαύτης με προμηθείας ἠξίωσας, πλήθη πιστῶν εὐχαριστήσουσί σοι, πάρ' ὅλον τὸν ἀνθρώπινον βίον.

Καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Καὶ οὐκ εἰς τὸν τοῦ παρόντος κόσμου αἰῶνα μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν τοῦ μέλλοντος · οὗτος γὰρ αἰῶνος αἰὼν, ὡς τιμιώτερον καὶ ἀπέραντον.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορέ, ὑπὲρ τῶν κρυφίων.

ΨΑΛΜΟΣ ΜΕ'.

Εἰς τὸ τέλος μὲν, ὅτι πρὸς τέλος ὁρῶσιν αἱ ἐν

Variæ lectiones.

(64) Ἰσ. οἱ.
(65) Al. Ἐπεὶ καὶ ἀπ' αὐτοῦ Χριστιανοὶ κέκληνται.

Digitized by Google

τούτῳ προφητεύει· προαγορεύει δὲ τὰς κατὰ τῆς A hic continuatur ad finem usque tendebant. Prædicit autem hic psalmus futuros adversus Ecclesiam insultus : qui mox ab evangelicæ prædicationis initio conclamati erant. Ipsius etiam Ecclesiæ patientiam et pacem donum secutum. Unde non immerito post præcedentem psalmum collocatur. Ille enim Ecclesiæ vocationem continet, hic autem ea quæ post vocationem subsecuta sunt. In aliquibus autem veteribus exemplaribus inscriptum est : *Filiis Core* : absque illa dictione *pro* ; verum putat id effectum esse scripturis incuria, a quo errore in cæteris emanavit. Possumus etiam exponere prapositionem *pro*, loco prapositionis *per*, ut sit sensus, quod per *Filios Core* decantatus est hic psalmus, tamen a David compositus. Aiunt enim prapositionem hanc apud Hebræos in utraque parte significationis. Quod vero ait : *Pro occultis*, expone, id est, *de occultis*. Multis enim occulta, hoc est, obscura atque ignota sunt, quæ in hoc psalmo continentur, efferuntur autem hujus psalmi verba ex apostolorum seu martyrum persona.

Ἐκλογῆς· ἐν ἀρχῇ τοῦ κηρύγματος ἐπανιστάμενοι τῶν εὐρόντων, καὶ τὴν παύσης ὑπομονήν, καὶ τὴν ἐφεξῆς εἰρήνην. Διὸ καὶ μετὰ τὸν προλαβόντα ἑκείνος τέτακται· ἐκείνος μὲν γὰρ, τὴν κλῆσιν αὐτῆς παρέχει· οὗτος δὲ, τὰ μετὰ τὴν κλῆσιν. Ἐν τισὶ δὲ τῶν ἀρχαίων ἀντιγράφων, οὐχ Ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορέ, ἀλλὰ Τοῖς υἱοῖς Κορέ, ἐπιγέγραπται. Καὶ δῆλον, ὡς λέξει τοῦτο τοῦ κατ' ἀρχὰς μεταγράφοντος, ἀφ' οὗ τινες διέβαλον καὶ πρὸς τοὺς βλάπτους. Δυνήσεται δὲ καὶ οὗτος ἑρμηνεῦσαι τὴν ἐπιγραφὴν, τὴν ἀντὶ πρόθεσιν ἀντὶ τῆς διὰ λαμβάνοντας· οἷον, Διὰ τῶν υἱῶν Κορέ. Ἐπιτηδὲ μὲν γὰρ τῷ Ἑβραΐδι, ἐμπλεκόμενον δὲ, διὰ τῶν υἱῶν Κορέ· φασὶ γὰρ τὴν Ἑβραϊκὴν λέξιν καὶ τὸ, διὰ τῶν υἱῶν, καὶ τὸ, Ὑπὲρ τῶν υἱῶν ἁπλοῦς σημαίνειν. Ὑπὲρ τῶν κρυφίων B ἐστὶ, ἀντὶ τοῦ Περὶ τῶν κεκρυμμένων καὶ ἀοράτων· ἀπιγραπτέον γὰρ ἐν τούτῳ τὰ πολλά. Εἴρηται δὲ προσώπῳ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν μαρτύρων.

Vers. 2. *Deus noster refugium et virtus.* Christum in quem credimus, et refugium nobis est, quoties ab inimicis fugamur, et virtus etiam, hoc est, robur nos potestas, quoties impetum illorum sustinendo resistimus. Ipse enim et tentationem fugere nos jussit, et invictibus in nos inimicis, per patientiam resistere, ne ab illis superemur.

Βοηθὸς ἐν θλίψεσι ταῖς εἰρούσαις ἡμᾶς σφόδρα. Τὸ Σφόδρα, κρὶς τὸ, Βοηθὸς, ἐκδέδωκεν ὁ Χρυσόστομος. Σαφὲς δὲ, ὅτι αἱ θλίψεις εὐρίσκουσι τοὺς κατὰ Θεὸν ζῶντας, κατεβαίκουσι αὐτοὺς, τοῦ Θεοῦ παραχωροῦντος, ἵνα γυμνασθέντες, δοκιμώτεροι γένωνται. Ἡ θλῖψις γὰρ, φησὶν, ὑπομονὴν κατεργάζεται· ἡ δὲ ὑπομονὴ, δοκιμήν. Ὁ γὰρ Θεὸς οὐ κωλύει μὲν τοὺς πειρασμοὺς, διὰ τὴν ῥηθεῖσαν αἰτίαν· ἐπιόντων δὲ, παρίστησι βοηθός. C

Adjutor in tribulationibus quæ invenerunt nos valde. Dictionem *Valde*, Chrysostomus referendam esse dicit ad dictionem *Adjutor*. Illud nunc considera, docente te Propheta nostro, quod afflictiones et calamitates invenire eos homines solent, qui vivunt secundum Deum : quodque permittente sic Deo, eos persequuntur, ut exercitationes probatiores fiant. *Tribulatio* enim, inquit, *patientiam operatur, patientia vero probationem* [36]. Hac de causa Deus insurgentes in nos tentationes, non statim prohibet, sed cum advenerint, opem suam nobis impendit.

Διὰ τοῦτο οὐ φοβηθησόμεθα ἐν τῷ ταράσσεσθαι τὴν γῆν, καὶ μετατίθεσθαι ὄρη ἐν καρδίαις θαλασσῶν. Τοῦτο τὸ χωρίον, οὔτε ὁ μέγας Βασίλειος κατὰ ἀναγωγὴν ἔσχεν, οὔτε ὁ Χρυσόστομος, ἀλλὰ συμφώνως εἶπον, ὅτι λέγουσιν οἱ ἅγιοι, ὡς ἅρα τοῦ Χριστοῦ βοηθοῦντος ἡμῖν σφόδρα, οὐδέποτε φοβηθησόμεθα, οὐδ' εἰ πᾶσα ἡ γῆ συνταραχθείη σεισμοῖς ἐξουσίοις, οὐδ' εἰ τὰ ὄρη τῆς φυσικῆς ἕδρας ἀνασκαφθέντα, εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης ἀποσφενδονισθείεν. Εἰ δὲ τῶν στοιχείων οὕτω συγχεομένων οὐ δείσομεν, πολλῷ μᾶλλον οὐδὲ τῶν τυράννων ἐπιτιθεμένων ἡμῖν. Ὅθεν καὶ Παῦλος ἔλεγε (66) · Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλῖψις; ἢ στενοχωρία; D

Vers. 3. *Propterea non timebimus dum turbatur terra, et transferuntur montes in corda maris.* Locum hunc, nec magnus Basilius, nec Chrysostomus juxta anagogen exponunt, sed uno ore juxta litteram tantum dicunt, verba hæc sanctorum dici personæ, fatentium, quod Christo eos adjuvante nunquam timebunt, neque si universa terra horrendis concutiatur terræmotibus, neque si montes a stabilitate ac sede sua naturali divulsi, in profundum maris transferantur. Ac si dicerent : Si elementis adeo confusis formidaturi non sumus, multo minus insurgentibus in nos tyrannis trepidabimus. Unde etiam Apostolus dicebat : *Quis nos separabit a charitate Christi?* [*tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius* [37] ? et quæ ibi sequuntur.]

[36] Rom. v, 3. [37] Rom. viii, 35.

Variæ lectiones.

(66) Græca verba sic habent : *hoccine, an illud !* Sic alius codex.

Digitized by Google

VERS. 4. *Sonuerunt et turbatæ sunt aquæ eorum, conturbati sunt montes in fortitudine ejus.* Omnipotens, inquiunt, nobis auxilio est. Sæpenumero enim marium fluctus fremuerunt conturbatique et commoti sunt, effervescentes nimirum irruentium ventorum vi : montes etiam nonnunquam concussi sunt. Omnia autem hæc potestate Dei efficiuntur. Unde alibi etiam ait ; *Qui convertis profundum maris* [66]. Item : *Qui respicit terram et facit eam tremere* [67]. Maria autem in plurali numero dicit, juxta Hebraicæ linguæ consuetudinem, ut alibi diximus. Vel, per maria, varios maris sinus aut tractus intelligit, veluti Ægeum, Ionicum et alios hujusmodi. Nec tamen abs re fuerit, his verbis anagogicum etiam sensum accommodare : Non timebimus, inquiunt, dum turbatur terra, hoc est, dum tyranni et subditi eorum populi terrena sapientes turbabuntur. [Turbati autem sunt, antiqua ac patria eorum conversatione immutata.) Quinimo, neque etiam timebimus dum montes, hoc, est, superbi elatique animo, ac tumentes dæmones, in amarescentium ac maris instar infructuosorum hominum corda transferentur ; hoc est, dum irruere eos videbimus, in hujusmodi homines, ita ut ad furorem eos atque insaniam commoveant, et sævire eos etiam cogant in nos. Multa enim hujusmodi facta fuisse traduntur in apostolorum Actis. [Et quod ait, sonuisse ac conturbatas esse aquas eorum, ita intelligendum est, ut oratio ad montes dirigatur, ac si diceret : Aquæ eorum montium.] Per aquas autem montium diabolicos atque idololatras homines intelligit, qui aquarum instar huc et illuc a spiritu deceptionis aguntur, quique clamantes sonuerunt et mutuo sese ad fidelium necem irritantes turbati sunt, et perterriti in admirandis servorum Dei operibus atque in invicto eorum robore. Turbati etiam sunt montes, hoc est, ipsi etiam dæmones debiliores facti sunt atque in fugam acti.

A *Ἤχησαν καὶ ἐταράχθησαν τὰ ὕδατα αὐτῶν· ἐταράχθησαν τὰ ὄρη ἐν τῇ κραταιότητι αὐτοῦ.* Τοῦτο λέγουσιν, ὅτι Παντοδύναμος ὁ βοηθὸς ἡμῶν· πολλάκις γὰρ τὰ ὕδατα τῶν θαλασσῶν ἤχησαν καὶ ἐταράχθησαν κυκώμενα καὶ ἀναβρασσόμενα ταῖς βίαις τῶν ἐμπιπτόντων ἀνέμων. Ἔτι δὲ καὶ τὰ ὄρη, ἐσαλεύθησαν σεισμῷ. Ταῦτα δὲ γίνεται ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ. *Ὁ μεταστρέφων* γάρ, φησὶ, *τὸ κῦτος τῆς θαλάσσης*· καὶ, *Ἐπιβλέπων* ἐπὶ *τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν.* Θαλασσῶν δὲ πληθυντικῶς εἶπε, κατὰ τὴν Ἑβραΐδα συνήθειαν, ὡς ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Ἡ θάλασσα καλεῖ τοὺς διαφόρους κόλπους, τὸν Αἰγαῖον, τὸν Ἰόνιον, καὶ τὰ τοιαῦτα. Οὐκ ἄκαιρον δὲ, καὶ ἀναγωγικῶς ἑρμηνεῦσαι τὰ προῤῥηθέντα· Οὐ φοβηθησόμεθα ἐν τῷ ταράσσεσθαι B τὴν γῆν, ἤτοι τοὺς γήϊνα φρονοῦντας τυράννους, καὶ ὑπηκόους· ἐταράσσοντο γὰρ, (67) μετατιθεμένων τῆς πατρῴου πολιτείας αὐτῶν. Ναὶ μὴν, οὐδὲ ἐν τῷ μετατίθεσθαι, ἤγουν εἰσέρχεσθαι τὰ ὄρη, τουτέστι τοὺς ὑπηρμένους δαίμονας, εἰς τὰς καρδίας τῶν ἁλμυρῶν καὶ πικρῶν ἀνθρώπων, ἐκμαίνοντας αὐτοὺς εἰς τὸν καθ' ἡμῶν φόνον· πολλὰ γὰρ τοιαῦτα γεγονέναι παρίστησιν ἡ βίβλος τῶν ἀποστολικῶν Πράξεων. Ὕδατα δὲ αὐτῶν, ἤγουν τῶν δαιμόνων, οἱ εἰδωλολάτραι, δίκην ὑδάτων τῇδε κἀκεῖσε μεταφερόμενοι τοῖς πνεύμασι τῆς τούτων ἀπάτης, οἳ ἤχησαν μὲν βοῶντες, καὶ ἀλλήλοις παραθήγοντες· ἐταράχθησαν δὲ, θορυβηθέντες ἐπὶ ταῖς παραδοξοποιίαις τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, καὶ τῇ ἀκαταγωνίστῳ δυνάμει· ἐταράχθησαν δὲ καὶ τὰ ὄρη, τουτέστι καὶ αὐτοὶ οἱ δαίμονες, ἀτονοῦντες, καὶ ἐλαυνόμενοι.

VERS. 5. *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei.* Occulta hic traduntur mysteria. Et flumen quidem Christus dicitur propter dulcissima doctrinæ ejus fluenta, quæ fideles animas irrigant, impinguant et ad uberrimos virtutum fructus deducunt. Unde per quemdam prophetam dicit : *Ecce declino ad eos, quasi flumen pacis* [68]. Per impetus autem hujus fluminis, sanctos intelligimus apostolos, qui ab eo missi atque impulsi sunt, ad fidelium doctrinam. *Euntes* enim, inquit, *docete omnes gentes* [69]. Civitas vero Dei est fidelium congregatio, ipsa nimirum Christianorum Ecclesia, quæ Dei esse dicitur, quia vita et conversatio eorum Deo grata est. Lætificant igitur Ecclesiam apostoli, exemplo ac doctrina. Vel aliter : Per impetus fluminis, dona atque charismata intelligere possumus sancti Spiritus, quibus Ecclesia ab eo ornata est.

C *Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ.* Ἐντεῦθεν τὰ κρύφια, καὶ μυστικά· ποταμὸς μὲν γὰρ ὁ Χριστὸς, διὰ τὰ γλυκύτατα ῥεύματα τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, ἄρδοντα, καὶ πιαίνοντα, καὶ πρὸς καρποφορίαν ἀρετῶν ἄγοντα τὰς τῶν πιστῶν ψυχάς· φησὶ γὰρ δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν· *Ἰδοὺ ἐγὼ ἐκκλίνω ἐπ' αὐτοὺς, ὡς ποταμὸς εἰρήνης*· Ὁρμήματα δὲ, αὐτοῦ, οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, παρορμηθέντες παρ' αὐτοῦ εἰς τὴν τῶν πιστῶν διδασκαλίαν· *Πορευθέντες* γὰρ, φησὶ, *μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη.* Πόλις δὲ τοῦ Θεοῦ, τὸ σύστημα τῶν πιστῶν, ἡ τῶν Χριστιανῶν Ἐκκλησία, διὰ τὸ θεοφιλὲς τῆς πολιτείας αὐτῶν. Εὐφραίνουσιν οὖν τὴν Ἐκκλησίαν οἱ ἀπόστολοι καὶ βίῳ καὶ λόγῳ. Καὶ ἄλλως δέ· ποταμὸς μὲν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὁρμήματα δὲ D αὐτοῦ, τὰ διάφορα χαρίσματα, οἷς ἡ Ἐκκλησία κατακεκόσμηται.

Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Ipsa

Ἡγίασεν τὸ σκήνωμα αὐτοῦ ὁ Ὕψιστος. Ἡ

[66] Psal. LXIV, 8. [67] Psal. CIII, 32. [68] Isa. LXVI, 12. [69] Matth. XXVIII, 19.

Variæ lectiones.

(67) Al. μετατιθεμένης.

Digitized by Google

αὐτὴ πόλις ἐστὶ, καὶ σκήνωμα τοῦ Θεοῦ· *Ἐνοικήσω* A etiam Christianorum Ecclesia locus est et tabernaculum Dei : *Inhabitabo* enim, inquit, *et inambulabo in eis* [62].

γὰρ, φησὶν, *ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω.*

Ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ οὐ σαλευθήσεται. — Καὶ ἰδοὺ φησὶν, *ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας.* Καὶ· *Ὅπου εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν.* Οὐ σαλευθήσεται δὲ ταῖς βίαις τῶν ἀνατρέπειν ἐπιχειρούντων, ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν· *Πύλαι* γὰρ, φησὶν, *ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς.*

Vers. 6. *Deus in medio ejus non commovebitur. — Ecce ego*, inquit, *vobiscum sum omnibus diebus* (*usque ad consummationem sæculi* [63].) Item : *Ubi sunt duo, aut tres congregati in nomine meo, illic sum ego in medio eorum* [64]. Non commovebitur autem vi aliqua visibilium, seu invisibilium inimicorum conantium ea evertere : *Portæ* enim, inquit, *inferni non prævalebunt adversus eam* [65].

Βοηθήσει αὐτῇ ὁ Θεὸς τὸ πρὸς πρωΐ πρωΐ. Βοηθήσει αὐτῇ ἐν περιστάσεσι ταχύτατα. Τὸ γὰρ *Πρὸς πρωΐ*, τάχους ἐπίτασιν σημαίνει, καὶ σύγκρισιν τοῦ πρωΐ, πρὸς ἕτερον πρωΐ· (68) διὸ τὸ ἄρθρον τῷ δευτέρῳ πρωΐ συντάξεις· οἷον, Τὸ πρωΐ, ὅσον πρὸς B πρωΐ ἕτερον.

Adjuvabit eam Deus mane diluculo. Adjuvabit eam, inquit, Deus quam celerrime : quoties nimirum in periculis fuerit constituta. Nam quod ait: *Mane diluculo*, seu [ut lectio Græca magis poscit,] *Diluculo ad diluculum*, summam indicat celeritatem et comparationem unius diluculi ad aliud diluculum, veluti sit quoddam diluculum alterius diluculi.

Ἐταράχθησαν ἔθνη. Τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος κατασκειρομένου, ἐκινήθησαν πάντες· οἱ μὲν, προστρέχοντες τῇ πίστει· οἱ δὲ, κατατρέχοντες αὐτῆς.

Vers. 7. *Conturbatæ sunt gentes.* Quia disseminata prædicatione evangelica omnes commoti sunt, alii currentes ad fidem, alii vero adversus eam impetum facientes.

Ἔκλιναν βασιλεῖαι. Αἱ πολεμοῦσαι τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἡττήθησαν ἀπειποῦσαι, ἢ ὑπεκλίθησαν αὐτῇ διὰ πίστεως· καὶ τοῦτο γὰρ κἀκεῖνο γέγονεν, ἐπὶ διαφόρων πόλεων.

Inclinata sunt regna. Regna omnia quæ adversus Ecclesiam pugnaverunt, victa tandem ac superata eo deducta sunt, ut contra certamen detrectaverint. Vel; inclinata ei sunt per fidem, utrumque enim multis in civitatibus effectum est.

Ἔδωκεν φωνὴν αὐτοῦ ὁ Ὕψιστος, ἐσαλεύθη ἡ γῆ. Τὸ μεγαλοδύναμον τοῦ Θεοῦ δεδήλωκεν ἐντεῦθεν, ὅτι μόνον λέγει, καὶ εὐθὺς τρέμει ἡ γῆ· καὶ ἀλλαχοῦ γάρ φησιν· *Ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν.* Τὰ τοιαῦτα δὲ, κατὰ μεταφορὰν εἴρηται τῶν ἐγκελευόντων τιμωρηθῆναί τινας, ἢ ὀργίλως ἐνορώντων· (69) ὀργὴν δὲ Θεοῦ λέγομεν, τὴν ἀπόφασιν. Ἢ καὶ ἄλλως· Ἔδωκεν εἰς τὸν κόσμον τὴν διὰ τοῦ Εὐαγγελίου φωνὴν αὐτοῦ, καὶ συνεκινήθησαν πάντες, ὡς προειρήκαμεν· γῆν γὰρ νοήσεις τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν, ὡς τό· *Καὶ ἦν πᾶσα γῆ χεῖλος ἕν.*

Dedit vocem suam Altissimus, et mota est terra. C Hoc in loco summam Dei potentiam declarat, dum ad solam ejus vocem statim tremere terram dicit. Quod alibi etiam fieri testatur ad solum aspectum, dum ait : *Qui respicit terram, et facit eam tremere* [66]. Hujusmodi autem verba metaphorice dicta sunt ad eorum exemplum, qui aliquem cruciari jubent, seu qui torve, aut iracunde aliquem intuentur. Iracundia autem commotum esse Deum dicimus, quando aut pœnas peccati condignas infert, aut alio quovis modo peccatorem condemnat. Vel aliter : Dedit Deus vocem suam in mundo per Evangelium : et commoti sunt omnes, ut prædiximus. Terram enim accipimus hoc in loco pro habitatoribus terræ, juxta quam significationem alibi legimus : *Et erat omnis terra labii unius* [67].

Κύριος τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν, ἀντιλήπτωρ D *ἡμῶν ὁ Θεὸς Ἰακώβ.* Ταῦτα ἡ Ἐκκλησία φησὶν, ἐνισχύουσα αὐτὴν, καὶ παραθαῤῥύνουσα. Εὐκαίρως δὲ τοῦ Ἰακὼβ ἐμνημόνευσεν· (70) ὅτι τε κἀκεῖνον, ἐπιβουλευόμενον, τοῦτο μὲν, ὑπὸ Ἡσαῦ· τοῦτο δὲ ὑπὸ Λάβαν, τοῦτο δὲ ὑπὸ διαφόρων ἄλλων, ὁ Θεὸς ἐῤῥύσατο· καὶ ὅτι πρῶτος αὐτὸς τὴν τῶν ἐθνῶν

Vers. 8. *Dominus virtutum nobiscum, adjutor noster Deus Jacob.* Hæc verba profert Ecclesia seipsam cohortans ac confidere jubens. Opportune autem meminit patriarchæ Jacob : quia eum inter cæteros Deus persæpe ab insidiis liberavit, et quia primus gentium vocationem apertius prædixit : *Non deficiet*, inquiens, *princeps de Juda, neque*

[62] Levit. xxvi, 12; I Cor. vi, 16. [63] Matth. xxviii, 20. [64] Matth. xviii, 20. [65] Matth. xvi, 18. [66] Psal. ciii, 32. [67] Ezech. xl, 43.

Variæ lectiones.

(68) Græcorum verborum sensus est : *Quare articulum construes cum secunda voce* πρωΐ *ut sensus sit : Mane quod ad aliud mane pertineat.*

(69) Græca ita sonant : *Iram autem Dei dicimus condemnationem.*

(70) Græca sic : *Cum quod eum insidiis appetitum ab Esau modo, modo a Labano, modo ab aliis liberavit Deus ; tum quod ipse omnium primus gentium vocationem prædixit*, etc.

Digitized by Google

dux de femoribus ejus donec veniat cui repositum est, et ipse est expectatio gentium [68]

κλῆσιν προεφήτευσεν εἰπών· *Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν.*

Vers. 9. *Venite et videte opera Dei, quæ posuit prodigia super terram.* Advocat eos Propheta qui ingenii acumine atque intelligentia cæteris præstant, ut contemplentur opera Dei : hoc est, præclara ejus gesta, quæ per Evangelium facta sunt, et quæ Deus veluti prodigia quædam posuit in terra, ut per ea ineffabilis ejus potestas prædicaretur. Neque enim ulla naturæ consequentia contigerunt. Piscatores enim vicerunt philosophos, et pauci homines, totum orbem, et qui nudi erant, divites et qui pauperes, ipsos reges; qui etiam mortales erant et visibiles, immortales atque invisibiles dæmones superarunt.

Δεῦτε, καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, ἃ ἔθετο τέρατα ἐπὶ τῆς γῆς. Συγκαλεῖ τοὺς ὀξυτέρους τῶν ἄλλων, ὁρᾶν καὶ συνιέναι δυναμένους ὁ προφήτης· ἔργα δὲ λέγει τὰ τοῦ Εὐαγγελίου κατορθώματα, ἃ καὶ τέρατα προσηγόρευσεν. Ταῦτα γάρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τέρατα ἐπὶ τῆς γῆς ἔθετο· ὥστε δι' αὐτῶν κηρύττεσθαι τὴν ἄῤῥητον δύναμιν τῆς αὐτοῦ θειότητος. Οὐ γὰρ κατ' ἀκολουθίαν φύσεως προέβησαν· οἱ γὰρ ἁλιεῖς ἐνίκων τοὺς φιλοσόφους· οἱ ὀλίγοι, τὸν σύμπαντα κόσμον· οἱ γυμνοὶ, τοὺς ὁπλίτας· οἱ πένητες (71), τοὺς βασιλεῖς· οἱ θνητοὶ καὶ ὁρατοὶ, τοὺς ἀθανάτους καὶ ἀοράτους δαίμονας.

Auferens bella usque ad fines terræ. Nato enim Jesu, bella quæ inter nationes mutuo ante invaluerant, cessarunt omnia, cum totius orbis imperium ad Romanos devenisset. *Exiit* enim, inquit Lucas, *edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis* [69]. Cum igitur summa esset in toto orbe pax, arma effecta sunt inutilia : conversis nimirum omnibus hominibus ad agriculturam, atque ad reliquas artes. Quod etiam significans Isaias dicebat : *Scindet gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces, et gens non sumet gladium contra gentem* [70]. Considera etiam vim dictionis Græcæ ἀνταναιρῶν, quæ proprie non *totum auferens* significat, sed *contra auferens*. Ante Christi namque adventum homines a diuturnis bellis ablati, hoc est, perditi atque interempti fuerant. Ipse itaque Deus et homo Christus econtra, bella abstulit, hoc est, exstinxit ac penitus delevit.

Ἀνταναιρῶν πολέμους, μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς. Τοῦ γὰρ Ἰησοῦ γεννηθέντος, οἱ κατ' ἀλλήλων πόλεμοι τῶν ἐθνῶν ἐπαύθησαν, τῆς κατὰ πάντων μοναρχίας εἰς μόνην τὴν Ῥώμην περιστάσης. *Ἐξῆλθε* γὰρ, φησὶ, *δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην*· καὶ λοιπὸν εἰρήνης βαθείας οὔσης, ἄχρηστα γεγόνασι τὰ ὅπλα, πάντων εἰς γεωργίας καὶ τὰς ἄλλας τέχνας τραπέντων. Ὅ καὶ Ἡσαΐας δηλῶν ἔλεγε· *Συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα, καὶ οὐ λήψεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος μάχαιραν.* Ὅρα δὲ καὶ τὴν δύναμιν τῆς λέξεως τοῦ *ἀνταναιρῶν*· πρὸ τοῦ Χριστοῦ μὲν γὰρ, οἱ πόλεμοι τοὺς ἀνθρώπους ἀνῄρουν· ὁ δὲ Χριστὸς, αὐτοὺς τοὺς πολέμους ἀνεῖλεν, ἀνθ' ὧν ἀνῄρουν ἀνταναιρῶν ἂν, ἀντὶ τοῦ, σβεννύων.

Vers. 10. *Arcum conteret et confringet, telum et scutum comburet igni.* Hæc omnia juxta historiam evenerunt quemadmodum docet Ezechiel. Telum autem hic ponit pro gladio, aut pro omni telo quo pugnatur cominus. Non immerito autem beatus David tam præclari facti gloriam ascribit Deo.

Τόξον συντρίψει, καὶ συνθλάσει ὅπλον, καὶ θυρεὸν κατακαύσει ἐν πυρί. Ταῦτα πάντα γεγόνασι καθ' ἱστορίαν, ὡς καὶ Ἰεζεκιὴλ διδάσκει· ὅπλον δὲ λέγει, τὴν σπάθην, καὶ εἴτι ἐγχέμαχον. Τῷ Θεῷ δὲ τὴν πρᾶξιν τοῦ κατορθώματος εἰκότως ὁ Δαβὶδ ἀνατίθησι.

Vers. 11. *Vacate et videte, quoniam ego sum Deus.* Vacate, inquit, a visibilibus seu etiam ab invisibilibus bellis, et cognoscite, quod ego vere Deus sum. Perspicuum enim id fit ex signis atque miraculis, quæ per Evangelii vires facta sunt.

Σχολάσατε καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός. Σχολάσατε ἀπὸ τῶν συνεχῶν πολέμων, ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ κυρίως Θεὸς, ἐκ τῶν σημείων τῶν ἐνεργουμένων διὰ τῆς εὐαγγελικῆς δυνάμεως.

Exaltabor in gentibus. Cum natura ipsa magnus sim, maximus etiam ob miracula apud omnes nationes reputabor.

Ὑψωθήσομαι ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Μέγας ὢν φύσει, καὶ διὰ θαυμάτων μέγας νομισθήσομαι ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

Exaltabor in terra. In cœlo quidem incorporeæ omnes potestates altitudinem meam noverunt. Tantum restat, ut pari modo in terra etiam ab hominibus cognoscatur. Et cum terram dicit, universam terram intellige.

Ὑψωθήσομαι ἐν τῇ γῇ. Ἐν μὲν γὰρ τῷ οὐρανῷ, πᾶσαι αἱ ἀσώματοι δυνάμεις οἴδασι τὸ ἐμὸν ὕψος· λοιπὸν δὲ καὶ ἐν τῇ γῇ τοῦτο γνωρισθήσεται· ἐν τῇ γῇ δὲ, πάσῃ δηλονότι.

Vers. 12. *Dominus virtutum nobiscum, adjutor*

Κύριος τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν, ἀντιλήπτωρ

[68] Gen. XLIX, 10. [69] Luc. II, 1. [70] Isa. 4.

Variæ lectiones.

(71) Græce *ὁπλίτας armatos*, pro quo Latinus interpres legisse videtur πλουσίους. Alius quoque cod. habet *ὁπλίτας*.

Digitized by Google

ἡμῶν ὁ Θεὸς Ἰακώβ. Ἐπανέλαβεν ἡ Ἐκκλησία τὸ προῤῥηθὲν θαρσοποιὸν ἐπιφώνημα, πρὸς αὔξησιν εὐψυχίας καὶ καρτερίας, ἐπιβαίνουσα, καὶ ἐναλλομένη τῷ ἐχθρῷ.

noster Deus Jacob. Insurgens atque insultans adversus hostem Ecclesia invocationem jam superius factam denuo repetit, quæ animum sibi et vires subministret ad majus fortitudinis et magnanimitatis incrementum.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορέ. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

In finem pro filiis Core, Psalmus ipsi David.

ΨΑΛΜΟΣ ΜΣ'.

PSALMUS XLVI

Εἰς τὸ τέλος μὲν διὰ τὰς ἐν τούτῳ προφητείας, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν· προαγορεύει γὰρ ἀκολούθως καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τὸ ἀῆττητον κράτος τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος. Τὸ δὲ, Ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορέ, προεμνεύσαμεν ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ· οὕτω γὰρ ἐπιγέγραπται κἀκεῖνος. Οὐδὲν δὲ κρύφιον ἐν τῷ παρόντι· καθαρὰ δὲ πάντα, καὶ εὐδιάγνωστα. Προσώπῳ δὲ τῶν ἀποστόλων προλέγει τὰ τοῦ ψαλμοῦ ὁ Δαβίδ, οἱ κατευοδούμενοι, καὶ πολλοὺς τῇ πίστει προσάγοντες, ὑπὸ περιχαρείας ἐνεκελεύοντο τοῖς ἔθνεσι χαίρειν, εἰς ἃ παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἀπεστάλησαν· χαίρειν δὲ, ὅτι γεγόνασι κληρονομία Θεοῦ.

In finem etiam inscribitur hic Psalmus, propter prophetias quæ in eo continentur, ut sæpius dictum est, et ad finem tendebant. Prædicit enim consequenter ad præcedentem Psalmum, summam atque invictam evangelicæ conversationis virtutem. Et quod ait: *Pro filiis Core*, ibi superiori Psalmo jam exposuimus. Est autem hic Psalmus totus clarus, et nihil obscurum continet. Illud tantum animadvertendum est, ut ex apostolorum persona proferatur, qui veluti prospere ac feliciter præeuntes, et multos adducentes ad fidem, præ lætitia, quam ipsi summam inde percipiebant, gaudere pari modo jubent omnes gentes ad quas a Salvatore missi fuerant; quod scilicet effectæ sint hæreditas Dei.

Πάντα τὰ ἔθνη, προτήσατε χεῖρας. Καὶ οὗτος ὁ κρότος τῶν χειρῶν, σύμβολόν ἐστι ὑπερβαλλούσης χαρᾶς. Ἀπὸ τοῦ συμβόλου τοίνυν, τὴν χαρὰν ἐπέτρεφεν, οὐχ ὅτι κατάγῳ χειρῶν σωματικῶς χρήσασθε, ἀλλ' ὅτι ψυχικῶς χάρητε, τοιούτου Δεσπότου καταξιωθέντες, φιλανθρώπου καὶ παντοδυνάμου.

Vers. 2. *Omnes gentes, plaudite manibus.* Plausus manuum in summæ lætitiæ signum fieri solet. Per hoc igitur signum gentes jubet lætitiam præseferre. Neque enim illud tantum petit, ut sensibili crepitu plauderent, quantum ut animo ac spiritu lætarentur: quia talem ac tantum essent consecuti Dominum, misericordem, videlicet, et omnipotentem.

Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ, ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως. Μεταφορικῶν ἐνταῦθα τὸ Ἀλαλάξατε, ἀντὶ τοῦ, Ἐπινίκιον ὕμνον ᾄσατε τῷ Θεῷ. Κυρίως γὰρ ἀλαλαγμὸς, ἐνυάλιος φωνὴ τῶν νικώντων ἐν μάχῃ, καταπλήττουσα τοὺς ἤδη κλινομένους ἐχθρούς. Φωνὴ δὲ ἀγαλλιάσεως, ἡ εὐφροσύνης μεστή. Εἶτα ἐπάγει καὶ τὴν αἰτίαν.

Jubilate Deo in voce exsultationis. Verbum, *jubilate.*, metaphorice dictum est, ac si diceret: Victoriæ hymnum canite. Est enim jubilus proprie militaris quædam vociferatio, quam victores in pugna emittere consueverunt, ut hostes in fugam jam versos magis perterreant. Vox etiam exsultationis, vox est lætitiæ plena: deinde causam addit:

Ὅτι Κύριος ὕψιστος, φοβερὸς, βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Διότι ὁ Χριστὸς, ὁ ὕψιστος κατὰ τὴν θεότητα, φοβερὸς νῦν ἀπὸ τῶν σημείων ὧν καθ' ἑκάστην τεραπουργεῖ. Οὗ καὶ τὸ ὄνομα μόνον μαστίζει καὶ ἀπελαύνει τοὺς δαίμονας, καὶ λύει τὰς νόσους· καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν· ἐν πάσῃ γὰρ τῇ γῇ κλῆρον ἑαυτῷ συνεστήσατο, διὰ τῶν ἀποσταλέντων ἡμῶν. Τὸ Μέγας δὲ, διὰ τοὺς προσκαίρους εἴρηται βασιλεῖς, μικροὺς ὄντας, καὶ μικρῶν βασιλεύοντας.

Vers. 3. *Quoniam Dominus excelsus, terribilis, Rex magnus super omnem terram.* Quoniam Christus, qui secundum divinitatem altissimus est, terribilem etiam [vel ut potius sonat Græca dictio, φοβερὸς, timendum se], omnibus demonstrat, ob signa videlicet, et miracula quæ singulis diebus operatur. Hujus enim vel solum nomen torquet atque expellit dæmones, et morbos curat; quia etiam Rex magnus est, super omnem terram: quippe cum in omni terra hæreditatem sibi adeptus sit, per nos nimirum apostolos, quos in universum mundum ad Evangelii prædicationem misit. Magnum autem Regem Christum appellavit, propter temporarios istos reges nostros, qui et minimi sunt illius comparatione, et exiguo regnant tempore.

Ὑπέταξε λαοὺς ἡμῖν. Τοὺς ἐξ Ἰουδαίων· οὗτοι γὰρ πρῶτοι ἐπίστευσαν, τρισχίλιοι καὶ πεντακισχίλιοι, ἀποβάλλοντες τὴν ἔχθραν, καὶ προσδραμόντες τοῖς ἀποστόλοις, εὐθὺς μετὰ τὴν εἰς αὐτοὺς ἐπιδημίαν τοῦ Παρακλήτου, πρὸ τοῦ ἐξιέναι ἐπὶ τὰ ἔθνη.

Vers. 4. *Subjecit populos nobis.* Per populos hic Judæos illos intelligit qui primi omnium in Christum crediderunt: illa scilicet tria millia, et illa quinque millia, quæ statim post Paracleti Spiritus adventum, depositis simultatibus, ad apostolos confugerunt, antequam illi exirent ad gentes.

Καὶ ἔθνη ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν. Τοὺς ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότας, οἳ καὶ θερμῶς ὑπεκλίνοντο τοῖς ποσὶ τῶν ἀποστόλων, καὶ τὰ ἴχνη τούτων εὐσεβῶς κατησπάζοντο.

Et gentes sub pedibus nostris. Et eos, qui de gentibus crediderunt, qui fide ardentes apostolorum pedibus inclinati sunt, et illorum vestigia pie ac religiose amplexati.

Digitized by Google

VERS. 5. *Elegit nobis hæreditatem sibi.* Per nos dispensatores Ecclesiæ suæ elegit eos, qui ex gentibus digni essent in hæreditatem suam; juxta illud: *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam* [71]; quosque magnus hic noster Rex per nos, veluti per duces quosdam, sibi in milites assumpsit. [Nam quod ait: *Elegit nobis*, positum est, pro, in nobis; id est, per nos.]

Speciem Jacob quam dilexit. Neque hoc tantum, sed eos enim per nos elegit, qui utiliores erant de genere Jacob, quos dilectam speciem Propheta appellat, hoc est, formosos atque ornatos, virtutibus nimirum: atque ideo etiam maxime dilectos. Et superius quidem præposuit Judæos, qui primi post Christi resurrectionem credidissent, nunc contra præponit gentes, quod ex eis plures semper crediderint. Judæi enim gentibus comparati, minima quædam pars sunt fidelium.

VERS. 6. *Ascendit Dominus in jubilo, Dominus in voce tubæ.* Hoc in loco Christi ascensum in cœlo prænuntiavit: quemadmodum, et in XXIII psalmo, significavimus. Per jubilationem autem, et per tubæ vocem, voces intelligit præcedentium tunc angelorum, jubilationem quidem, propter illa verba tunc ab angelis prolata: *Dominus fortis et potens, et Dominus potens in prælio* [72]; quæ in victoriæ hymnum dicta videntur. Jubilum enim victoriæ vocem esse diximus. Tubæ autem vocem dixit ob verba illa: *Tollite portas, principes, vestras* [73], et quæ sequuntur. Prærire enim solent tubicines, quoties exercituum duces cum victoria in patriam revertuntur. Vel aliter, per jubilum et per vocem tubæ, angelorum voces intellexit: quia hujusmodi verba clare ac manifeste ad omnes mundi fines per apostolorum doctrinam pervenerunt.

VERS. 7. *Psallite Deo nostro, psallite Regi nostro, psallite.* Cum præclara Christi opera et illorum magnitudinem narraverit, summo deinceps cum studio universum orbem advocat ad illius laudes. Hoc enim sibi vult repetitio illa verbi, *Psallite*, id est, Canite. Et deinde causam addit cur canendum sit:

VERS. 8. *Quoniam Rex omnis terræ Deus, psallite sapienter.* Canite, inquit, Deo Regi nostro, id est, Christo: quoniam Rex est totius terræ: *Data est enim mihi*, inquit, *omnis potestas in cœlo et in terra* [74]. Psallite autem non simpliciter, sed sapienter, hoc est, non lingua tantum, sed corde et intellectu: intelligentes scilicet id quod canitis, et quænam sint præclara illius opera.

VERS. 9. *Regnavit Deus super gentes.* Antea quidem Deus gentium etiam dominabatur, verum ut nolentium et rebellium, nunc autem volentibus imperat, ut redemptor. Et quia duplicem Christus habet naturam, ante incarnationem eum regnasse dicimus ut Deum, post resurrectionem vero re-

A *Ἐξελέξατο ἡμῖν τὴν κληρονομίαν ἑαυτοῦ.* Ἐξελέξατο δι' ἡμῶν, τῶν οἰκονόμων τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ, τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἀξίους εἰς κληρονομίαν αὐτοῦ, κατὰ τό· *Δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου·* οὗ; καὶ δι' ἡμῶν, ὡς διά τινων στρατηγῶν, ὁ μέγας οὗτος βασιλεὺς ἐστρατολόγησεν ἑαυτῷ.

Τὴν καλλονὴν Ἰακώβ, ἣν ἠγάπησεν. Καὶ οὐ τούτους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς χρησιμωτέρους ἐκ γένους Ἰακώβ· τούτους γὰρ καλλονὴν Ἰακὼβ ὠνόμασεν, ὡς καλλίονας ἐξ Ἰακώβ· ἦν καλλονήν, τουτέστιν οὓς καλοὺς ἠγάπησεν, ὡς κεκαλλωπισμένους ταῖς ἀρεταῖς. Ἄνω μὲν οὖν *προσέταξε τοὺς* Ἰουδαίους, ὡς πρώτους μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ B Χριστοῦ πιστεύσαντας· ἐνταῦθα δὲ, τοὐναντίον ἐποίησε, διὰ τὸ παμπληθεῖς πιστεύειν ἀεὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν, καὶ βραχύ τι μέρος εἶναι πρὸς τοὺς ἐξ ἐθνῶν τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ πιστεύοντας.

Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος. Ἐνταῦθα τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον τοῦ Χριστοῦ προκαταγγέλλει Δαβὶδ, ὡς ἐν τῷ κγ' ψαλμῷ ἐπεσημηνάμεθα. Ἀλαλαγμὸν δὲ λέγει νῦν *σάλπιγγος*, τὰς φωνὰς τῶν τηνικαῦτα προπαρευομένων ἀγγέλων· ἀλαλαγμὸν μὲν, διὰ τό· *Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς, Κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ·* τοῦτο γὰρ, ὕμνος ἐπινίκιος· ἐπεὶ καὶ ἀλαλαγμὸς, φωνή ἐστιν ἐπινίκιος· φωνὴν δὲ σάλπιγγος, διὰ τό· *Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς· ὁδοποιεῖ γὰρ ἡ σάλπιγξ, τοῖς ἀναζευγνύουσιν ἐκ C πολέμου βασιλεῦσιν. Ἢ καὶ ἄλλως εἶπεν τὰς φωνὰς τῶν ἀγγέλων ἀλαλαγμὸν καὶ φωνὴν σάλπιγγος, διὰ τὸ τρανῶς καὶ ὀξέως ἀκουσθῆναι τὰ τοιαῦτα ῥήματα πρὸς ἅπαντα τοῦ κόσμου τὰ πέρατα, διὰ τῆς τῶν ἀποστόλων διδασκαλίας.

Ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν, ψάλατε τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ψάλατε. Διηγησάμενος τὸ μέγεθος τῶν τοῦ Χριστοῦ κατορθωμάτων, καλεῖ τὴν οἰκουμένην εἰς εὐφημίαν μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς· τοῦτο γὰρ ὁ τοῦ *Ψάλατε* παρίστησι διπλασιασμός. *Ψάλατε* δὲ, ἀντὶ Μελῳδήσατε, εἶτα καὶ ἡ αἰτία τοῦ Ψάλατε·

Ὅτι βασιλεὺς ὁ Θεὸς πάσης τῆς γῆς, ψάλατε D *συνετῶς.* Μελῳδήσατε, φησὶ, τῷ Θεῷ τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ἤτοι τῷ Χριστῷ, διότι βασιλεὺς πάσης τῆς γῆς ἐστιν. *Ἐδόθη μοι* γὰρ, φησὶ, *πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς·* ψάλατε δὲ μὴ ἁπλῶς, ἀλλὰ νοητῶς, ἤγουν μὴ γλώττῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ νοΐ, συνέντες, τίνι μελῳδεῖτε, καὶ ἐπὶ ποίοις κατορθώμασιν.

Ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη. Πρότερον μὲν ἐβασίλευεν ἀκόντων, ὡς δημιουργός· νῦν δὲ, ἑκόντων, ὡς Λυτρωτής. Καὶ ἐπεὶ διπλοῦς ἦν, πρὸ μὲν τῆς ἐνανθρωπήσεως, ὡς Θεὸς εἶχεν τὴν βασιλείαν· μετὰ δὲ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, ἔλαβεν αὐτὴν καὶ ὡς ἄνθρωπος. Τότε γὰρ εἶπε τό· *Ἐδόθη*

[71] Psal. II, 8. [72] Psal. XXIII, 8. [73] Ibid. 7. [74] Matth. XXVIII, 18.

Digitized by Google

μοι πᾶσα ἐξουσία, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐπὶ τὰ ἔθνη δέ, δηλονότι πάντα, ὅτι ἐν ἅπασιν ἔθνεσι πεπιστεύκασι· καὶ πῇ μὲν, καθόλου τὸ ἔθνος ἅπαν· πῇ δὲ, ἐξ ἡμισείας· πῇ δὲ, ἐκ μέρους. *Εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος* τῶν ἀποστόλων.

A gnum demum assumpsisse ut hominem; et ideo tunc ab eo dictum legimus: *Data est mihi omnis potestas.* Data est autem super omnes gentes, quia in omnibus gentibus fideles reperti sunt. Et alibi quidem in universum tota natio credidit, alibi autem pars major, aut minor. *In omnem* enim *terram exivit* apostolorum *sonus* [75].

Ὁ Θεὸς κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ. Ὁ μὲν θρόνος, βασιλείας σύμβολον· τὸ δὲ καθῆσθαι, βεβαιότητος. Λέγει οὖν, ὅτι ὁ Χριστὸς βεβαιοῦται ἐπὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, κατὰ τὸ· *Ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλοσύνης ἐν ὑψηλοῖς*· τοῦ μεγάλου δὲ Παύλου, τὸ ῥητόν. Ἅγιον δὲ τὸν θρόνον εἶπεν, ὡς καθαρὸν πάσης προσωποληψίας, καὶ ἀπαράγραπτον.

Deus sedet super thronum sanctum suum. Thronus est regiæ dignitatis signum; sedere autem stabilitatis indicium. Sensus est, Christum in hoc regno suo stabilem esse; juxta quem sensum legimus apud Apostolum, quod sedere illum fecit Deus *in dextera majestatis in excelsis* [76]. Sanctum vero thronum dixit, veluti purum ac mundum omni acceptione personarum atque alia omni exceptione B carentem.

Ἄρχοντες λαῶν συνήχθησαν μετὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραάμ. Ἐνταῦθα δείκνυσι τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος τὴν ἰσχὺν, ὅτι οὐκ ἰδιωτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ βασιλέων καὶ ἡγεμόνων ἥψατο. Καὶ αὐτοὶ γὰρ οὗτοι, συνήχθησαν μετὰ τοῦ Χριστοῦ, τῆς μερίδος αὐτοῦ γενόμενοι· Θεοῦ δὲ Ἀβραὰμ εἶπεν, ἐμφαίνων, ὅτι οὗτος ἦν ὁ κἀκείνου, καὶ τῶν ἐξ ἐκείνου Θεὸς, καὶ εἷς οὗτος νομοθέτης τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, καὶ τῆς Καινῆς.

Vers. 10. *Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham.* Evangelicæ prædicationis vires magis etiam demonstrat, quod non idiotas tantum et privatos homines, sed principes etiam et reges ipsos attraxerit. Siquidem et eorum multi cum Christo congregati sunt et partium ejus effecti. Deum autem Abraham Christum appellavit, ut eumdem eum esse significaret, qui olim Abrahæ et posterorum ejus Deus fuerat, utque eumdem esse ostenderet Antiqui Testamenti legislatorem Deum, qui etiam et Novi.

Ὅτι τοῦ Θεοῦ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν. Συνήχθησαν δὲ μετὰ τοῦ Θεοῦ, διότι οἱ ἀπόστολοι, (τούτους γὰρ ὠνόμασεν κραταιοὺς τοῦ Θεοῦ, ὡς τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος κεκρατυνωμένους, καὶ δαιμόνων καὶ τυράννων κεκρατηκότας), σφόδρα τῶν γηΐνων ἁπάντων ἀνώτεροι γεγόνασι, μήτε ἡδοναῖς, μήτε λύπαις ἁλωκότες.

Quoniam fortes Dei a terra vehementer elevati sunt. Congregati autem sunt cum Deo Abraham illi populorum principes, quoniam apostoli [quos ea ratione *Fortes Dei*, hoc est robustos Dei appellavit, quia sancti Spiritus auxilio fortificati, dæmones et tyrannos vicerunt]: quoniam hi, inquam; apostoli terrena ac mundana omnia superaverunt, nec voluptatibus ullis aut tribulationibus victi sunt [sed vita ac sermone semper claruerunt: atque ideo per eos summi etiam principes ac reges, ad Christum adducti sunt. Illud non prætereundum duximus quod dictio *Dei* genitivi casus est, quemadmodum expositio docuit, et ex Græca lectione apertius patet].

Ψαλμὸς ᾠδῆς τοῖς υἱοῖς Κορὲ δευτέρᾳ Σαββάτου

ΨΑΛΜΟΣ ΜΖ'.

Psalmus cantici, filiis Core secunda Sabbati.

PSALMUS XLVII.

Τί μὲν ἑρμηνεύει *Ψαλμὸς ᾠδῆς*, ἐν τοῖς προοιμίοις τῆς παρούσης βίβλου προδεδώκαμεν, ἔνθα καὶ τὸ, *Τοῖς υἱοῖς Κορὲ* πεσεφήνισται. Τὸ *Δευτέρᾳ δὲ Σαββάτου*, τὴν ἡμέραν δηλοῖ καθ' ἣν ἐμελῳδήθη· Σάββατον γὰρ Ἑβραῖοι τὴν ὅλην ἑβδομάδα καλοῦσιν. Εὐχαριστίας δὲ περιέχει ὁ ψαλμὸς οὗτος τῶν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας Βαβυλῶνος ἐπανελθόντων αὖθις εἰς Ἱερουσαλήμ. Ἁρμόσει δὲ καὶ τοῖς ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τῶν εἰδώλων ἐπανελθοῦσιν εἰς θεογνωσίαν πιστεῖς.

Quid significet *Psalmus cantici*, diximus in prooemio operis, ubi etiam declaravimus, quid sibi velit inscriptio: *Filiis Core.* Quod vero ait: *secunda Sabbati*, diem illam signat, qua psalmus fuit decantatus. Sabbatum autem Judæi totam hebdomadam appellant. Continet hic psalmus gratiarum actiones ex eorum persona, qui e Babylonica captivitate in Jerusalem rursus reversi sunt: tametsi omnibus etiam possit fidelibus aptari, qui ab idolorum ac dæmonum captivitate ad cognitionem Dei redierunt.

Μέγας Κύριος. Μέγας τῇ δυνάμει, τῇ σοφίᾳ, τῇ ἀγαθότητι.

Vers. 2. *Magnus Dominus.* Potestate nimirum sapientiaque et bonitate.

Καὶ αἰνετὸς σφόδρα. Καὶ σφόδρα ἄξιος αἰνεῖσθαι, διὰ τὰ εἰς ἡμᾶς γεγενημένα τεράστια, ὅπως οἱ ἐπιλελησμένοι, παραδόξως ἀνεκλήθημεν, καὶ τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ τετυχήκαμεν.

Et laudabilis valde. Et valde dignus qui laudetur ob summa videlicet miracula, quæ operatus est in nobis. Oblivioni enim dati videbamur, et tamen mirandum in modum, et præter omnium opinionem ab exsilio in patriam revocati, et misericordiam consecuti sumus.

[75] Psal. xviii, 5. [76] Hebr. i, 3.

Digitized by Google

In civitate Dei nostri. Dignus est autem qui laudetur in civitate Jerusalem, in qua cognoscitur et colitur. Neque enim Deum laudant qui eum ignorant.

A Ἐν πόλει τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Αἰνεῖσθαι δὲ, ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ τῇ γνωριζούσῃ· οἱ γὰρ ἀγνοοῦντες, οὐκ ἐπαινοῦσιν.

In monte sancto ejus. Cum civitatis meminerit, consequenter et montem ei vicinum ac quodam modo unitum nominat. Sæpenumero etiam per appellationem montis Sion, ipsa Jerusalem intelligitur. Civitas autem Dei dici potest Ecclesia fidelium in qua Deus creditur habitare, quæ etiam mons dicitur : quia supra terrena omnia vitia eminet, et in ipsum fertur cœlum.

Ἐν ὄρει ἁγίῳ αὐτοῦ. Πόλιν εἰπὼν, καὶ τοῦ ὄρους Σιὼν ἐμνημόνευσεν, ὡς ἡνωμένου αὐτῇ διὰ τὴν ἐγγύτητα· πολλάκις δὲ καὶ ἀπὸ μόνου τοῦ ὄρους τούτου δηλοῖ τὴν Ἱερουσαλήμ. Εἴη δ' ἂν πόλις Θεοῦ καὶ ἡ Ἐκκλησία τῶν πιστῶν, ἐν ᾗ οἰκεῖν πιστεύεται· ἡ δ' αὐτὴ καὶ ὄρος, ὡς ὑπερκειμένη πάσης χαμερποῦς κακίας, καὶ πρὸς οὐρανὸν ἀνατεταμένη.

Vers. 3. *Bene fundato exsultatione universæ terræ.* In monte, inquam, bene fundato, exsultatione universæ terræ. Post vocem enim εὐρίζῳ interpungenda oratio est ; legendum deinde ἀγαλλιάματι, B hoc est, cum gaudio ac delectatione totius orbis.

Εὐρίζῳ, ἀγαλλιάματι πάσης τῆς γῆς. Ὄρει δὲ, τῷ εὐριζομένῳ, τῷ ἀγαλλιάματι πάσης τῆς γῆς· μετὰ γὰρ τὸ *Εὐρίζῳ*, στικτέον· εἶτα τὸ ἀγαλλιάματι ἀναγνωστέον. Ἀγαλλιάματι δὲ *πάσης* τῆς γῆς, ἀντὶ τοῦ Τερπνότητι.

Vers. 6. *Exsultare super cœlos, Deus, et super omnem terram gloria tua.* Ut sublimis, et supercœlestis ab omnibus cognoscaris, qui te hactenus non noverunt, et magnificentia tua per universam divulgetur terram, postquam tam admiranda operaris. Quidam sermonem hunc ad Christum referri putant, ut sit sensus : Postquam incarnationis perfecisti mysterium, restat ut rursus illuc in cœlum ascendas, unde descendisti : honorque ac gloria tua per totam percrebrescat terram.

Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανούς, ὁ Θεὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου. Ὑψηλὸς καὶ ἐπουράνιος γνωρίσθητι καὶ τοῖς μὴ εἰδόσι σε, καὶ δραμέτω ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ μεγαλειότης σου, δι' ὧν τερατουργεῖς οὕτω παράδοξα. Τινὲς δὲ καὶ πρὸς τὸν Χριστὸν ἀποστρέφουσι τὸν λόγον, ὅτι Τελέσας τὸ D μυστήριον τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἀνέβης πάλιν εἰς οὐρανοὺς, ἀφ' ὧν κατελήλυθας, καὶ ἐπὶ γῆν πᾶσαν ὁδευέτω ἡ τιμή σου.

Vers. 7. *Laqueum paraverunt pedibus meis, et incurvaverunt animam meam.* Laqueos quosdam, inquit, ac plagas, mihi venatores contexerunt, quibus artificiosissime dispositis humiliaverunt me. Hujusmodi autem verbis multiplices inimicorum insidias significat.

Παγίδα ἡτοίμασαν τοῖς ποσί μου, καὶ κατέκαμψαν τὴν ψυχήν μου. Θήρατρά μοι κατεσκεύασαν, καὶ ἐταπείνωσάν με· λέγει δὲ τὰς ποικίλας ἐπιβουλάς.

[18] Joan. XIV, 6. [19] I Cor. I, 30.

Variæ lectiones.

(3) Al. Καὶ κατὰ τὴν σημασίαν δὲ τῆς δικαιοσύνης, ὥς φησιν αὐτός.

Digitized by Google

Ὤρυξαν πρὸ προσώπου μου βόθρον, καὶ ἐνέπεσον εἰς αὐτόν. Εὑρέσιαν ἐμπροσθέν μου κίνδυνον· ἐνέπεσον δὲ αὐτοί. Ἐγὼ μὲν γὰρ θεόθεν σκεπασθείς, διέφυγον ἀβλαβής· αὐτοὶ δὲ ἐκινδύνευσαν, ἐν ταῖς χερσί μου γενόμενοι.

Ἑτοίμη ἡ καρδία μου, ὁ Θεός, ἑτοίμη ἡ καρδία μου. Ἕτοιμός εἰμι τοῦ λοιποῦ πρὸς τοὺς ἐπερχομένους πειρασμούς, σὲ ἔχων ἀντίληπτορα· ἢ πρὸς τὰ σὰ θελήματα, ἢ πρὸς αἶνόν σου.

Ἄσομαι, καὶ ψαλῶ ἐν τῇ δόξῃ σου. Περὶ τοῦ Ἄσομαι καὶ Ψαλῶ, πολλάκις εἰρήκαμεν· δόξαν δὲ αὐτοῦ, καλεῖ τὴν σύνεσιν, δι' ἧς ἐδοξάζετο.

Ἐξεγέρθητι, ἡ δόξα μου. Δόξαν αὖθις, τὸ πνευματικὸν ὀνομάζει χάρισμα.

Ἐξεγέρθητε ψαλτήριον καὶ κιθάρα. Ψαλτήριον μὲν λέγει, τὴν ψυχήν· κιθάραν δὲ τὸ σῶμα, δι' ἃς αἰτίας, προλαβόντες ἀποδεδώκαμεν ἐν τῷ λβ', καὶ ἐν τῷ μβ', καὶ ἐν τῷ μή'. Διεγείρει δὲ ἑαυτὸν ὅλον εἰς ὕμνον Θεοῦ, ἵνα καὶ πνεύματι, καὶ ψυχῇ, καὶ σώματι, ὑμνήσῃ τὸν Εὐεργέτην.

Ἐξεγερθήσομαι ὄρθρου. Ταχέως.

Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν λαοῖς, Κύριε, ψαλῶ σοι ἐν ἔθνεσιν. — Ἐξομολογήσομαι, ἀντὶ τοῦ Εὐχαριστήσω· λαοῖς δὲ, τοῖς Ἰουδαίοις. Καὶ ἐν τοῖς Ἰουδαίοις γὰρ, καὶ ἐν τοῖς ἐξ ἐθνῶν, εὐχαριστεῖ καὶ ψάλλει Θεῷ.

Ὅτι ἐμεγαλύνθη ἕως τῶν οὐρανῶν τὸ ἔλεός σου, καὶ ἕως τῶν νεφελῶν ἡ ἀλήθειά σου. Ταῦτα εἶπεν καὶ ἐν τῷ λε' καὶ ζήτει ἐκεῖ τὴν ἐξήγησιν. Λέγει δὲ, ὅτι Πολὺ καὶ ὑψηλὸν τὸ ἔλεός σου, καὶ ἡ ἀλήθειά σου ὡς διήκειν ἀπὸ γῆς ἄχρις οὐρανοῦ καὶ νεφελῶν.

Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς, ὁ Θεὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου. Περὶ τούτων, μικρὸν ὑποτέρω διελάβομεν.

Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, τῷ Δαβὶδ εἰς στηλογραφίαν.

ΨΑΛΜΟΣ ΝΖ'.

Μετὰ τὸν πρὸ τούτου ψαλμὸν ἔγραψε τὸν παρόντα, τῆς αὐτῆς ἐχόμενον ὑποθέσεως· διὸ καὶ τὴν αὐτὴν ἐκείνην εἴληφεν ἐπιγραφήν.

Εἰ ἀληθῶς ἄρα δικαιοσύνην λαλεῖτε, εὐθεῖαι κρίνατε, υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. Προηγουμένως μὲν, πρὸς Σαοὺλ καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ὁ λόγος· ἐκομέπως δὲ, καὶ πρὸς πάντας τοὺς μιμουμένους τὴν πονηρίαν αὐτῶν. Λέγει δὲ, ὅτι Εἰ ἀληθῶς δίκαια λαλεῖτε, λέγοντες ἐν ἑαυτοῖς εὐλόγως με καταδιώκειν, ὡς ἐπιβουλον ὑμῶν, αὐτοὶ γενόμενοι δικασταὶ τοῦ πράγματος, εὐθεῖαι κρίσεις κρίνατε, εἴτουν ὀρθὰς ἀποφάσεις ἐξενέγκατε, ἐν τίνι με πονηρὸν ἐγνώκατε.

Καὶ γὰρ ἐν καρδίᾳ ἀνομίαν ἐργάζεσθε ἐν τῇ γῇ· δικαίαν αἱ χεῖρες ὑμῶν συμπλέκουσι. Παρ

Foderunt ante faciem meam foveam, et ciderunt in eam. Struxerunt ante me periculum, in quod ipsi ciderunt. Ego etenim evasi illæsus, illi vero periclitati sunt, dum essent in manibus meis.

Vers. 8. *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum.* Promptus sum ego, inquit, posthac, ut adversus omnes resistam insurgentes in me tentationes, cum te mihi defensorem habeam; vel, Ad laudem tuam paratus sum, aut ad voluntatem tuam perferendam.

Cantabo et psallam in gloria tua. De his verbis *psallo et canto* jam sæpe alibi diximus. Per gloriam autem suam, propriam intelligit prudentiam, propter quam tantopere apud omnes claruit.

Vers. 9. *Exsurge, gloria mea.* Per gloriam rursus spirituale donum intelligit.

Exsurge, psalterium et cithara. Per psalterium animam, per citharam vero corpus ipsum intelligit; iis nimirum rationibus, quas in xxxii, xli, et xlviii psalmo tradidimus. Excitat autem seipsum Propheta ad Dei laudes, ut spiritu, anima, ac corpore benefactorem suum laudet.

Exsurgam diluculo. Cito nimirum.

Vers. 10. *Confitebor tibi in populis, Domine, psallam tibi in gentibus.* Confitebor, hoc est, gratias agam. *In populis*, hoc est, inter Judæos. Inter Judæos etenim, atque inter gentes beatus David gratias semper agit atque psallit Deo.

Vers. 11. *Quoniam magnificata est usque ad cælos misericordia tua, et usque ad nubes veritas tua.* Eadem fere habentur in psalmo xxxv, ibi: *Domine, in cælo misericordia tua, et veritas tua usque ad nubes*; ubi vide. Multam autem esse dicit ac sublimem veritatem ac misericordiam Dei, ita ut a terra ad nubes et ad ipsum etiam cœlum pertingat.

Vers. 12. *Exaltare super cælos, Deus, et super omnem terram gloria tua.* De his dictum est paulo superius.

In finem, ne corrumpas. ipsi David, in tituli inscriptionem.

PSALMUS LVII.

Ejusdem est hic psalmus argumenti, cum superiori psalmo; atque eamdem ideo sortitus est inscriptionem.

Vers. 2. *Si vere utique justitiam loquimini, recta judicate, filii hominum.* Primum quidem ad Saulem, et sodales ejus sermonem dirigit, deinde ad omnes alios qui eorum improbitatem æmulantur. Ait igitur: Si vere, et quod justum est, loquimini, dicentes eam vos ob causam me persequi, quod vobis prior insidias struxerim, aut gravem aliam offensam intulerim, vos ipsos mihi judices statuo: unum tantum est, quod posco, ut vera decernatis judicia, hoc est, ut rectas pronuntietis sententias, declarantes quonam in re, me minus æquum noveritis.

Vers. 3. *Etenim in corde iniquitatem operamini in terra, injustitias manus vestræ complicant.* Re

Digitized by Google

cet, quod nullam queant injuriæ causam afferre, quasi id subintelligatur; et sermonem suum prosequitur, dicens : Etenim in corde iniquitatem meditamini, et manus vestræ injustitiam operantur. Et quod ait, *Complicant*, ex metaphora eorum dixit, qui laqueos tendunt, aut plagas, ob variam nimirum consiliorum calliditatem. Quod vero ait, *In terra*, dictum est, quia in terra hæc peragunt. Nam in inferno, et si animorum pravitas omnino non cessabit, ipsa tamen male agendi facultas prorsus aberit.

A ἦκε τὸ, Ἀλλ' οὐ δύνασθε κρίνειν, ὡς νοούμενον. Καὶ γὰρ ἐν καρδίᾳ ἀνομίαν μελετᾶτε, καὶ αἱ χεῖρες ὑμῶν ἀνομίαν πράττουσι. *Συμπλέκουσι* δὲ εἶπεν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν πλεκόντων παγίδας, διὰ τὸ ποικίλον τῶν ἐπιχειρημάτων· τὸ δὲ Ἐν τῇ γῇ πρόσκειται·, ὅτι ἐν τῇ γῇ ταῦτα ποιεῖτε· ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ, οὐχ οὕτως ἔξετε.

Vers. 4. *Alienati sunt peccatores a vulva.* Invehitur in pertinaces ac fixos in peccatis homines, et paucis docet, cujusmodi essent, et quam passi sunt ruinam. Ab ipsis, inquit, incunabulis alienati sunt a Deo; juxta quod scilicet præscitum erat a Deo, illos mox alienandos, ac misere perdendos esse.

Ἀπηλλοτριώθησαν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ μήτρας. Στηλιτεύει τοὺς ἀνεπιστρόφους ἁμαρτωλοὺς, καὶ διδάσκει διὰ βραχέων ὁποῖοι ὄντες ὁποίαν λαμβάνουσι καταστροφήν. Ἔτι βρεφουργούμενοι, φησὶν, ἀπηλλοτριώθησαν τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόγνωσιν, καὶ ἀπηλλοτριωμένοι διὰ τὸ μέλλον ἐλογίσθησαν.

B

Erraverunt ab utero. Ab Ecclesia nimirum. Uteri enim ac muliebrium locorum Ecclesia eis instar est, qui a Deo adoptantur; quippe quæ mirifico baptismatis lavacro, in novos homines eos format. Erraverunt igitur a via mandatorum Dei aberrantes ex tunc, non operibus, ut diximus, sed præscientia Dei. Ita enim alibi apud Jeremiam a Deo dici legimus : *Priusquam te formarem in utero, novi te, et antequam exires de vulva, sanctificavi te* [29].

Ἐπλανήθησαν ἀπὸ γαστρός. Ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας· μήτηρ γὰρ αὕτη καὶ γαστὴρ τῶν υἱοθετουμένων τῷ Θεῷ, ἀναγεννῶσα τούτους διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Ἐπλανήθησαν πόρρω τῆς εὐθείας τῶν θείων ἐντολῶν, οὐκ ἐνεργείᾳ, ἀλλ', ὡς εἴρηται, τῇ προγνώσει τοῦ Θεοῦ. Οὕτω γὰρ εἶπεν καὶ πρὸς τὸν Ἱερεμίαν ὁ Θεός· *Πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε, καὶ πρὸ τοῦ σε ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας, ἡγίακά σε.*

Locuti sunt falsa. Non ab utero falsa locuti sunt, sed simul ac ad grandiorem ætatem pervenere.

Ἐλάλησαν ψευδῆ. Τοῦτο οὐκ ἀπὸ γαστρὸς, ἀλλ' εἰς ἡλικίαν ἐλθόντες.

Vers. 5. *Furor illis secundum similitudinem serpentis.* Aiunt serpentem ubi in aliquem cœperit furere, nunquam iram aut furorem deponere, donec venenum intulerit, aut rabiem mors ademerit. Furor æque igitur his implacabilis est. Perseverant enim irati, et dolos perpetuo moliuntur.

Θυμὸς αὐτοῖς, κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως. Φασὶ τὸν ὄφιν ἐπιμανέντα τινὶ, μηδέποτε μεθεῖναι τὸν θυμὸν, ἄχρις ἂν ἢ δράσῃ τι κακὸν, ἢ προαποθάνῃ. Θυμὸς οὖν καὶ τούτοις ἀνένδοτος, καὶ διαπαντὸς ἐπίβουλος.

C

Quasi aspidis surdæ, et obturantis aures suas. Furoris similitudinem ad ipsam etiam aspidem transfert. Furor eorum, inquit, quasi furor aspidis surdæ : non aspidem dico, quæ natura surda sit, sed quæ data opera, atque astu quodam audire renuit; atque ideo consequenter addidit : *Atque obturantis aures suas.* Deinde tempus enarrat quando maxime obsurdescit.

Ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς, καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς. Μεταφέρει τὸ παράδειγμα τοῦ θυμοῦ καὶ ἐπὶ τὴν ἀσπίδα. Θυμὸς ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς, καὶ οὐ φύσει κωφῆς, ἀλλὰ πανουργίᾳ. Διὰ τοῦτο γὰρ προσέθηκε τό· *Καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς*· εἶτα διέξεισι καὶ πότε κωφεύει.

Vers. 6. *Quæ non exaudiet vocem incantantium, et venefici, incantata a sapienti.* Per incantantes eos intelligit, quos incantatores, seu præstigiatores appellamus : qui carminibus quibusdam, aut præstigiis repentium ac venenatorum animantium furorem cohibent. Suis enim artificiis eorum sævitiam placant, atque hoc pacto ea venantur, et ad medicorum usum asservant. Aspis igitur, et illa potissimum quæ palamnæa appellatur, certis id conjecturis prænoscens, obstruere aures suas solet, atque hoc pacto eorum artes evadere. Ordo autem verborum hujusmodi est : Quæ aspis non exaudiet vocem incantantium, et non exaudiet vocem venefici, tametsi incantata sit, ac præstigiis illecta a sapienti viro. Sapientem quippe hic ipsum artificem ac venificum appellat, veluti illius artis

Ἥτις οὐκ εἰσακούσεται φωνῆς ἐπᾳδόντων, φαρμακοῦ τε, φαρμακευομένη παρὰ σοφοῦ. Ἐπᾴδοντας λέγει τοὺς καλουμένους ἐπαοιδοὺς, οἵτινες διά τινων ἐπῳδῶν καταγητεύοντες τοὺς θυμοὺς τῶν ἑρπετῶν, καὶ τὸ ἀγριαῖνον οὕτως ἐξημεροῦντες, λαμβάνουσι, καὶ χρῶνται πρὸς ἰατρείαν. Ἡ γοῦν ἀσπὶς, καὶ μᾶλλον ἐπονομαζομένη παλαμναία, ἀπό τινων τεκμηρίων προαισθομένη, βύει τὰ ἑαυτῆς ὦτα, καὶ οὕτω διαδιδράσκει. Ἔστι δὲ ἡ σύνταξις τῶν ῥητῶν, οὕτως· Ἥτις οὐκ εἰσακούσεται φωνῆς ἐπᾳδόντων, καὶ φαρμακοῦ, τουτέστι γόητος, γοητευομένη παρὰ σοφοῦ ἀνδρός. Σοφὸν δὲ νῦν, τὸν τεχνίτην ἐκάλεσε. Προσφυῶς δὲ καὶ τὸν ὄφιν καὶ τὴν ἀσπίδα τέθεικεν εἰς παράδειγμα· ὁ Σκοὺλ γὰρ καὶ ἐνεκότει ὡς ὄφις, καὶ πολλάκις κατεπᾴδόμενος λόγοις ἀγαθοῖς παρὰ τοῦ Δαβὶδ, ὅτι αὐτὸς μέν ἐστι κύριος καὶ

D

[29] Jerem. I, 5.

Digitized by Google

δεσπότης καὶ βασιλεύς· οὗτος δὲ, δοῦλος καὶ κύων τεθνηκὼς καὶ ψύλλος, ἐθελοκωφῶν ἦν, ὡς ἀσπίς.

peritum. Commode vero serpentis et aspidis exemplum adducit, cum Saul et irasceretur, ut serpens, et obsurdesceret, velut aspis, cum blandos ac mellitos beati David sermones sperneret, quibus tanquam suavibus quibusdam atque efficacibus carminibus emollire illum ac delinire contenderat: veluti cum Saulem principem ac regem suum appellabat, se vero servum, canem mortuum, et prorsus abjectum.

Ὁ Θεὸς συντρίψει τοὺς ὀδόντας αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. Ὀδόντας ὀνομάζει τὰς κακοντικὰς τῶν τοιούτων δυνάμεις· ὀδόντας δὲ εἰπὼν, καὶ στόματος ἐμνημόνευσεν, ὃ νοήσεις τὴν περιεκτικὴν πονηρίαν.

VERS. 7. *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum.* Per dentes, perniciosas ac validas eorum vires intelligit, et expositas ad patranda scelera. Et cum dentium meminerit, ipsum etiam os addidit, quo complectendi atque comprehendendi facultas indicatur.

Τὰς μύλας τῶν λεόντων συνέθλασεν ὁ Κύριος. Ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ σκύμνους αὐτὰς καλέσας, ἐν τῷ παρόντι, καὶ περὶ ὀδόντων φησίν. Ἔστι δὲ ὁ στίχος οὗτος διπλασιασμὸς τοῦ πρὸ αὐτοῦ, καθὼς ἐν πολλοῖς εἰρήκαμεν. Ἐπεὶ καὶ αἱ μύλαι, ὀδόντες εἰσίν. Ἢ, εἰ βούλει, ὀδόντας μὲν, νοήσεις τοὺς τομεῖς· μύλας δὲ, τοὺς ἐνδότερον ὀδόντας, οὓς καὶ λεαίνοντας λέγομεν, ὡς νοεῖσθαι διὰ τούτων τὰς ἧττον καὶ μᾶλλον βλάβας, αἷς ἐλάπτον τοὺς παρακίπτοντας. Ὅρα δὲ ὅπως ποτὲ μὲν, ὡς ἐπὶ τοῦ μέλλοντος λέγει *Συντρίψει*· ποτὲ δὲ, ὡς ἐπὶ παρεληλυθότος, *Συνέθλασε*. Τοιοῦτος γὰρ ὁ νόμος τῶν προφητευόντων, ὡς πολλάκις εἴρηται.

Molas leonum confregit Dominus. In superiori psalmo catulos leonum eos appellavit: in præsenti vero leonum dentes habere illos dicit. Cæterum in hoc versiculo eamdem repetit sententiam quam in præcedenti vidimus: quemadmodum sæpenumero diximus prophetam facere. Nam et molæ, majores dentes sunt. Potes etiam per dentes intelligere eos tantum hic dici, qui cibum conterunt, per molas vero, eos qui interiores sunt, quos etiam molares aut leoninos appellamus: ita ut per hujusmodi dentium distinctionem, majores et minores offensiones intelligi possint. Illud etiam considera quomodo aliquando Propheta in futuro tempore dicat: *Conteret;* et aliquando in præterito. *Confregit.* Hujusmodi enim est prophetarum mos, ut sæpius diximus.

Ἐξουδενωθήσονται, ὡσεὶ ὕδωρ διαπορευόμενον. Οὐ ποτάμιον, οὐδὲ πηγαῖον, ἀλλ' ὑπό τινος χυθὲν, καὶ ὡς ἔτυχεν φερόμενον, ἐσκεδασμένον. *Ἐξουδενωθήσονται* δὲ, ἀντὶ τοῦ Καταφρονηθήσονται.

VERS. 8. *Ad nihilum devenient, tanquam aqua decurrens.* Aquam hic non fluminis dicit, aut fontis, sed aquam intelligit a quopiam effusam, aut fortuito ejectam, ac statim dispersam. Et quod ait: *Ad nihilum devenient* seu [ut Græce unico verbo dicitur] *Adnihilabuntur*, expone, pro Spernentur, et nihili fient.

Ἐντενεῖ τὸ τόξον αὐτοῦ, ἕως οὗ ἀσθενήσουσιν. Ἐντενεῖ τὴν κολαστικὴν αὐτοῦ δύναμιν κατ' αὐτῶν, καὶ βαλεῖ.

Intendet arcum suum donec infirmentur. Intendet contra eos Deus suam in inferno potentiam, atque eos percutiet.

Ὡσεὶ κηρὸς τακεὶς ἀνταναιρεθήσονται. Ἀντεξίως τῆς φονικῆς αὐτῶν γνώμης ἀναιρεθήσονται εὐκόλως, δίκην κηροῦ τακέντος. Ἅμα γὰρ οὗτος πλησιάζει πυρὶ, καὶ ἅμα τήκεται.

VERS. 9. *Quasi cera liquefacta auferentur.* Auferentur, inquit, de facili, instar liquantis ceræ. Ita enim meretur immitis ac sævus eorum animus. Nam simul ac cera igni admota fuerit, continuo liquescit.

Ἔπεσε πῦρ ἐπ' αὐτοὺς, καὶ οὐκ εἶδον τὸν ἥλιον. Κηροῦ μνησθεὶς, καὶ πῦρ προσέθηκε, πῦρ λέγων τὸν θεήλατον θυμὸν, καὶ εὐθὺς εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν οὐκ ἐφθασαν.

Cecidit ignis super eos, et non viderunt solem. Ceræ meminit, modo ignem addit, ignem appellans ultionem a Deo illatam. Confestim igitur a conspectu ignis perierunt, ita ut ad sequentem diem non pervenerint. Per solem enim diem intelligit.

Πρὸ τοῦ συνιέναι τὰς ἀκάνθας ὑμῶν τὴν ῥάμνον. Πρὸς τὸν Σαοὺλ κατὰ ἀποστροφὴν ὁ λόγος· ὅτι τοῦτο πεσεῖται τὸ πῦρ, πρὸ τοῦ αὐξηθῆναι τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. Ἵνα δὲ σαφὲς εἴη τὸ λεγόμενον, ἄκανθαν μὲν καλεῖ ἡ Γραφὴ τὴν ἁμαρτίαν· ῥάμνος δέ ἐστιν εἶδος ἀκάνθης μέγιστον καὶ σκληρότατον. Φησὶν οὖν, ὅτι Τὸ δηλωθὲν πῦρ πεσεῖται, πρὸ τοῦ τὰς ἀκάνθας ὑμῶν, ἤτοι τὰς ἁμαρτίας, συνιέναι τὴν ῥάμνον, τουτέστι μαθεῖν καὶ εἰς (4) ἕξιν ἐλθεῖν μετάθους, καὶ τῆς σκληρότητος τῆς ῥάμνου, ὅ ἐστι

Priusquam intelligant spinæ vestræ rhamnum. Apostrophe utitur Propheta. Convertit enim sermonem suum ad Saulem. Ignis iste, inquit, super vos decidet, priusquam peccata vestra in immensum creverint. Ut autem clarior fiat sensus quem dicimus, illud animadverte, quod Scriptura sæpe per spinam, peccatum intelligit. Rhamnum autem dumorum quoddam genus est, quod maximis atque acutissimis refertum est aculeis. Ait igitur: Ignis ille, quem diximus, prius irruet, quam spinæ

Variæ lectiones.

(4) Al. ὄξιον.

Digitized by Google

vestræ, hoc est, peccata vestra, intelligant rhamnum; id est, priusquam ad summum deveniant cumulum : eo modo, quo tenuiores spinæ tandem adauctæ, rhamni speciem gerunt : quod et re ipsa accidit. Nam Saul postmodum non diu vixit.

A τῆς ὑπερβαλούσης κακίας. Οὕτως γὰρ καὶ Σαοὺλ, ὀλίγον καιρὸν ἐπέζησε τῇ κακίᾳ.

Quasi viventes, quasi in ira absorbet eos. Ignis ille nimirum, quem diximus : *Quasi viventes* autem ideo dixit, quod ab eo tempore quo Saul a pythonissa interitum suum præsenserat : prænota morte, quasi non vivere videbatur. Et quasi in ira, propter violentum genus mortis. *Absorbetur* etiam dixit, indicans quod facile Deo esset pro libito illos perdere.

Ὡσεὶ ζῶντας, ὡσεὶ ἐν ὀργῇ καταπίεται αὐτούς. Τὸ ῥηθὲν πῦρ· *ὡσεὶ ζῶντας* δὲ, διὰ τὸ, τὸν Σαοὺλ μὴ κυρίως ζῆν, ἀφότου παρὰ τῆς ἐγγαστριμύθου μεμάθηκε τὴν πανωλεθρίαν ἑαυτοῦ. *Ὡσεὶ ζῶντας* οὖν, ἀντὶ τοῦ, Μὴ κυρίως ζῶντας. *Ὡσεὶ ἐν ὀργῇ*, διὰ τὸ ἀπότομον καὶ ἀσυμπαθὲς τοῦ ὀλέθρου· *Καταπίεται* δὲ εἶπε, διὰ τὸ εὐχερές.

VERS. 11. *Lætabitur justus, cum viderit vindictam.* Justum hic eum appellat, cui injuria nectuntur B insidiæ. *Lætabitur* autem, non in lapsu, aut ruina pravorum hominum, sed in æquissima Dei justitia, qui injuriam passos homines non despexit, ne impiis impune peccantibus, infirmorum animi lædererentur.

Εὐφρανθήσεται δίκαιος, ὅταν ἴδῃ ἐκδίκησιν. Δίκαιον λέγει τὸν ἀδίκως ἐπιβουλευόμενον. Εὐφρανθήσεται δὲ, οὐκ ἐπὶ τῇ πτώσει τοῦ πονηροῦ, ἀλλ' ἐπὶ τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὐ περιορᾷ τοὺς ἀδικουμένους, ἵνα μὴ βλάβειεν οἱ μικρόψυχοι.

Manus suas lavabit in sanguine peccatoris. Non lavabit manus intingens eas in sanguine, sed, veluti innocens in ipso sanguine, manus suas lavabit. Hunc autem loquendi modum alibi vidimus, in psalmo XXV, ibi : *Lavabo in innocentibus manus meas.* Alii dicunt ita intelligi debere, quod dum peccatoris sanguis effundetur, justus lavabit manus suas, hoc est, mundabit actiones suas, factus nimirum cautior ex cruciatibus peccatori illatis : lætabiturque, non quod gaudeat eum pœnis affici, C sed quia illius exemplo ipse fit prudentior ac securior. Similiter et lavabit manus suas, quia actiones suas mundabit, dum peccator ille occiditur, hoc est, dum punitur.

Τὰς χεῖρας αὐτοῦ νίψεται ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ. Οὐ βάπτων αὐτὰς ἐν τῷ αἵματι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ αἵματι αὐτοῦ νίψεται ὡς ἀθῷος τοῦ τοιούτου αἵματος. Εἴρηται δὲ περὶ τοῦ τρόπου τῆς ἀπονίψεως ταύτης, ἐν τῷ κε' ψαλμῷ, εἰς τό· *Νίψομαι ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου.* Τινὲς δὲ λέγουσιν [ὅτι] ἐν τῷ χυθῆναι τὸ αἷμα τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὁ δίκαιος καθαρίσει τὰς ἑαυτοῦ χεῖρας, ἤγουν πράξεις, εὐλαβέστερος διὰ τὸν φόβον γενόμενος. Εὐφρανθήσεται δίκαιος, οὐχ ἡδόμενος, ὅτι ἐκεῖνος κολάζεται, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς γίνεται σωφρονέστερός τε καὶ ἀσφαλέστερος ἀπὸ τῆς ἐκείνου κολάσεως. Ὁμοίως καὶ τὸ, *Τὰς χεῖρας αὐτοῦ νίψεται*, Καθαριεῖ δηλονότι τὰς πράξεις αὐτοῦ, ἐν τῷ σφάττεσθαι ἐκεῖνον, ἤγουν κολάζεσθαι.

VERS. 12. *Et dicet homo : Si utique est fructus justo, utique est Deus judicans eos in terra.* Et sapiens, inquit, vir aliquis, eum victorem esse conspiciens, qui antea opprimebatur, hujusmodi argumento iter sibi ad virtutem parabit : Si aliquis, inquiens, est fructus justo : si ulla justo præmia sunt reposita [clarum est autem quod vindicta illa, quam Deus de justorum inimicis sumit, loco fructus justis viris reputatur], necessario et illud dicendum est Deum esse, qui in hac vita tam in- D justos judicat quam justos ; unde hujusmodi rationem considerans, ardentior fiet ad sectandas virtutes.

Καὶ ἐρεῖ ἄνθρωπος· Εἰ ἄρα ἐστὶ καρπὸς τῷ δικαίῳ, ἄρα ἐστὶν ὁ Θεὸς κρίνων αὐτοὺς ἐν τῇ γῇ Καὶ ὁ συνετὸς ἄνθρωπος ἰδὼν τὸν ἀδικούμενον, μάλιστα νικήσαντα, ἐρεῖ συλλογιστικῶς· Εἰ ἄρα ἐστὶ καρπὸς τῷ δικαίῳ, καὶ εἰ οὐ μάτην ἐργάζεται τὴν ἀρετὴν, δῆλον δὲ ὅτι καρπός ἐστιν αὐτῷ ἐκδίκησις· ἄρα ἐστὶν ὁ Θεὸς καὶ ἐνταῦθα κρίνων αὐτούς, δηλαδὴ αὐτὸν τὸν οὕτως συλλογιζόμενον, καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους. Καὶ λοιπὸν βελτίων ἐντεῦθεν εἰς ἀρετὴν γενήσεται.

In finem ne corrumpas, psalmus ipsi David, in tituli inscriptionem, quando misit Saul et custodivit domum ejus ut interficeret eum.

Εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρῃς τὸν Δαβὶδ εἰς στηλογραφίαν, ὅπότε ἀπέστειλε Σαοὺλ, καὶ ἐφύλαξε τὸν οἶκον αὐτοῦ, τοῦ θανατῶσαι αὐτόν.

PSALMUS LVIII.

ΨΑΛΜΟΣ ΝΗ'.

Saul livore succensus adversus beatum David, frequentissimas ei tendebat insidias. Cum autem una dierum arreptum Saul jaculum in illum immisisset, declinato ictu evasit beatus David, et in domum suam abiit. Perseverante autem regis ira, mandatum est, ut diligenti militum custodia illius domus observaretur, ne scilicet effugeret. Quod cernens Melcho ejus uxor et Saulis filia, viro omnia renuntiavit, atque ei per fenestram effugium para-

Ὁ Σαοὺλ διαφθονῶν τῷ Δαβὶδ, ἐπεβούλευεν αὐτῷ συνεχέστερον, καί ποτε συνεστιώμενος αὐτῷ, δόρυ λαβὼν, ἐπαφῆκεν. Ἐκκλίναντος δὲ, καὶ ἀναχωρήσαντος, περιέστησεν φρουράν, εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Τοῦτο δὲ ἡ Μελχὼ ἡ θυγάτηρ μὲν Σαοὺλ, γυνὴ δὲ Δαβὶδ, καταμηνύσασα τῷ ἀνδρὶ, παρεσκεύασε διὰ φωταγωγοῦ τινος ἀποδρᾶναι, καθὼς ἡ πρώτη βίβλος τῶν Βασιλειῶν ἱστορεῖ πλατύτερον Διαφυγὼν δὲ συνέταξε τὸν προκείμενον ψαλμόν· ἐπὶ τοῦ παρόν-

Digitized by Google

τος οὖν, ἁλλως ἐξηγητέον τὴν τοῦ *Εἰς τέλος* (5) προγραφήν. Παρεγγυᾷ γὰρ εἰς τὸ τέλος τῶν πειρασμῶν ὁρᾶν, καὶ μὴ διαφθείρειν τὴν ὑπομονήν. Εἶτα τὸ ἐξῆς τῆς ἐπιγραφῆς, τῷ *Δαβὶδ*, φησὶ, πεποίηται εἰς ἀνεξάλειπτον μνήμην τῶν γεγενημένων.

A vit, quemadmodum in primo Regum libro latine continetur. Cum igitur tunc aufugisset beatus David præsentem psalmum composuit. Et quod psalmo inscripsit, *in finem*, *ne corrumpas*, alio modo exponendum est, quam alibi exposuerimus. Jubet enim nos Propheta ad tentationum finem respicere, longanimitatemque ac patientiam non abjicere. Et quod sequitur, *ipsi David in tituli inscriptionem*, intellige ideo dictum esse, quia elaboratus, atque compositus fuerit hic psalmus, in perpetuam rerum memoriam, quæ tunc ei contigerunt.

Ἐξελοῦ με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου, ὁ Θεός, καὶ ἐκ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμὲ, λύτρωσαί με· ῥῦσαι με ἐκ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν, καὶ ἐξ ἀνδρῶν αἱμάτων σῶσόν με. Ἐπανισταμένους λέγει, τοὺς ἐπιτιθεμένους καὶ ἐφορμῶντας αὐτῷ, δηλαδὴ τὸν Σαοὶλ, καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν στρατιώτας, καὶ τοὺς ὑπουργοῦντας αὐτοῖς δαίμονας. Τοὺς αὐτοὺς δέ φησι καὶ ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν, καὶ ἄνδρας αἱμάτων· τότε γὰρ ἐπιβουλεύειν τοῖς ἀναιτίοις· ἄνομος καὶ ἀνὴρ αἱμάτων, ὁ χαίρων αἵμασιν.

Vers. 2, 3. *Eripe me de inimicis meis, Deus, et ab insurgentibus in me libera me; eripe me ab operantibus iniquitatem, et de viris sanguinum salva me.* Insurgentes illos appellat, qui contra eum impetum fecerant, Saulem scilicet, et ejus milites : vel dæmones etiam, qui commissorum scelerum erant participes. Eosdem etiam appellat operantes iniquitatem et viros sanguinum, eo quod iniquum sit insidias tendere adversus innocentem. Sanguinum autem vir ille dicitur, qui in sanguinis effusione lætatur.

Ὅτι ἰδοὺ ἐθήρευσαν τὴν ψυχήν μου. Ὅτι ἰδοὺ, ὡς ὁρᾷς, τὸ ἐπ' αὐτοῖς συνέλαβόν με, περικυκλώσαντες τὸν οἶκόν μου, εἰ καὶ διὰ σοῦ σέσωσμαι.

Vers. 4. *Quoniam ecce venati sunt animam meam.* Quoniam, inquit, ut perspicuum est, omnem adhibuerunt operam, ut me domi inclusum comprehenderent, tametsi tuo adjutus subsidio evaserim.

Ἐπέθεντο ἐπ' ἐμὲ κραταιοί. Ἰσχυροὺς αὐτοὺς ὀνομάζει, διά τε τὸν πλοῦτον καὶ τὸ πλῆθος, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἰσχύν.

Irruerunt in me fortes. Fortes appellat eos ob divitiarum abundantiam et militum copias. In his etenim robur ac vires pugnantium consistere ab omnibus existimatur.

Οὔτε ἡ ἀνομία μου, οὔτε ἡ ἁμαρτία μου, Κύριε. Λείπει τὸ, *αἰτία*· οὔτε γὰρ ἠνόμησα, οὔτε ἥμαρτηκα εἰς αὐτοὺς, ἵνα ἔχωσιν καὶ αἰτίαν κατ' ἐμοῦ μανίας. Εἰ δὲ καὶ διαφορὰν ἐνταῦθα ζητεῖς· ἀνομίαν μὲν, νόει τὴν μεγάλην πλημμέλειαν· ἁμαρτίαν δὲ, τὴν μικράν.

Vers. 5. *Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, Domine.* Subintellige *in causa est.* Neque enim inique egi, neque peccavi contra illos, ut causam aliquam haberent, cur in me tantum sævirent. Quod si quis differre existimet iniquitatem a peccato, per illam gravius delictum, per hoc, levius erratum intelliget.

Ἄνευ ἀνομίας ἔδραμον, καὶ κατεύθυνα. Χωρὶς πταίσματος ἐπολιτευσάμην ἐν αὐτοῖς, καὶ διὰ τοῦτο μεγάλα κατώρθωσα· ἢ χωρὶς ἀνομίας κατώρθωσα, ἵνα κατώρθωσα. Ἁρμόσεις δ' ἂν μάλιστα τῷ Χριστῷ τό· *Οὔτε ἡ ἀνομία μου, οὔτε ἡ ἁμαρτία μου, καὶ τὰ ἑξῆς, ἀδίκως ἐπιβουλευομένῳ παρὰ τῶν Ἰουδαίων.*

Sine iniquitate cucurri et direxi. Absque peccato cum eis conversatus sum, atque ideo *direxi*, hoc est, actiones meas ad virtutem dirigendo me omnibus æquum præbui. Vel, sine iniquitate direxi, hoc est, virtute duce, recta opera egi. Christo etiam convenientissime omnia hæc possunt verba aptari : *Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, sine iniquitate cucurri et direxi*, et similiter quæ sequuntur.

Ἔξεγέρθητι εἰς συνάντησίν μου, καὶ ἴδε. Ἐλθὲ εἰς τὸ συναντῆσαί μοι φεύγοντι, καὶ ἐπιῤῥῶσαι, καὶ ἴδε οἷα πάσχω. Ταῦτα δὲ ἀνθρωποπρεπῶς εἴρηται· καθὼς πολλάκις εἰρήκαμεν· ἀκίνητον γὰρ τὸ Θεῖον, καὶ πάντων ἐπίσκοπον.

Vers. 6. *Exsurge in occursum meum, et vide.* Veni, inquit, et occurre mihi fugienti, et vires præsta, et vide quænam patiar. Hæc autem dici a Christo, humano more Propheta introducit, ut alibi sæpe diximus. Divinitas enim omnia cernit, et mutari non potest.

Καὶ σὺ, Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, πρόσχες τοῦ ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη. Δυνάμεις λέγει, τὰ ἀγγελικὰ τάγματα. Ἢ ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ἀντὶ τοῦ ὁ δυνατὸς, ἢ ὁ δυνάμεως χορηγός· εἶτα παρακαλεῖ αὐτὸν ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη, διὰ τοῦ ἀνθρωπῆσαι, προεγνωκὼς τοῦτο τὸ μυστήριον.

Et tu, Domine virtutum, Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes. Virtutes appellat angelicos ordines. Vel Deum virtutum, hoc est, Deum potestatum seu potentiarum pro eo dixit, quod est : Deus potens, vel Deus potentiæ largitor. Deinde eum rogat, ut adventu atque incarnatione sua visitet omnes gentes, quemadmodum futurum esse prævidebat.

Variæ lectiones.

(5) Al. Συγγραφήν.

Digitized by Google

Ne miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. A His nimirum, qui pertinaces sunt in malo, quales erant Saul et socii, Anna, Caiphas et dæmones, atque hæc facito, ut cæteri homines hoc exemplo prudentiores fiant.

Μὴ οἰκτειρήσῃς πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν. Τοὺς ἀνεπιστρόφως ἔχοντας, (6) ὡς οἱ περὶ τὸν Σαοὺλ, καὶ τὸν Ἄνναν, καὶ Καϊάφαν, καὶ τοὺς δαίμονας, ἵνα σωφρονέστεροι διὰ τοῦ ὑποδείγματος οἱ ἄνθρωποι γένωνται

Vers. 7. *Convertentur ad vesperam, et famem patientur ut canes, et circuibunt civitatem.* Ad vesperam, hoc est, sero aliquando. Prædicit enim futurum esse tempus, quando Judæorum aliqui ex dispersione sua revertentur in Jerusalem, et nullis in ea inventis cibis, quia civitas sub externorum erit imperio, misere esurient. Quinimo nec illic persistere poterunt, sed ut profani, atque ideo rejecti, extra muros civitatis jacentes mœrebunt : quod etiam inpræsentiarum eis accidere videmus. B Canis vero similitudine usus est, quod famelicum animal sit, et impudens.

Ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν, καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων, καὶ κυκλώσουσι πόλιν. Τὸ ἑσπέρας, τὸ ὀψέ ποτε σημαίνει. Προφητεύει δὲ, ὅτι ἔσται καιρὸς, ὅτε τινὲς τῶν Ἰουδαίων ἐπιστρέψουσιν εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἀπὸ τῆς διασπορᾶς, καὶ μὴ εὑρόντες ἐν αὐτῇ τροφὰς διὰ τὸ ἀλλόφυλον τῶν κυριευόντων αὐτῆς, λιμώξουσι σφοδρῶς, καὶ οὐδὲ ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ στῆναι συγχωρηθήσονται, ἀλλ' ἀπελαυνόμενοι ὡς (7) ἄγγος, κύκλῳ τῆς ποτὲ πόλεως αὐτῶν αὐλισθήσονται, ὃ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ὁρᾶται γινόμενον. Εἰς παράδειγμα δὲ τὸν κύνα παρέλαβε, διὰ τὸ λιμώττειν ἄγαν τοῦτο τὸ ζῶον, καὶ διὰ τὴν ἀναίδειαν.

Vers. 8. *Ecce loquentur in ore suo.* Sententiam nimirum ferentes adversum Christum : veluti cum cruci illum affigi instantissime postulaverunt. Observandum vero est, ut prædiximus, quod dictio, *Ecce*, abundat sæpe apud Hebræos, atque ut plurimum est superflua.

Ἰδοὺ ἀποφθέγξονται ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. Ἀπόφασιν ἐξενέγκωσι κατὰ τοῦ Χριστοῦ, τοῦ *Σταυρωθήτω*. Παρατηρητέον δὲ, ὡς προείπομεν, ὅτι τὸ, *Ἰδοὺ* πλεονάζον παρὰ τῇ διαλέκτῳ τῶν Ἑβραίων, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, περιττὸν τέθειται.

Et gladius in labiis eorum. Gladium appellat acerbissimum sermonem nefariæ illius sententiæ, quam paulo ante prædiximus.

Καὶ ῥομφαία ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν. Ῥομφαίαν καλεῖ τὸν θανατηφόρον λόγον, ὃς ἐστιν ἡ δηλωθεῖσα ἀπόφασις.

Quoniam quis audivit? Hujusmodi, inquit, ab eis proferuntur verba. Quia eorum judicio nullus audivit; nullus, inquam, qui Christum injuriis C oppressum posset eximere. Unde Symmachus pro *quis, nemo* transtulit. Putavit enim, inquit, Christum a nemine adjuvari debere.

Ὅτι τίς ἤκουσε; Τοιαῦτα δὲ λέγουσιν ὅτι, ὡς δοκεῖ αὐτοῖς, οὐδεὶς ἤκουσεν, ἐκκεκλεῖν τὸν ἐπιβουλεύομενον δυνάμενος. Ἀντὶ γὰρ τοῦ *Τίς, Οὐδεὶς* ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος· οἴονται γὰρ, φησὶν, αὐτὸν ἀβοήθητον.

Vers. 9. *Et tu, Domine, deridebis eos.* Hoc est simile ei, quod alibi legimus in secundo psalmo ; *Qui habitat in cœlis, irridebit eos.*

(8) *Σὺ δὲ, Κύριε, ἐκγελάσεις αὐτούς.* Τοῦτο ὁμοιόν ἐστι τῷ, *Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς*, περὶ οὗ ἐν τῷ β' ψαλμῷ προείρηται.

Ad nihilum deduces omnes gentes. Quæ Evangelii prædicationem non suscipiunt, quæ tuis resistunt servis. Vel, per gentes, dæmonum catervas intelligit.

Ἐξουδενώσεις πάντα τὰ ἔθνη. Τὰ μὴ δεχόμενα τὸ κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου, τὰ πολεμοῦντα τοῖς δούλοις σου. Λέγει δὲ καὶ ἄλλως τὰ συστήματα τῶν δαιμόνων.

Vers. 10. *Imperium meum ad te servabo.* Hæc aiunt beatum David dicere de seipso. Regnum, inquit, quod mortuo Saule, mihi debetur, temere non invadam; neque ego ideo illum occidam, quinimo illud totum tuo relinquam arbitrio. Ita enim hoc in loco, sibi vult verbum : *Servabo.* Quod vero ait : *ad te*, dictum est pro *Apud te.* D

Τὸ κράτος μου πρὸς σὲ φυλάξω. Τοῦτο, περὶ ἑαυτοῦ φασιν εἰπεῖν τὸν Δαβὶδ, ὅτι Τὴν ὀφειλομένην μοι βασιλείαν οὐκ αὐτὸς σφετερίσομαι, ἀνελὼν τὸν Σαοὺλ, ἀλλὰ σοὶ ταύτην ἐάσω, τοῦτο γὰρ τὸ, *Φυλάξω*, σημαίνει νῦν, δοθησομένην, ὅταν θελήσῃς. Τὸ δὲ, *Πρὸς σὲ*, ἀντὶ τοῦ, Παρὰ σοί.

Quoniam tu, Deus, adjutor meus es. Quoniam tu, inquit, qui omnia moderaris, auxilio mihi es.

Ὅτι σὺ ἀντιλήπτωρ μου εἶ. Διότι σὺ μοι βοηθεῖς, ὁ πάντα δυνάμενος.

Vers. 11. *Deus meus, misericordia ejus præveniet me.* Vide, inquit, quali perfruar Deo, qui tam præsto semper mihi est, ut summa sua misericordia meas longe præveniat preces.

Ὁ Θεός μου τὸ ἔλεος αὐτοῦ προφθάσει με. Ὁ Θεός μου οἷός ἐστι· τὸ ἔλεος αὐτοῦ προλάβῃ τὴν ἐμὴν αἴτησιν. Οὕτω ταχύς ἐστι εἰς βοήθειαν.

Vers. 12. *Deus meus ostendet mihi in inimicis meis.* Subintelligendum est aliquid, verbi gratia :

Ὁ Θεός μου δείξει μοι ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου. Λείπει τὸ Ὅσα βούλομαι, ἢ Ὅσα εἰκός ἐστι· τοιοῦ-

Variæ lectiones.

(6) Al. ὅσοι

(7) Al. ἄγος.

(8) Al. Καὶ σύ. Idem.

Digitized by Google

τον ἦν τό· *Καὶ ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου ἐπεῖδεν ὁ ὀφθαλμός μου*, ἐν τῷ νγ ψαλμῷ κείμενον.

A Ostendet mihi quæcunque optavero, vel Quodcunque decens fuerit, ut videam. Hujusmodi figuram loquendi vidimus in psalmo LIII ibi · *Et in inimicis meis despexit oculus meus.*

Μὴ ἀποκτείνῃς αὐτούς, μή ποτε ἐπιλάθωνται τοῦ νόμου σου· διασκόρπισον αὐτοὺς ἐν τῇ δυνάμει σου, καὶ κατάγαγε αὐτούς, ὁ ὑπερασπιστής μου, Κύριε. Ὅρα τοῦ Προφήτου τὴν ἀνεξικακίαν, ἣν δεῖ μιμεῖσθαι καὶ ἡμᾶς. Παρακαλεῖ γὰρ μὴ ἀναιρεθῆναι τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, ἵνα μὴ προαναιρεθέντες, ἐπιλάθωνται τῶν θείων ἐντολῶν τοῦ λοιποῦ. Ὁ γὰρ ἀποθανὼν, ἐπιλανθάνεται ἤδη τοῦ νόμου. Φησὶ γάρ· *Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου.* Ἀλλὰ διασκορπισθῆναι αὐτούς, ἡττηθέντας, καὶ ταπεινωθῆναι, καὶ οὕτω βελτιωθῆναι. Ὁ μὲν οὖν Δαβὶδ οὕτως ἐζήτησεν· ὁ δὲ B Θεὸς ἐδίκασεν δικαίως, καὶ τοὺς μὲν ἀνιάτους ἀνεῖλε· τοὺς δὲ βελτιωθῆναι μέλλοντας, φυγεῖν παρεσκεύασε, καὶ οὕτως ἐπλήρωσε τοῦ δεηθέντος τὴν αἴτησιν. *Κατάγαγε δὲ*, ἀντὶ τοῦ Ταπείνωσον.

Ne occidas eos, nequando obliviscantur legis tuæ. Disperge eos in virtute tua, et depone eos, protector meus, Domine. Vide miram Prophetæ patientiam, quam et nos imitari decet. Rogat enim pro inimicis ne occidantur, ne morte præventi, obliviscantur mandatorum Dei. Nam qui moritur, divinæ legis obliviscitur; unde alibi: *Quoniam non est in morte qui memor sit tui;* sed victos ad hoc tantum dispergi, dejici atque humiliari rogat, ut probiores reddantur. Ei ipse quidem David ita optabat, Deus autem justum protulit judicium, et eos qui insanabiles erant, occidit: alios vero, qui aliquando futurum erat ut meliores fierent, effugere permisit, atque hoc pacto supplicanti Prophetæ annuit. Et quod ait: *Depone*, dictum est, pro *Deprime*, atque *Humilia*.

Ἡ ἁμαρτία στόματος αὐτῶν, ὁ λόγος χειλέων αὐτῶν. Ἐπὶ τὸν λόγον πάλιν τῶν χριστοκτόνων ἐπανατρέχει, λέγων, ὅτι ἁμαρτία τοῦ στόματος αὐτῶν ἐστιν ὁ ἄδικος λόγος τῶν χειλέων αὐτῶν, ὃν εἶπον, *Σταυρωθήτω*, καὶ εἴ τι τοιοῦτον.

Vers. 13. *Delictum oris eorum, sermo labiorum suorum.* Rursum ad sermonem redit de Christi interfectoribus, dicens, quod peccatum oris eorum, fuit impius ille sermo, quem adversus Christum protulerunt, dicentes: *Crucifigatur*, aut si quid aliud ejusmodi est.

Καὶ συλληφθήτωσαν ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ αὐτῶν. — Μετὰ τῆς ὑπερηφανίας αὐτῶν ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος· ἠλαζονεύοντο γὰρ, ὡς Ἀβραὰμ ἔκγονοι, καὶ ὡς τοῦ νόμου φύλακες. Συλληφθήτωσαν δὲ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων.

Et comprehendantur in superbia sua. Symmachus transtulit, *cum superbia sua.* Jactabant enim atque inaniter gloriabantur, quod nepotes essent Abraham, et qui soli divinam legem haberent: a C Romanis tunc expugnati, pœnas dedere.

Καὶ ἐξ ἀρᾶς καὶ ψεύδους διαγγελήσονται ἐν συντελείᾳ. Ἀρὰν ἐνταῦθα τὴν βλασφημίαν λέγει, ἣν κατέχεον τοῦ Χριστοῦ· ψεῦδος δὲ, ὃ κατεμαρτύρησαν αὐτοῦ, ὅτι κελεύει μὴ δοῦναι κῆνσον τῷ Καίσαρι, καίτοι σαφῶς εἰπόντος· *Ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι.* Διὰ τὴν βλασφημίαν οὖν, φησὶ, καὶ τὸ ψεῦδος, διάγγελμα καὶ περιλάλημα πᾶσι γενήσονται, οὐκ ἐπί τινι κατορθώματι, ἀλλ' ἐπὶ καταστροφῇ, καθ' ἣν ἀπώλοντο· ταύτην γὰρ εἶπε συντέλειαν.

Vers. 14. *Et de exsecratione et mendacio annuntiabuntur in consummatione.* Per exsecrationem nunc blasphemiam intelligit, quam impie in Christum evomuere; mendacium vero illud dicit, quod finxere, attestantes prohibere Christum dari censum Cæsari. Palam etenim mandaverat Dominus dicens: *Reddite quæ Cæsaris sunt, Cæsari.* Sensus est igitur, quod propter blasphemiam et mendacium Judæi omnibus sermo erunt et fabula. Neque enim amplius præclara eorum gesta narrabuntur, sed eorum destructio, quam hic consummationem appellavit.

Ἐν ὀργῇ συντελείας, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξωσι. Καὶ οὐκ ἐπὶ συντελείᾳ ἁπλῇ, ἀλλ' ἐπὶ ὀργῇ συντελείας· καὶ λοιπὸν, οὐκέτι πολιτευθήσονται.

In ira consummationis, et non erunt. Non simpliciter dixit In consummatione, sed In ira consummationis. Et quod, ait: *Non erunt*, ideo dictum est, quia deinceps amplius conversaturi non erant ut antea, neque communem rempublicam habituri.

Καὶ γνώσονται, ὅτι ὁ Θεὸς δεσπόζει τοῦ Ἰακώβ, καὶ τῶν περάτων τῆς γῆς. Θεὸν ἐνταῦθα τὸν Χριστόν φησιν.

Et cognoscent quoniam Deus dominatur Jacob et finium terræ. Per Deum hoc in loco Christum intelligit.

Ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν, καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων, καὶ κυκλώσουσιν πόλιν. Τὴν ἄνω ῥηθεῖσαν πρόῤῥησιν, ἐπιβεβαιοῖ, διὰ τῆς τῶν ῥημάτων ἀναδιπλώσεως,

Vers. 15. *Convertentur ad vesperam, et famem patientur ut canes, et circuibunt civitatem.* Prophetiam superius dictam hujusmodi verborum repetitione confirmat.

Αὐτοὶ διασκορπισθήσονται, τοῦ φαγεῖν. Οἱ περιλειφθέντες αὐτῶν, μὴ ἔχοντες ἰδίαν ἔτι πόλιν, διασπαρήσονται, στροφὴν ἑαυτοῖς ζητοῦντες, ὡς προσαῖται.

Vers. 16. *Ipsi dispergentur ad manducandum.* Ii qui ex eis relicti fuerint, propriam non habentes civitatem, dispergentur, et miserorum instar, ipsa etiam alimenta mendicabunt.

Digitized by Google

Quod si saturati non fuerint et murmurabunt. Redarguit eos, quod majorum more adhuc murmurent etiam post dispersionis castigationem. Murmurabunt enim, inquit, et tunc contra Deum.

A

Vers. 17. *Ego autem cantabo virtutem tuam.* Cantabo, id est, canticis laudabo.

Et exsultabo mane misericordiam tuam. Exsultabo, inquit, in tua misericordia, vel, in tuam misericordiam. *Mane* autem dixit, pro, Cito. Neque enim sero mei misereberis. Quod vero ait: *Exsultabo misericordiam tuam*, promiscua est atque indifferens constructio.

B

Vers. 18, 19. *Quoniam factus es adjutor meus, et refugium meum, in die tribulationis meæ, adjutor meus es, tibi psallam, quoniam Deus adjutor meus es, misericordia mea.* Hæc omnia per se clara sunt. Gratias enim Deo agit ut benefactori.

In finem iis qui commutabuntur, in tituli inscriptionem, ipsi David in doctrinam, quando incendit Mesopotamiam Syriæ, et Syriam Sobal, et convertit Joab, et percussit juxta vallem Salinarum duodecim millia.

C

PSALMUS LIX.

In finem quidem, quoniam ad eorum finem respicere jubet Propheta quæ in psalmo prædicta sunt. Prædicit enim posteris captivorum Judæorum reditum ex Babylone, et reædificationem civitatis Jerusalem. Quod vero ait: *Iis qui commutandi sunt*, idem est, ac si diceret: Iis, qui ex servitute ad libertatem redituri sunt. Et *in tituli inscriptionem*, hoc est, in indelebilem ac perpetuam tanti beneficii memoriam. Et quod ait: *Ipsi David*, auctoris nomen indicat, ac si dicat. Psalmus elaboratus ipsi David. *In doctrinam*, hoc est ut doceat, gratias nimirum agere, aut pœnitentiam. Et quæ sequuntur, tempus indicant, quando compositus est psalmus. Verum quæ hic de Mesopotamia Syriæ et de Syria Sobal et de valle Salinarum dicta sunt, in nulla historia aperte traduntur, nisi fortasse aliqua obscura habeantur in secundo Regum libro; attamen verisimile est et gesta hæc fuisse omnia, et omissa cum multis aliis. Vallis autem Salinarum locus est, sed loci appellatione habitatores loci intelligit; et numerum interemptorum ponit. Magnus vero Basilius verba illa: *Iis qui commutabuntur*, de Christianis intelligit dicta esse, propter immutationem scilicet quæ fit in baptismo, et propter liberationem a dæmonum servitute. Hanc expositionem ultimo loco tractabimus; in præsentia autem priorem prosequemur juxta captivos qui erant in Babylone.

D

Vers. 2. *Deus, repulisti nos, et destruxisti nos.* Repulisti, quia te irritavimus; et destruxisti, tradens nos in captivitatem Babylonis. Spoliati enim erant Judæi tunc regno, et viribus.

Iratus es, et misertus es nobis. Iratus es, quia

Ἐὰν δὲ μὴ χορτασθῶσι, καὶ γογγύσωσι. Διασύρει αὐτοὺς, ὡς τὸν προγονικὸν γογγυσμὸν, (9) μηδὲ ἐν τῇ διασπορᾷ καταλιπόντας· γογγύζουσι γὰρ καὶ τότε κατὰ τοῦ Θεοῦ.

Ἐγὼ δὲ ᾄσομαι τῇ δυνάμει σου. Ἄσομαι, ἀντὶ τοῦ Ὑμνήσω ἐν ᾠδῇ.

Καὶ ἀγαλλιάσομαι τὸ πρωῒ τὸ ἔλεός σου. Καὶ ἀγαλλιάσομαι τῷ ἐλέει σου· ἢ εἰς τὸ Ἔλεός σου. Τὸ Πρωΐ, ἤτοι Ταχέως· οὐκ εἰς μακρὰν γὰρ ἐλεηθήσομαι. Τὸ δὲ Ἀγαλλιάσομαι, ἀδιάφορον τὴν σύνταξιν ἔσχεν.

Ὅτι ἐγενήθης ἀντιλήπτωρ μου καὶ καταφυγή μου ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου. Βοηθός μου εἶ· σοὶ ψαλῶ, ὅτι ὁ Θεὸς ἀντιλήπτωρ μου εἶ, ὁ Θεός μου, τὸ ἔλεός μου. Ταῦτα πάντα σαφῆ· εὐχαριστεῖ γὰρ τῷ εὐεργέτῃ Θεῷ.

Εἰς τὸ τέλος τοῖς ἀλλοιωθησομένοις εἰς στηλογραφίαν τῷ Δαβὶδ εἰς διδαχήν. Ὁπότε ἐνεπύρισε τὴν Μεσοποταμίαν Συρίας, καὶ τὴν Συρίαν Σωβάλ, καὶ ἐπέστρεψεν Ἰωάβ, καὶ ἐπάταξε τὴν φάραγγα τῶν ἁλῶν, δώδεκα χιλιάδας.

ΨΑΛΜΟΣ ΝΘ'.

Εἰς τὸ τέλος μὲν, ὅτι παρεγγυᾷ βλέπειν εἰς τὸ τέλος τῶν περιεχομένων προρρήσεων, προαγορεύει γὰρ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον τῶν ὕστερον αἰχμαλωτισθέντων Ἰουδαίων, καὶ τὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐπανόρθωσιν· τοῖς ἀλλοιωθησομένοις δὲ τοῦτο παρεγγυᾷ, τουτέστι τοῖς ἐκ δουλείας εἰς ἐλευθερίαν ἐπανελευσομένοις. Καὶ εἰς στηλογραφίαν μὲν, ἤγουν ἀνεξάλειπτον, καὶ πᾶσι γνώριμον μνήμην τῆς τοιαύτης εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ συνεγράφη Τῷ Δαβίδ. Εἰς διδαχὴν δὲ, εὐχαριστίας, ἢ ὑπομονῆς. Τὸ δ' ἑξῆς, διδάσκει καὶ τὸν (10) καιρὸν, ὅτε ταῦτα ἐνηχθεὶς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, συνέγραψεν. Ἐν οὐδεμιᾷ δὲ ἱστορίᾳ τὰ περὶ τῆς Μεσοποταμίας Συρίας, καὶ τῆς Συρίας Σωβὰλ, καὶ τῆς Φάραγγος τῶν ἁλῶν, φανερῶς εἴρηνται, εἰ μὴ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Βασιλειῶν τινα τούτων ἀμυδρῶς. Εἰκὸς δὲ πραχθῆναι καὶ ταῦτα, καὶ παραλειφθῆναι μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν· τόπος ἡ φάραγξ τῶν ἁλῶν· διὰ δὲ τῆς κλήσεως τοῦ τόπου, τοὺς κατοικοῦντας αὐτῷ ἐδήλωσεν ἡ ἐπιγραφὴ, προσθεῖσα καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν εἰρημένων. Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος, ἀλλοιωθησομένους τοὺς Χριστιανοὺς μάλιστα λέγει, διά τε τὴν ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος μεταποίησιν, καὶ τὴν ἐκ τῆς δουλείας τῶν δαιμόνων ἐλευθερίαν, περὶ οὗ ὕστερον ἐροῦμεν. Νῦν δὲ τοῖς ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλώτοις ἀναθετέον τὸν ψαλμόν.

Ὁ Θεὸς, ἀπώσω ἡμᾶς, καὶ κατέλυσας ἡμᾶς. Ἀπώσω μὲν, ὡς παροργίσαντάς σε· καθεῖλες δὲ, παραδοὺς εἰς πολιορκίαν τοῖς Βαβυλωνίοις. Καθῃρέθησαν γὰρ καὶ τῆς βασιλείας, καὶ τῆς δυνάμεως. Ὠργίσθης, καὶ ᾠκτείρησας ἡμᾶς. Ὠργίσθης

Variæ lectiones.

(9) Al. μηδὲν ἐν τῇ διασπορᾷ.

(10) Καιρόν. Idem.

Digitized by Google

ἐφ' οἷς ἡμαρτάνομεν, καὶ ὡς κτείρησας τέως ἡμᾶς, οἷα μὴ εὐθὺς τοῖς ἄλλοις συναπωλέσας, ἀλλὰ θελήσας διὰ τὸ δουλεύειν τοῖς Βαβυλωνίοις σωφρονισθῆναι ἡμᾶς.

A peccavimus; et interea tamen misertus es nobis, dum non perdidisti nos simul cum multis aliis, in quos amplius sævit furor tuus; quinimo a gravi servitutis jugo liberasti, cupiens hoc pacto meliores nos ac prudentiores fieri.

Συνέσεισας τὴν γῆν, καὶ συνετάραξας αὐτήν. Σεισμὸν καὶ τάραχον τῆς γῆς, τῶν Ἰουδαίων λέγει τὴν καταστροφήν, τῶν ἐν αὐτῇ πόλεων, καὶ τὴν λεηλασίαν, καὶ τὴν σύγχυσιν τῶν ἀνθρώπων.

VERS. 3. *Conquassasti terram, et conturbasti eam.* Per conquassationem et conturbationem terræ, Judæorum destructionem intelligit, qui in ipsa tunc erant civitate, captivitatemque ac dispersionem hominum.

Ἴασαι τὰ συντρίμματα αὐτῆς, ὅτι ἐσαλεύθη. Σεισμὸν εἰπὼν, ἀκολούθως ἐπήγαγε, καὶ συντρίμματα καὶ σάλευσιν· ἔργα ταῦτα σεισμοῦ· αἰνίττεται δὲ τὴν πτῶσιν τῆς Ἱερουσαλήμ.

Sana contritiones ejus, quia commota est. Cum terræ conquassationem dixerit, consequenter contritionem et commotionem addit, quas terræmotus solet efficere. Et significare videtur eversionem Jerusalem.

Ἔδειξας τῷ λαῷ σου σκληρά. Σκληρὰ νόει τὰ ἐπίπονα, τά τε τῆς πολιορκίας, καὶ τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ τὰ τῆς δουλείας. B

VERS. 4. *Ostendisti populo tuo dura.* Dura, hoc est laboriosa. Omnia autem ea intelligit quæ ad obsidionem, et ad servitutem pertinebant.

Ἐπότισας ἡμᾶς οἶνον κατανύξεως. Οἶνον κατανύξεως φησὶ τὰς θλίψεις, τὰς φερούσας κατάνυξιν καὶ μετάνοιαν ὧν ἡμαρτήκασιν τῷ Θεῷ.

Potasti nos vino compunctionis. Per vinum compunctionis, calamitates intelligit: atque angustias, quæ compunctionem afferunt, et pœnitentiam eorum delictorum, ob quæ Deum contra se provocaverunt.

Ἔδωκας τοῖς φοβουμένοις σε σημείωσιν, τοῦ φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τόξου. Οἱ διαφυγόντες, φησὶ, τὴν ἀναίρεσιν, σημεῖον εἶχον ζωῆς παρὰ σοῦ ἐνσημανθὲν αὐτοῖς ἀφανῶς, ὡς δούλοις σου. Καὶ διὰ τοῦτο συμβολῆς περὶ τὰ τείχη τῆς Ἱερουσαλὴμ γενομένης, οὐκ ἀνῃρέθησαν, ἀλλ' ἐτεωργήθησαν. Περὶ τούτου δὲ τοῦ σημείου, προεῖπε καὶ Ἰεζεκιήλ· Ἀποκτείνατε εἰς ἐξάλειψιν· ἐπὶ δὲ πάντας ἐφ' οὕσινς ἐστὶ τὸ σημεῖον, ἐπὶ τῶν μετώπων, μὴ ἐγγύσητε. Πρόσωπον δὲ τόξου, τὸ βέλος, ὡς προβεβλημένον αὐτοῦ· ἢ κατὰ περίφρασιν, αὐτὸ τὸ τόξον. Διὰ γὰρ τοῦ τόξου, πᾶν ὅπλον δεδήλωται, ὡς ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν.

VERS. 5. *Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus.* Illi, inquit, qui effugerunt interitum, signum a te quoddam vitæ habebant sibi latenter, veluti servis tuis insignitum: ob quod, cum hostes manus conserrent circa mœnia, occisi non sunt, sed servati. De hoc signo etiam C legitur Ezechiel, quando ait: *Occidite ad exterminationem; illis autem, quibus est signum in fronte, nolite appropinquare.* Per faciem vero arcus, ipsam sagittam intelligit, veluti quæ arcui præeminet; vel circumloquendo, per faciem arcus, ipsum arcum intelligit. Et dum arcum dixit, omne armorum genus significavit, quasi totum a parte.

Ὅπως ἂν ῥυσθῶσιν οἱ ἀγαπητοί σου. Τοῦτο, ἡ αἰτία τῆς σημειώσεως.

VERS. 6. *Ut liberentur dilecti tui.* Hæc fuit causa, cur signum datum sit.

Σῶσον τῇ δεξιᾷ σου, καὶ ἐπάκουσόν μου. Δεξιὰ νῦν, ἡ δύναμις. Ἐπάκουσον δὲ ἐμοῦ, τοῦ ἐν αἰχμαλωσίᾳ λαοῦ.

Salva dextra tua, et exaudi me. Per dexteram, potentiam intelligit. *Exaudi* etiam *me* populum tuum in captivitate constitutum.

Ὁ Θεὸς ἐλάλησεν ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ. Τὰ μὲν ἄλλα, προσώπῳ τῶν αἰχμαλώτων εἴρηκεν ὁ Δαβίδ· τοῦτο δὲ τὸ ῥητὸν, οἰκοθεν προάγει ἅγιον μὲν λέγων ἢ ἑαυτὸν, ὡς ἀφωσιωμένον τῷ Θεῷ, ἢ τὸ θεῖον Πνεῦμα· διδάσκων δὲ, ὅτι ὁ Θεὸς ἐλάλησεν αὐτῷ καὶ ἐρεῖ. Τίνα δέ εἰσιν, ἄκουσον.

VERS. 7. *Deus locutus est in sancto suo.* Superiora quidem ex captivorum persona dicta sunt; hujus autem versiculi verba ab ipso proferuntur D Propheta: qui seipsum hic sanctum, hoc est, Deo sanctificatum ac dedicatum appellat. Vel, *Deus locutus est sancto suo*, pro Deus, per sanctum Spirit suum mihi locutus est: et in summa illud affirmat, quod a Deo ea sibi fuerunt revelata, quæ modo dicturus est. Quæ autem ea sint, audi.

Ἀγαλλιάσομαι. Τῇ εὐαρεστήσει δηλαδὴ τῶν (11) αἰχμαλώτων.

Lætabor. Quod scilicet ii qui in præsentia captivi sunt, mihi aliquando conciliandi sunt.

Καὶ διαμεριῶ Σίκιμα. Σίκιμα πόλις τῆς Ἐφραΐμ· ταύτην οὖν, φησὶν, ἀπὸ τῶν κατεχόντων ἐχθρῶν ἐλευθερώσομαι, καὶ διαμεριῶ τῷ λαῷ μου εἰς κατοικίαν.

Et partiar Sicima. Sicima civitas est tribus Ephraim. Hanc, inquit, civitatem, ab inimicis, eam occupantibus, liberabo, et partiar eam populo meo ad habitandum.

[a] Ezech. IX, 6.

Variæ lectiones.

(11) Al. αἰχμαλωτισθέντων.

Digitized by Google

Et vallem tabernaculorum metiar. Vallis tabernaculorum locus est jacens ante Sicima, quem se Deus captivis mensura pariter divisurum pollicetur. Et duobus his locis, nniversam Judæam significavit, veluti a parte totum.

A *Καὶ τὴν κοιλάδα τῶν σκηνῶν διαμετρήσω.* Καὶ ἡ κοιλὰς τῶν σκηνῶν χωρίων ἦν, πρὸ τῶν Σικήμων κείμενον, ὃ καὶ αὐτὸ μέτρῳ διανεῖμαι τοῖς αἰχμαλώτοις ὑπισχνεῖται. Διὰ δὲ τούτων τῶν τόπων, καὶ τὴν σύμπασαν Ἰουδαίαν, ὡς ἐκ μέρους τὸ πᾶν ἐδήλωσεν.

Vers. 8. *Meus est Galaad, et meus est Manasses.* A minori ad majorem ascendit, atque a posteriori ad priorem : quippe cum Galaad progenitorem suum haberet Manassem. Per Manassen vero universam Manasses tribum intelligit, et per alia patriarcharum nomina, alias insigniores tribus, per quas reliquæ etiam comprehenduntur. Ait igitur : Meus nunc est totus populus, tametsi aliquando eum repulerim, quando me irritavit.

Ἐμός ἐστι Γαλαάδ, καὶ ἐμός ἐστι Μανασσῆς. Ἀπὸ τοῦ ἀπογόνου, ἐπὶ τὸν πρόγονον ἀνῆλθε · πρόγονος γὰρ ὁ Μανασσῆς τοῦ Γαλαάδ · διὰ δὲ τοῦ Μανασσῆ, τὴν φυλὴν αὐτοῦ ἐδήλωσε · καὶ διὰ τῶν ἄλλων ὀνομάτων, τὰς ἄλλας φυλάς, τὰς ἐπισημοτέρας, αἷς καὶ αἱ λοιπαὶ συμπεριλαμβάνονται. Λέγει δὲ, ὅτι Ἐμός ἐστι νῦν, καὶ εἰ ἀπωσάμην αὐτὸν, ὅτε με παρώργισε.

Et Ephraim fortitudo capitis mei. Per caput hoc loco imperium intelligit, quemadmodum ipse etiam Symmachus transtulit, et sensus est : quod potentissima pars regni Judæorum, in iis consistit militibus, qui sunt de genere Ephraim. Hoc autem pronomine, *meus*, vindicare sibi videtur Deus eorum regnum, tanquam proprius ille sibi sit populus, ex quo majorem illius etiam fiduciam præstat.

B *Καὶ Ἐφραὶμ, κραταίωσις τῆς κεφαλῆς μου.* Κεφαλὴν ἐνταῦθα, τὴν ἀρχὴν ὀνομάζει · οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκε. Φησὶν οὖν, ὅτι κραταιὸν μέρος τῆς Ἑβραίων βασιλείας ἔσονται οἱ ἀπὸ γένους Ἐφραΐμ. Διὰ δὲ τῆς *μου* ἀντωνυμίας οἰκειοῦται τὴν βασιλείαν αὐτῶν ὁ Θεὸς, ὡς οἰκεῖον λαὸν, θαῤῥύνων αὐτούς.

Vers. 9. *Judas Rex meus.* Ex tribu Juda erit Rex populo Israel. Nam et post captivitatem, Zorobabel qui de tribu Juda erat, Rex constitutus est. Hoc etiam in loco, pronomen : *meus*, regnum illud proprium quodammodo ipsius Dei esse ostendit.

Ἰούδας βασιλεύς μου. Καὶ ἀπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἔσται ὁ βασιλεὺς αὐτῶν. Ὁ Ζοροβάβελ γὰρ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίαν ἐβασίλευσεν αὐτῶν ἐκ τῆς τοιαύτης φυλῆς καταγόμενος. Κάνταῦθα δὲ τὸ *μου*, οἰκείωσιν ἐμφαίνει τῆς τοιαύτης βασιλείας.

C *Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου.* Ὑπηρετικόν ἐστι σκεῦος ὁ λέβης · αἰνίττεται δὲ, ὅτι τὸ Μωαβιτῶν ἔθνος ὑποταγήσεται αὐτοῖς, καὶ ὑπηρετοῦν ἔσται. *Τῆς ἐλπίδος μου*, ἀντὶ τοῦ, τῶν ἐλπιζόντων εἰς ἐμέ · ἢ ἐν οἷς ἐλπίζω, ὅτι ἐμοὶ ἔσονται.

Moab lebes spei meæ. Lebes genus est vasis ad ministeria : per quod indicare videtur, quod Moabitarum populus sibi subjiciendus esset, et ministraturus. *Spei meæ*, hoc est, ministraturus iis qui in me speraverint, vel iis in quibus ego spero, quod mei futuri sunt.

Ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐκτενῶ τὸ ὑπόδημά μου. Ὑπόδημα τὴν πορείαν λέγει, τουτέστι καὶ ταύτην ὑποτάξω λαῷ μου, συνεκστρατεύσας αὐτῷ.

In Idumæam extendam calceamentum meum. Per calceamentum iter intelligit. Hanc, inquit, Idumæam populo meo pariter subjiciam, cum eo ad bellum simul proficiens.

Ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν. Οἵ τε ῥηθέντες Μωαβῖται καὶ Ἰδουμαῖοι, καὶ οἱ πέριξ. Τὸ δὲ *Ὑπετάγησαν*, κατὰ προφητικὸν ἰδίωμα εἴρηται, διὰ τὸ μέλλον.

Mihi alienigenæ subditi sunt. Moabitæ, et Idumæi, de quibus diximus, et alii circumvicini populi. Et quod ait : *Subditi sunt*, Prophetico more dixit, præteritum pro futuro tempus ponens.

D *Τίς ἀπάξει με εἰς πόλιν περιοχῆς ;* Προσώπῳ τῶν αἰχμαλώτων ὁ λόγος · πόλις δὲ περιοχῆς, ἡ Ἱερουσαλὴμ ἐκαλεῖτο, διὰ τὸ εὐτείχιστον αὐτῆς, καὶ ὠχυρωμένον. Ὑπὸ περιχαρείας δὲ τοῦτο λέγουσιν, ὅτι καὶ (12) ἐν ἀφύκτῳ κατείχοντο παρὰ τῇ αἰχμαλωσίᾳ.

Vers. 10. *Quis deducet me in civitatem munitionis ?* Sermo est ex captivorum persona. Munitionis autem civitas dicebatur Jerusalem, quia fortissimis erat mœnibus circumdata, et undique bene munita. Præ summa autem lætitia hæc verba proferre introducuntur, cum antea in captivitate detinerentur, unde nulla fugæ spes apparuerat.

Τίς ὁδηγήσει με ἕως τῆς Ἰδουμαίας ; Ὡς μὴ μόνον τὴν πατρίδα ἀπολαβεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς πέριξ ἐχθροὺς δουλώσασθαι.

Quis deducet me usque in Idumæam ? Ita ut non tantum in patriam restituamur, sed proximos etiam circumquaque vicinos populos subjugemus.

Vers. 11. *Nonne tu, Deus, qui repulisti nos ?* Per interrogationem hoc legendum est, et simili modo

Οὐχὶ σὺ, ὁ Θεὸς, ὁ ἀπωσάμενος ἡμᾶς ; Τοῦτο κατ' ἐρώτησιν ἀναγνωστέον · ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἑξῆς

Variæ lectiones.

(12) Al. Καὶ ἐν ἀφύκτῳ λέγοντες κατείχοντο.

Digitized by Google

ρητόν. Ἐρωτῶσι δὲ, ὡς οὐδαμόθεν ἄλλοθεν προσδοκῶντες τοιαύτης σωτηρίας τυχεῖν.

Καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ ὁ Θεὸς ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν. Τοῦτο τὸ ῥητὸν κεῖται ἐν τῷ μς' ψαλμῷ, καὶ ἐν ἐκείνῳ εὑρήσεις τὴν ἐξήγησιν.

Δὸς ἡμῖν βοήθειαν ἐκ θλίψεως, καὶ ματαία σωτηρία ἀνθρώπου. Περιττὸς ὁ καὶ σύνδεσμος ἐνταῦθα· ὁ γὰρ Σύμμαχος οὕτως ἐξέδωκε· *Σὺ δὸς ἡμῖν βοήθειαν· ματαία γὰρ, ἡ παρὰ ἀνθρώπου σωτηρία.*

Ἐν τῷ Θεῷ ποιήσομεν δύναμιν, καὶ αὐτὸς ἐξουδενώσει τοὺς θλίβοντας ἡμᾶς. Τὸ *Ποιήσομεν*, ἀντὶ τοῦ, κτησόμεθα· ἐν αὐτοῖς γὰρ ἀσθενοῦμεν. Ἀλλ' οὕτω μὲν περὶ τῶν κατὰ τὸν Ζοροβάβελ αἰχμαλώτων· προσαρμοστέον δὲ τὸν ψαλμὸν καὶ τοῖς πρὶν οὖσιν ἐν αἰχμαλωσίᾳ τῶν δαιμόνων Χριστιανοῖς· *Ὁ Θεὸς, ἀπώσω ἡμᾶς, πρὸ τῆς πίστεως, καὶ καθεῖλες ἡμᾶς, παραχωρήσας φθείρεσθαι πολέμοις, καὶ ἀλληλοφονίαις, καὶ τοιούτοις κακοῖς. Καὶ ὠργίσθης μὲν, ὅτι σὲ τὸν πλάστην ἡμῶν ἠγνοήσαμεν· ᾠκτείρησας δὲ ἡμᾶς, ὅτι παρὰ τῶν δαιμόνων ἠπατήθημεν. Συνέσεισας δὲ τὴν γῆν καὶ συνετάραξας αὐτὴν,* ὅτε ἐπὶ γῆς πολιτευόμενος, ἐδίδασκες. Τότε γὰρ ἡ φήμη τῶν ἔργων καὶ λόγων σου πάντας τοὺς ἐπὶ γῆς διεθορύβησε. *Ἴασαι γοῦν τὰς κακώσεις αὐτῶν, ὅτι παρετράπησαν τοῦ δέοντος. Ἔδειξας ἡμῖν* διὰ τοῦ Εὐαγγελίου *σκληρὰς ὁδοὺς,* τὴν στενὴν λέγω καὶ τεθλιμμένην. *Ἐπότισας ἡμῖν οἶνον κατανύξεως,* τὸ κήρυγμα, *οἶνον* μὲν λεγόμενον διὰ τὸ εὐφραίνειν, *κατανύξεως* δὲ, διὰ τὸ φέρειν εἰς μετάνοιαν τῶν ἡμαρτημένων. *Ἔδωκας τοῖς φοβουμένοις σε σημείωσιν,* τὴν σφραγῖδα τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ τὸν τύπον τοῦ ζωηφόρου σταυροῦ· ὥστε δι' αὐτοῦ φυγεῖν ἀπὸ τοῦ ποικίλου τόξου τῶν δαιμόνων, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔτι δὲ τὸ, *Ὁ Θεὸς ἐλάλησεν ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ,* καθὼς προῃρημένευται, νοήσεις· πλὴν ὅτι Θεὸς τὸν Χριστὸν ἐκδέξῃ· ὁμοίως καὶ τὸ, *Ἀγαλλιάσομαι. Διαμερῶ* δὲ *Σίκιμα,* τῶν Ἑβραίων, τῷ ἐμῷ λαῷ, τοῖς Χριστιανοῖς, καὶ τὴν κοιλάδα τῶν σκηνῶν διαμετρήσω αὐτοῖς· πάντα γὰρ ὕστερον οἱ Χριστιανοὶ κατέσχον, καὶ ἐκκλησίας ἐν τοῖς χωρίοις ἐπῆξαντο. Τὸ δὲ, *Ἐμὸς ἐστι Γαλαὰδ, καὶ ἐμός ἐστι Μανασσῆς,* καὶ τὰ ἑξῆς, ὁ Χριστός φησι, δ.δάσκων, ὅτι συγγενής αὐτῶν ἐστι, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. Καὶ οἰκειοῦται αὐτούς, διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην. Ἢ καὶ ἄλλως, ἰδιοποιεῖται τοὺς Ἰσραηλίτας, διὰ τοὺς ἐξ αὐτῶν πιστεύσαντας· ὑπόδημα δὲ τῆς αὐτοῦ θεότητος, ἡ θεοφόρος σὰρξ, δι' ἧς ἐπεδήμει τοῖς κατὰ χώραν ἀνθρώποις, καὶ τελῶν ἀλλοφύλοις, ὑποτάσσων αὐτούς, καὶ εἰς πίστιν ἄγων. Εἶτα ὁ προφήτης ἐπιθυμήσας ἰδεῖν καὶ αἰσθητῶς, ἃ εἶδε τῷ πνεύματι, φησί· Τίς ἀπάξει με εἰς τὴν πόλιν τὴν τῶν πιστῶν Ἐκκλησίαν, τὴν πολιτευομένην μὲν τοῖς νόμοις τοῦ Εὐαγγελίου, τετειχισμένην δὲ τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῷ βαπτίσματι, καὶ τῷ σταυρῷ, ἢ τοῖς ἀγγέλοις, καὶ τοῖς

A subsequens versiculus. Interrogant autem, quasi aliunde futuram hujusmodi salutem non exspectarent, quam a Deo.

Et non egredieris, Deus, in virtutibus nostris. Hujusmodi verba vidimus in psalmo XLIII, ubi ea exposuimus.

VERS. 12. *Da nobis auxilium de tribulatione, et vana salus hominis.* Hoc in loco superflua est conjunctio illa, *et*; Symmachus enim ita reddidit: *Tu da nobis auxilium: vana est enim salus ab homine.*

B VERS. 13. *In Deo faciemus virtutem, et ipse ad nihilum deducet omnes tribulantes nos. — Faciemus*, pro, adipiscemur seu possidebimus. Nam ex nobis infirmi sumus. Et hoc pacto quidem primam exposition em exegimus, de captivis in Babylone tempore regis Zorobabel: aptari autem possunt, ut dximus, hujus psalmi verba ipsis etiam fidelibus, qui olim sub dæmonum captivitate detinebantur, ita ut ex eorum persona dictum sit: *Tu, Deus, repulisti nos olim*, antequam fidem haberemus; et destruxisti nos, permittens bellis et mutuis cædibus nos perimi, ac multis aliis hujuscemodi malis. *Et iratus quidem es*, quia te creatorem nostrum ignorāvimus, *et misertus es nostri*, cum antea a dæmonibus deciperemur. *Concussisti* autem *terram, et conturbasti eam*, quando nimirum tu in terra nobiscum C conversabaris, et docebas populos. Fama etenim operum et sermonum tuorum tunc omnes conturbavit qui erant in terra. Sana igitur afflictiones eorum, quas ideo sustinent, qui a recta via declinarunt. *Tu ostendisti nobis* per Evangelium *vias duras*, arctam illam nimirum viam et conculcatam. *Et potasti nos vino compunctionis* evangelico. Prædicatio etenim compunctionis vinum dicitur, quia et lætificat, et ad peccatorum pœnitentiam pariter adducit. *Dedisti metuentibus te significationem*, illam nimirum quæ per sigillum divini baptismatis fidelibus omnibus insignitur, et figuram vivificæ crucis: ita ut tanto signo muniti, a maligni dæmonis arcu effugerimus. Et quæ sequuntur simili modo expone. Illa etiam verba: *Deus locutus est* D *in sancto*, expone ut jam prædiximus, eo tamen excepto, quod per Deum Christum intelliges. Similiter et verba illa: *Exsultabo. Partibor* etiam *Sichimam* (Judæorum civitatem) fideli meo populo Christiano, et vallem tabernaculorum etiam dimetiar. Christiani etenim omnia loca postmodum possederunt, et ibidem ecclesias erexerunt. Quod vero ait: *Meus est Galaad, et meus est Manasses*, et quæ sequuntur, ex persona Christi dicta sunt, docentis se secundum hominem Judæorum affinem esse: hac etenim de causa suos esse dicit. Vel aliter, dic quod Christus illos sibi assumit, suos esse eos dicens, propter fideles, qui ex eis crediderunt. Calceamentum autem divinitatis humana Christi caro erat, quæ ferebat Deum, et ad var-

Digitized by Google

accedebat loca, et ad varias gentes etiam alienigenas, subjiciens eos ac ducens ad fidem. Cupiens deinde Propheta ea oculis atque ipso sensu cernere, quæ in spiritu viderat : Quis, inquit, deducet me in Ecclesiam fidelium Evangelii legibus bene moderatam, Christique sanguine, baptismate, cruce, angelis et doctrina munitam (13) ? Quæ ecclesia munitionis civitas, seu [ut propius poscit Græca dictio] civitas complexus dici potest, eo quod omnes complectatur virtutes. Et quis deducet me in terram infidelium, ut ex infideli videam fieri fidelem ? Nonne tu, Deus, qui repulisti nos ? hoc est, qui cognatos ac posteros meos Judæos, ut Christi interfectores projecisti. Reliqua ex fidelium persona dicta sunt, exceptis paucis, ut supra diximus.

A διδασκάλους, ἢ καὶ τὴν περιέχουσαν αὐτῇ πᾶσαν ἀρετήν ; καὶ τίς ὁδηγήσει με, καὶ ἀπαγάγῃ εἰς τὴν γῆν τῶν ἀπίστων, ἵνα ἴδω αὐτὴν πιστεύσασαν ; Οὐχὶ σύ, ὦ Θεός, ὁ ἀπωσάμενος ἡμᾶς ; ἤγουν, ὁ τοὺς ἐξ ἐμοῦ καταγομένους χριστοκτόνους Ἰουδαίους ἀποβαλών. Τὸ δὲ ἐξῆς, προσώπῳ τῶν πιστῶν ὧν πλήν ὡς προαποδίδοται.

In finem, in hymnis, psalmus ipsi David.

PSALMUS LX.

In finem etiam hic psalmus nos jubet aspicere, ob prophetias quæ in eo traduntur : efferturque ex populi persona, qui captivus detentus est in Babylone. Illorum enim reditum in patriam prædicit. *Inhabitabo*, inquit, *in tabernaculo tuo in sæcula*. Atque ideo summa consequentia post superiorem collocatus est. Christiano etiam populo recte accommodatur. *In hymnis* inscribitur, quia benefactorem Deum laudat, et illius beneficia commemorat. Observandum vero est, quod psalmi, quibus inscriptum est, *in hymnis* tantum, ipso humano ore canebantur, absque organorum modulatione : illi autem quibus inscribitur : *In hymnis psalmi*, una cum musico canebantur instrumento.

Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ Ξ'.

Εἰς τὸ τέλος καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς παρεγγυᾷ βλέπειν τῆς ἐν τούτῳ προφητείας. Εἴρηται γὰρ καὶ οὗτος προσώπῳ τοῦ ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλώτου λαοῦ. Προαγορεύει γὰρ τὴν ἐπάνοδον. *Παροικήσω* γάρ, φησὶν, *ἐν τῷ σκηνώματί σου εἰς τοὺς αἰῶνας*. Διὸ καὶ ἀκολούθως τῷ προλαβόντι τέτακται. Ἁρμόζει δὲ καὶ τῷ λαῷ τῶν Χριστιανῶν, ὁμοίως ἐκείνῳ. Ἐν ὕμνοις δὲ ἐπιγέγραπται, ὅτι ὑμνεῖ τὸν εὐεργέτην, ἐν οἷς διηγεῖται τὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ. Παρατηρητέον δὲ, ὅτι ἔνθα μὲν ἐπιγέγραπται τὸ *ἐν ὕμνοις* μόνον, ἀπὸ στόματος ἐκεῖνος ὁ ὕμνος ᾄδετο, χωρὶς ὀργανικῆς μελῳδίας ; ἔνθα δὲ τὸ *ἐν ὕμνοις ψαλμοῦ*, μετ' ὀργάνου τινὸς οὗτος ἐμελῳδεῖτο.

B

VERS. 2. *Exaudi, Deus, deprecationem meam, intende orationi meæ*. De his verbis, *exaudi* et *intende*, diximus in psalmo XVI.

Εἰσάκουσον, ὁ Θεὸς, τῆς δεήσεώς μου, πρόσχες τῇ προσευχῇ μου. Περὶ τοῦ *εἰσάκουσον* καὶ *πρόσχες*, εἴρηται ἐν τῷ ις' ψαλμῷ.

C

VERS. 3. *A finibus terræ ad te clamavi*. Per fines terræ juxta historiæ sensum Babylonem intelligit, quæ in ultimis mansuetioris hujus regionis nostræ partibus sita est ; juxta anagogem vero cogitationes terrenas, quæ efficiunt ut procul elongemur a Deo.

Ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς πρὸς σὲ ἐκέκραξα. Πέρατα τῆς γῆς ἱστορικῶς λέγει τὴν Βαβυλῶνα, διὰ τὸ ἰσχάτην αὐτὴν κεῖσθαι τῆς ἡμερωτέρας οἰκουμένης. Εἶεν δ' ἂν ἔσχατα τῆς ἀναγωγικῶς αἱ μακρύνουσαι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ γήινοι φροντίδες.

Dum triste esset cor meum, in petra exaltasti me. Per petram fidem intelligit, quam in Deum habet : propter illius nimirum soliditatem securitatemque ac sublimitatem. Quoties enim, inquit, ob præsentes angustias fatigatus aut contristatus sum, ad summam quamdam a Deo mihi immissam spem evehebar, veluti ad solidissimam quamdam petram, atque ad tutissimum refugium.

Ἐν τῷ ἀκηδιάσαι τὴν καρδίαν μου, ἐν πέτρᾳ ὕψωσάς με. Πέτραν ὀνομάζει τὴν πρὸς αὐτὸν ἐλπίδα, διά τε τὸ στερρὸν καὶ ἀσφαλὲς, καὶ διὰ τὸ ὑψηλὸν καὶ μετεωρίζον αὐτῆς. Ὅσάκις, φησὶν, ἠκεδίασα, ἀποκαμὼν ταῖς θλίψεσιν, ἀνῆγές με ἐπὶ τὴν ἐλπίδα σου, ὡς εἰς πίτοαν τινά.

D

VERS. 4. *Deduxit me quia factus es spes mea*. Dux mihi olim fuisti ad bona. Te enim unicum salutis meæ auctorem futurum sperabam.

Ὡδήγησάς με, ὅτι ἐγενήθης ἐλπίς μου. Ὡδήγησάς με πάλαι ἐπὶ τὰ καλά. Καὶ γὰρ σὲ μόνον ἔσχον ἐλπίδα σωτηρίας.

Turris fortitudinis a facie inimici. A communi sensu sumendum est verbum, *factus es*. — *Turris* autem *fortitudinis a facie inimici*, dixit pro, turris fortis coram inimico, adeo ut illum arcere possit.

Πύργος ἰσχύος, ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ. Ἀπὸ κοινοῦ ληπτέον τὸ *ἐγενήθης*. *Πύργος* δὲ *ἰσχύος*, ἀντὶ τοῦ, πύργος ἰσχυρός. Ἐνώπιον ἐχθροῦ, ὥστε κωλύειν αὐτόν.

VERS. 5. *Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula*. Jam diximus in his verbis prophetiam contineri de

Παροικήσω ἐν τῷ σκηνώματί σου εἰς τοὺς αἰῶνας. Τοῦτο προφητεία περὶ τῆς ἐπανόδου καὶ

Variæ lectiones.

(13) Simplicius et fidelius, *et omnigena virtute circumseptam*.

Digitized by Google

ἀποκαταστάσεως. Σκήνωμα δὲ τοῦ Θεοῦ λέγει τὸν θεῖον ναόν, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν. *Εἰς τοὺς αἰῶνας* δὲ, ἀντὶ τοῦ, διαπαντός. Ἐφ' ἡμᾶς δὲ ἡ προφητεία αὕτη μετέπεσε, διὰ τὴν διαστροφὴν τῶν Ἰουδαίων. Ἐκεῖνοι γὰρ ὑπὸ Ῥωμαίων ἀφανισθέντες, οὐκ ἔτι τῷ ναῷ παρῴκησαν, καὶ αὐτῷ μᾶλλον καταστραφέντι. Ὁ Χριστιανικὸς δὲ λαὸς ἀεὶ τῷ κατὰ τόπον ἑκάστου παροικεῖ νεῷ τοῦ Θεοῦ. Παντοχοῦ γὰρ θεῖοι ναοὶ καθίδρυνται.

Σκεπασθήσομαι ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου. Τοῦτο ἴσον τῷ, Ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου σκεπάσεις με, περὶ οὗ εἰρήκαμεν ἐν τῷ ις' ψαλμῷ.

Ὅτι σὺ, ὁ Θεὸς, εἰσήκουσας τῶν εὐχῶν μου. Ὅτε δηλαδὴ ἐπεκαλεσάμην σε.

Ἔδωκας κληρονομίαν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου. Κληρονομίαν ἱστορικῶς μὲν λέγει τὴν κάτω Ἱερουσαλὴμ, ἀναγωγικῶς δὲ, τὴν ἄνω. Δεῦτε γὰρ, φησὶν, *οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου· κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν.*

Ἡμέρας ἐπ' ἡμέρας τοῦ βασιλέως προσθήσεις. Ἡμέρας περισσὰς προσθήσεις ἐπὶ ταῖς ἡμέραις τοῦ βασιλέως; Ζοροβάβελ, διὰ τὴν θεοφιλίαν αὐτοῦ καὶ τὴν σύνεσιν. Τὰ δὲ ἑξῆς, οὐχ ἁρμόζουσι Ζοροβάβελ, ἀλλὰ τῷ νέῳ Ζοροβάβελ, κατὰ σάρκα, Χριστῷ. Ἐκεῖ καὶ Ζοροβάβελ, τύπος ἐγένετο Χριστοῦ. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος αἰχμαλωσίαν εἰς τὴν πατρῴαν ἐπανήγαγεν γῆν, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τὴν ἀπὸ τῆς πλάνης τῶν εἰδώλων αἰχμαλωσίαν εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπανήγαγεν, ὅπου ἦν αὐτῶν ἡ πατρίς. Ἄνωθεν γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ἡ ψυχὴ δεδώρηται.

Ἀπὸ ἔτη αὐτοῦ ἕως ἡμέρας γενεᾶς καὶ γενεᾶς. Ἔσονται, φησὶ, τὰ ἔτη αὐτοῦ, ἕως τῆς τελευταίας ἡμέρας τῶν δύο γενεῶν, τοῦ τε παλαιοῦ λαοῦ καὶ τοῦ νέου, τουτέστιν, ἕως συντελείας. Ἄχρι γὰρ τότε ἐκταθήσεται αὕτη κἀκείνη ἡ γενεά.

Διαμενεῖ εἰς τὸν αἰῶνα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Τοῦτο σαφηνισμὸς τοῦ προλαβόντος στίχου· ἐκ πάντων δὲ τῶν ἀπ' αἰῶνος βασιλέων μόνος ὁ Χριστὸς ζῇ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Εἰ γὰρ καὶ ἀπέθανεν, ἀλλὰ ἀνέστη μετὰ τρεῖς ἡμέρας, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ.

Ἔλεος καὶ ἀλήθειαν αὐτοῦ τίς ἐκζητήσει; Τίς κατανοήσει; Ὄντως οὐδείς· πέλαγος γάρ ἐστιν ἐλέους, καὶ αὐτὸς Ἀλήθεια λέγεται. Προείρηται δὲ περὶ τοῦ ἐλέους καὶ τῆς ἀληθείας καὶ ἐν τῷ νς' ψαλμῷ.

Οὕτως ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου εἰς τοὺς αἰῶνας. Οὕτως ὥσπερ νῦν ᾄδων σοι, ὑμνήσω σοι διαπαντός.

Τοῦ ἀποδοῦναι τὰς εὐχάς μου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας. Ὥστε ἀποδοῦναί μέ σοι τὰς ὑποσχέσεις μου,

reditu populi ex Babylone, et restitutione in patriam. Per tabernaculum autem templum Dei intelligit. Et, *in sæcula* dixit pro, perpetuo. Verum hujusmodi prophetia propter pravos Judæorum mores in nos cecidit. Illi enim jamdiu perditi a Romanis in templo amplius non habitant, quod ab ipsis prorsus fundamentis eversum est, sed fidelis ac Christianus populus in templo Dei semper et ubique inhabitat : cum ab eo per totum orbem Christo erecta sint templa in quibus assidue Deum colit.

Protegar in protectione alarum tuarum. Simile est quod legimus in psalmo XVI, ibi : *Et in protectione alarum tuarum protoges me*, quæ verba ibi exposuimus.

VERS. 6. *Quoniam tu, Deus, exaudisti orationes meas.* Quando scilicet invocavi te.

Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum. Per hæreditatem, juxta historiæ sensum, inferiorem hanc Jerusalem intelligit, et supernam, juxta anagogen. *Venite* enim, inquit, *benedicti Patris mei, hæreditate paratum vobis regnum*[19].

VERS. 7. *Dies super dies regis adjicies.* Dies, inquit, plurimos adjicies ad dies vitæ regis Zorobabel, propter summum ejus in te amorem, et propter illius summam prudentiam. Quæ sequuntur non conveniunt antiquo regi Zorobabel, sed novo nostro Zorobabel Christo Domino secundum carnem. Nam et Zorobabel, Christi tenuit figuram, dum captivos qui in Babylone erant in patriam adduxit, quemadmodum et Christus fidelem populum, qui sub errore ac fallacia idolorum ac dæmonum captivus detinebatur, in cœlum reduxit, ubi nostra erat patria. Superne enim anima nobis omnibus a Deo data est.

Annos ejus usque ad diem generationis et generationis. Erunt, inquit, anni ejus usque ad ultimum diem duarum generationum : antiqui nimirum populi et novi, hoc est, ad ipsam usque consummationem. Eo usque enim hæc atque illa extendetur generatio.

VERS. 8. *Permanebit in sæculum in conspectu Dei.* Verba hæc superiorem versiculum declarant. Ex omnibus autem regibus qui a sæculo fuerunt, solus Christus vivit coram Deo ; nam etsi mortuus sit, resurrexit tamen post tres dies, et sedet a dextris Dei.

Misericordiam et veritatem ejus quis exquiret? Quis intelliget? Vere nullus. Est enim quoddam misericordiæ pelagus ; adeo autem veridicus est ut Veritas ipsa appelletur. Verum de illius misericordia et veritate dictum est in psalmo LVI.

VERS. 9. *Sic psallam nomini tuo in sæcula.* Psallens tibi, inquit, ut nunc facio, in perpetuum te laudabo.

Ut reddam vota mea de die in diem. Hoc est, Ut successivis diebus adimpleam quæ pollicitus sum.

[19] Matth. XXV, 34.

Digitized by Google

Promiserat autem beatus David sæpe in præcedentibus psalmis, se perpetuo Deum laudaturum esse.

A καθ' ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, εἴτουν ἐν διαδοχῇ ἡμερῶν. Ὑπέσχετο γὰρ πολλάκις ἐν τοῖς προλαβοῦσι ψαλμοῖς ἀεὶ ὑμνεῖν τὸν Θεόν.

In finem pro Idithum psalmus ipsi David.

PSALMUS LXI.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ Ἰδιθοὺμ ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΞΑ'.

In finem inscribitur propter finem prophetiæ, quæ in eo continetur. Machabæorum enim pugnam prædicit, quam pro religione susceperunt. Et quod ait, *pro Idithum*, idem sibi vult ac si dixisset, Ad Iiithum ; ab eo enim decantatus est hic psalmus. Erat autem *Idithum* princeps chori, ut in procœmio operis prædiximus. Exhortatur etiam nos Propheta hoc psalmo ad patientiam atque ad spem in Deo collocandam.

Εἰς τὸ τέλος μὲν, διὰ τὸ τέλος τῆς ἐν τούτῳ προφητείας. Προαγορεύει γὰρ τὴν τῶν Μακκαβαίων ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἔνστασιν. Τὸ δὲ, *ὑπὲρ Ἰδιθούμ*, ἀντὶ τοῦ, παρὰ Ἰδιθούμ. Παρ' αὐτοῦ γὰρ ἐμελῳδήθη. Χοράρχης δὲ ἦν ὁ Ἰδιθοὺμ, ὡς ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν παραδεδώκαμεν. Ἔστι δὲ ὁ ψαλμὸς οὗτος προτροπή τις εἰς ὑπομονὴν καὶ εἰς ἐλπίδα τὴν εἰς Θεόν.

Vers. 2. *Nonne Deo subjecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.* Verba hæc proferuntur ex persona cœtus Machabæorum, adversus inimicos tyrannos conantes avertere eos a lege Dei atque a moribus patriis. Et iis omnibus insuper accommodari possunt, qui imitati fuerint illorum pro virtute constantiam. Per interrogationem vero proferenda sunt. Nonne, inquiunt, Deo potius obtemperabimus, jubenti non recedendum esse ab ejus legibus? Certe obtemperabimus : ab illo enim universa pendet nostra salus.

Οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου ; παρ' αὐτοῦ γὰρ τὸ σωτήριόν μου. Προσώπῳ τοῦ συστήματος τῶν εὐσεβῶν Μακκαβαίων ταῦτα εἴρηται πρὸς τοὺς τυραννοῦντας ἐχθροὺς, πειρωμένους ἀποστῆσαι τούτους τῶν νόμων τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν πατρίων ἐθῶν. Ἁρμόζουσι δὲ καὶ πᾶσι τοῖς μιμουμένοις τὴν ὑπὲρ ἀρετῆς ἔνστασιν αὐτῶν. Κατ' ἐρώτησιν δὲ ὁ λόγος, ὅτι Οὐχὶ πειισθήσομαι μᾶλλον τῷ Θεῷ κελεύοντι μὴ ἀποστῆναι τῶν νόμων αὐτοῦ ; Ναὶ · παρ' αὐτῷ γὰρ κεῖται ἡ σωτηρία μου.

Vers. 3. *Etenim ipse Deus meus, salvator meus, et adjutor meus, non fluctuabo amplius.* Amodo, inquit, non timebo, tametsi antequam in hujusmodi calamitates inciderem, humano more timuerim. Fluctuationem enim hic timorem appellavit.

Καὶ γὰρ αὐτὸς Θεός μου καὶ σωτήρ μου, καὶ ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον. Οὐ μὴ φοβηθῶ ἔτι, εἰ καὶ, πρὸ τοῦ ἐμπεσεῖν τοῖς πειρασμοῖς, ἀνθρωπίνως ἐφοβήθην· σάλον γὰρ νῦν τὴν δειλίαν ἐκάλεσεν.

Vers. 4. *Quousque irruitis in hominem? interficitis omnes vos tanquam parieti inclinato, et maceriæ impulsæ?* Quousque, inquit, in infirmum hominem eo modo impetum facitis quo irruit quis in parietem ad ruinam vergentem, aut in maceriam concussam? In hæc etenim irruere solemus, ut prorsus evertantur. Et quod ait, *quousque*, illos indicat persæpe irruisse. Deinde iis quæ in medio dicta sunt, per parenthesim a communi sensu addenda est dictio, *quousque*, ut hujusmodi efficiatur sententia : *Quousque vos omnes interficitis* [quousque sanguini ac cædibus vacatis?] Propriam vero infirmitatem fatentur (parieti inclinato et depulsæ maceriæ se comparantes), quia in Deum peccaverant, et idcirco multa mala passi fuerant, et interneccione deleti sunt.

Ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον ; φονεύετε πάντες ὑμεῖς ὡς τείχῳ κεκλιμένῳ, καὶ φραγμῷ ὠσμένῳ ; Ἕως πότε ἐπεμβαίνετε ἐπ' ἄνθρωπον ἀσθενῆ, ὡς ἐπεμβαίνει τις τείχῳ κεκλιμένῳ εἰς πτῶσιν, καὶ φραγμῷ ἐκτετιναγμένῳ, ἵνα τέλεον καταστραφῶσι ; Τὸ δὲ, ἕως πότε, δηλοῖ ὅτι πολλάκις ἐπάθεντο. Εἶτα τὸ ἐν μέσῳ, ἀπὸ κοινοῦ λαμβανομένου τοῦ, ἕως πότε · οἷον, Ἕως πότε φονεύετε πάντες ὑμεῖς ; ἀσθένειαν δὲ ὁμολογοῦσιν, ὡς ἡμαρτηκότες εἰς Θεόν · καὶ διὰ τοῦτο πολλὰ παθόντες καὶ προκατεργασθέντες.

Vers. 5. *Verumtamen honorem meum cogitaverunt repellere.* Inimici mei, inquit, meditati sunt ut a me abjicerent servitutem quam in Deum habeo, et illa me potissimum re studebant spoliare quæ summo mihi honori est et gloriæ. Nam si servo honori est, ut regi deserviat, quanto magis si quis serviat Deo?

Πλὴν τὴν τιμήν μου ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι. Οἱ ἐχθροὶ, φησὶν, οὗτοι ἐμελέτησαν ἀπ' ἐμοῦ βίψαι τὴν δουλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ γυμνῶσαι ταύτης, ἥτις ἐστὶν ἐμοὶ τιμὴ, διὰ ταύτην δοξαζομένῳ. Εἰ γὰρ τὸ δουλεύειν βασιλεῖ, τιμὴ τῷ δούλῳ · πολλῷ μᾶλλον τὸ δουλεύειν Θεῷ.

Cucurrerunt in siti. Non simpliciter, inquit, me aggressi sunt, sed summo cum desiderio festinarunt. Desiderium enim sitim appellavit. Omni autem artificio Antiochus et ministri ejus machinati sunt, ut Machabæis persuaderent Deum suum contemnere, quemadmodum in historia tradit Josephus, qui de Machabæis conscripsit.

Ἔδραμον ἐν δίψῃ. Οὐχ ἁπλῶς ἐπεχείρησαν, ἀλλ' ἔσπευσαν ἐν ἐπιθυμίᾳ πολλῇ · τοῦτο γὰρ δίψαν ὠνόμασε. Πάντα γὰρ τόπον ἐκίνησαν οἱ περὶ τὸν Ἀντίοχον, ἵνα πείσωσιν αὐτοὺς ἀθετῆσαι τὸν Θεὸν, ὡς φησιν Ἰώσηπος ἐν τοῖς Μακκαβαϊκοῖς λόγοις.

Digitized by Google

Τῷ στόματι αὐτῶν εὐλόγουν, καὶ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν κατηρῶντο. Τῷ στόματι αὐτῶν εὐφήμουν με, κολακεύοντες· τῇ δὲ καρδίᾳ αὐτῶν ὤβριζον ὡς ἐχθρόν, διὰ τὸ διάφορον τῆς πίστεως· καὶ τῷ φανερῷ μὲν συνεβούλευον ὡς φίλοι· κεκρυμμένῳ δὲ ἠπάτων ὡς ἐχθροί.

Πλὴν τῷ Θεῷ ὑποτάγηθι, ἡ ψυχή μου, ὅτι παρ' αὐτοῦ ἡ ὑπομονή μου. Παρ' αὐτῷ ἐστιν ὑπομονή μου, καὶ αὐτός μοι δίδωσι τὴν ἐν ταῖς θλίψεσι καρτερίαν. Ταῦτα δὲ συνεβούλευον ἑαυτοῖς, εἰς εὐφυχίαν ἀλείφοντες.

Ὅτι αὐτὸς Θεός μου καὶ σωτήρ μου, ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ μεταστῶ. Οὐ μὴ μεταστῶ ἀπὸ τῆς δουλείας τοῦ Θεοῦ πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως Ἀντιόχου.

Ἐπὶ τῷ Θεῷ τὸ σωτήριόν μου καὶ ἡ δόξα μου. Ἐπὶ τῷ Θεῷ κεῖται καὶ τὸ σώζεσθαί με, καὶ τὸ δοξάζεσθαι, καὶ οὐκ ἐπ' ἀνθρώπῳ. Ἢ ἐν τῷ Θεῷ ἔχω καὶ τὴν σωτηρίαν, καὶ τὴν δόξαν, καὶ οὐκ ἐν οἱῳδήτινι ἄλλῳ πράγματι.

Ὁ Θεὸς τῆς βοηθείας μου. Ὁ Θεὸς ὁ βοηθός μου. Καλοῦσι γὰρ αὐτὸν ὑφ' ἡδονῆς τῶν περὶ αὐτοῦ λόγων.

Καὶ ἡ ἐλπίς μου ἐπὶ τῷ Θεῷ. Τὰ αὐτὰ λέγουσιν, ἐνηδόμενοί τε καὶ παῤῥησιαζόμενοι· εἶτα καὶ τοὺς ἄλλους ἐγείρουσιν εἰς τὸν ὅμοιον ζῆλον, ἐν τῷ λέγειν·

Ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν, πᾶσα συναγωγὴ λαῶν, ἐκχέατε ἐνώπιον αὐτοῦ τὰς καρδίας ὑμῶν, ὅτι ὁ Θεὸς βοηθὸς ἡμῶν. Καρδίας ἐνταῦθα λέγει τὰς δεήσεις· *Ἐκχεῶ* γὰρ, φησὶν, *ἐνώπιον αὐτοῦ τὴν δέησίν μου.* Ἡ γὰρ εἰλικρινὴς δέησις ἐκ μέσης καρδίας εἴωθεν ἀποκέμπεσθαι. *Ἐκχέατε* δὲ εἶπεν, ὅτι ῥεῖ ὁ λόγος ἀπὸ τοῦ στόματος. Καὶ ἄλλως δὲ, Κενώσατε ἐνώπιον αὐτοῦ τὰ τῆς καρδίας κρυπτὰ πάθη δι' ἐξομολογήσεως.

Πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. Τὸ πλὴν, ἄνω μὲν περιττὸν κεῖται· ἐνταῦθα δὲ τὸ ἀληθῶς ἀποσημαίνει. Παραινέσας γὰρ, εἶτα συνεὶς, ὅτι οἱ πονηροὶ οὐ πεισθήσονται, γνωμολογεῖ, ὅτι ὄντως μάταιοί εἰσιν οἱ ἄνθρωποι, ἐπὶ ματαίοις πονοῦντες. Μάταιον δὲ, τὸ ἀνόητον καὶ ἄκαρπον.

Ψευδεῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ζυγοῖς τοῦ ἀδικῆσαι. Ψευδεῖς εἰσιν ἐν ταῖς διακρίσεσι. Ταύτας γὰρ καλεῖ ζυγούς. Διέφθορε αὐτοῖς, φησὶ, τὸ κριτήριον. Ἀνθαιροῦνται γὰρ τῶν ἐτοίμων τὰ ἄστατα, καὶ τοῦ καλοῦ τὸ κακόν. Ψευδεῖς δέ εἰσιν, ὥστε ἀδικῆσαι ἀδικοῦσι δὲ πρὸ πάντων ἑαυτοὺς, ἀποστεροῦντες τῆς ἀρετῆς· ἀφορεῖ δὲ ὁ λόγος καὶ πρὸς πάντας μὲν τοὺς πονηροὺς, μάλιστα δὲ τοὺς περὶ τὸν Ἀντίοχον, ἀδικοῦντας διὰ πλεονεξίαν τοὺς Ἰουδαίους.

[11] Psal. cxlii. 3.

A *Ore suo benedicebant, et corde suo maledicebant.* Proprie ore adulantes me laudabant, corde vero contemnebant, quod alteram fidem sectarer : et palam quidem consilium suum mihi impertiri videbantur, et mecum eadem sentire ; secreto tamen veluti inimicissimi, fallacias componebant.

Vers. 6. *Verumtamen Deo subjecta esto, anima mea : quoniam ab ipso patientia mea.* Ab ipso est patientia : quia inter calamitates mihi constantiam præstat. Hæc autem mutuo inter se consilia agitabant, ad majorem se magnanimitatem alter alterum excitantes.

Vers. 7. *Quoniam ipse est Deus meus, et salvator meus, et adjutor meus, non recedam.* A servitute, inquit, Dei ad Antiochi jugum nunquam descivero.

B

Vers. 8. *In Deo salutare meum et gloria mea.* In Deo, inquit, situm est, quod ego salutem et gloriam consequar, et non in hominibus. Vel, in Deo habeo salutem et gloriam, et nulla alia in re.

Deus auxilii mei. O Deus, adjutor meus. Vocant enim eum sæpius præ summa voluptate, quam ex sermonibus de eo habitis consequebantur.

Et spes mea in Deo est. Eamdem, ob summam lætitiam, sententiam repetunt, palam ac libere spem in Deo suam profitentes. Alios præterea ad sui æmulationem excitantes, addunt :

C Vers. 9. *Sperate in eo, omnis congregatio populorum, effundite coram illo corda vestra : quoniam Deus, adjutor noster.* Per corda hoc in loco preces atque obsecrationes intelligit ; unde alibi ait : *Effundam coram eo orationem meam*[11] ; sincera etenim supplicatio de medio solet cordis proficisci. Effundi autem dicuntur preces, eo quod sermo effluere quodammodo videtur ab ore. Vel aliter : Educite atque evacuate coram eo occultos cordis vestri affectus, sinceram agentes confessionem.

Vers. 10. *Verumtamen vani filii hominum.* Dictio *verumtamen* superius quidem superflua jacet, sed hoc in loco idem significat, quod *vere*. Cum enim admonuerit Propheta universum humanum genus quid facto opus sit, et deinde intellexerit pravos homines sibi obtemperaturos non esse, sententiam

D adversus eos profert, dicens quod vere vani sunt filii hominum, veluti qui in vanissimis rebus perverse operantur. Vanum autem est quod inutile est et infructuosum.

Mendaces filii hominum in stateris, ut injuste agant. Mendaces sunt in eorum judiciis. Per stateras enim judicia ipsa intelligit. Corrupta est in eis, inquit, judicii sedes. Instabilia etenim eligunt pro stabilibus, et mala pro bonis : et adeo mendaces sunt, ut se ipsos in primis injuria afficiant, dum virtutibus se privant. Sermo autem hic pravos omnes in universum tangit, sed præcipue Antiochum et socios, qui ob avaritiam Judæis injuriam inferebant.

Digitized by Google

Ipsi ex vanitate in idipsum. Ex vanitate, inquit, hoc est ob vanitatem, ipsi eadem sentiunt, ut injuriam inferant. (In idipsum enim omnes feruntur, eadem ducti vanitate.)

A Αὐτοὶ ἐκ ματαιότητος ἐπὶ τὸ αὐτό. Ἐκ ματαιότητος ὁμονοοῦσιν, ὥστε ἀδικεῖν.

VERS. 11. *Nolite sperare in injustitia, et in rapinas nolite concupiscere.* Admonet beatus David omnes homines in universum, et divitias injustitiam appellat (14), eo quod ut plurimum ex injustitia proveniant. Quod vero ait : *et in rapinas*, præpositio, *in*, est superflua, ut sensus sit : Rapinas ne concupiscatis.

Μὴ ἐλπίζετε ἐπ' ἀδικίαν, καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα μὴ ἐπιποθεῖτε. Πρὸς πάντας ἀνθρώπους ποιεῖται τὴν παραίνεσιν Δαβίδ· ἀδικίαν γὰρ λέγει τὸν ἐξ ἀδικίας πλοῦτον. Τῷ δὲ ἐπὶ ἅρπαγμα, περιττὴ ἡ πρόθεσις, ἵνα ᾖ· Καὶ ἅρπαγμα μὴ ἐπιποθῆτε.

Divitiæ si fluant, nolite cor apponere. Si divitiæ, inquit, ab his ad illos transferantur, ut persæpe accidit, cum instabilem et fluxam habeant naturam, vel si ab aliis fluant in vos, nolite ullo modo afflgere eis cor vestrum, ut studiose eis incumbatis. Quædam vero exemplaria habent : *Nolite corde apponi*, ac si dicat : Nolite ex toto corde atque animo eis prorsus inhærere.

Πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν. Ἐὰν μεταφέρηται ἀπὸ τούτων εἰς ἐκείνους ὡς ῥοώδη φύσιν ἔχων καὶ ἄστατον, ἢ ἀπ' ἄλλων εἰς ὑμᾶς, μὴ B προσηλοῦτε αὐτῷ τὴν καρδίαν, ὥστε καὶ προσπάσχειν αὐτῷ· τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων καρδίας γράφουσιν, ὃ δηλοῖ ὅτι Μὴ πρόσκειισθε αὐτῷ ἐκ καρδίας, ἤγουν ὁλικῶς.

VERS. 12. *Semel locutus est Deus ; duo hæc audivi, quod potestas Dei est, et tua, Domine, misericordia.* Verba hæc nonnulli de Dei sententia dicta esse intellexerunt, et sensum esse, quod simul cum minatoria Dei sententia una semper auditur illius comminationis solutio. Hac etenim ratione Deus comminatur, ut commutato delinquentium proposito nullus minis amplius relinquatur locus (15). Aut hæc potest esse interpretatio. Potest autem qui semel loquitur plura eodem sermone proferre, et sermonis series plura continere (16). (Quocirca duo C hæc, quæ se audisse asserit Propheta, ad eumdem debent sermonem referri, quem semel, hoc est, una quadam vice Deus locutus est.) Tametsi hæc dictio *semel* hoc in loco melius exponi possit, pro constanter. Deus, inquit, constantissime mihi per sanctum Spiritum locutus est. Quænam autem sint duo hæc, postmodum declarat dicens quod solus Deus potens est, et quod solus misericors. Quo sermone hoc indicare nobis voluit Propheta, quod Deus potens est, qui inimicos nostros repellat, et qui nostri misereatur : et docet pariter, quod veluti potentem eum timere debemus, et ad eum confugere tanquam ad misericordem. Intelligere etiam possumus simpliciter, Deum duo hæc locutum esse ad Moysem ; hujusmodi enim sententiam sæpenumero ab eo Moysi dictam leginus, ut eam populo annuntiaret.

Ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ Θεὸς, δύο ταῦτα ἤκουσα, ὅτι τὸ κράτος τοῦ Θεοῦ, καὶ σοῦ, Κύριε, τὸ ἔλεος. Τοῦτό τινες περὶ τῆς θείας ἀποφάσεως ἐνενόησαν, ὅτι τῇ ἀπειλητικῇ ἀποφάσει τοῦ Θεοῦ συνδιακούεται πάντοτε καὶ λύσις αὐτῆς. Διὰ τοῦτο γὰρ ἀπειλεῖ, ἵνα μεταβληθέντων τῶν ἁμαρτανόντων μὴ γένηται τὰ τῆς ἀπειλῆς. Ἡ δὲ ἐξήγησις τούτων αὕτη· Ἔστι καὶ ἅπαξ λαλήσαντα περὶ πλειόνων εἰπεῖν. Τὸ μὲν γὰρ ἅπαξ ἐπὶ τῆς ὁμιλίας ὅλης· ἡ δὲ ὁμιλία, διαφόρων περιεκτική. Βέλτιον δὲ νῦν τὸ ἅπαξ, ἀντὶ τοῦ *βεβαίως* λαβεῖν. Βεβαίως, φησίν, ἐλάλησέ μοι διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁ Θεός. Τίνα δέ εἰσι τὰ δύο ; Ὅτι μόνος κραταιὸς ὁ Θεὸς, καὶ ὅτι μόνος ἐλεήμων. Τί δὲ θέλει ταῦτα δηλοῦν; Ὅτι δυνατός ἐστιν ἀπώσασθαι μὲν τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν, ἐλεῆσαι δὲ ἡμᾶς. Καὶ ἵνα, ὡς μὲν κραταιὸς, φοβηθῶμεν· ὡς ἐλεήμων δὲ, προδράμωμεν· νοεῖται δὲ καὶ ἁπλῶς τὸ, *Ἐλάλησε*. Πολλάκις γὰρ τοιαῦτα πρὸς Μωσῆν εἴρηκεν, ὥστε ἀναγγεῖλαι τῷ λαῷ.

Quoniam tu reddes unicuique secundum opera sua. Tu enim futuro judicio condigna unicuique pro operibus retribues, sive bona ea fuerint, seu mala.

D Ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Σὺ γὰρ ἐν τῷ μέλλοντι κριτηρίῳ ἀπονείμῃς ἑκάστῳ τὰ πρὸς ἀξίαν, ὧν ἔπραξε καλῶν ἢ κακῶν.

Psalmus ipsi David cum esset in deserto Judææ.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας.

PSALMUS LXII.

Fugiens Saulem beatus David, occupavit desertum quod Siccitatis dicitur, seu Squalloris, ubi hunc psalmum composuit : quo et summum omni-

ΨΑΛΜΟΣ ΞΒ'.

Φεύγων ὁ Δαβὶδ τὸν Σαοὺλ, κατέλαβε τὴν ἔρημον, τὴν λεγομένην Αὐχμώδη, ἐν ᾗ τὸν παρόντα συνέταξε ψαλμὸν, διδάσκων, ὁποῖον εἶχε πρὸς Θεὸν ἔρωτα,

Variæ lectiones.

(14) Minus recte. Græce : *Injustitiam appellat avaritias injustitia partas.*

(15) Non videtur interpres vim textus assecutus esse. Græce habetur : *Ne eveniant quæ minatus est.*

(16) Ad verbum : *Potest u. q.s. l. de pluribus dicere* Semel *enim ad universum sermonem refertur : sermo vero varia complectitur* ; cætera interpretis.

Digitized by Google

καὶ προαγορεύων τὸν ὄλεθρον τῶν καταδωκόντων αὐτόν· ἵνα καὶ ἡμῶν πρὸς Θεὸν οὕτω διακειμένων ἐν τῇ ἐρημίᾳ τῶν ἡδέων, ὀλοθρεύωνται οἵ τε ὁρατοὶ καὶ ἀόρατοι ἐχθροὶ ἡμῶν. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, *ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰδουμαίας* γράφουσιν. Εἰκὸς δὲ τὴν ἔρημον ἐκείνην, πρὸ τοῦ τῆς Ἰδουμαίας γῆς οὖσαν, ὕστερον γενέσθαι μέρος τῆς Ἰουδαίας.

A bus amorem declaravit, quem erga Deum habebat, et perseutorum suorum pariter ruinam prædixit, docens, quod nobis hoc pacto in deserto ac sterilitate voluptatum erga Deum affectis, destruentur ac fugabuntur similiter tam invisibiles quam visibiles inimici. Quædam vero exemplaria habent, *in deserto Idumææ*; verisimile est autem desertum illud antea Idumææ regionis fuisse, et deinde Judææ partem effectum esse.

Ὁ Θεός, ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω. Πρὸς σὲ λέγων ὄρθριον τῆς ἡμέρας διάγω. Ἀγυπνιζόμενος γὰρ, πρὸς σὲ γίνομαι τοῖς λογισμοῖς, πρὸ παντὸς λόγου καὶ ἔργου τὴν πρὸς σὲ ποιούμενος ὁμιλίαν, καὶ ἀρχὴν σοι τῆς ἡμέρας τὴν τοιαύτην ὁμιλίαν ἀνατιθείς.

VERS. 2. *Deus, Deus meus, ad te de mane surgo.* Ad te, inquit, tempestivus festino, qui et diluculum et mane diei diceris. Experrectus enim a somno statim cogitationibus meis tibi adsum, conversationemque hanc et sermonem, quem tecum habeo, quibuscunque aliis rebus et negotiis præpono, et pro totius diei primitiis tibi offero.

Ἐδίψησέ σοι ἡ ψυχή μου. Διὰ τοῦ δίψους, τὴν σφοδρότητα τῆς ἀγάπης ἠνίξατο. Εἴρηται δὲ περὶ τούτου ἐν τῷ τρίτῳ στίχῳ τοῦ μ' ψαλμοῦ.

Sitivit in te anima mea. Per sitim, dilectionis vehementiam significat, do qua dictum est in psalmo XLI (in tertio versiculo).

Ποσαπλῶς ἡ σάρξ μου. Τὸ *ποσαπλῶς*, *ποσαχῶς* ἐξέδωκεν ὁ Θεοδοτίων. Φησὶν οὖν, ὅτι *Ποσαχῶς σοι εἰς ἀγάπην ἐγώ.* Ψυχὴν γὰρ ἑαυτοῦ καὶ σάρκα ἑαυτοῦ ἀδιαιρέτως ἑαυτὸν λέγει, κατὰ περίφρασιν· διὰ δὲ τοῦ *ποσαχῶς* τὸ πολλαπλῶς, καὶ τὸ ὑπερβαλλόντως εἰσάγεται.

Quam multipliciter tibi caro mea. Pro, *quam multipliciter*, Theodotion transtulit, *quam sæpissime*, hoc est, assidue. Tibi, inquit, assidue infentus in tui dilectionem feror. Per carnem enim suam et per animam suam circumloquendo seipsum passim intelligit. Dictio autem, *quam multipliciter*, immensitatem demonstrat dilectionis.

Ἐν γῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀδάτῳ, καὶ ἀνύδρῳ. Οὕτω δὲ ἔχω ἐν ταύτῃ τῇ ἐρήμῳ ὢν, ὥστε τὸ ἀπαρηγόρητον τοῦ παρόντος τόπου τὸν πρὸς σέ μου πόθον οὐκ ἐμπέφυκεν.

VERS. 3. *In terra deserta, et invia, et inaquosa.* In hoc, inquit, deserto, ubi nunc moror, ita me gero, ut locus qui alioqui omni prorsus vacat solatio, meum erga te desiderium minime imminuat.

Οὕτως ἐν τῷ ἁγίῳ ὤφθην σοι. Οὕτως ἔχων ὤφθην σοι ἐν τῇ σκηνῇ, ὅτε ἐλάτρευον, ὡς ὁ νόμος πᾶσιν ἐκέλευεν· ταύτην γὰρ ἅγιον καλεῖ· οὕτως ὡς ἔχω νῦν. Λέγει δὲ ὅτι Καὶ ἐκεῖ εὐχόμενος καὶ ἐνταῦθα, ἴσην φυλάττω τὴν διάθεσιν.

Sic in sancto apparui tibi. Hoc pacto dispositus apparui tibi in tabernaculo cum, ut lex mandat, colerem te (per *sanctum* enim ipsum intelligit tabernaculum), ut nunc affectus sum, et sensus est: quod in tabernaculo, et nunc in deserto, æqualem erga Deum affectionem et benevolentiam conservavit.

Τοῦ ἰδεῖν τὴν δύναμίν σου καὶ τὴν δόξαν σου Τοῦτο δὲ ποιῶ, ὥστε ἰδεῖν τὴν δύναμίν σου, ἐν τῷ τροπωθῆναι τοὺς ἐχθρούς μου· τὴν δὲ δόξαν σου, ἐν τῷ πάντας δοξολογῆσαί σε τὸν βοηθοῦντα τοῖς εἰς σὲ ἐλπίζουσιν.

Ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam. Hoc autem facio ut virtutem ac potentiam tuam videam adversus inimicos meos, quos a te fugandos spero: et similiter, ut videam gloriam tuam, dum omnes te glorificant, quod adjuves sperantes in te.

Ὅτι κρεῖσσον τὸ ἔλεός σου ὑπὲρ ζωάς. Ζωὰς λέγει τοὺς τρυφηλοὺς βίους καὶ τὰς ἀπολαυστικὰς διαίτας. Κρεῖσσόν μοι, φησὶν, ἐν ἐρήμῳ ἐλεεῖσθαι παρὰ σοῦ, ἢ ἐν τρυφῇ καὶ ἀπολαύσει τῶν ἀνθρωπίνων ἡδέων διάγειν.

VERS. 4. *Quoniam melior est misericordia tua super vitas.* Vitas deliciis deditas dicit et voluptatibus. Præstat, inquit, ut in deserto tuam consequar misericordiam, quam si in deliciis ac voluptatibus humanis degam.

Τὰ χείλη μου ἐπαινέσουσί σε. Διὰ τοῦτο καὶ ὑμνήσω σε.

Labia mea laudabunt te. Et ideo, inquit, ego te laudabo.

Οὕτως εὐλογήσω σε ἐν τῇ ζωῇ μου. Οὕτως ὡς νῦν, τουτέστιν εἰλικρινῶς, τουτέστιν, ἐξ ὅλης ψυχῆς.

VERS. 5. *Sic benedicam te in vita mea.* Sic, ut nunc facio, sincere nimirum atque ex tota anima.

Ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀρῶ τὰς χεῖράς μου. Εἰς σὲ μόνον ἐκτενῶ τὰς χεῖράς μου. Ἢ τὸ σὸν ὄνομα ἐπικαλούμενος ἐκτενῶ αὐτὰς, καὶ οὐχ ἑτέρου τινὰ τῶν ἁπάντων.

In nomine tuo levabo manus meas. Ad te unum, inquit, manus meas extendam. Vel, invocato tuo nomine eas extendam, et nullum aliud poscam auxilium.

Digitized by Google

VERS. 6. *Quasi adipe et pinguedine repleatur anima mea.* Eo pacto, quo adipe quis repletur et pinguedine, eodem opto, ut anima mea tua repleatur misericordia. De ea etenim sermo erat.

A

Ὡς ἐκ στέατος καὶ πιότητος ἐμπλησθείη ἡ ψυχή μου. Ὥσπερ ἐκ στέατος καὶ λίπους ἐμπιμπλᾶταί τις· πιαντικὰ γὰρ ταῦτα· οὕτως ἐμπλησθείη ἡ ψυχή μου τοῦ ἐλέους σου. Περὶ τούτου γὰρ ἦν ὁ λόγος.

Et labiis exsultationis laudabit os meum. Et de cætero, inquit, exsultantibus labiis te laudabo.

Καὶ χείλη ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ στόμα μου. Καὶ λοιπὸν ἐν χείλεσιν ἀγαλλιωμένοις αἰνέσω σε.

VERS. 7. *Si memor eram tui super stratum meum, in matutinis meditabar in te.* Si memor tui sum cubans in lecto, in matutinis etiam meditor in te, hoc est, invenior cogitare de te; et sensus est, quod memor Dei erat, et cum somnum caperet, et rursus cum expergefieret, ita ut somnus Dei memoriam minime interciperet. Optimum est igitur, ut qui somnum vult capere, cum Dei memoria id faciat, quæ pravas ac turpes solet imaginationes avertere. Immutatum est autem tempus verborum: *Memor eram*, et *meditabar*, pro *Memor sum, et meditor.*

Εἰ ἐμνημόνευόν σου ἐπὶ τῆς στρωμνῆς μου, ἐν τοῖς ὄρθροις ἐμελέτων εἰς σέ. Εἰ ἐν στρωμνῇ κείμενος μνημονεύω σου, ἐν τοῖς ὄρθροις μελετῶ εἰς σέ, τουτέστιν, εὑρίσκομαι λογιζόμενος περὶ σοῦ. Λέγει δὲ ὅτι Μετὰ τῆς σῆς μνήμης ὑπνῶν, μετὰ τῆς αὐτῆς πάλιν ἀφυπνίζομαι, καὶ οὐδ' ὁ ὕπνος διακόπτει ταύτην. Μέγα γοῦν ἀγαθὸν, τὸ μετὰ τῆς τοῦ Θεοῦ μνήμης ὑπνοῦν, καὶ τῶν αἰσχρῶν φαντασιῶν ἀλεξίκακον. Ἐνήλλακται δὲ ὁ χρόνος τοῦ *μνημονεύω*, καὶ τοῦ *μελετῶ*.

B

Quoniam fuisti adjutor meus. Hoc autem facio quia te unum adjutorem habeo: et deinceps aliud mihi opus non est, quam ut tui memor sim. Cætera enim omnia, et superflua reputo, et inutilia.

Ὅτι ἐγενήθης βοηθός μου. Τοῦτο δὲ ποιῶ, ὅτι σὲ μόνον ἔχω βοηθόν. Καὶ λοιπὸν, οὐ χρεία μοι ἕτερόν τι διὰ μνήμης ἔχειν. Περιττὰ γὰρ ταῦτα καὶ ἀνόητα.

VERS. 8. *Et in protectione alarum tuarum exsultabo.* De alarum protectione diximus in psalmo XVI.

Καὶ ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἀγαλλιάσομαι. Περὶ τῆς σκέπης τῶν πτερύνων εἴρηται ἐν τῷ ις' ψαλμῷ.

Adhæsit anima mea post te. Desiderii nimirum vinculo adeo alligata, ut a tui memoria divelli nusquam possit.

Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου. Ἐδέθη τῷ δεσμῷ τοῦ πόθου σου, κατόπιν σου, ὡς μηδέ ποτε

C

χωρισθῆναι τῆς μνήμης σου.

Me autem adjuvit dextera tua. Ex hoc loco prædicere incipit auxilium sibi a Deo præstitum, Saulisque ac cæterorum inimicorum interitum.

Ἐμοῦ ἀντελάβετο ἡ δεξιά σου. Ἐντεῦθεν προφητεύει τὴν ἑαυτοῦ μὲν βοήθειαν, τῶν δὲ περὶ Σαοὺλ ἐχθρῶν αὐτοῦ ἀπώλειαν.

VERS. 10. *Ipsi vero in vanum quæsiverunt animam meam.* Cum auxilio mihi sit Deus.

Αὐτοὶ δὲ εἰς μάτην ἐζήτησαν τὴν ψυχήν μου. Ὁ γὰρ Θεὸς βοηθεῖ μοι.

Introibunt in inferiora terræ. Mortui etenim descendent in infernum.

Εἰσελεύσονται εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς. Ἀποθανόντες κατελεύσονται εἰς ᾅδην.

VERS. 11. *Tradentur in manus gladii.* Dixit eos interituros; nunc et mortis genus narrat. Gladium autem metaphorice manus habere finxit, ut illius ictum inevitabilem esse indicaret (veluti qui quasi manu quadam illos apprehensurus atque adacturus sit).

Παραδοθήσονται εἰς χεῖρας ῥομφαίας. Εἰπὼν ὅτι ἀποθανοῦνται, λέγει καὶ τὸν τρόπον. Χεῖρας δὲ ῥομφαίας εἶπε μεταφορικῶς, διὰ τὸ ἄφυκτον τοῦ ξίφους.

Partes vulpium erunt. Ubi, inquit, occisi fuerint, vulpes sibi in cibum eorum dividunt cadavera. Vel ideo partes vulpium futuros dicit, quia non a fortibus et generosis occidendi essent inimicis, sed a pusillis quibusdam imbecillibusque atque dolosis, quales esse vulpes novimus. Ab hujusmodi itaque, inquit, inimicis dilaniabuntur; et Palæstinos mihi videtur populos subsignare (a quibus Saul cum filiis, atque exercitu trucidatus est).

Μερίδες ἀλωπέκων ἔσονται. Ἀποσφαγέντας αὐτοὺς αἱ ἀλώπεκες εἰς θοίνην διαμερίσονται. Ἢ ὅτι οὐδὲ γενναῖοι τούτους διαφθεροῦσιν ἐχθροὶ, ἀλλ' εὐτελεῖς καὶ ἀσθενεῖς καὶ δολεροί. Τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀλώπηξ· τῶν τοιούτων οὖν διασπαράγματα ἔσονται. Αἰνίττεται δὲ τοὺς παροίκους ἀλλοφύλους.

D

VERS. 12. *Rex vero lætabitur in Deo.* Seipsum regem appellat, veluti divina sententia jam unctum in regem. Lætabitur autem non in eorum morte, quemadmodum postea re ipsa declaravit, lugens ac plangens; sed lætabitur in Deo, qui liberavit diligentes se. Per regem etiam hoc in loco (17) quem-

Ὁ δὲ βασιλεὺς εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ Θεῷ. Ἑαυτὸν λέγει, ὡς Θεοῦ ψήφῳ κεχρισμένον. Εὐφρανθήσεται δὲ, οὐκ ἐπὶ τῇ ἀναιρέσει αὐτῶν, ὡς καὶ ὕστερον ἔδειξε, θρηνῶν καὶ κοπτόμενος, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ, ὡς ῥυσαμένῳ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν. Ἢ βασιλέα μὲν νοήσεις τὸν κατακυριεύοντα τῶν

Variæ lectiones.

(17) Græce obscurius: *Aut regem quidem intelli; qui cupiditatibus dominatur, laudandum vero* (quod ad sequentem versiculum pertinet) *qui polliceatur Deo*, etc.

Digitized by Google

πεθῶν, ἐπαινούμενον δὲ τὸν ἐπαγγελλόμενον τῷ Θεῷ, ἤτοι τῷ Θεῷ τὸν ἐνάρετον βίον ἐπαγγελλόμενον καὶ βεβαιοῦντα τὴν ὁμολογίαν διὰ τῶν ἔργων. A libet intelligere potes, qui affectibus ac passionibus propriis dominatur : juxta quem sensum expone sequentem versiculum : quod illi etiam laudandi sunt, qui juraverint in Deo, id est, qui vitam Deo pollicentur virtute præditam, et qui quod polliciti sunt, operibus confirmant.

Ἐπαινεσθήσονται πᾶς ὁ ὀμνύων ἐν αὐτῷ. Ἔθος ἦν ἐν τῷ βασιλεῖ ὀμνύειν, οἷον, Μὰ τὴν σωτηρίαν τοῦ βασιλέως. Ἀλλὰ ζῶντος γὰρ Σαοὺλ, ἐκαλίζετο καὶ ἐκινδύνευεν, εἴ τις ἐτόλμησεν ὀμνῦναι ἐν τῷ βασιλεῖ Δαβίδ· μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ μᾶλλον ἐπῃνεῖτο, ὡς φιλῶν αὐτόν.

Laudabuntur omnes, qui jurant in eo. Olim mos fuit ut jurarent per reges, veluti : Per salutem, aut caput regis. Vivente igitur Saule periculum ei fuisset, qui per Davidis regis salutem jurasset. Mortuo, inquit, Saule ille laudabitur amicus et benevolus, qui per David regis salutem juraverit.

Ὅτι ἐνεφράγη στόμα λαλούντων ἄδικα. Ἐνεφράγη τῷ θανάτῳ· λαλούντων δὲ ἄδικα κατ' αὐτοῦ, ἐν τῷ συκοφαντεῖν καὶ διαβάλλειν αὐτόν, καὶ ἐν τῷ ἐντέλλεσθαι ἀλλήλοις τὸν ἑαυτοῦ θάνατον· ἀλλ' οὕτω μὲν καὶ ἐπὶ τῶν ὁρατῶν ἐχθρῶν· ἐπὶ δὲ τῶν ἀοράτων (18), εἰσιλεύσονται εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς, ἤτοι εἰς τὸν Τάρταρον· φησὶ γὰρ Πέτρος ὁ ἀπόστολος, ὅτι Ὁ Θεὸς αὐτοὺς ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν· λέγεται γὰρ ὑπὸ γῆν εἶναι τὸν Τάρταρον· ῥομφαίαν δὲ νοήσεις καὶ τούτων τὴν τιμωρίαν. B

Quoniam obstructum est os loquentium injusta. Morte nimirum obstructum est os hominum loquentium injusta adversus ipsum David, cum calumniarentur, eique detraherent, atque invicem de illius morte tractarent. Et hæc quidem expositio ad visibiles inimicos pertinet. Cæterum de invisibilibus simili modo exponi potest : verum quod hic legimus : *Introibunt in inferiora terræ*, tunc expone, hoc est, in ipsum Tartarum. Quia, ut dicit apostolus Petrus [94], missos illos Deus tradidit in Tartarum ad judicium. Tartarum vero sub terra esse dicunt. *Gladium* etiam tunc expones, pro supplicio.

Εἰς τὸ τέλος Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΞΓ'.

In finem Psalmus ipsi David.

PSALMUS LXIII.

Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τῆς αὐτῆς ἔχεται ὑποθέσεως. Διηγεῖται γὰρ τὰς τῶν ἀνοήτων ῥηθέντων ἐχθρῶν ἐπιβουλὰς, καὶ προφητεύει τὴν τούτων ἀπαλλαγήν, ἐξ ὧν ἕνεκεν Εἰς τὸ τέλος ἐπιγέγραπται.

Hic psalmus eamdem, quam præcedens tractat materiam. Easdem beatus David inimicorum insidias carpit, et ab eis se liberandum prædicit, atque ideo etiam *In finem* inscribitur. C

Εἰσάκουσον, ὁ Θεὸς, τῆς προσευχῆς μου ἐν τῷ ῥύεσθαί με πρὸς σὲ, ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ ἐξελοῦ τὴν ψυχήν μου, σκέπασόν με ἀπὸ συστροφῆς πονηρευομένων, ἀπὸ πλήθους ἐργαζομένων ἀδικίαν. Τὰ μὲν ἄλλα, σαφῆ· συστροφὴν δὲ λέγει, τὸ σύστημα καὶ τὸ σύνταγμα.

Vers. 2, 3. *Exaudi, Deus, vocem meam, dum oro ad te : a timore inimici eripe animam meam, protege me a conventu malignantium, a multitudine operantium injustitiam.* Per conventum, congregationem, atque ordinem militum intelligit. Cætera vero per se clara sunt.

Οἵτινες ἠκόνησαν ὡς ῥομφαίαν τὰς γλώσσας αὐτῶν. Εἰς τὸ ῥᾳδίως συκοφαντεῖν καὶ σκευάζειν ἐπιβουλάς. Ἔοικε δὲ ὁ λόγος τῷ, Καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν, μάχαιρα ὀξεῖα, περὶ οὗ εἴρηται ἐν τῷ νε' ψαλμῷ.

Vers. 4. *Quoniam exacuerunt, ut gladios, linguas suas.* Ut de facili nimirum calumniari possent et contexere insidias. Et similia videntur hæc verba iis quæ vidimus in psalmo LVI : *Lingua eorum gladius acutus.*

Ἐτέτειναν τόξον, πρᾶγμα πικρὸν, τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν ἀποκρύφοις ἄμωμον. Ἄμωμον λέγει τὸν ἀθῷον, εἴτουν ἑαυτόν. Καθ' ὑπερβατὸν δὲ ἡ σύνταξις, οἷον, Ἡτοίμασαν τόξον αὐτῶν, ὥστε κατατοξεῦσαι ἐν τῷ λεληθότι τὸν ἀναίτιον, ὅπερ ἐστὶ πρᾶγμα πικρὸν, τουτέστι χαλεπὸν, ἢ ὀλεθρόν· λέγω δὴ τὸ ἐν ἀποκρύφοις τοξεύειν, διὰ τὸ ἀφύλακτον· τόξον δὲ αὐτῶν τὴν γλῶσσαν αὐτῶν καλεῖ· ῥομφαίαν μὲν γὰρ εἶπεν αὐτὴν, ὡς τοὺς πλησίον ἀναιροῦσαν, τόξον δὲ, ὡς καὶ τοὺς πόρρω βάλλουσαν. Ἐκ τοῦ προφανοῦς γὰρ ἐπαινοῦντες, λαθραίως συνεσκευάζοντο. D

Intenderunt arcum suum, rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum. Immaculatum dixit, pro *innocentem*, et seipsum intelligit. Ordo autem fit per hyperbaton, hoc modo : Paraverunt arcum suum, ut latenter sagittarent innocentem hominem, et amaram rem, hoc est gravem ac molestam esse ait, quod hujusmodi usi sint apparatu (apposite enim id dictum est, et per parenthesim); grave etenim est et dolosi cujuspiam opus, ut in occulto sagittis quempiam impetat, qui sibi nihil cavet (19). Per arcum vero linguam intelligit, quam et gladium appellavit, veluti quæ proximum adeo lædit, ut pene interimat : et arcum similiter, quia de longe ferit. In aperto etenim laudabant eum inimici, ac benedicebant, clam vero ac latenter mala conspirabant.

[94] II Petr. II, 4.

Variæ lectiones.

(18) Subaudi νοήσεις.

(19) Ad verbum : *Quod quidem amarum est, hoc est grave ac dolosum, nimirum* in occultis sagittare, *cum præcaveri non possit.*

Digitized by Google

Vers. 5. *Subito sagittabunt eum, et non timebunt.* Statim, inquit, nec præcaventem eum *sagittabunt*, nullam, aut Dei iram, aut humani juris legem timentes.

A Ἐξάπινα κατατοξεύσουσιν αὐτόν, καὶ οὐ φοβηθήσονται. — Ἐξάπινα μὲν, ἀντὶ τοῦ, ἀπροσδοκήτως, μὴ προηγθημένον· οὐ φοβηθήσονται δὲ, οὔτε τὴν παρὰ Θεοῦ ὀργὴν, οὔτε τὴν παρὰ ἀνθρώπων κατάγνωσιν.

Stabiliverunt sibi sermonem pravum. Pravum insidiarum consilium sequi decreverunt, ut omnino perficiendum.

Ἐκραταίωσαν ἑαυτοῖς λόγον πονηρόν. Ἐκύρωσαν παρ' αὐτοῖς τὸν λόγον τῆς ἐπιβουλῆς, ὡς βεβαίως ἀποτελεσθησόμενον.

Vers. 6. *Narraverunt ut absconderent laqueos.* Symmachus reddidit : *Consuluerunt.* Consuluerunt etenim, ut laqueos absconderent et plagas, dum collocarent insidias.

Διηγήσαντο τοῦ κρύψαι παγίδας. — Εἰσηγήσαντο, ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος. Συνεβούλευσαν γὰρ, ὥστε κρύψαι θήρατρα, ἐν τῷ καθίσαι λόχους.

Dixerunt : Quis videbit eos? Quis ultor nimirum, aut vindex illius erit, quem occidere conantur? ac si dicant : Nullus hujusmodi vindex eos videbit.

Εἶπαν· Τίς ὄψεται αὐτούς; Τίς ὄψεται αὐτοὺς, ἔκδικος τοῦ ἐπιβουλευομένου; ὃ ἐστιν, οὐδείς.

B

Vers. 7. *Scrutati sunt iniquitatem.* Perquisiverunt iniquitatem, ut ea uterentur.

Ἐξηρεύνησαν ἀνομίαν. Ἐζήτησαν ὥστε χρήσασθαι αὐτῇ.

Defecerunt scrutantes scrutinia. Hoc est, defatigati sunt, quærentes dolosas artes et struentes insidias.

Ἐξέλιπον ἐξερευνῶντες ἐξερευνήσεις. Ἠτόνησαν ζητοῦντες ζητήσεις δολερὰς, καὶ μηχανώμενοι μηχανάς.

Vers. 8. *Accedet homo, et cor profundum, et exaltabitur Deus.* Ad pravos istos talia molientes accedet homo aliquis, illorum pravitati adversum me inserviturus : et homo iste *erit cor profundum*, hoc est, magni ac profundi consilii et vergentis ad malum. Nam et profunda inveniuntur ad malum consilia. Cum vero apparuerit hujusmodi hominem consilium suum non posse perficere, tunc magnificabitur Deus, qui comprehendit sapientes in astutia eorum [88], qui inefficaces fuisse ostendet eorum insidias. Verisimile est autem aliquos fuisse qui ut inimicis gratificarentur, accesserint, et operam suam adversus justum polliciti sint.

Προσελεύσεται ἄνθρωπος, καὶ καρδία βαθεῖα, καὶ ὑψωθήσεται ὁ Θεός. Προσελεύσεται αὐτοῖς μηχανωμένοις ἄνθρωπος, ὑπηρετήσων κατ' ἐμοῦ τῇ πονηρίᾳ αὐτῶν. Καὶ οὗτος ἔσται καρδία βαθεῖα, τουτέστιν, βαθυγνώμων, ἀλλ' ἐπὶ κακῷ. Ἔστι γὰρ καὶ ἐπὶ καλῷ (20) βαθυγνώμων· καὶ μηδὲ τούτου ἀνύοντος, ἔτι μεγαλυνθήσεται ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, καὶ δεικνύων ἀπράκτους τὰς ἐπιβουλὰς αὐτῶν. Εἰκὸς γάρ τινας, C χαριζομένους τοῖς ἐχθροῖς, προσιέναι καὶ ἐπαγγέλλεσθαι κατὰ τοῦ δικαίου.

Vers. 9. *Sagittæ parvulorum, facta sunt verbera eorum.* Inefficaces nimirum. Hujusmodi enim sunt parvulorum ictus. Vel etiam, propter percutientium infirmitatem. Per verbera autem hic afflictiones intellige.

Βέλος νηπίων ἐγενήθησαν αἱ πληγαὶ αὐτῶν. Ἀνενέργητοι· τοιαῦται γὰρ αἱ παρὰ τῶν νηπίων βολαί. Ἢ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν βαλλόντων. Πληγὰς δὲ λέγει, τὰς κακώσεις.

Et infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum. Per linguas ipsas intelligit calumnias et conspirationes, quæ per linguam contexuntur. Hæc etenim sunt linguæ opera. Infirmatæ igitur sunt linguæ eorum in eis : nequeuntes scilicet aliquod amplius facere.

Καὶ ἐξησθένησαν ἐπ' αὐτοὺς αἱ γλῶσσαι αὐτῶν. Γλώσσας καλεῖ τὰς συκοφαντίας καὶ συσκευὰς, αἳ διὰ γλώσσης ῥάπτονται, καὶ γλώσσης εἰσὶν ἀποτελέσματα. Ἐξησθένησαν οὖν ἐπ' αὐτοῖς, μηδέν τι πλέον ἀνῦσαι δυνάμεναι.

D

Vers. 10. *Turbati sunt omnes qui videbant eos.* Ii, inquit, qui tales ac tantos homines conatibus suis omnibus frustratos viderunt, non mediocriter perturbati sunt.

Ἐταράχθησαν πάντες οἱ θεωροῦντες αὐτούς. Ἐθορυβήθησαν οἱ θεωροῦντες τοὺς τοιούτους καὶ τοσούτους τῶν ἐπιχειρημάτων ἀποτυγχάνοντας.

Et timuit omnis homo. Omnis homo qui eos viderat, in se ipso conterritus est, cognoscens quod Deus eorum omnium vindex esset, qui injuria opprimerentur.

Καὶ ἐφοβήθη πᾶς ἄνθρωπος. Πᾶς τῶν θεωρούντων αὐτοὺς ἐφοβήθη καθ' ἑαυτὸν, γνοὺς, ὅτι ὁ Θεὸς ἐκδικητής ἐστι τῶν ἀδικουμένων.

Et annuntiaverunt opera Dei. Et alii miracula omnia annuntiaverunt, quæ propter me Deus operatus est.

Καὶ ἀνήγγειλαν τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ. (21) Ἀνήγγειλε πρὸς ἕτερον τὰ δι' ἐμὲ γενόμενα τέρατα.

[88] Job. v, 13; I Cor. III, 19.

Variæ lectiones.

(20) Apparet interpretem legisse ἐπὶ κακῷ pro ἐπὶ καλῷ *ad bonum.*
(21) Videtur præponendum ἕτερος.

Digitized by Google

Καὶ τὰ κοπήματα αὐτοῦ συνῆκαν. Καὶ ἔγνωσαν οἷα ποιεῖ βοηθῶν τοῖς δούλοις αὐτοῦ· ὡς γενόμενα δὲ εἶπε τὰ γενησόμενα, νόμῳ προφητείας.

Et facta ejus intellexerunt. Et cognoverunt qualia faciat Dominus adjuvans servos suos. Futura autem dixit, ut jam facta, lege scilicet prophetiæ.

Εὐφρανθήσεται δίκαιος ἐν τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐλπιεῖ ἐπ' αὐτόν. Εὐφρανθήσεται καὶ ἐλπιεῖ, βλέπων τὴν ἐπ' ἐμοὶ κηδεμονίαν αὐτοῦ.

VERS. 11. *Lætabitur justus in Domino, et sperabit in eo.* Lætabitur et sperabit, ubi magnum Dei studium in me viderit.

Καὶ ἐπαινεθήσονται πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. Ἐπαινεθήσονται παρὰ τῶν ἀνθρώπων οἱ μηδὲν σκολιὸν ἐν τῇ καρδίᾳ φέροντες, οἷος ἦν αὐτὸς, ὡς τοῖς τοιούτοις βοηθοῦντος αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ. Ὡς ἀγαθὸς γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ. Τινὲς δὲ περὶ τοῦ Ἰούδα προειρῆσθαί φασιν τὸ, *Προσελεύσεται ἄνθρωπος*, ὃς, παμπόνηρος ὢν, προσῆλθεν τοῖς ἐχθροῖς τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὑπέσχετο προδοῦναι αὐτόν. Ἐμεγαλύνθη δὲ μᾶλλον ὁ Χριστὸς, ῥοβερά τε περὶ τὸν καιρὸν τῆς σταυρώσεως θαυματουργήσας, καὶ ἀναστὰς ἐκ τῶν νεκρῶν. Αἵ τε τιμωρίαι ἃς ἐπήγαγον αὐτῷ, εἰς οὐδὲν ἐλογίσθησαν, διά τε τὸ τῆς θεότητος ἀπαθὲς, καὶ διὰ τὸ μὴ δυνηθῆναι ἀφανίσαι αὐτὸν, ὡς ἐκεῖνοι ᾠοντο. Πάντες δὲ οἱ ἐν τοῖς ἔθνεσι θεωροῦντες τοὺς χριστοκτόνους, παραδεθέντας τοῖς Ῥωμαίοις εἰς ὄλεθρον, ἐθορυβήθησαν, καὶ ἐφοβήθησαν τὸν Χριστὸν, δι' ὃν οὗτοι πεπόνθασι. Δικαίους δὲ νοήσει τοὺς ἐξ ἐθνῶν, ὡς δικαιωθέντας διὰ πίστεως· οἳ καὶ εὐφρανθήσονται ἐπὶ τῷ Χριστῷ· τοὺς αὐτοὺς δ' ἂν εἴποις, καὶ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, ὡς ἐν τῇ καρδίᾳ μὴ παρεγκλίναντας, ἧς μετεῖχον, ὀρθῆς πίστεως.

Et laudabuntur omnes recti corde. Ii, inquit, qui obliquum nihil, aut tortuosum ferunt in corde, qualis erat beatus David, ab omnibus semper laudabuntur, veluti eis Deus præsto semper futurus sit. *Quam bonus* enim, inquit, *Deus Israel iis, qui recto sunt corde*[20]! Quidam ea verba: *Accedet homo*, intelligunt dicta esse de Juda: qui, cum depravato esset animo, ad Christi adversarios profectus est et pollicitus se illum eis traditurum esse. Verum Christus ex eo magis magnificatus atque exaltatus est. Multa siquidem et summa admiratione digna miracula tam moriens, quam resurgens, operatus est, quæ illius gloriam prædicant. Nam quod supplicia sustinuerit, ejus gloria non minuitur, cum et divinitas ipsa minime læsa sit, et humanitatis excellentia ac nomen ejus tolli ideo non potuerit, ut putarant. Hæc autem omnia cum cernerent gentiles, et insuper ipsos Christi crucifixores tradi viderent Romanis in interitum, turbati sunt, et timuerunt Christum Dominum, ob quem Judæorum genus tantis affectum est supplicüs. Et juxta hunc sensum per justos, fideles omnes ex gentibus intelliges, qui per fidem justificati sunt, qui etiam ut recti corde lætabuntur in Christo, eo quod in corde suo nunquam a recta illa fide declinaverunt, quam semel professi sunt.

Εἰς τὸ τέλος Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. ΨΑΛΜΟΣ ΞΔ'.

In finem psalmus cantici ipsi David. PSALMUS LXIV.

Εἰς τὸ τέλος καὶ οὗτος, ὅτι προφητεύει περί τε τῆς ἐπανόδου τῶν ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλώτων, ὧν καὶ προσώπῳ συντέτακται, καὶ περὶ τῆς εὐσεβείας τῶν ἐθνῶν. Τί δέ ἐστι *ψαλμὸς ᾠδῆς*, παραδέδοται ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν.

In finem etiam inscribitur hic psalmus, quia captivorum reditum prædicit, qui in Babylone erant, ex quorum persona fuit a Prophetа conscriptus. Futuram etiam gentilium religionem ac fidem interserit (quæ omnia ad finem suum tendebant). Quid autem sit *psalmus cantici* in proœmio operis dictum est.

Σοὶ πρέπει ὕμνος, ὁ Θεὸς, ἐν Σιών. Ἐν Σιὼν σοι πρέπει, φησὶν, ὁ ὕμνος· ἐκεῖ γὰρ λατρεύειν προστέταξας.

VERS. 2. *Te decet hymnus, Deus, in Sion.* Illic etenim te coli debere mandasti.

Καὶ σοὶ ἀποδοθήσεται εὐχὴ ἐν Ἰερουσαλήμ. Ὅρα τὴν περὶ τῆς ἐπανόδου προρρήσιν. Εἴη δ' ἂν καὶ κατὰ λόγον ἀναγωγῆς Σιὼν καὶ Ἱερουσαλὴμ, ἥ τε καθολικὴ Ἐκκλησία τῶν πιστῶν, καὶ οἱ κατὰ μέρος ναοί.

Et tibi reddetur votum in Jerusalem. Vide prophetiam de reditu. Juxta anagogen per Sion et per Jerusalem, universalis fidelium Ecclesia intelligitur, et templa etiam, quæ privatim erecta sunt in variis mundi partibus.

Εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου. Τῆς περὶ ὧν ἀεὶ παρακαλῶ.

VERS. 3. *Exaudi orationem meam.* Orationem de his rebus, pro quibus semper ad te preces fundo.

Πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει. Τοῦτο προφητεία περὶ τῶν ἐθνῶν. Σάρκα δὲ αὐτοὺς ἐκάλεσεν, ἢ ὡς ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν, ἢ ὡς σαρκικῶς ζῶντας. Ἢ καὶ περὶ τῆς καθολικῆς ἀναστάσεως ὁ λόγος.

Ad te omnis caro veniet. Prophetia hic traditur de salute gentium; per carnem enim ipsas gentes intelligit, ut totum a parte: vel quia olim vivebant carnaliter. Vel fortassis sermo est de universali corporum resurrectione.

[20] Psal. LXXII, 1.

Digitized by Google

VERS. 4. *Verba iniquorum prævaluerunt super nos.* Blasphemiæ inimicorum quas adversum nos atque adversus ipsum Deum fundunt, prævaluerunt super nos, hoc est, oppresserunt nos, cum non auderemus contradicere, veluti servi effecti. (Et quia in Græco, pro verbo, *prævaluerunt*, legimus, ὑπερεδυνάμωσαν) potest id verbum aliter exponi, ut sensum etiam contrarium faciat, et sententia sit : Verba iniquorum vaide fortes, nos reddiderunt, ita ut fiduciam præstiterint, quod Deus hujusmodi injurias inultas non dimittet. Quædam autem exemplaria habent : *Verba iniquorum valde infirmos nos reddiderunt.*

A Λόγοι ἀνόμων ὑπερεδυνάμωσαν ἡμᾶς. Αἱ εἰς Θεὸν καὶ εἰς ἡμᾶς βλασφημίαι τῶν ἐχθρῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ἐδυνήθησαν, τουτέστι, κατεδυνάστευσαν ἡμῶν, μὴ τολμώντων ἀντειπεῖν, οἷα δεδουλωμένων. Ἢ τοὐναντίον· Λίαν ἰσχυροποίησαν ἡμᾶς θαρρήσαντας, ὅτι οὐ περιόψει ταύτας ἀνεκδικήτους. Τινὲς δὲ τῶν ἀντιγράφων ὑπερηδυνάμωσαν γράφουσιν, ὅ ἐστιν, ἀσθενεῖς ἐποίησαν ἡμᾶς.

Et impietatibus nostris tu propitiaberis. Tu, inquit, iis ignosces peccatis, propter quæ nos effecti sumus captivi, unde etiam liberabis nos.

Καὶ ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν σὺ ἱλάσῃ. Καὶ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, δι' ἃς ἠχμαλωτίσθημεν, σὺ συγνωμονήσεις, καὶ ἐλευθερώσεις ἡμᾶς.

VERS. 5. *Beatus quem elegisti et assumpsisti : habitabit in aulis tuis.* Juxta sensum historicum : Beatus, inquit, Judæorum populus qui ex omnibus B gentibus a te electus est, et tuus populus appellatur. Ex captivitate etenim revocatus, rursum cum honore habitabit in Jerusalem : quam aulas Dei esse dixit, propter celeberrimum templum quod in ea Deo dicatum erat. Juxta anagogen vero, de novo loquitur populo, quem Dominus ex gentibus sibi in hæreditatem elegit ; et per aulas, ecclesias intelligit, quæ ubique locorum Christo erectæ sunt. Intelligi etiam possunt hæc verba, ut unicuique aptentur fideli, qui pie ac religiose vivat, qui electus dicetur et assumptus ad cœlestem Jerusalem, ubi aulæ Dei sunt mansiones justorum.

Μακάριος ὃν ἐξελέξω καὶ προσελάβου. Κατασκηνώσει ἐν ταῖς αὐλαῖς σου. Καθ' ἱστορίαν μὲν, Ζηλωτὸς, φησὶν, ὁ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἐκκλεγεὶς λαὸς τῶν Ἰουδαίων, καὶ σὸς χρηματίσας· ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας γὰρ ἐντίμως ἀναχθείς, κατασκηνώσει πάλιν ἐν τῇ πόλει σου Ἱερουσαλήμ. Ταύτην γὰρ αὐλὰς τοῦ Θεοῦ καλεῖ, διὰ τὸν ἐν αὐτῇ περιώνυμον ναόν. Ἀναγωγικῶς δὲ αἰνίττεται τὸν νέον λαὸν, τὸν ἐξ ἐθνῶν ἐκλεγέντα τῷ Χριστῷ εἰς κληρονομίαν. Αὐλὰς δὲ αὐτοῦ τὰς κατὰ χώραν, ἐκκλησίας ὑπολητέον. Νοεῖται δὲ καὶ περὶ παντὸς ἐν εὐσεβείᾳ τελειοῦντος τὴν ζωήν. Ἐκλεγεὶς γὰρ προσλαμβάνεται εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ, ὅπου αἱ αὐλαί εἰσιν, αἱ μοναὶ τῶν δικαίων.

VERS. 6. *Replebimur in bonis domus tuæ.* Per domum Dei et inferiorem hanc, et supernam Jerusalem intellige, et templa, quæ ubique locorum C sunt. Bona autem domus Dei sacra sunt dogmata, ac cætera spiritualia ac temporalia bona, quibus frui ac delectari Deus hominibus tribuit. Illis autem bonis replendum etiam populum Propheta asserit, simul ac ab inimicorum servitute fuerit liberatus.

Πλησθησόμεθα ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ οἴκου σου. Οἶκος Θεοῦ ἡ Ἱερουσαλὴμ, ἥ τε κάτω καὶ ἡ ἄνω, καὶ οἱ κατὰ τόπον ναοί. Ἀγαθὰ δὲ αὐτοῦ, τὰ θεῖα δόγματα, καὶ ὅσα πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ τέρψιν, ὧν, φησὶ, πλησθησόμεθα, ἐλευθερωθέντες τῆς δουλείας τῶν ἐχθρῶν.

Sanctum est templum tuum, mirabile in justitia. Per templum similiter et illud intellige, quod est in inferiori Jerusalem, et quod in superna : et alia etiam templa quæ variis mundi locis sunt Christo dicata. Sanctum autem templum appellat, quod illius esse dicitur, qui sanctus est, et quia plenum est sanctimonia. Et mirabile in justitia, propter justos viros, qui in eo versantur. Vel templum Dei esse intelligit viros omnes virtute præditos, qui habitaculum Dei merito dici possunt : et sancti quidem sunt, ob vitæ munditiam, mirabiles vero ob summam integritatem ac summam justitiam.

Ὅτι ὁ ναός σου ἅγιος θαυμαστὸς ἐν δικαιοσύνῃ. Ναὸς Θεοῦ πάλιν, ὁ ἐν τῇ κάτω Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν τῇ ἄνω, καὶ ὁ κατὰ τόπον οἶκος τοῦ Θεοῦ. Ἅγιος μὲν οὖν, ὡς τοῦ ἁγίου ναὸς, καὶ ὡς ἁγιασμοῦ πλήρης. Θαυμαστὸς δὲ ἐν τῇ δικαιοσύνῃ τῶν ἐμπολιτευομένων αὐτῇ δικαίων ἀνδρῶν. Ἢ ναὸν Θεοῦ λέγει τὸν ἐνάρετον, ὃς ἐστιν οἰκητήριον Θεοῦ. Καὶ ἅγιος μὲν, διὰ τὴν ἁγνείαν τῶν παθῶν· θαυμαστὸς δὲ, ἐπὶ τῇ δικαιοσύνῃ.

VERS. 7. *Exaudi nos, Deus, Salvator noster, spes omnium finium terræ, et eorum, qui in mari sunt procul.* Est et hæc prophetia de gentibus, quæ crediderunt. Exaudi, inquit, tu nos, qui in posterum futurus es omnium spes. Fines autem terræ homines appellat qui terræ fines incolunt. Per eos vero quos in mari procul esse dicit, insulanos intelligit. Dictio autem *procul* distantiam seu intervallum a terra denotat. [Disjunctæ enim sunt insulæ a terra continenti.]

D Ἐπάκουσον ἡμῶν, ὁ Θεός, ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν. Καὶ τοῦτο προρρήσεις τῆς πίστεως τοῦ ἐξ ἐθνῶν λαοῦ. Ἐπάκουσον, φησὶν, ἡμῶν, ὁ ὕστερον ἐσόμενος ἐλπὶς πάντων. Πέρατα μὲν οὖν τῆς γῆς οἱ τὰ πέρατα τῆς γῆς οἰκοῦντες· ἐν θαλάσσῃ δὲ, καὶ οἱ ἐν ταῖς νήσοις· τὸ δὲ μακράν ἐπίρρημά ἐστι, σημαῖνον τὸ πόρρω τῆς ἠπείρου.

VERS. 8. *Præparans montes in fortitudine sua.*

Ἑτοιμάζων ὄρη ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ. Περὶ τῆς τῶ

Digitized by Google

Θεοῦ δείξεισι δυνάμεως, ἀνυμνῶν αὐτήν. Τὸ δὲ *ἑτοιμάζων, ἑδράζων* ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος. Συνεξακούεται δὲ τὸ, *ἐστιν*. Ἑδράζει τὰ ὄρη, φησὶν, οὕτως ἀσφαλῶς, ὡς μηδέ ποτε σαλευθῆναι ταῖς σφοδροτάταις καὶ δεινοτάτοις ἐμβολαῖς τῶν ἀγρίων ἀνέμων. A

Περιεζωσμένος ἐν δυναστείᾳ. μικὴν ζώνης κεκυκλωμένος ἐν δυναστείᾳ, ἤτοι ἐν δυνάμει ἀπείρων κατὰ πάντα κτιστῶν, καὶ ἐν παντὶ πράγματι. Ἀλλαχοῦ δέ φησιν· *Ἐνεδύσατο Κύριος δύναμιν καὶ περιεζώσατο.*

Συνταράσσων τὸ κύτος τῆς θαλάσσης. Τὸ βάθος, ὥστε κάτωθεν ψάμμον ἀναφέρεσθαι τοῦ τοσούτου χάους αἰφνίδιον ἐκμοχλευομένου. Σκόπει δὲ ὅτι προστάγματι τοῦ Θεοῦ τὴν θάλασσαν οἱ ἄνεμοι συνταράσσουσιν. B

Ἤχους κυμάτων αὐτῆς τίς ὑποστήσεται; Βαρεῖς ὄντας καὶ φοβεροὺς, καὶ ἀφορήτους.

Ταραχθήσονται τὰ ἔθνη. Διὰ τὸ ξένον καὶ ἄηθες τοῦ κηρύγματος, καὶ διὰ τὸ καταλύεσθαι τὸ πατρῷον σέβας αὐτῶν, καὶ τὴν πολιτείαν τούτων ἀμείβεσθαι.

Καὶ φοβηθήσονται οἱ κατοικοῦντες τὰ πέρατα ἀπὸ τῶν σημείων. Αὐτοὶ οἱ ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς γῆς φοβηθήσονται ἀπὸ τῶν ἑκάστοτε γινομένων θαυματουργιῶν σου. Εἰ δὲ οἱ ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς, πολλῷ μᾶλλον οἱ ἐν τῷ μέσῳ τῆς γῆς. Ἡμεῖς μὲν οὖν περὶ τῶν κατὰ Χριστὸν θαυμάτων εἰρῆσθαι ταῦτά φαμεν· Ἑβραῖοι δὲ περὶ τῶν κατὰ Μωσῆν· εἴρονται δὲ διὰ τῶν ἑξῆς. C

Ἐξόδους πρωΐας καὶ ἑσπέρας τέρψεις. Τέρψεις τὸν λαόν σου καὶ κατὰ τὰς ἐξόδους τῆς πρωΐας, ὅταν ἄρχηται τρέχειν ἡ πρωΐα τῆς ἡμέρας, καὶ πάλιν ἑσπέρας, ἤγουν ἐν τῇ ἑσπέρᾳ. Ἀττικὸν δὲ τὸ *ἑσπέρας*, γενικὴ ἀντὶ δοτικῆς. Προφητεύει δὲ ὁ λόγος, ὅτι τερφθήσονται καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ἡμέρας, καὶ ἐν τῷ τέλει αὐτῆς· τερφθήσονται δὲ θείοις ὕμνοις καὶ ἱεροῖς μελῳδήμασι. Τινὲς δὲ καλοῦσιν ἐξόδους μὲν πρωΐας τὰ ἀνατολικὰ μέρη τῆς γῆς. Ἐξόδους δὲ ἑσπέρας τὰ δυτικὰ, ὅτι ἐν ἐκείνοις μὲν δοκεῖ γεννᾶσθαι ἡ πρωΐα, ἐνθὲ τούτοις ἡ νύξ. Εὐφρανεῖς οὖν, φησὶ, καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς οἰκοῦντας, καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς δύσεως, ἐνανθρωπήσας καὶ πολιτευσάμενος ἐπὶ τῆς γῆς. Τὰ δὲ ἑξῆς ῥητὰ πρῶτον ἱστορικῶς ἑρμηνευτέον, εἶτα ἀναγωγικῶς· ἁρμοδιώτερα τούτοις τὰ τῆς ἀναγωγῆς, ὡς αὐτίκα δειχθήσεται. D

Ἐπεσκέψω τὴν γῆν, καὶ ἐμέθυσας αὐτήν. Μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος, φησὶν, ἐκείνου ἀντιλάβου τῆς Ἰουδαίας, ἀκμιεργασμένης ἤδη, καὶ ἐμέθυσας αὐτὴν ὑετῷ.

De divina nunc pertractat potentia, collaudans eam atque extollens. Quod vero ait : *præparans*, Symmachus dixit, *stabiliens*. Subintelligitur autem substantivum verbum, *est*. Deus, inquit, ille est, qui stabiles reddit montes, ita ut nullis, tametsi validissimis, ventorum flatibus dimoveri possint, aut fluctuare.

Accinctus in potentatu. Zonæ instar, inquit, circumdatus es, in potentatu, hoc est, in immensa potentia, tam in iis quæ ad creatas res pertinent, quam ad quæcumque alia. Alibi etiam hujusmodi fere utitur sermone, cum dicit : *Indutus est Dominus fortitudinem et præcinxit se* [27].

Qui conturbas profundum maris. Maris profundum ita conturbat, ut arena, quæ illic jacet, sursum feratur, tanta perturbatione commota. Illud igitur ex hujusmodi Prophetæ nostri verbis considerandum est : quod venti [nulla propria virtute, sed] mandato Dei mare atque alia elementa conturbant.

Sonos fluctuum ejus quis sustinebit? Cum graves videlicet sint, terribilesque et ferri nequeant.

Vers. 9. *Turbabuntur gentes.* Propter novum atque insuetum prædicationis genus, quo majorum religio et antiqua patriæ consuetudo destruetur, atque in alia immutabitur.

Et timebunt qui habitant fines a signis tuis. Ii, inquit, qui extremos terræ fines incolunt, timebunt præ multitudine miraculorum, quæ passim in tuo fient nomine. Quod si ii timebunt, qui extremas orbis partes habitant, quanto illi magis, qui in medio ejus versantur? Et nos quidem hæc de admirandis Christi operibus prædicta fuisse affirmamus: Hebræi vero de iis quæ a Moyse gesta sunt; verum reprobantur atque convincuntur ex sequentibus.

Exitus matutini et vesperæ delectabis. Populum, inquit, tuum delectabis, tam in exitu matutini temporis, quando et mane diei dicitur et dies progredi incipit, quam etiam in exitu vesperæ, hoc est in ipso vespere. Est autem ἑσπέρας Attice positum, genitivus pro dativo; prædicitur autem hoc sermone quod delectabuntur tam in principio quam in fine diei. Delectabuntur autem in divinis laudibus, atque in sacris canticis. Aliqui per exitus matutini, et per exitus vesperæ, orientales atque occidentales terræ partes intelligunt. In altera enim parte mane oriri videtur, in altera prodire nox. Incarnatione atque conversatione tua, inquit, tam eos delectatione afficies, qui Orientem habitant, quam eos qui Occidentem. Quæ sequuntur primo juxta historiæ sensum exponemus, deinde juxta anagogen. Aptiora his, quæ per anagogen; quemadmodum brevi ostendetur.

Vers. 10. *Visitasti terram et inebriasti eam.* Post reditum, inquit, e Babylone, tu regionis Judææ curam suscepisti, quæ jam pene exarserat. Aqua etenim et pluvia eam inebriasti.

[27] Psal. xcii, .

Digitized by Google

Multiplicasti locupletare eam. Multiplicasti pluviam, ut uberiorem eam redderes frugum copia.

Ἐπλήθυνας τοῦ πλουτῆσαι αὐτήν. Ἐπλήθυνας τὸν ὑετὸν, ἵνα πλουτίσῃς αὐτὴν εὐθηνίᾳ καρπῶν.

Flumen Dei impletum est aquis. Jordanis etenim inundavit, quod celeberrimum est Judææ flumen.

Ὁ ποταμὸς τοῦ Θεοῦ ἐπληρώθη ὑδάτων. Ὁ Ἰορδάνης ἐπλημμύρησεν· οὗτος γὰρ ὁ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ἐπισημότατος.

Parasti cibum eorum, quoniam ita est præparatio. Cibum eis, inquit, præparasti, qui e Babylone reversi sunt. Hoc pacto etenim fit præparatio; subauditur autem *est* vel *fit*, terra nimirum antea a te per pluviam inebriata.

Ἡτοίμασας τὴν τροφὴν αὐτῶν, ὅτι οὕτως ἡ ἑτοιμασία. Παρεσκεύασας, ἀπήρτησας τὴν τροφὴν αὐτῶν, τῶν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανελθόντων. Καὶ γὰρ οὕτως ἡ ἑτοιμασία. Συνεξακούεται δὲ τὸ *ἐστὶν*, ἢ *γίνεται*. Μεθυσθεῖσα; δηλονότι τῆς γῆς ὑετῷ.

Vers. 11. *Sulcos ejus inebria, multiplica germina ejus.* Cum terræ feracitatem prædixerit, eam postmodum fieri rogat.

Τοὺς αὐλακας αὐτῆς μέθυσον, πλήθυνον τὰ γεννήματα αὐτῆς. Προθεσπίσας τὴν εὐετηρίαν τῆς γῆς, εἶτα παρακαλεῖ γενέσθαι ταῦτα.

In guttis suis lætabitur germinans. Lætabitur, inquit, terra in guttis suis, hoc est, in iis aquis quæ propter eam mittuntur. Ob rorem quippe qui super eam cadet, multam herbam germinabit. Quod autem ait: *Lætetur terra*, metaphorice dictum est.

Ἐν ταῖς σταγόσιν αὐτῆς εὐφρανθήσεται ἀνατέλλουσα. Εὐφρανθήσεται ἐν ταῖς σταγόσι, ταῖς δι' αὐτὴν, εἴτουν ἐν τῇ δρόσῳ ἀνατέλλουσα πόαν. Μεταφορικὸν δὲ τὸ *Εὐφρανθήσεται.*

Vers. 12. *Benedices coronæ anni bonitatis tuæ.* Sanctificabis, inquit, totum illius anni circulum, illius anni dico, qui a tua nobis donandus est bonitate.

Εὐλογήσεις τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου. Ἁγιάσεις τὸν κύκλον ὅλον τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, τοῦ τῆς ἀγαθότητός σου. Δῶρον γὰρ οὗτος τῆς σῆς ἔσται χρηστότητος.

Et campi tui implebuntur ubertate. Ubertate, hoc est fructuum abundantia.

Καὶ τὰ πεδία σου πλησθήσονται πιότητος. — *Πιότητος*, εἰς τὸ καρποφορῆσαι.

Vers. 13. *Pinguescent speciosa deserti.* Per desertum hoc in loco ipsam intelligit Hierosolymam, a Babyloniis in desertum ac solitudinem redactam. Per speciosa vero deserti, eas regionis partes quæ omnibus anni temporibus aptiores atque elegantiores sunt magis fructiferæ. Vel [quia Græca dictio ὡραῖα non tantum speciosa significat, sed fructus ipsos intelligit, veluti tempestive ad maturitatem perductos.

Πιανθήσονται τὰ ὡραῖα τῆς ἐρήμου. Ἔρημον νῦν τὴν Ἱερουσαλὴμ λέγει, ὡς ἐρημωθεῖσαν παρὰ Βαβυλωνίων. Ὡραῖα δὲ αὐτῆς, τὰ ἐπιτήδεια ταῖς ὥραις τοῦ ἐνιαυτοῦ μέρη τῆς γῆς, ἤγουν τὰ καρποφόρα. Ἢ ὡραῖα λέγει τοὺς καρποὺς αὐτῆς ὡς καθ' ὥραν ἐνιαύσιον γινομένους.

Et exsultationes colles accingentur. Metaphoricus etiam sermo est: et est sensus, quod ex omni latere universi homines passim exsultabunt. Et quia campos et speciosa deserti dixerat, nunc addit et colles, et paulo post ulterius progrediens, ipsas etiam valles addit.

Καὶ ἀγαλλίασιν οἱ βουνοὶ περιζώσονται. Μεταφορικὸν ἐνταῦθα τὸ, *Ἀγαλλίασιν οἱ βουνοὶ περιζώσονται.* Λέγει δὲ, ὅτι ἀγαλλιασθήσονται κύκλῳ καὶ πανταχόθεν. Εἰπὼν δὲ, ὅτι τὰ πεδία καὶ τὰ ὡραῖα, ἐπήγαγε καὶ τοὺς βουνούς. Ἔτι δὲ προϊὼν, προσάγει τὰς κοιλάδας.

Vers. 14. *Induti sunt arietes ovium.* Induti nimirum lanarum copia, quæ de pascuorum provenit pinguedine. Per arietes vero omnifariam greges significavit.

Ἐνεδύσαντο οἱ κριοὶ τῶν προβάτων. Ἐνεδύσαντο πλῆθος μαλλῶν, ὃ γίνεται ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς νομῆς. Διὰ δὲ τῶν κριῶν πάντα τὰ ποίμνια δεδήλωκε.

Et valles abundabunt frumento. Hoc per se clarum est.

Καὶ αἱ κοιλάδες πλήθυνοῦσι σῖτον. Τοῦτο σαφές.

Clamabunt, etenim hymnum dicent. Quod reliquum est, inquit, ii qui et libertate, et tanta a te frugum copia donati fuerint, ex intimo corde tibi gratias gentes, clamabunt. Laudabuntque te, veluti Salvatorem ac benefactorem suum. Abundat enim hoc in loco dictio *enim*. Verum hæc juxta historiæ sensum dicta sunt, juxta anagogen vero omnia hæc prophetiam continent de prædicatione evangelica. Illa etiam verba: *Visitasti terram*, possunt ad Unigeniti personam referri, qui universam terram,

Κεκράξονται, καὶ γὰρ ὑμνήσουσι. Λοιπὸν κεκράξονται, ἐκ καρδίας εὐχαριστοῦντες, οἱ πρὸς τῇ ἐλευθερίᾳ ἔτι καὶ τοιαύτης εὐετηρίας ἀξιωθέντες. Καὶ ὑμνήσουσί σε τὸν Σωτῆρα καὶ εὐεργέτην αὐτῶν. Περιττεύει δὲ *ὁ γὰρ* σύνδεσμος. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, καθ' ἱστορίαν. Κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, προφήτευσίς ἐστι ταῦτα περὶ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος. Λέγοιτο δ' ἂν πρὸς τὸν μονογενῆ Υἱόν· *Ἐπεσκέψω τὴν γῆν*, δηλαδὴ πᾶσαν· (ἀπὸ δὲ τῆς γῆς, νῦν μοι τὰ ἐπὶ γῆς οἰκοῦντα ἔθνη· (22) *Ἐπεσκέψατο* γὰρ,

Variæ lectiones.

(22) Ad verbum: *Pro terra autem gentes intellige terram incolentes*; Visitavit *enim, inquit alias*, etc.

Digitized by Google

φησίν, ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους)· καὶ ἐμέθυσας αὐτὴν τῷ οἴνῳ τῆς κατανύξεως, ὡς ἐν τῷ ς' στίχῳ τοῦ νθ' ψαλμοῦ κατὰ ἀναγωγὴν ἐξηγησάμεθα. Ἐπλήθυνας τὴν εὐαγγελικὴν ἀρδείαν, ἵνα πλουτίσῃς τὴν εἰρημένην γῆν ἀρεταῖς. Ποταμὸς δὲ τοῦ Θεοῦ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς. Ὕδατα δὲ αἱ διδασκαλίαι αὐτοῦ. *Τοῦ ποταμοῦ* γάρ, φησί, *τὰ ἐρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ*, ὡς ἐν τῷ ζ' στίχῳ τοῦ με' ψαλμοῦ προδιελάβομεν· ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ ποταμοῦ ὠχετοὶ ἐρρύησαν, οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἤρδευσαν ὅλην τὴν οἰκουμένην. Ἡτοίμασας δὲ τὴν λογικὴν τροφὴν αὐτῶν τῶν ἐθνῶν. Αὐτὸς γὰρ αὐτὴν σκευάσας, διὰ τῶν θεοπρεπῶν δογμάτων, παρέδωκας τοῖς ἀποστόλοις ἐντειλάμενος, πῶς δεῖ τρέφειν πεινώσας ψυχάς· ὅτι οὕτως ἐστὶν ἡ ἀληθὴς ἑτοιμασία τῆς ἀληθινῆς τροφῆς, ὡς αὐτὸς ἡτοίμασας, καὶ οὐκ ἄλλως. Αὔλακες δὲ τῆς δηλωθείσης γῆς, τὰ βάθη τῶν καρδιῶν τῶν ἀνθρώπων, ἃς ἄγαν ἀρδευθῆναι παρακαλεῖ, ὡς ἐκδακχευθῆναι πρὸς τὸν εἰς Θεὸν ἔρωτα, καὶ ἐκστῆναι μὲν πάσης σκληρότητος, ἀπαλυνθῆναι δὲ πρὸς ἡμερότητα. Γεννήματα δὲ αὐτῆς αἱ ἀρεταί, ὡς καρπὸς τῆς πίστεως. Σταγόνες δὲ αὐτῆς, αἱ ἀπὸ τῶν διδασκαλιῶν στάζουσαι ψεκάδες τῆς διδαχῆς· ἢ καὶ τὰ ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν ἐκτασζόμενα νοήματα, ἃ καὶ ὡς δρόσος πιαίνουσι, ὑφ' ὧν εὐφρανθήσεται θάλλουσα καὶ αὐξανομένη· καὶ ἐνιαυτὸς μὲν χρηστότητος, ὁ χρηστότατος καιρὸς τοῦ κηρύγματος. Στέφανος δὲ αὐτοῦ ὁ Χριστὸς, ὡς κοσμήσας καὶ καθωραΐσας αὐτὸν ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ. Πρὸς τὸν Πατέρα δὲ τὸν λόγον ἀνοίσεις, ὅτι εὐλογήσεις, ὅ ἐστιν, εὐφημήσεις καὶ ἐπαινέσεις. Οὕτω γὰρ καὶ πεποίηκεν εἰπών· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.* Περὶ δὲ τῶν πεδίων, καὶ τῶν βουνῶν, καὶ τῶν κοιλάδων ἁπλῷ λόγῳ φαμὲν, ὅτι προαγορεύει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὡς ἄρα πᾶς τόπος ὑποδέξεται τοὺς πιστούς. Τὰ πεδία μὲν, τοὺς κληρικοὺς τῶν ἐκκλησιῶν· τὰ ὄρη δὲ, τοὺς ἀναχωρητάς· αἱ κοιλάδες δὲ, τοὺς σπηλαιώτας· οἳ καὶ πιότης τοῖς τοιούτοις ἕξονται τόποι, καὶ ἀγαλλίασις, καὶ σῖτος· εἶεν δ' ἂν καὶ ἄλλως πεδία μὲν, αἱ ταπειναὶ ψυχαὶ, τῷ μηδὲν φρονεῖν ὑψηλόν· ὄρη δὲ, αἱ ἐπηρμέναι τῇ ματαίᾳ σοφίᾳ· κοιλάδες δὲ, αἱ εἰς βάθος ἁμαρτιῶν κατολισθήσασαι· ὡραῖα δὲ τῆς κατ' ἀρετὴν ἐρήμου γῆς, αἱ ἐπιτήδειοι ψυχαὶ πρὸς καρποφορίαν· κριοὶ δὲ τῶν προβάτων, οἱ ἀπόστολοι, ὡς ἔξαρχοι τῶν λογικῶν τοῦ Χριστοῦ θρεμμάτων, οἳ καὶ ἐνεδύσαντο τὴν χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐν τῷ καιρῷ τῆς Πεντηκοστῆς, κατὰ τό· *Ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἰερουσαλὴμ, ἕως ἂν ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους*· ἢ καὶ οἱ κατὰ τόπους ἐπίσκοποι καὶ ἱερεῖς, οἳ ἐνεδύσαντο διὰ τοῦ βαπτίσματος τὸν Χριστόν· *Ὅσοι γὰρ, φησὶν, εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε.* Χρὴ δὲ καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι οὐχ εὑρίσκομεν καθ' ἱστορίαν τοιαύτης ἀξιωθέντας εὐετηρίας τοὺς ἐπανελθόντας

A et omnes gentes in ea habitantes visitavit, et de quo dictum est quod *Visitavit nos oriens ex alto* [20]; qui etiam inebriavit terram vino illo compunctionis, de quo in sexto versiculo diximus psalmi LIX, sensum tradentes anagogicum. Multiplicavit praterea irrigationem evangelicam, ut terram illam, quam diximus, virtutum fructibus fecundaret. Flumen autem Dei Salvator noster est Jesus, et aquæ fluminis multiplices sunt ejus doctrinæ. *Fluminis* enim, inquit, *impetus lætificat civitatem Dei*, quemadmodum in XLV psalmo, versiculo 7, declaravimus. Ab hoc flumine rivuli quidam defluxerunt, sancti nimirum apostoli, qui universam postmodum terram irrigarunt. Tu etiam præparasti, inquit, rationalem cibum, sacris ac divinis dogmatibus tuis confectum, et tradidisti eum apostolis, modum nimirum ac rationem docens, quibus esurientes pascere animas oporteret: quoniam veri cibi præparatio hujusmodi est, ut eo nimirum modo conficiatur, quo tu præparasti et non aliter. Per sulcos etiam illius terræ, profunda hominum corda intelligimus: quos sulcos adeo irrigari jubet Propheta, ut divino amore inebrientur, utique ab omni recedant duritie, et ad mansuetudinem mollantur. Ejusdem præterea germina virtutes sunt, veluti elegantissimi fidei fructus; et guttas ejus eas esse intelligimus, quæ a doctrina sacræ stillant disciplinæ, vel sublimiores sensus a divinis emanantes Scripturis, qui roris instar fidelium animas impinguant, et præterea quibus terra illa, quam dicimus, germinans lætabitur. Annus item benignitatis optimum prædicationis tempus significat, cujus anni corona Christus est, eo quod ipsius tantum Christi sermonibus atque operationibus prædicationis tempus ornatur, ac decentissimum redditur. Hæc autem verba ad Patrem referenda sunt: Tu, inquit, Pater, ei benedices, hoc est, laudabis eum, sicut et fecisse eum legimus, quando ait: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui* [21]. De campis autem, collibusque, et vallibus, in summa id dicendum videtur, quod universo illo sermone sancti Spiritus annuntiatur adventus, eo quod, adveniente Spiritu, loca omnia fidelibus replenda erant: campi quidem ecclesiarum ministris; montes autem, anachoretis; valles vero iis sanctis qui habitant in speluncis. Omnes autem hujusmodi fideles pinguedo quædam et fertilitas his locis futuri erant, et exsultationem atque abundantiam præstituri. Vel aliter, per campos, humiles animas intelligere possumus, quæ sublime nihil cogitant: et per montes, elatiores alias, quæ ad inanes doctrinas et ad exteriorem hanc mundi sapientiam elevatæ sunt; per valles vero, dejectiores quasdam animas, quæ in profundum peccatorum prolapsæ sunt. Speciosa autem illius terræ, quæ deserta esse dicitur virtutibus, animæ illæ sunt,

[20] Luc. I, 78. [21] Matth. III, 17.

Digitized by Google

quas aptas atque ideneas esse dicimus ad ferendos fructus. Arietes etiam ovium, apostoli sunt, veluti duces quidam ac principes rationalium Christi gregum : qui arietes induti sunt sancti Spiritus gratiam, quæ in die Pentecostes in omnes fideles diffusa est ; juxta quod legimus ad eos dictum fuisse a Domino : *Vos autem sedete in civitate Jerusalem, donec induamini potentiam ex alto* [39]. Vel episcopi et sacerdotes, qui ubique terrarum sunt, quique induerunt Christum per baptisma. *Quicunque* enim, inquit, *in Christum baptizati estis, Christum induistis* [40]. Illud etiam dicere oportet, quod nullibi in historia reperimus, quod populus qui ex Babylone reversus est, hujusmodi abundantiam habuerit : ex quo sequitur, quod anagogicus sensus huic psalmo magis congruere videtur.

A ἐκ Βαβυλῶνος. Καὶ λοιπὸν ἁρμόζει τῷ τῆς ἀναγωγῆς.

In finem canticum psalmi resurrectionis.

PSALMUS LXV.

In finem inscribitur propter prophetias, quæ in eo continentur, quæ ad finem tendebant, ut alibi diximus. Prædicit autem et gentium fidem, et martyria quæ pro Christo multi fidelium passuri erant. Quid autem sit canticum psalmi, dictum est in proœmio operis. *Resurrectionis* vero dixit pro *transmutationis* (23). In eorum enim personam conscriptus est, qui a Babylonica servitute in propriam patriam translati fuerant, ita ut ab unoquoque eorum qui reversi sunt proferri possit. Et nihilominus congruit etiam unicuique resurgenti, hoc est, commutato a peccatis, in quibus olim, veluti passionum sagittis confossus, captivus detinebatur a dæmone.

B

Vers. 2. *Jubilate Deo, omnis terra.* Quid sit jubilatio diximus in secundo versiculo psalmi XLVI. Jubet autem Propheta victoriæ laudes Deo canere, qui et inimicos, a quibus acti fuerant in captivitatem, formidine affecit, et ipsos Judæos a durissima servitute liberavit. Per omnem autem terram omnes homines intelligit qui sunt in terra. Et hoc pacto Symmachus reddidit. In his autem verbis prophetia continetur vocationis gentium.

C

Psallite nomini ejus. Expositionem vide in quarto versiculo IX psalmi.

Date gloriam laudi ejus. Hoc est honorem et magnificentiam. Et sensus est, quod gloriose ac magnifice cum laudent, et non humano more.

Vers. 3. *Dicite Deo, Quam terribilia sunt opera tua.* Quæ nimirum olim tam in Ægypto, quam alibi gentium operatus es.

D

In multitudine virtutis tuæ mentientur te inimici tui. Et sensus est, quod cognitione Dei ubique gentium divulgata, multi veritatis inimici summam illius potestatem timentes, quam habet in regno fidelium, mentientur, seu simulabunt Deum, hoc est, fidem ipsam [quam in eo habere se falso asserent]. Ipsam etenim hypocrisim ac simulationem hoc in loco mendacium appellavit. Et sane quamplurimos hujusmodi simulatores videre licet tam gentiles quam hæreticos.

[39] Luc. XXIV 49. [40] Galat. III, 27.

Εἰς τὸ τέλος ᾠδὴ Ψαλμοῦ ἀναστάσεως.

ΨΑΛΜΟΣ ΞΕ'.

Εἰς τὸ τέλος μὲν, διὰ τὴν ἐν τούτῳ προφητείαν, ὡς καὶ ἐπὶ ἄλλων τῶν οὕτως ἐπιγεγραμμένων εἰρήκαμεν· προφητεύει γὰρ περὶ τῆς πίστεως τῶν ἐθνῶν, ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων. Τί δέ ἐστιν ᾠδὴ ψαλμοῦ, προαποδεδώκαμεν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν. Ἀναστάσεως δὲ, ἀντὶ τοῦ, περὶ τῆς ἀναστάσεως (24) τῶν αἰχμαλώτων ἀπὸ τῆς ἐν Βαβυλῶνι δουλείας ἐπὶ τὴν οἰκείαν πατρίδα. Εἰς τὴν μετάστασιν γὰρ ἐκείνην ὁ ψαλμὸς πεποίηται, οἷον τίνας ἂν εἴποι τοὺς λόγους ἕκαστος τῶν ἀψαμένων ἤδη τῆς ἐπανόδου. Πρέπει δ' ἂν καὶ παντὶ μεθισταμένῳ, ἢ ἀνισταμένῳ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, εἰς ἣν κατεσύρη τοῖς βέλεσι τῶν παθῶν, αἰχμαλωτισθεὶς ὑπὸ τῶν δαιμόνων.

B

C

Ἀλαλάξατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ. Τί μέν ἐστιν ἀλαλαγμὸς, εἰρήκαμεν ἐν τῷ στίχῳ β' τοῦ μς' ψαλμοῦ. Προτρέπεται δὲ ἐπινίκιον ὕμνον ᾆσαι τῷ Θεῷ, τῷ φοβήσαντι τοὺς αἰχμαλωτίσαντας, καὶ ῥυσαμένῳ τοὺς αἰχμαλώτους ἐκ τῆς δουλείας αὐτῶν. *Πᾶσα* δὲ ἡ γῆ, ἀντὶ τοῦ, πάντες οἱ ἐπὶ γῆς. Οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν. Ὅρα δὲ τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν.

Ψάλατε δὴ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Περὶ τούτου ζήτει τὴν ἐξήγησιν τοῦ δ' στίχου τοῦ ϟ' ψαλμοῦ.

Δότε δόξαν ἐν αἰνέσει αὐτοῦ. Δότε τῇ αἰνέσει αὐτοῦ δόξαν, εἴτουν τιμήν, μεγαλοπρέπειαν. Λέγει δὲ, ὅτι Ἐνδόξως αἰνέσατε αὐτὸν, καὶ μὴ ὡς αἰνεῖτε τοὺς ἀνθρώπους.

D

Εἴπατε τῷ Θεῷ· Ὡς φοβερὰ τὰ ἔργα σου! Ὅσα ἐν Αἰγύπτῳ ἐτερατούργησας, καὶ ὅσα πρὸ τούτων, καὶ ὅσα μετὰ ταῦτα.

Ἐν τῷ πλήθει τῆς δυνάμεώς σου ψεύσονταί σε οἱ ἐχθροί σου. Τοιοῦτον ἔχει τὸ ῥητὸν νοῦν, ὅτι Πανταχοῦ τῆς θεογνωσίας ἁπλωθείσης, πολλοὶ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ φοβηθέντες τὴν πολλήν σου δύναμιν τὴν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν εὐσεβῶν, ὑποκριθήσονταί σε! εἴτουν τὴν εἰς σὲ πίστιν. Ψεῦδος γὰρ ἐνταῦθα τὴν ὑπόκρισιν ὀνομάζει· καὶ δὴ πολλοὺς τοιούτους εὑρίσκομεν Ἕλληνας καὶ αἱρετικοὺς ἑκάστοτε.

Variæ lectiones.

(23) Potius *transmigrationis*.

(24) Videtur legendum μεταστάσεως, ut vertit interpres : cum subdat εἰς τὴν μετάστασιν.

Digitized by Google

Πᾶσα ἡ γῆ προσκυνησάτωσάι σοι, καὶ ψαλλάτωσάν σοι. Ἐκδηλοτέρα τῶν ἐθνῶν ἡ κλῆσις, ἐνταῦθα. Προσκυνησάτωσαν δὲ πρῶτον ὑποταγέντες· εἶτα ψαλλάτωσαν· προστάσσει δὲ τοῦτο θαρσαλέως ὁ Προφήτης οἷα πεπληροφορημένος περὶ τοῦ πράγματος.

A

VERS. 4. *Omnis terra adoret te, et psallat tibi* Clarius atque apertius hic traditur gentium vocatio. Adorent autem primo, hoc est, tibi subjiciantur, et deinde psallant. Summa autem fiducia hæc fieri mandavit Propheta, veluti qui certus erat futuri judicii.

Ψαλλάτωσαν δὴ τῷ ὀνόματί σου, Ὕψιστε. Τοῦτο ἔοικε τῷ δ' στίχῳ τοῦ θ' ψαλμοῦ· ὑπὸ δὲ τῆς ἄγαν περιχαρείας, ὑπομιμνήσκεται τῶν τοῦ Θεοῦ τεραστίων, καὶ παρακελεύεται πᾶσι ψάλλειν καὶ ὑμνεῖν τὸν λυτρωτὴν Θεόν.

Psallant nomini tuo, Altissime. Simile est quod legimus in IV versiculo IX psalmi. Præ grandi autem lætitia, reminiscitur prodigiorum Dei, et psallere omnes jubet, ac redemptorem Deum laudare.

Δεῦτε καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ. Ἃ καθεκάστην ποιεῖ παραδόξως. Συγκαλεῖ δὲ πάντα τὰ ἔθνη.

VERS. 5. *Venite et videte opera Dei.* Quæ ubique gentium operatus est, summa admiratione digna. Advocat autem universas gentes.

Ὡς φοβερὸς ἐν βουλαῖς ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.—Ἐν μηχαναῖς ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος. Αἶαν οὖν φοβερὸς ἐν μηχαναῖς, διὰ τὸ φοβερὰ μηχανᾶσθαι, ὅταν ἐθέλῃ σῶσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ. Ὁποῖα γὰρ κατὰ τῶν Αἰγυπτίων ἐμηχανήσατο· νικῶν ἀεὶ τὰ σοφίσματα καὶ τὰς ἀντεπιχειρήσεις τῶν ἀνθρώπων. Εἶτα καταλέγει τὰ πάλαι θαύματα.

B

Quam terribilis in consiliis super filios hominum. Symmachus reddidit *in machinationibus.* Multum igitur terribilis in machinationbus eo quod magnis quibusdam artificiis utitur, quoties ei placuerit populum suum salvare : veluti ea sunt quæ adversus Ægyptios adinvenit, conatus atque astutias omnes humanas semper vincens. Antiqua deinde connumerat miracula.

Ὁ μεταστρέφων τὴν θάλασσαν εἰς ξηράν. Τοῦτο γέγονεν ἐπὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, ὡς ἡ βίβλος τῆς Ἐξόδου διδάσκει. Ἀντιχρονικῶς δὲ εἶπεν, *Ὁ μεταστρέφων*, ἀντὶ τοῦ, Ὁ μεταστρέψας.

VERS. 6. *Qui convertit mare in aridam.* Hoc factum est in mari Rubro, ut habetur in Exodo. Posuit autem tempus pro tempore. Nam dictio, *Convertit*, præsentis est temporis hic, ut ex Græca dictione perspicitur, et posita est pro præterito.

Ἐν ποταμῷ διελεύσονται ποδί. Καὶ τοῦτο γέγονεν ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου, διαβαινούσης τῆς Κιβωτοῦ. Ἀντιχρονία δὲ κἀντεῦθεν, ἀντὶ τοῦ, Διῆλθον οἱ πρόγονοι ἡμῶν. *Ποδί* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Πεζῇ. Πεζεύειν δὲ, τὸ διὰ ξηρᾶς ὁδεύειν. (25) Τῶν κατὰ τὴν ἄνοδον δὲ θαυμασίαν, ὑπομιμνήσκει τὸν Θεὸν, διὰ τὴν προκειμένην καὶ αὐτοῖς ἄνοδον, ἵνα συνήθως καὶ αὐτοῖς ταύτην Ἐξευμαρίσῃ. Ὁ μέντοι Σύμμαχος ἐτήρησε τὸν χρόνον· ἐξέδωκε γὰρ, *Ὁ μεταβαλὼν τὴν θάλασσαν* καὶ πάλιν, *Ποταμὸν διέβησαν.*

C

In flumine pertransibunt pede. Hoc vero accidit in Jordane cum transiret Arca : et tempus etiam hoc loco posuit pro tempore, *Pertransibunt*, pro Pertransierunt, majores nostri nimirum. *Pede* autem, hoc est, pedestres. Et dum pedestres incessisse eos dicit per flumen, per siccam eos ambulasse significat. Illorum autem miraculorum meminit, quæ in eo reditu facta sunt, putans gestarum illic rerum memoriam ad præsentem reditum in patriam pertinere, dum exemplo eorum, quæ tunc gesta sunt, faciliorem hunc reditum demonstrat. Symmachus vero hic tempus servavit, transtulit enim, *Qui transmutavit mare in aridam* ; item : *Flumen pertransierunt.*

Ἐκεῖ εὐφρανθησόμεθα ἐπ' αὐτῷ τῷ δεσπόζοντι ἐν τῇ δυναστείᾳ αὐτοῦ τοῦ αἰῶνος. Ἐκεῖ, ἀντὶ τοῦ, Ἐν τῷ τόπῳ, εἰς ὃν ἐπειγόμεθα. Δυναστείαν δὲ Θεοῦ νοοῦμεν, τὴν ἄπειρον καὶ ἀνυπόστατον δύναμιν. Δεσπόζει δὲ ὁ Θεὸς καὶ τοῦ παρόντος καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ὡς ἀπέραντον ἔχων βασιλείαν.

VERS. 7. *Ibi lætabuntur in ipso dominante, in potentatu suo sæculi.* Ibi, hoc est, in eo loco ad quem festinamus. Per potentatum vero Dei, divinam intelligit potentiam, veluti immensam, atque invictam. Dominatur autem Deus tam præsenti quam futuro sæculo, veluti is, cujus regnum infinitum est.

D

Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ τὰ ἔθνη ἐπιβλέπουσιν. Ὡς μέλλοντος αὐτὰ κληρονομῆσαι, καὶ οἰκειώσασθαι διὰ πίστεως. Νόησον, Ἰουδαῖε, ὅτι μετέστησεν ἀπὸ σοῦ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ.

Oculi ejus in gentes respiciunt. Tanquam ad eos quos in hæreditatem est possessurus, et vindicaturus per fidem. Agnoscas igitur, o Judæe, quomodo protectionem et custodiam suam Deus a te avertit (et ad gentes transtulit).

Οἱ παραπικραίνοντες μὴ ὑψούσθωσαν ἐν ἑαυτοῖς. Λοιπὸν οἱ Ἰουδαῖοι, μὴ ἐπαιρέσθωσαν ἐν αὐτοῖς. Ἦγουν παρ' ἑαυτοῖς, ὡς μόνοι τῷ Θεῷ γινωσκόμενοι· τούτους γὰρ λέγει παραπικραίνοντας, ὡς ἀεὶ γογγύζοντας καὶ ἀντιλέγοντας· καὶ ἄλλοι

Qui exasperant, non exaltentur in semetipsis. Quod reliquum est, inquit, Judæi in seipsis, hoc est, apud seipsos non eleventur, quasi soli ipsi sint, qui a Deo sint cogniti. Exacerbantes autem eos appellat, veluti qui semper murmurabant ad-

Variæ lectiones.

(25) Ad verbum : *Ea porro miracula quæ in eo reditu facta sunt in memoriam revocat Deo, ob reditum et ipsis propositum, ut ad illud exemplum præsentem ipsis reditum facilem sternat.*

Digitized by Google

vero est, quod præpositio, *sub*, posita est pro præpositione *in*, ac si diceret : In lingua mea ; et simile est, quod alibi legimus : *Sub lingua ejus labor et dolor* [32]; item : *Venenum aspidum sub labiis eorum* [33].

A τηρητέον δὲ τὴν ὑπὸ πρόθεσιν, ἀντὶ τῆς ἐν πάντως κειμένην, οἷον Ἐν τῇ γλώσσῃ μου · τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό · Ὑπὸ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ κόπος καὶ πόνος · καὶ τό · Ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη σου, καὶ τὰ τοιαῦτα.

Vers. 18. *Injustitiam si aspexi in corde meo, non exaudiat me Dominus.* Quando, inquit, Deum rogabam, injustum tunc aut iniquum quippiam in corde meo non considerabam, sermonique suo Propheta fidem faciens, per imprecationem, ait : Si hujusmodi alicujus rei mihi fui conscius, nunquam me imposterum Deus exaudiat, quando eum invocabo.

Ἀδικίαν εἰ ἐθεώρουν ἐν καρδίᾳ μου, μὴ εἰσακουσάτω Κύριος. Ὅτι δὲ, φησὶ, τοῦτον παρεκάλουν, οὐκ ἐθεώρουν ἐν τῇ καρδίᾳ μου, κακίαν τινά · καὶ πιστοῦται τὸν λόγον ἐπαρώμενος, ὅτι, Εἰ συνεγίνωσκον αὐτῇ τοιοῦτόν τι, μὴ εἰσακουσάτω μου Κύριος τοῦ λοιποῦ, ὁσάκις ἂν αὐτὸν ἐπικαλέσωμαι.

Vers. 19. *Propterea exaudivit me Deus.* Quoniam scilicet puro ac mundo corde ei preces obtuli. Si aliquid ab eo igitur consecuturi sumus, munda nos cum conscientia oportet ad eum supplicantes accedere.

Διὰ τοῦτο εἰσήκουσέ μου ὁ Θεός. Διότι μετὰ καθαρᾶς καρδίας ἐδεόμην. Χρὴ δὲ καὶ ἡμᾶς, εἰ μέλλοιμεν ἐπιτυγχάνειν (29), μετὰ καθαροῦ συνειδότος παρακαλεῖν τὸν Θεόν

Intendit voci orationis meæ. Simile est quod legimus in tertio versiculo quinti psalmi.

Προσέσχε τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου. Ὅμοιόν ἐστι τῷ τρίτῳ στίχῳ τοῦ πέμπτου ψαλμοῦ.

Vers. 20. *Benedictus Deus qui non amovit orationem meam.* A se, inquam, eam non amovit.

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἀπέστησε τὴν προσευχήν μου. Ἀφ' ἑαυτοῦ δηλονότι.

Et misericordiam suam a me. A communi sensu sumendum est verbum : *Non amovit.*

Καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀπ' ἐμοῦ. Ἀπὸ κοινοῦ κἀνταῦθα, τὸ, Ὃς οὐκ ἀπέστησεν.

In finem in hymnis Psalmus Cantici ipsi David.

Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις Ψαλμὸς ᾠδῆς τῷ Δαβίδ.

PSALMUS LXVI.

ΨΑΛΜΟΣ ΞϚ'.

In finem inscribitur, quoniam Dei Verbi incarnationem prædicit, ad cujus finem respicere lectorem jubet : *in hymnis* vero, quia laudandum illum esse admonet. Quid autem sit *psalmus cantici*, diximus in proœmio operis.

Εἰς τὸ τέλος μὲν, ὅτι προκηρύττει τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ τὴν ἐνανθρώπησιν · ἧς τινος εἰς τὸ τέλος ἀφορᾷν ὑποτίθεται τοὺς ἐντυγχάνοντας. Ἐν ὕμνοις δὲ, ὅτι καὶ ὑμνεῖν αὐτὸν παρακελεύεται · τὸ δὲ Ψαλμὸς ᾠδῆς προηρμηνεύσαμεν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς παρούσης βίβλου.

Vers. 2. *Deus misereatur nostri, et benedicat nobis.* Prævidens Propheta divinæ incarnationis mysterium, adimpleri supplicat, quod prævidet. Et primo quidem Deum petit ; ut humanæ misereatur naturæ, quæ sub sæva dæmonis detinebatur tyrannide : deinde benedici etiam, hoc est, sanctificari eam rogat. Quid autem sit benedicere, vide in quinto versiculo psalmi xx.

Ὁ Θεὸς οἰκτειρήσαι ἡμᾶς, καὶ εὐλογήσαι ἡμᾶς. Προεγνωκὼς τὸ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως μυστήριον, εὔχεται πληρωθῆναι ταύτην · καὶ πρῶτον μὲν οἰκτειρηθῆναι τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, πικρῶς τυραννουμένην ὑπὸ τοῦ διαβόλου. Εἶτα εὐλογηθῆναι, εἴτουν ἁγιασθῆναι. Ζήτει δὲ τὰ σημαινόμενα τῆς εὐλογίας ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ ε' στίχου τοῦ εἰκοστοῦ ψαλμοῦ.

Appareat vultus ejus super nos. Vultus seu facies Patris, Filius est. *Qui vidit* enim, inquit, *me, vidit et Patrem meum* [34]. Optantis igitur in morem Propheta ait : *Appareat vultus ejus*, hoc est, utinam illuceat nobis vultus Patris, ipse scilicet Filius, sua nimirum incarnatione : et super nos illuceat, qui in terra sumus. Vel, *Vultus ejus*, hoc est, vultus Christi secundum carnem : ipse videlicet Christus nobis illuceat.

Ἐπιφάναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς. Πρόσωπον τοῦ Πατρὸς, ὁ Υἱός · Ὁ ἑωρακὼς γὰρ, φησὶν, ἐμὲ, ἑώρακεν τὸν Πατέρα. Εὐκτικῶς οὖν φησιν, Ἐπιφάναι · τουτέστιν, Ἐπιφανείη τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς, εἴτουν ὁ Υἱὸς, ἐφ' ἡμᾶς τοὺς ἐπὶ γῆς, διὰ σαρκώσεως. Ἢ καὶ τοῦ Χριστοῦ τὸ κατὰ σάρκα πρόσωπον, ὅ ἐστιν αὐτὸς κατὰ περίφρασιν.

Et misereatur nostri. Bis Deum rogat ut sui misereatur ; veluti optatæ rei valde cupidus.

Καὶ ἐλεήσαι ἡμᾶς. Ταὐτὸν τὸ οἰκτειρήσαι τῷ ἐλεήσαι (30) · ὃς οὖν τόδε λέγει, γλιχόμενος τυχεῖν, οὗ ἐζήτει.

Vers. 3. *Ut cognoscant in terra viam tuam.* Hoc, inquit, atque illud fieri opto, ut homines qui in

Τοῦ γνῶναι ἐν τῇ γῇ τὴν ὁδόν σου. Εἴη, φησὶ, τόδε, καὶ τόδε ἐπὶ τῷ γνῶναι τοὺς ἐν τῇ γῇ, τὴν

[32] Psal. x, 17. [33] Psal. xiii, 3 ; 139, 4. [34] Joan. xiv, 9.

Variæ lectiones.

(29) Videtur subaudiendum τινός.

(30) *Idem est* enim οἰκτειρήσαι *ac* ἐλεήσαι, ut est in textu. Quod consulto omisit interpres.

Digitized by Google

ὁδὸν τῆς πολιτείας σου, ἣν αὐτὸς βαδίσας, ὑποδείξεις τοῖς μαθηταῖς.

Ἐν πᾶσιν ἔθνεσιν τὸ σωτήριόν σου. Καὶ τοὺς ἐν πᾶσιν ἔθνεσιν ἀνθρώπους (31) τὴν δι' ἡμᾶς ἐνανθρώπησίν σου. Ταύτην γὰρ καλεῖ σωτήριον, ὅτι δι' αὐτῆς σωζόμεθα· λείπει δὲ ἐν τοῖς ἔθνεσι τὸ ἄρθρον· ὥσπερ καὶ ἐν τῷ ὀπισθεν στίχῳ, λείπει τὸ ἄρθρον, τῇ γῇ (32).

Ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοί, ὁ Θεός, ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ πάντες. Λαοὶ μὲν ἁπλῶς οἱ ἐκ περιτομῆς· λαοὶ δὲ πάντες οἱ ἐξ ἐθνῶν, ὡς πλείους ἐκ πολλῶν γενῶν. *Ἐξομολογησάσθωσάν σοι* δὲ, ἀντὶ τοῦ Εὐχαριστείτωσαν, καὶ ὑμνείτωσαν, ὧν ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ ἐνανθρώπησεις.

Εὐφρανθήτωσαν καὶ ἀγαλλιάσθωσαν ἔθνη. Ταῦτα σαφῆ. Περὶ γὰρ τῆς εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάσεως, διαφόρως προειρήκαμεν. Εἶτα ἐπάγει καὶ τὴν αἰτίαν τῆς χαρᾶς.

Ὅτι κρινεῖς λαοὺς ἐν εὐθύτητι, καὶ ἔθνη ἐν τῇ γῇ ὁδηγήσεις. Διότι καταχρινεῖς μὲν δικαίως τοὺς Ἰουδαίους, τοὺς ποτὲ λαούς σου, οἷα μὴ παραδεξαμένους σε. Ὁδηγήσεις δὲ ἐν τῇ γῇ ὧν τὰ ἔθνη. Ἢ τὰ ἔθνη τὰ ἐν τῇ γῇ, κατ' ἔλλειψιν ἄρθρου δευτέρου.

Ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοί, ὁ Θεός, ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ πάντες. Τὰ αὐτὰ πάλιν ἐπανέλαβεν, ἐπιταχύνων τοὺς λαοὺς καὶ προθυμοτέρους ἀπεργαζόμενος.

Γῆ ἔδωκε τὸν καρπὸν αὐτῆς. Τῶν ἀνθρώπων εὐλογηθέντων, καὶ ἡ γῆ δαψιλῶς ἐκαρποφόρησεν. Ἢ γῆς καρπὸν λέγει τοὺς ἐκ γῆς μὲν φῦντας ἀνθρώπους, τῷ Θεῷ δὲ καρποφορηθέντας διὰ θλίψεως ἢ ἀσκήσεως· ἢ αὐτὸν τὸν Χριστόν.

Εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς ἡμῶν, εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεός. Γράφεται καὶ οὕτως· *Εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεὸς, εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεὸς, εὐλογήσαι ἡμᾶς, ὁ Θεός.* Ὅρα παραγυμνούμενον τὸ τῆς ἁγίας Τριάδος μυστήριον, τῷ τριπλασμῷ τοῦ Θεὸς, καὶ Θεὸς, καὶ Θεός.

Καὶ φοβηθήτωσαν αὐτὸν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς. Διὰ μὲν τοῦ τριπλασμοῦ τὸ τρισυπόστατον ἐνέφηνε· διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν ἑνικῶς *αὐτὸν*, τὸ ἑνιαῖον τῆς Θεότητος. Εἰ γὰρ καὶ Θεὸς ἕκαστον τῶν τριῶν προσώπων, ἀλλ' εἷς Θεὸς λέγεται τρισυπόστατος.

A terra sunt, cognoscant viam vitæ, ac conversationis tuæ, per quam tu ambulasti, et quam tu ostendisti discipulis.

In omnibus gentibus salutare tuum. Atque ut homines, inquit, in omnibus gentibus cognoscant incarnationem tuam, quæ propter nos facta est. Hanc etenim salutare appellat, quia propter eam salvamur.

Vers. 4. *Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes.* Populi quidem simpliciter dicti, ii intelligendi sunt, qui ex circumcisione: populi autem omnes, ii qui ex gentibus credidere, veluti plures ex multis nationibus congregati. *Confiteantur* autem, hoc est, Gratias agant, et laudent, B quod propter eorum salutem humanam carnem assumpturus es.

Vers. 5. *Lætentur, et exsultent gentes.* Hæc clara sunt. De lætitia autem, et exsultatione, plerumque alibi diximus. Deinde causam lætitiæ addit.

Quoniam judicabis populos in rectitudine, et gentes in terra diriges. Quoniam Judæos, qui olim populi tui fuerunt, juste judicabis: eo quod te non susceperint. Et exsistens in terra, diriges gentes ad semitam virtutum. Vel, diriges gentes, quæ in terra sunt, omisso articulo.

Vers. 6. *Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes.* Eamdem rursus sententiam repetit, ut celeres populos faciat, et promptiores eos C reddat.

Terra dedit fructum suum. Hominibus etenim a Deo benedictis, terra abunde fructificavit. Vel fructum terræ homines appellat, qui e terra nati sunt, quique per tribulationes, et virtutum exercitationes Deo in fructum dati sunt. Vel per fructum, ipsum Christum intelligit.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus. Scribitur etiam hoc modo: *Benedicat nos Deus, benedicat nos Deus, benedicat nos Deus.* Vide apertum ac denudatum sanctissimæ Trinitatis mysterium, hac triplicatione: Deus, Deus, Deus.

Et metuant eum omnes fines terræ. Ea triplica- D tione quidem, ut diximus, tres expressit Personas, singulari autem sermone, *eum*, non *eos* adorari jubens, divinitatis unitatem significavit. Nam et si unaquæque Personarum Deus sit, omnes tamen Personæ non tres dii, sed unus esse Deus dicuntur.

Εἰς τὸ τέλος τῷ Δαβὶδ ψαλμὸς ᾠδῆς.
ΨΑΛΜΟΣ ΞΖ'.

Εἰς τὸ τέλος μὲν, ὅτι καὶ οὗτος προανακηρύττει τοῦ Σωτῆρος τὴν ἐπιφάνειαν ἐκδηλότερον, καὶ τὴν

In finem psalmus cantici ipsi David.
PSALMUS LXVII.

In finem quidem inscribitur, quia Salvatoris adventum, et dæmonum destructionem manifestius

Variæ lectiones.

(31) Supple γνῶναι.

(32) Hic quoque vertenda non duxit interpres nonnulla quæ nisi ab iis qui Græce sciunt, intelligi non possunt. *Deest autem dictioni* ἐν τοῖς ἔθνεσιν *articulus, ut et in superiore versiculo dictioni* ἐν τῇ γῇ (utrobique τοὺς).

Digitized by Google

prænuntiat, quid autem sit *Psalmus cantici*, jam alibi diximus.

A κατάλυσιν τῶν δαιμόνων. Τί δ' ἐστὶ Ψαλμὸς ᾠδῆς προείρηται.

Vers. 2. *Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus.* Cum dæmones in humanum genus tyrannidem exercerent, nec homo aliquis, nec angelus captivis hominibus opem ferret, vocat Propheta in auxilium ipsum omnium Creatorem, rogans eum ut celeriter exsurgat. Surrectionem autem in Deo sane et digne Deo intelliges, motum quemdam esse ad delinquentium vindictam. Et licet verbum, *exsurgat*, imperativi sit modi (ut ex Græca lectione aperte dignoscitur), sensum optantis habet hoc in loco : et simili modo alia sequentia verba, quemadmodum et multis aliis in locis reperitur, ubi etiam diximus. Inimici autem Dei, proprie dæmones sunt, veluti rebelles, ac Deo adversantes.

Ἀναστήτω ὁ Θεὸς καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ. Τῶν δαιμόνων τυραννούντων, καὶ μήτε ἀγγέλου, μήτε ἀνθρώπου βοηθοῦντος τοῖς καταδουλωθεῖσιν, αὐτὸν τὸν Πλάστην τῶν τυραννουμένων καλεῖ πρὸς ἄμυναν. Ἀνάστασιν δὲ θεοπρεπῶς νοήσεις τὴν κίνησιν εἰς ἐκδίκησιν. Εἰ δὲ καὶ προστακτικῶς ἐσχημάτισται τὸ, Ἀναστήτω, καὶ τὰ ἑξῆς, ἀλλ' εὐκτικοῦ λόγου σημασίαν ἔχουσιν, ὡς ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Ἐχθροὶ δὲ τοῦ Θεοῦ κυρίως οἱ δαίμονες, ὡς ἀποστάται καὶ ἀντικείμενοι.

Et fugiant, qui oderunt eum a facie ejus. Fugiant a præsentia et conspectu Dei, illius vultum in carne ferre nequeuntes. Quod etiam reipsa accidisse videmus : cum sicubi Christus coleretur, illius adeo præsentiam fugerent dæmones, ut retro nunquam converterentur.

B Καὶ φυγέτωσαν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ οἱ μισοῦντες αὐτόν. Ἀπὸ τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ μὴ φέροντες τὴν διὰ σαρκὸς αὐτοῦ παρουσίαν. Ἔνθα γὰρ παρεῖη, ἐδραπέτευον ἀμεταστρεπτί.

Vers. 3. *Sicut deficit fumus, deficiant.* Quemadmodum deficit fumus spirante vento, ita etiam hi dæmones deficiant, impulsi nimirum ac dissipati a sancto Spiritu.

Ὡς ἐκλείπει καπνὸς, ἐκλειπέτωσαν. Ὥσπερ ὁ καπνὸς ἐκλείπει τῷ πνεύματι τοῦ ἀνέμου, οὕτω καὶ οὗτοι τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἐλαυνόμενοι τε καὶ σκεδαννύμενοι.

Sicut liquefit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei. Quemadmodum, inquit, aspectu ignis cera liquescit, ita dæmones a conspectu Christi qui ignis est consumens [38] improbitatem, defluentes evanescant. Et quod ait : *Pereant*, non ideo dixit, quia prorsus delendi sint dæmones, ita, ut amplius nulli sint, sed quia in eisdem amplius locis non regnabunt. Eosdem etiam dæmones Propheta peccatores appellat, quia et primi omnium in Deum peccarunt, et quia peccatorum inventores merito dici possunt et magistri.

Ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς, οὕτως ἀπολοῦνται οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ. Ὥσπερ ὁ κηρὸς τήκεται τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ πυρὸς, οὕτως οὗτοι τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Χριστοῦ, ὃς προσαγορεύεται πῦρ καταναλίσκον τὴν μοχθηρίαν, C τακήσονται ὑποῤῥέοντες· τὸ δὲ Ἀπολοῦνται, οὐ τὴν εἰς τὸ μὴ ὂν ὅλως, αὐτῶν ἀφάνειαν βούλεται σημαίνειν, ἀλλὰ τὴν εἰς τὸ μὴ εἶναι ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις ἔτι. Ἁμαρτωλοὶ δὲ οἱ δαίμονες, ὡς πρῶτοι ἁμαρτήσαντες, καὶ τῆς ἁμαρτίας εὑρεταὶ, καὶ διδάσκαλοι.

Vers. 4. *Et justi lætentur.* Per justos, eos intelligit, qui per fidem in Christum erant justificandi. Hi igitur destructa dæmonum tyrannide lætentur.

Exsultent in conspectu Dei et delectentur in lætitia. In conspectu Dei, qui eos nimirum protegit, et custodit, juxta illud : *Oculi Domini super justos* [39]. Verba autem *Exsultent*, *delectentur*, et *lætentur*, idem significant : conjuncta tamen summam gaudii indicant intensionem. D

Καὶ οἱ δίκαιοι εὐφρανθήσονται. Καὶ λοιπὸν οἱ δικαιωθέντες διὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, καταλυθείσης τῆς τυραννίδος τῶν δαιμόνων, εὐφρανθήτωσαν.

Ἀγαλλιάσθωσαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· τερφθήτωσαν ἐν εὐφροσύνῃ. Ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐπισκοποῦντος αὐτοὺς ἀεί· Ὀφθαλμοὶ γὰρ, φησὶ, Κυρίου ἐπὶ δικαίους. Τὸ δὲ Εὐφρανθήτωσαν καὶ Ἀγαλλιάσθωσαν καὶ Τερφθήτωσαν ἐν εὐφροσύνῃ ταὐτὸν σημαίνοντα, τὴν ἐπίτασιν τῆς χαρᾶς ἐμφαίνουσιν.

Vers. 5. *Cantate Deo.* Vos, qui hujusmodi gaudio digni facti estis.

Ἄσατε τῷ Θεῷ. Οἱ τῆς τοιαύτης χαρᾶς ἀξιούμενοι.

Psallite nomini ejus. Hoc declaravimus in tertio versiculo VIII psalmi.

Ψάλατε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Περὶ τούτου προείρηται ἡμῖν ἐν τῷ γ' στίχῳ τοῦ ψαλμοῦ η'.

Iter facite ei, qui ascendit super occasus, Dominus nomen illi. Ad apostolos est sermo, quo jubentur ut ad gentes excurrant, et viam animarum, ipsarum scilicet gentium, per prædicationem advenienti Christo præparent. Simile illud est, quod apud Isaiam ex persona Præcursoris dictum legimus : *Parate viam Domino* [37]. Viam, inquit,

Ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν Κύριος ὄνομα αὐτῷ. Πρὸς τοὺς ἀποστόλους οὗτος ὁ λόγος, κελεύων δραμεῖν εἰς τὰ ἔθνη, καὶ τὴν ὁδὸν τῶν ψυχῶν αὐτῶν εὐτρεπίσαι, τῇ ἐπιδημίᾳ τοῦ Χριστοῦ, διὰ τοῦ κηρύγματος. Τοῦτο δὲ ἴσον ἐστὶ τῷ Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου. Ὁδοποιήσατε, φησὶ, τῷ Χριστῷ, πᾶν σκῶλον ἐξάραντες. Τῷ ἐπιβεβηκότι

[38] Deut. IV, 24 ; Hebr. XII, 29. [39] Psal. XXXIII, 16. [37] Isa. XL, 3 ; Matth. III, 3.

Digitized by Google

δὲ εἶπεν ἐπὶ δυσμῶν, διότι φῶς ὢν ἀπρόσιτον, καὶ Ἥλιος δικαιοσύνης, ἐπέβη τῶν ψυχῶν τῶν ἀνθρώπων, ἐνοικήσας αὐταῖς διὰ πίστεως· αἱ δυσμοὶ ἦσαν, ἦσαν νύκτες, διὰ τὸ ἀλαμπὲς καὶ τὸν ζόφον τῆς πλάνης τὸν πάλαι κατεσκοτισμένον αὐτῶν. Ἡ δυσμὸς ὁ πόσμος, κατά· *Τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει*· εἶτα λέγει, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ· ὅτι Κύριος πάντων ἁπλῶς, ὅ ἐστι Θεός.

A Christo facile, omne impedimentum ex ea, atque offendiculum auferentes. Ascendere autem eum dixit super occasus, quia cum inaccessibilis lux sit, et Sol justitiæ, super hominum animas ascendit, et per fidem in his animabus habitavit, quæ antea occasus, hoc est noctes merito dici poterant, propter obscuritatem atque caliginem erroris, quo olim circumfusæ detinebantur. Vel, occasus dixit, pro universo mundo, juxta illud : *Et lux in tenebris lucet* (*et tenebræ eam non comprehenderunt* [29]. Tenebras etenim illic evangelista universum orbem, hoc est, universos mundi homines appellavit); deinde etiam illius nomen dicit, quod scilicet Dominus omnium ac Deus est ille, qui ascendit, ut diximus.

Καὶ ἀγαλλιᾶσθε ἐνώπιον αὐτοῦ. Τοῦτο μικρὸν ἀνωτέρω τῷ ἑβδόμῳ στίχῳ συνδιερμηνεύεται.

Vers. 6. *Et exsultate in conspectu ejus.* Hoc paulo superius in tertio versiculo exposuimus.

Ταραχθήτωσαν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. Τοῦτο πάλιν τῷ δευτέρῳ στίχῳ.

B *Turbentur a facie ejus.* Quod ait, *A facie ejus*, exposuimus superius in secundo versiculo.

Τοῦ πατρὸς τῶν ὀρφανῶν καὶ κριτοῦ τῶν χηρῶν (33). Διὰ πρώτου κώλου, τὸ κηδεμονικὸν αὐτοῦ παρέστησε, διὰ δὲ τοῦ δευτέρου στίχου, τὸ δικαστικόν· ὅτι καὶ κηδεμών ἐστι τῶν ἀπροστατεύτων, καὶ κριτὴς τῶν ἀδικουμένων. Ἢ ὀρφανοὺς καὶ χήρας καλεῖ τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντας· τὸ μὲν ὡς ἀποβεβληκότας τὸν πάλαι πατέρα αὐτῶν διάβολον· τὸ δὲ ὡς χηρωθέντας τοῦ αὐτοῦ πάλιν, ὃν εἶχον καὶ νυμφίον, ὡς προσκολληθέντες αὐτῷ. Μετὰ δὲ τὸ κήρυγμα πατέρα καὶ νυμφίον ἀντέλαβον τὸν Θεόν· πατέρα μὲν ὡς κηδεμόνα· νυμφίον δέ, ὡς συναρθέντες αὐτῷ διὰ πίστεως.

Patris orphanorum ac judicis viduarum. Patris et judicis appellatione, et summam illum Providentiam, et curam habere demonstravit, et judicandi insuper potestatem exercere. Nam et curam eorum habet Deus, qui omni videntur ope destituti, et judex etiam eorum est, qui per alicujus injuriam opprimuntur. Orphanos præterea, ac viduas eos appellat, qui ex gentibus crediderunt, alterum quidem, eo quod patrem olim suum, diabolum videlicet, abjecerunt; alterum vero, quia fidelis animæ, quæ crediderunt, ipso prorsus viduatæ sunt diabolo, quem antea sponsum habebant, et cui adhæserant. Quippe cum post prædicationem et baptisma, (alium) patrem (aliumque) sponsum, (loco priorum) receperint (ipsum nimirum) Deum, quem in patrem quidem acceperunt veluti curatorem, et providentiam necessariorum omnium habentem, atque in sponsum, cui ut castæ virgines conjunguntur per fidem.

A minus prudentes, tanta cernentes facinora (quanta barbari illi committere audebant adversus viros illos sanctos) dicebant: *Quomodo novit Deus hæc?* et quomodo tolerat? Vere hæc Deus non novit.

Et si est scientia in Altissimo. Subaudiendum est verbum *exquisiverunt.* Scientiam autem eorum dicit, quæ adversus eos facta fuerant.

Vers. 12. *Ecce hi peccatores et abundantes, in sæculum possederunt divitias.* Ita enim considerantes intra se dicebant: Ecce quod hi Babylonii peccatores sunt, et tamen in præsenti sæculo abundant, et divitias possident. Vel, *Possederunt in sæculum,* pro, *diu et longo tempore.* Hujusmodi etiam verba a Jeremia propheta ad Deum dicuntur. *Quare,* inquit, *via impiorum prosperatur? abundarunt omnes,* B *qui reprobant reprobationes? plantasti eos, et radicem miserunt* [15].

Vers. 13. *Et dixi: Numquid in vanum justificavi cor meum?* Ego, inquit, qui aliquanto majores animi ac prudentiæ vires me habere confido, fluctuavi cogitationibus meis, et dixi: Numquid frustra cor meum ab omni injustitia emundavi, et justum esse effeci?

Et lavi in innocentibus manus meas. Et dixi: Nunquid incassum lavi manus meas inter innocentes viros? Quid autem sibi velint hæc verba, diximus in psalmo XXV. A communi autem sensu tam hic, quam in duobus sequentibus versiculis, subintelligendum est: *Nunquid in vanum?* Nam et C hæc verba dubitative legenda sunt.

Vers. 14. *Et flagellatus fui tota die.* Jejunio nimirum, et vigiliis et aliis hujuscemodi afflictionibus, quas assidue sectandæ virtutis gratia sustineo.

Et reprehensio mea in matutinis. Reprehensio mea, quam ego mihi ipsi adveniente mane affero. Reprehendere etenim soleo me ipsum, quod in præteritum Deo restiterim, quodque vitam ac conversationem eo dignam non exhibuerim.

Vers. 15. *Si dicebam, Narrabo sic, ecce generationem filiorum tuorum reprobavi.* Si in me ipso, inquit, dicebam, quod aliis ita essem dicturus, quemadmodum cogitavi, quod scilicet in vanum justificavi cor meum, et reliqua, ecce quod reprobavi D generationem filiorum tuorum, seu (ut propius poscit Græca dictio ἠσυνθέτηκα) ecce quod incomposita, hoc est, non utilia, et non grata cogitavi populo tuo: per generationem enim filiorum Dei, populus intelligitur Israeliticus. Ita enim Deus ipse eum alibi appellavit, dicens: *Filius meus primogenitus Israel* [16]. Item alio in loco: *Filios genui, et exaltavi* [17]. Vel aliter filii Dei sunt, qui Creatorem eum agnoscunt, et illius observant mandata. Quædam autem exemplaria, non ἠσυνθέτηκα, ha-

[15] Jerem. XII, 2. [16] Exod. IV, 22. [17] Isa. I, 2.

Variæ lectiones.

(69) Superius interpres posuit, quod Græce in finem rejicitur. Ad verbum. *Potest autem intelligi etiam hoc modo: Primus quidem versiculus, ut exposuimus; alter vero: Ex hac narratione mea rupisse videris,* etc. *Verbum enim* ἀσυνθετῶ *significat etiam* pactis non stare.

Digitized by Google

bert in prima persona, sed ἠσυνθέτηκας. Et quoniam Græca hæc dictio non tam reprobare significat, aut incomposita seu inutilia cogitare, ut diximus, sed etiam passionibus ac promissis non stare, consequenter alia fieri potest hujus versiculi lectio, videlicet : ecce quod generationi filiorum tuorum pacta rupisti. Et tunc exponue : Si in me ipso dicebam, me ita aliis esse dicturum, quod scilicet frustra justificavi cor meum, etc., ut supra exposuimus : ecce quod juxta hanc narrationem meam huic populo tuo rupisse videris ea fœdera quæ olim cum Abraham, et primogenitoribus nostris pepigeras, de terra scilicet promissionis, et de generatione nostra, et quod perpetuo hanc terram essemus possessuri.

A παρόντι λαῷ σου, τὰς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ καὶ τοὺς προγόνους ἡμῶν, περὶ τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας καὶ τοῦ γένους ἡμῶν· τὰς περὶ τοῦ βεβαίως ἡμᾶς τοῦτην οἰκεῖν, καὶ μεγάλους ἔσεσθαι· ἀσυνθετῶ γὰρ λέγεται καὶ τὸ, Παραβαίνω τὰς συνθήκας.

Vers. 15. *Existimavi, quod cognoscerem.* Speravi, inquit, scire me posse, et cognoscere id de quo dubitabam.

Καὶ ὑπέλαβον τοῦ γνῶναι. Καὶ ἤλπισα γνῶναι τὸ ἀπορούμενόν μοι· παρέλκει γὰρ τὸ τοῦ.

Labor est coram me. Verum hoc, ut id scilicet cognoscam de quo dubitavi, laborem non modicum secum habere videtur. Difficillimum enim B est, ut cognoscatur.

Κόπος ἐστὶν ἐνώπιόν μου. Ἀλλ', ὡς ἔοικε, τοῦτο δηλαδὴ τὸ γνῶναι τὸ ἀπορούμενον, πόνος πολύς ἐστιν ἐμοὶ, καὶ χαλεπὸν εἰς διάγνωσιν.

Vers. 17. *Donec intrem in sanctuarium Dei.* Labor vero iste eousque mihi erit, donec ingressus fuero in templum Jerusalem, ubi populus sanctificari solet. Antiqua enim hæreditate ac solita felicitate recuperata, cognoscam, quod non frustra justificavi cor meum.

Ἕως οὗ εἰσέλθω εἰς τὸ ἁγιαστήριον τοῦ Θεοῦ. Κόπος μού ἐστιν, ἕως οὗ εἰσέλθω εἰς τὸν ναὸν τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἐν ᾧ ἁγιάζεται ὁ λαός. Τότε γὰρ τὴν προτέραν εὐκληρίαν ἀπολαβὼν, γνώσομαι ὅτι οὐ μάτην ἐδικαίωσα τὴν καρδίαν μου, καὶ τὰ ἑξῆς.

Et intelligam in novissima eorum. Verba hæc manifestam continent prophetiam. Prædicit enim se hujusmodi delinquentium finem perspecturum esse. De Babyloniis autem sermo est, quorum felicitas et imperium finem habitura erant : quemadmodum etiam postea factum est. Nam Cyrus Persarum rex devictos illos perpetuæ tradidit servituti : et Israeliticum populum, quem captivum reperit in Babylone, in patriam restituit. Juxta anagogen, per sanctuarium Dei, futurum intelligimus judicium. In quo unicuique Deus condigna retribuet, pro meritis. Verbum enim Græcum, ἁγιάζω, (quod passim omnes interpretantur *sanctifico*, unde significare invenitur, quod *determino* (non mirum igitur si ἁγιαστήριον pro judicio accipitur, cum in eo omnium hominum præmia, aut supplicia determinanda sint) : tunc igitur vel ipsi etiam pusillanimes intelligent, quidnam prosit virtus, et obsit vitium.

Καὶ συνῶ εἰς τὰ ἔσχατα αὐτῶν. Προφητεία τοῦτο σαφής· λέγει γὰρ ὅτι Οὕτως συνήσω καὶ γνώσομαι ἐν τοῖς τέλεσιν αὐτῶν· φημὶ δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν Βαβυλωνίων, ὅταν τέλος αὐτοῖς ἐπέλθῃ καὶ τῆς πολιτείας καὶ τῆς εὐημερίας. Κῦρος γὰρ κινήσας αὐτοὺς, τὸν μὲν Ἰσραηλίτην λαὸν ἀποκατέστησεν εἰς Ἱεροσόλυμα· τούτους δὲ δουλείᾳ παντελεῖ καθυπήγαγεν. Ἀναγωγικῶς δὲ ἁγιαστήριον τοῦ Θεοῦ ἡ μέλλουσα κρίσις, ἡ ἀφορίζουσα ἑκάστῳ τὰ πρὸς ἀξίαν. Ἁγιάζω γὰρ τὸ ἀφορίζω. Τότε γὰρ ἀκριβῶς μανθάνουσιν οἱ μικρόψυχοι, ὁποῖον μὲν ἡ ἀρετὴ, ὁποῖον δὲ ἡ κακία.

Vers. 18. *Verumtamen propter dolos, posuisti eis mala.* (Ob eorum nimirum dolos.) Manifestius ex hoc loco Babyloniorum destructionem prædicit. Superflua tamen esse videtur dictio illa, *verumtamen*, quemadmodum juxta Hebraicum idioma sæpenumero alibi invenitur. Symmachus pro *verumtamen*, *vere* dixit, et *parasti*, pro, *posuisti*.

Πλὴν διὰ τὰς δολιότητας ἔθου αὐτοῖς κακά· Ἐντεῦθεν φανερώτερον προφητεύει τὸν ὄλεθρον τῶν Βαβυλωνίων. Περιττὸν δὲ δοκεῖ τὸ *πλὴν*, καθ' Ἑβραϊκὸν ἰδίωμα. Ὁ δὲ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ, *πλὴν*, ὄντως εἶπεν. Ἔθου δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἡτοίμασας.

Dejecisti eos dum elevarentur. Cum in altum jam elevati essent, divitiisque et omni felicitatis genere sublimati, tu eos rursus confregisti.

Κατέλαβες αὐτοὺς ἐν τῷ ἐπαρθῆναι. Ἐπαρθέντας πλούτῳ καὶ πάσῃ εὐημερίᾳ πάλιν κατέῤῥαξας.

Quomodo facti sunt in desolationem subito? Eorum destructionem prævidens Propheta, tam repentinam mutationem admiratur.

Πῶς ἐγένοντο εἰς ἐρήμωσιν ἐξάπινα; Προϊδὼν τὴν καταστροφὴν αὐτῶν, ἀποθαυμάζει τὸ αἰφνίδιον τῆς μεταβολῆς· ἐξάπινα γὰρ τὸ αἰφνίδιον σημαίνει.

Vers. 19. *Defecerunt, perierunt, propter iniquitatem suam.* Verbum *perierunt*, ad majorem declarationem positum est verbi *defecerunt*. Idem enim hæc significant. Hac autem repetitione Propheta summum quoddam gaudium atque alacritatem demonstrat.

Ἐξέλιπον, ἀπώλοντο διὰ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν. Τὸ ἐξέλιπον ἑρμηνευτικὸν τοῦ ἀπώλοντο· ἢ ταυτὸν καὶ ἄμφω σημαίνοντα, χαρᾶς ἐπίτασιν ἐμφαίνουσι, τῷ διπλασιασμῷ τοῦ ὀνόματος.

Digitized by Google

Ὡσεὶ ἐνύπνιον ἐξεγειρομένου. Τὰ κατ' αὐτοὺς δηλονότι. Καθάπερ γὰρ ἐνύπνιόν τις ἰδὼν ἐράσμιον, ἐξεγειρόμενος ἀθυμεῖ, ὡς διακενῆς ἀπολαύσας, οὕτω καὶ Βαβυλώνιοι παραδραμούσης τῆς εὐημερίας αὐτῶν, μάτην εὐκραγῆσαι δόξουσι. Τοιαύτη γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη τρυφὴ ὀνείροις ἐοικυῖα, διὰ τὸ ἀβέβαιον καὶ τὴν ταχεῖαν μεταβολήν.

VERS. 20. *Quasi somnium exsurgentis.* Aliquid subintelligendum est, verbi gratia, *Babyloniorum felicitas.* Ac si diceret, quod quemadmodum is qui per somnum gratum quid videt, ac delectabile, statim contristatur, cum a somno exsurgit, quasi inani delectatione detentus sit, ita etiam Babylonii decursa eorum felicitate, inanem plorabunt se habuisse fortunam. Hujusmodi enim sunt humanæ omnes delectationes, somniis similes, ob earum nimirum instabilitatem, et frequentissimas mutationes.

Κύριε, ἐν τῇ πόλει σου τὴν εἰκόνα αὐτῶν ἐξουδενώσεις. Διὰ τὴν πόλιν σου Ἱερουσαλὴμ, τὴν εὐημερίαν ἀτιμάσεις. Εἰκόνα γὰρ τὴν εὐημερίαν αὐτῶν ἐκάλεσε, διὰ τὸ μὴ κυρίως εἶναι ὃ δοκεῖ, ἀλλὰ μιμεῖσθαι μόνον· ἐπεὶ καὶ εἰκὼν παρὰ τὸ ἐοικέναι. Εἴη δ' ἂν πόλις καὶ ἡ πολιτεία τοῦ λαοῦ· ἢ καὶ ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ.

Domine, in civitate tua imaginem eorum ad nihilum redigies. Propter civitatem tuam Jerusalem eorum felicitatem reprobabis: quam ideo imaginem appellavit, quia humana felicitas, vera felicitas non est, tametsi esse videatur: sed ut imago, aut umbra, imitatur tantum felicitatem. Per civitatem autem hoc in loco, intelligere potes populi civitatem, vel ipsam superiorem Jerusalem.

Ὅτι ἐξεκαύθη ἡ καρδία μου. Τῷ πυρὶ τοῦ θυμοῦ, εἴτουν τῷ ζήλῳ· ἔφη γὰρ ἐν προοιμίῳ τοῦ παρόντος ψαλμοῦ, *Ὅτι ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν.* Ἐκεῖνα γοῦν αὖθις ἐπαναλαμβάνει.

VERS. 21. *Quia inflammatum est cor meum.* Ardenti scilicet quodam zelo: quod etiam in initio psalmi dixit: *Quia zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns.* Eamdem enim hic repetit sententiam.

Καὶ οἱ νεφροί μου ἠλλοιώθησαν. Τὴν ἐπιθυμίαν διὰ τῶν νεφρῶν αἰνίττεται· καθὼς προλαβόντες εἰρήκαμεν ἐν ἄλλοις. Πρότερον γὰρ ἐπιθυμιῶν τῶν ὄντως ἀγαθῶν, ὕστερον καὶ τῶν δοκούντων ἐπεθύμησα, φησὶ, ζηλώσας τοὺς ἐχθρούς.

Et renes mei commutati sunt. Per renes concupiscentiam intelligit, ut etiam alibi diximus. Antea, inquit, ea concupivi quæ erant bona, postmodum vero non eadem amplius, quæ bona erant optavi, sed quæ esse videbantur bona: quando scilicet inimicorum pacem zelavi.

Κἀγὼ ἐξουδενώμενος, καὶ οὐκ ἔγνων. Τουτὶ τὸ ῥητὸν καὶ τὰ ἑξῆς μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἁρμόζουσιν. Ἐξουδενωμένος ἦμην, φησὶν, εἴτουν ἀπερριμμένος ἀπὸ σοῦ τότε διὰ τὰς ἁμαρτίας μου· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔγνων τὸ ἀπορούμενόν μοι, μὴ ἔχων τὸν ἀπὸ σοῦ φωτισμόν. Ὁ δὲ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ *Ἐξουδενωμένος*, *Ἀνεπιστήμων ἦμην*, εἶπεν.

Et ego neglectus sum, et non cognovi. Hic versiculus, et reliqua, quæ sequuntur, tempus respiciunt post reditum e captivitate. Neglectus enim, inquit, projectus sum a te nunc propter peccata mea, atque ideo illuminatione tua privatus, id non cognovi, de quo dubitaveram. Symmachus pro, *Neglectus*, dixit, *Indoctus eram.*

Κτηνώδης ἐγενήθην παρὰ σοί. Λοιπὸν, ἀνόητος ἐγενόμην σοι, τουτέστιν, οὐκ ἔτι περιεργάσομαι τὰ κρίματά σου· ἀλλὰ δίκην κτήνους ἀπολυπραγμόνως ἕψομαι τοῖς σοῖς βουλήμασι. Διέγνων γὰρ ὅτι πάντα μετὰ κρίσεως οἰκονομεῖς. Ἐπαινετὴ ἡ παρὰ τῷ Θεῷ αὕτη κτηνωδία· διαβεβλημένη δὲ ἡ παρὰ τοῦ δαίμονος, ὡς τὸ, *Παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς.*

VERS. 22. *Ut jumentum factus sum apud te.* Ego, inquit, in præteritum insipiens tecum fui, verum deinceps judicia tua (70) curiose amplius non investigabo, sed jumenti instar, omissa omni curiositate, tuam sequar voluntatem, cognovi etenim quod summa cum ratione ac judicio, omnia administras. Laudabile est autem, ut apud Deum nos ipsos existimemus, ut jumenta, tametsi contra, criminosum sit, ut jumentum haberi, apud dæmonem, ut alibi vidimus (in psalmo XLVIII, ibi: *Homo cum in honore esset*) *comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis* [17].

Κἀγὼ διὰ παντὸς μετὰ σοῦ. Συνεξακούεται τὸ, *Ἔσομαι*, σὲ ἐννοῶν ἀεὶ, καὶ τὰ σὰ λαλῶν, καὶ οὐδέποτε τῆς σῆς μνήμης ἀφιστάμενος.

Et ego semper tecum. Subintelligitur, verbum, Ero; te nimirum semper cogitans, et loquens, quæ tua sunt, atque a tui memoria nunquam recedens.

Ἐκράτησας τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς μου. Χειραγωγοῦ δίκην, ἐπελάβου τῆς χειρός μου, καὶ ἐξήγαγές με τῆς γῆς τῶν Βαβυλωνίων καὶ τῆς δουλείας αὐτῶν. Ἢ καὶ τῆς δεξιᾶς χειρὸς, τὴν δεξιὰν πρᾶξιν ὑποσημαίνει, ὅτι ταύτης λαβόμενος ἐξήγαγές με.

VERS. 23. *Tenuisti manum dexteram meam.* Tu, inquit, optimi ductoris instar, manum meam apprehendisti, et de terra, ac servitute Babyloniorum me eduxisti; vel per dexteram manum, meliores ac laudabiliores actiones significat, quibus tu, inquit, eduxisti me, benigno nimirum animo eas suscipiens.

[17] Psal. XLVIII, 21.

Variæ lectiones.

(70) Aut non satis assecutus est, aut non satis fideliter reddidit auctoris sensum. Græce sic: *Ego deinceps insipiens fui* (pro *ero*) *tecum: hoc est judicia tua*, etc

Digitized by Google

Et in consilio tuo deduxisti me. Et consilium mihi subministrasti, quo duce per tot gentium regiones in patriam deductus sum.

Καὶ ἐν τῇ βουλῇ σου ἐξήγαγές με. Καὶ ὑπέθου μοι βουλὴν, δι' ἧς ὡδηγήθην βαδίζων διὰ τῶν ἐθνῶν.

Et cum gloria suscepisti me. Et honoratum mihi in civitatem tuam introitum donasti; is enim populi reditus in patriam, celeberrimus apud omnes effectus est. Regia etenim edicta, quæ pro populi reditu a Cyro emanarunt, ad universas orbis nationes dirigebantur.

Καὶ μετὰ δόξης προσελάβου με. Καὶ περιφανῆ μοι τὴν εἰς τὴν σὴν πόλιν εἴσοδον ἐχαρίσω· πᾶσι γὰρ ἀκουστὴ γέγονεν ἡ ἐπάνοδος. Καὶ βασιλικὰ διατάγματα περὶ ταύτης πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ὁ Κῦρος ἐξαπέστειλεν.

Vers. 24. *Quid enim est mihi in cœlo, et a te quid volui super terram?* Hæc verba quidam ita intelligunt, ut a Deo ad humanam naturam dicta sint: Quid mihi, inquit, aliud in cœlo est, ab angelis, nisi cultus, adoratio, atque obedientia? Et a te quidnam aliud volui in terra quam ut eadem mihi præstares, quæ ab angelis mihi sunt in cœlo? Vel aliter: Quid mihi in cœlo aliud curæ est, quam tu ipsa natura humana? Et a te quidnam aliud volui in terra, quam utilitatem, et commodum tuum? Et ad hunc sensum Aquila interpretatur. Verum, ut in universum dicam, sæpenumero apud Prophetas defectivos quosdam reperimus sermones. Ob Hebraicæ etenim linguæ angustiam, a qua vetus testamentum in Græcam linguam translatum est, impossibile fuit paribus dictionibus amplam æque ac claram significationem reddere.

Τί γάρ μοι ὑπάρχει ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ παρὰ σοῦ τί ἠθέλησα ἐπὶ τῆς γῆς; Τοῦτό τινες ὡς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ῥηθὲν νενοήκασι, λέγοντος πρὸς τὸν ἄνθρωπον· Τί μοι ἕτερον ἐν τῷ οὐρανῷ παρὰ τῶν ἀγγέλων ἡ μόνον λατρεία καὶ ὑπακοή; καὶ παρὰ σοῦ τί ἕτερον ἠθέλησα ἐπὶ τῆς γῆς ἢ ταῦτα μόνον; Καὶ ἄλλως· Τί ἕτερόν μοι περισπούδαστον ἐν τῷ οὐρανῷ εἰ μὴ σύ; καὶ παρὰ σοῦ τί ἕτερον ἐζήτησα ἐπὶ τῆς γῆς εἰ μὴ σὲ καὶ τὴν σὴν βοήθειαν; Ταύτην γὰρ τὴν ἔννοιαν ὁ Ἀκύλας ἐξέδωκε. Καθόλου δὲ εἰπεῖν, ἐλλιπῶς πολλάκις ἔχει τὰ ῥητὰ διὰ τὸ στενὸν τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου, ἀφ' ἧς ἐξελληνίσθησαν κατὰ μόνην τὴν σημασίαν ἑκάστης λέξεως μὴ δεξάμενα πλατυσμόν.

Vers. 25. *Defecit cor meum, et caro mea.* Consumptum est cor meum. Igne etenim quodam ac desiderio tui extabuit, et caro mea idem etiam passa est, dum corpus multis in doloribus, atque angustiis versatur.

Ἐξέλιπεν ἡ καρδία μου. Ἐδαπανήθη ἡ καρδία μου πάλιν, τὸ αὐτὸ πέπονθεν (70'), ἀποστρεφομένη τὴν εὐπάθειαν καὶ πυκνῶς ταλαιπωρουμένη.

Deus cordis mei. Circumlocutione utitur, ac si diceret: O Deus meus. Verba autem hæc desiderio, atque affectu plena sunt.

Ὁ Θεὸς τῆς καρδίας μου. Περιφραστικῶς ἀντὶ τοῦ *Ὁ Θεός μου.* Ἐμφαντικὸν δὲ πόθου καὶ διαθέσεως τὸ ῥητόν.

Et pars mea, Deus meus, in sæculum. O Deus, inquit, qui es pars mea, id est, sors, seu hæreditas mea: vel quem divitiarum ac thesauri semper loco habui.

Καὶ ἡ μερίς μου ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ αὐθις, Ὦ Θεός, ὃς εἶ ἡ μερίς μου, εἴτουν ὁ κλῆρος καὶ ὁ πλοῦτός μου πάντοτε.

Vers. 26. *Quoniam ecce qui elongant se a te peribunt.* Peccatores elongari dicuntur a Deo non loco, sed conversatione: quemadmodum contra ille appropinquari Deo dicitur, qui virtutes sectatur. Ita enim peccata divinum conspectum refugiunt, ut tenebræ lucem: et quantum quis elongatur a Deo, tantum perditioni appropinquat. Dictio autem, *Quoniam*, hoc in loco confirmat; idem enim significat, quod Vere. Perire etiam hic posuit pro decidere a salute.

Ὅτι ἰδοὺ οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ ἀπολοῦνται. Μακρύνεταί τις ἀπὸ Θεοῦ οὐ τόπῳ, ἀλλὰ σχέσει διὰ τῆς ἁμαρτίας· ὥσπερ τοὐναντίον ἐγγίζει διὰ τῆς ἀρετῆς. Ἡ γὰρ ἁμαρτία φεύγει ἀπὸ Θεοῦ, ὡς σκότος ἀπὸ φωτός· ὅσον δὲ μακρύνει τις ἀπὸ Θεοῦ, τοσοῦτον ἐγγίζει τῇ ἀπωλείᾳ. Τὸ δὲ *Ὅτι*, βεβαιωτικὸν, ἀντὶ τοῦ *Ὄντως*· ἀπώλειαν δὲ λέγει τὴν ἔκπτωσιν τῆς σωτηρίας.

Disperdidisti omnes qui fornicantur a te. Per fornicationem a Deo hic rebellionem, atque abscessum ab eo intelligit, seu idololatriam atque omnem alium dæmonum cultum, quemadmodum alibi apud Jeremiam habetur: *Profecta es,* inquit, *in omnem montem altum, et sub quocunque ligno nemoroso, et fornicata es illic*[19]; et rursus: *Et fornicata es lignum et lapidem*[19], pro eo quod est: Adorasti

Ἐξωλόθρευσας πάντα τὸν πορνεύοντα ἀπὸ σοῦ. Πορνείαν ἀπὸ Θεοῦ καλεῖ τὴν ἀποστασίαν, καὶ εἰδωλολατρείαν καὶ θεραπείαν ἄλλην τοῦ δαίμονος, καθάπερ καὶ διὰ Ἱερεμίου φησὶν ὁ Θεός· *Ἐπορεύθη ἐπὶ πᾶν ὄρος ὑψηλὸν, καὶ ὑποκάτω παντὸς ξύλου ἀλσώδους καὶ ἐπόρνευσας ἐκεῖ.* Καὶ πάλιν· *Καὶ ἐμοίχευσε τὸ ξύλον καὶ τὸν λίθον·* ἀντὶ Ἐλάτρευσεν. Καὶ ἡ Ἐκκλησία γὰρ νύμφη

[19] Jerem. iii. 6. [19] Ibid. 9.

Variæ lectiones.

(70') Phrasis manca, ut videtur. Legerit interpres, καὶ τὸ αὐτὸ πεπόνθεν ἡ σάρξ μου.

Digitized by Google

Θεοῦ ὀνομάζεται, συνημμένη τούτῳ διὰ πίστεως, καὶ τῆς τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ φυλακῆς.

Ἐμοὶ δὲ τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ Θεῷ ἀγαθόν ἐστι. Τὸ συνάπτεσθαι νύμφης δίκην, καὶ μηδέποτε αὐτοῦ χωρίζεσθαι.

Τίθεσθαι ἐν τῷ Κυρίῳ τὴν ἐλπίδα μου. Ἔτι δὲ καὶ τὸ, *Τίθεσθαι ἐπὶ Κύριον τὴν ἐλπίδα μου* (71). Ἠδὺ γὰρ ἐλπίσας ἐπ' αὐτὸν, οὐκ ἀπέτυχον. Διὸ καὶ ἀγαθόν μοι τὸ τοιοῦτον, εἴτουν ὠφέλιμον καὶ χρήσιμον.

Τοῦ ἐξαγγεῖλαί με πάσας τὰς αἰνέσεις σου ἐν ταῖς πύλαις τῆς θυγατρὸς Σιών. Ὥστε σκεπασθέντα με διηγήσασθαι τὰς αἰνέσεις σου, εἴτουν τὰ θαυμάσιά σου, τὰ ἀξιεπαίνετα. Ἢ καὶ ἄλλως. Ὥστε ἐκθέσθαι γραφῇ τὰς ὀφειλομένας σοι αἰνέσεις· *πάσας* δὲ εἶπε διότι τοσαῦταί εἰσιν, ὅσαι καὶ αἱ δυνάμεις τοῦ Θεοῦ· *ἐξαγγεῖλαι* δὲ ταύτας *ἐν ταῖς πύλαις τῆς Σιών*, ἤτοι τῆς Ἱερουσαλήμ. Διώνυμος γὰρ ἡ πόλις αὕτη, οὐ μόνον Ἱερουσαλήμ, ἀλλὰ καὶ Σιών ἀπὸ τοῦ γειτνιάζοντος ὄρους προσονομαζομένη. Θυγάτηρ δὲ Σιὼν αὐτὴ ἡ Σιὼν λέγεται, ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου ὁ ἄνθρωπος, καθ' Ἑβραϊκὴν ἰδίωμα. Εἰώθασι δὲ παρὰ ταῖς πύλαις τῆς πόλεως καὶ τοῦ ναοῦ συνεδριάζεσθαι: καὶ διηγεῖσθαι. Ἀναγωγικῶς δὲ πύλαι Σιὼν αἱ κατὰ τόπον Ἐκκλησίαι· δι' αὐτῶν γὰρ εἴσεισί τις εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ.

Vers. 27. *Mihi autem adhærere Deo bonum est.* In sponsæ nimirum morem Deo conjungi, et unquam ab eo separari.

Ponere in Domino spem meam. Nunquam enim concepta spe frustratus sum, quoties in eo speravi. Bonum igitur atque utile est, ita facere.

Vers. 28. *Ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.* Ut tua securus protectione, narrem mirabilia omnia, quæ fecisti laude digna. Vel alias : Ut scriptis meis laudes eas exponas, quæ tibi debentur. *Omnes* autem ideo, dixit, quoniam Dei laudes tot sunt, quot ejus potentiæ ; *ut annuntiem* autem eas *in portis Sion*, id est in portis Jerusalem. Duplici enim nomine appellata est ea civitas, Jerusalem nimirum, et Sion, a vicino monte. Per filiam autem Sion, ipsa Sion intelligitur, quemadmodum per Filium hominis ipse homo, juxta Hebraicum idioma. Solebant autem antiqui juxta civitatis aut templi portas, concilia ac cœtus hominum congregare, et illis quæcunque nova contingebant narrare. Juxta anagogen per portas Sion, particulares Ecclesias intelligimus, quæ in variis sunt orbis partibus. Per eas etenim ut per portas quasdam ingredimur in supernam Jerusalem.

Συνέσεως τῷ Ἀσάφ.

ΨΑΛΜΟΣ ΟΓ'.

Intelligentiæ ipsi Asaph.

PSALMUS LXXIII.

Περὶ μὲν τοῦ Ἀσὰφ εἴρηται. *Συνέσεως* δὲ, ὅτι δεῖ συνέσεως τοῖς ἐντυγχάνουσι. Περὶ γὰρ τῆς ἐκ Ῥωμαίων τελευταίας ἁλώσεως τῶν Ἱεροσολύμων, διέξεισιν. Εἰ γὰρ καὶ πρὸ τῶν Ῥωμαίων διαφόρως ἑάλωσαν, ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτο τέως πεπόνθασιν, οἷον ὁποβολὴν διηνεκῆ, ἐμπρησμὸν τοῦ ναοῦ, καὶ κατάλυσιν οἰκιῶν, καὶ παντελῆ πόρθησιν. Καὶ τὸ φανερώτερον, οὐδὲ προφήτης ἐν αὐτοῖς εἰς τὸ ἑξῆς ἐπέλειψεν. Ἀπαγγέλλων δὲ ὁ ψαλμὸς τὰς τῶν Ἰουδαίων συμφορὰς εὐαγγελίζεται καὶ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν.

De Asaph alibi dictum est. *Intelligentiæ* autem ideo dixit, quia multa lectori opus est intelligentia. Ea enim in hoc psalmo tractantur, quæ ad ultimam Judæorum captivitatem, atque ad illam Jerusalem destructionem pertinent, quæ a Romanis facta est. Nam etsi antea a variis fuerint sæpenumero captivati nationibus, nunquam tamen tanta eis, ut tunc, accidit calamitas. Nam et in perpetuum abjecti sunt, et incensum est templum, et destructæ domus, et omnia depopulata, quodque malorum omnium illius gentis evidentius signum est, nullus deinceps inter eos Propheta exstitit. Illud autem animadvertendum est, quod dum hic psalmus Judæorum annuntiat calamitates, fidelium una prædicit salutem.

Ἵνα τί, ὁ Θεὸς, ἀπώσω εἰς τέλος; Ὥστε γεγενημένα μὲν προλέγει τὰ μέλλοντα νόμῳ προφητείας. Ἄξιον δὲ θαυμάσαι τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ, ὅτι, προειδὼς τὴν Ἰουδαίων ἀπείθειαν, ὅμως τῇ προφήσει τῶν ἐσομένων συμφορῶν ἀποτρέπειν αὐτοὺς πειρᾶται τῆς ἀσεβείας, καὶ τῆς κατὰ τοῦ Σωτῆρος μιαιφονίας· εἰ καὶ διὰ τὸ αὐτεξούσιον τῆς γνώμης ἀνεπίστροφοι μεμενήκασι. Θθέγγεται δὲ τοὺς λόγους ὁ προφήτης, ὑπερασπίζων τοῦ λαοῦ, ἐσχάτως καὶ ἐλεεινότατα πεπονθότος. Ἢ καὶ προσώπῳ τῶν συνετωτέρων ταῦτα φησίν. Οὐκ εἶπε δὲ *Ἀπώσω* μόνον, ἀλλὰ καὶ *Εἰς τέλος*· ὃ τὴν παντελῆ τούτων ἐγκατάλειψιν δηλοῖ· πρότερον μὲν γὰρ ἀπωθεῖτο αὐτούς, οὐκ εἰς τέλος· δὲ, ἀλλὰ διὰ τῶν προφητῶν χρόνον ῥητὸν ὥριζεν ἑκάστῃ τούτων αἰχμαλωσίᾳ. Τὸ δ', *Ἵνα τί*, δοκεῖ μὲν πευστικὸν εἶ-

Vers. 1. *Utquid, Deus, repulisti in finem?* Prophetarum more, narrat, ut jam facta, quæ futura erant. Dignum est autem ut admiremur bonitatem Dei, qui calamitatum prædictione a tanta illos nitebatur sævitia atque impietate avertere, qua adversus Salvatorem usuri erant, tametsi ob arbitrii libertatem, quam homini Deus dedit, illi in pravitate sua immutabiles perstiterint. Hos etiam sermones summo cum dolore Propheta enuntiat, populi vicem plorans, qui gravissima quædam ac miserabilia passus erat. Possumus aliter intelligere hæc verba, ut ex prudentiorum Judæorum persona dicta sint : nec tantum *Repulisti*, dicit, sed *In finem repulisti*, quod omnimodam prorsus destructionem significat. Nam etsi prius eos sæpe repulerat, non tamen in finem. Unicuique enim captivitati certum

Variæ lectiones.

(71) Repete ἀγαθόν ἐστι.

Digitized by Google

tempus per prophetas statuerat. Illa autem verba : *Ut quid ?* interrogativa quidem esse videntur, et rationem indagare, sed juxta usum Hebraici idiomatis divinam misericordiam conciliant.

Iratus est furor tuus, super oves pascuæ tuæ. A communi sensu rursus sumendum est, *Ut quid ?* De ira autem, et furore Dei, in sexti psalmi principio dictum est. Per oves etiam, ipsum populum intellige, et per pascua, sacra Scripturæ eloquia, quibus animas suas illi omnes nutrire solent, qui secundum legem Dei vivunt.

VERS. 2. *Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio.* Quam, inquit, congregationem ab initio, hoc est, olim, ac primo, ut possessionem quamdam habuisti. Et subsignare videtur quod aliam ex gentibus Ecclesiam possessurus sit.

Redemisti virgam hæreditatis tuæ. Priora connumerat beneficia. Per virgam autem, regia dignitas significatur, seu ipsum regnum, ut XLIV psalmo dictum est. Aquila pro *virga hæreditatis, Sceptrum* dixit *sortitionis.* Hebræorum autem regnum intelligit, vel etiam populum ipsum, sub rege constitutum, qui hæreditas Domini dictus est, quia, ut ait Moyses, *facta est pars Domini populus ejus Jacob, funiculum hæreditatis ejus, Israel* [10]. Redemit autem eos Deus sæpenumero ex bellis, atque captivitatibus.

Mons Sion, hic est, in quo habitasti in eo. Mons Sion ille celeberrimus hic est, in quo fecit Deus prædictam hæreditatis suæ virgam habitare. Vel, In quo tu habitasti. (Dictio enim Græca, κατεσκήνωσας, utramque interpretationem recipit.) Et quod ait, *In eo*, expone, ut diximus alibi, exponentes illum versiculum : *Cujus maledictione os ejus plenum est.* Et præmittit Propheta inter prima verba montis memoriam, ut dedicati Deo montis commemoratione illum sibi magis redderet benevolum.

VERS. 3. *Leva manus tuas in superbias eorum in finem.* Destruas prorsus, ait, inimicorum elationes, qui capta Jerusalem procaciores effecti sunt, ac magis temerarii, et insipienter adversus te inflati. *Leva* autem *manus tuas*, ex metaphora eorum dictum est, qui manus in altum tollunt, ut verberibus inimicum dejiciant.

Quanta malignatus est inimicus in sancto tuo. Per inimicum, Titum imperatorem intelligit ; et per sanctum, templum ipsum, quod ab illo tandem destructum est, postquam multa alia nefanda scelera in eo patrasset. *Quanta* autem dixit, pro *Heu, quanta !*

VERS. 4. *Et gloriati sunt, qui oderunt te in medio solemnitatis tuæ.* Paschæ festivitatem intelligit. In illius enim solemnitatis medio, Titus obsedit Jerusalem, et Judæos festivitatem illam celebrantes captivos fecit. Considera autem, quo pacto in Paschatis solemnitate Judæi pœnas dederint, in qua Dominum crucifigentes tam immensum scelus patrarant.

[10] Deut. XXXII, 9.

A ναι καὶ αἰτιολογικὸν, ἔστι δὲ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις δυσωπητικόν τε καὶ οἰκτιρμόν.

Ὠργίσθη ὁ θυμός σου ἐπὶ πρόβατα νομῆς σου. Ἀπὸ κοινοῦ ληπτέον πάλιν τὸ, Ἵνα τί. Περὶ δὲ ὀργῆς καὶ θυμοῦ εἴρηται ἡμῖν ἐν ἀρχῇ τοῦ ϛ' ψαλμοῦ. Πρόβατα δὲ ὁ λαός· νομὴ δὲ θεῖα τὰ ἱερὰ λόγια τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς· οἷς οἱ κατὰ Θεὸν ζῶντες ἀεὶ τρέφονται τὰς ψυχάς.

Μνήσθητι τῆς συναγωγῆς σου ἧς ἐκτήσω ἀπ' ἀρχῆς. Ἀντὶ τοῦ, ἣν ἐκτήσω, ὡς κτῆμα· ἀπ' ἀρχῆς δὲ ἀντὶ τοῦ Πρῶτον. Αἰνίττεται δὲ, ὅτι καὶ B ἄλλην ὑστέραν κτήσεται· φησὶ δὲ τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν.

Ἐλυτρώσω ῥάβδον κληρονομίας σου. Καταλέγει τὰς προτέρας εὐεργεσίας. Δηλοῖ δὲ ἡ ῥάβδος τὴν βασιλείαν, ὡς καὶ ἐν τῷ μδ' ψαλμῷ προείρηται. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ῥάβδον κληρονομίας σου, σκῆπτρον κληρουχίας σου* ἐξέδωκεν ὁ Ἀκύλας. Λέγει δὲ τὴν βασιλείαν τῶν Ἑβραίων, ἤτοι τὸν βασιλευόμενον λαόν. Κληρονομία δὲ οὗτοι τοῦ Θεοῦ, ὅτι, φησὶ Μωϋσῆς, *Ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ.* Ἐλυτρώσατο δὲ τούτους διαφόρως ἐκ πολέμων καὶ αἰχμαλωσίας.

Ὄρος Σιὼν τοῦτο ὃ κατεσκήνωσας ἐν αὐτῷ. C Τὸ ὄρος Σιὼν τὸ πολυύμνητον τοῦτό ἐστιν, ἐν ᾧ κατεσκήνωσας τὴν δηλωθεῖσαν ῥάβδον τῆς κληρονομίας σου· ἤ, ἐν ᾧ κατεσκήνωσας σύ. Τὸ δὲ *Ἐν αὐτῷ* περιττὸν, καθ' Ἑβραϊκὸν ἰδίωμα· ἢ Ἐν ᾧ αὐτῷ, ὡς τὸ, *Οὗ ἀρᾷς τὸ στόμα αὐτοῦ γέμει.* Προβάλλεται δὲ ὄρος εἰς δυσωπίαν, ὡς ἀνατεθειμένον Θεῷ.

Ἔπαρον τὰς χεῖράς σου ἐπὶ τὰς ὑπερηφανίας αὐτῶν εἰς τέλος. Κατάβαλε τὰς ἐπάρσεις τῶν ἐχθρῶν τέλεον. Ἐλόντες γὰρ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἀλαζονικώτεροι γεγόνασι, καὶ ἀνοήτως ἐφυσήθησαν κατὰ σοῦ. *Ἔπαρον* δὲ *τὰς χεῖράς σου*, εἶπεν, ἐν μεταφορᾷ τῶν κινούντων τὰς χεῖρας αὐτῶν, εἰς τὸ D καταβαλεῖν τὸν ἐχθρόν.

Ὅσα ἐποιησεύσατο ὁ ἐχθρὸς ἐν τῷ ἁγίῳ σου. Ἐχθρὸν μὲν τὸν Τίτον λέγει, ἅγιον δὲ τὸν νεὼν, εἰς ὃν πολλὰ παροινήσας, πολυτρόπως αὐτὸν ἐξέτριψε. Τὸ δὲ, *Ὅσα*, ἀντὶ τοῦ Φεῦ, *πόσα!*

Καὶ ἐνεκαυχήσαντο οἱ μισοῦντές σε ἐν μέσῳ τῆς ἑορτῆς σου. Ἑορτὴν ἐνταῦθα τὴν τοῦ Πάσχα λέγει. Ἐν μέσῃ γὰρ ταύτῃ τὴν Ἱερουσαλὴμ ὁ Τίτος ἐπολιόρκησεν, ἑορτάζοντας αὐτοὺς ἑλών. Καὶ ὅρα ὅπως ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ Πάσχα τὸν Σωτῆρα σταυρώσαντες ἐν αὐτῇ καὶ αὐτοὶ δίκας ἀπῃτήθησαν.

Digitized by Google

Ἔθεντο τὰ σημεῖα αὐτῶν σημεῖα, καὶ οὐκ ἔγνωσαν ὡς εἰς τὴν ἔξοδον ὑπερόνω. Ἕκαστον τάγμα πολεμικὸν σημείῳ κέχρηται ἐπὶ κοντοῦ προπεμπομένῳ, πρὸς τὸ διαγινώσκεσθαι, ποία τις ἡ φάλαγξ· ὅπερ ἡμεῖς σημαίαν καλοῦμεν. Ταῦτα οὖν αὐτὰ τὰ σημεῖα αἱ Ῥωμαϊκαὶ φάλαγγες εἰσιοῦσαι ἔστησαν ὡς εἰς τὴν ἔξοδον, εἴτουν εἰς τὰς πύλας τῶν πόλεων, ἐπάνω αὐτῶν. Περιττεύει γὰρ, τὸ Ὡς. Ἔστησαν δὲ τὰ τοιαῦτα αὐτῶν σημεῖα, σημεῖα νίκης ἀντὶ τροπαίων· καὶ οὔπω ἔγνωσαν οἱ ἔνδον, ἔτι περὶ τὴν ἑορτὴν ἀσχολούμενοι. Ἢ καὶ Οὐκ ἔγνωσαν αὐτοὶ οἱ ἐχθροὶ πῶς εἶλον τὴν πόλιν· ὅτι οὐκ ἐξ ἀσθενείας τοῦ Θεοῦ τῶν Ἰουδαίων, ἀλλὰ διὰ τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ μιαιφονίαν αὐτῶν. A

Vers. 5. *Posuerunt signa sua, signa, et non cognoverunt, quasi in exitu desuper.* Unusquisque ordo militaris signo suo utitur, quod hastili infixum ante aciem præmittitur, ut cohors internascatur a cohorte : id vexillum appellamus. Hæc igitur vexilla, Romanorum acies ingredientes in Jerusalem fixerunt in exitu, hoc est, in portis civitatis ; quinimo et desuper ipsas portas. Abundat autem dictio, *Quasi*. Erexerunt autem hæc signa sua ; signa, hoc est, in signum victoriæ, ac pro tropæis : idque nondum ab iis cognitum fuerat, qui erant intus civitatem, eo quod circa solemnitatem occupati, nullis aliis rebus animum intendebant. Vel, *Non cognoverunt*, ipsi scilicet inimici, quo pacto ceperint civitatem. Id quippe ea ratione non accidit, quod Judæorum Deus impotens esset, aut infirmus, sed ob Christi cædem illos Deus pœnas luere permisit.

Ὡς ἐν δρυμῷ ξύλων ἀξίναις, ἐξέκοψαν τὰς θύρας αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό. Δρυμός ἐστιν ἡ ἐν δρεσι ξυλοφόρος ὕλη. Δίκην δρυμοῦ ξύλων, φησὶ, κατέκοψαν εἰς τὸ παντελὲς τὰς πύλας αὐτῆς. Τὸ δὲ Ἐπὶ τὸ αὐτό, Ὁμοῦ πάσας. B

Vers. 6. *Quasi in silva lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum.* Instar, inquit, silvæ lignorum, illius januas prorsus excidebant. *In idipsum*, id est, *una omnes.*

Ἐν πελέκει καὶ λαξευτηρίῳ κατέῤῥαξαν αὐτήν. Ἐν πελέκει μὲν τὰ στέγη καὶ τὰς θύρας τῶν οἰκιῶν τῆς πόλεως, καὶ ὅσα ἐν ξύλοις· ἐν λαξευτηρίῳ δὲ τοὺς τοίχους καὶ τὰ τείχη, καὶ ὅσα ἐν λίθοις· τὸ λαξευτήριον γὰρ λιθουργικόν ἐστιν ὄργανον, καὶ εἰς τὸ τέμνειν λίθους καὶ τοίχους καὶ τείχη, καὶ εἰς καθαιρεῖν ἐπιτήδειον· Κατέῤῥαξαν δὲ, ἀντὶ τοῦ Κατέβαλον.

In securi et vecte confregerunt eam. Securi quidem, tecta, ac domorum, et civitatis januas, et quæcunque alia lignea subvertebant, vecte vero murus, mœnia et lapides quæ libet. Vectis enim (seu, ut in Græca lectione habetur, λαξευτήριον) quoddam instrumenti genus est quod et ad incidendos lapides idoneum est, et ad mœnia diruenda ; *confregerunt* autem, hoc est, dejecerunt.

Ἐνεπύρισαν ἐν πυρὶ τὸ ἁγιαστήριόν σου. Ἁγιαστήριον τοῦ Θεοῦ τὸν ναὸν ὠνόμασεν, ὡς ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ εἴρηται. C

Vers. 7. *Incenderunt in igne sanctuarium tuum.* Per sanctuarium templum intelligit, quemadmodum in præcedenti psalmo diximus.

Εἰς τὴν γῆν ἐβεβήλωσαν τὸ σκήνωμα τοῦ ὀνόματός σου. Ἐβεβήλωσαν, ἤτοι βεβήλωσαν· καὶ ἀνοσίως κατέῤῥιψαν εἰς τὴν γῆν τὸν ναόν· ἀκριβῶς δὲ εἶπεν αὐτὸν σκήνωμα τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ· ἡ γὰρ οὐσία τοῦ Θεοῦ ἀπερίγραπτος. Τινὲς δὲ περιφραστικῶς τὸ, Τοῦ ὀνόματός σου, νενοήκασιν, ἀντὶ τοῦ, Σοῦ.

In terram profanaverunt tabernaculum nominis tui. —*Profanaverunt*, hoc est, profane atque impie illud solo æquarunt. Exquisito autem loquendi modo dicit, *Tabernaculum nominis* Dei. Nullum enim divinæ substantiæ tabernaculum esse potest, cum natura illa divina immensa sit et incircumscripta (unde eleganter *Tabernaculum nominis* Dei dixit) : Aliqui vero Prophetam dicunt circumlocutione uti, et *Tabernaculum nominis* Dei, pro Tabernaculo Dei dixisse.

Εἶπον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν αἱ συγγένειαι αὐτῶν ἐπὶ τὸ αὐτό. Εἶπον πρὸς ἀλλήλας ὁμοῦ πᾶσαι αἱ συγγένειαι τῶν ἐχθρῶν. Τὸ, Ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, ἀντὶ τοῦ, Ἀπὸ καρδίας, ὅλῃ καρδίᾳ καὶ πάσῃ προθυμίᾳ· τὸ γὰρ Δεῦτε, ἐμποδίζει νοεῖσθαι ἀντὶ τοῦ Διενοήσαντο ἐν ἑαυταῖς· εἰ μή τις τοῦτο οὐ συμβουλευτικὸν, ἀλλ' ἐπιῤῥηματικὸν ἐκλάβοι, ὡς τὸ, Ἄγε δή. Τί δὲ εἶπον, ἀκουσον. D

Vers. 8. *Dixerunt in corde suo cognationes eorum simul.* Omnes inimicorum cognationes mutuo inter se simul dixerunt. *In corde* autem *suo*, hoc est, ex toto corde, atque ex tota animi promptitudine. Dictio autem, *Venite*, quæ sequitur, vetat ne exponere possimus, *Dixerunt*, pro Cogitaverunt : nisi quis eam non in vim verbi (72), sed adverbialiter esse positam, dicat, pro, *Eia age*. Quid autem dixerint audi.

Δεῦτε, καὶ καταπαύσωμεν πάσας τὰς ἑορτὰς τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῆς γῆς. Τὰς νομικὰς λατρείας τοῦ Θεοῦ τούτου, ὃν Ἰουδαῖοι σέβουσι· τοῦτο δὲ κατορθώσομεν ἀφανίσαντες τοὺς νόμους, καὶ τὴν πολιτείαν, καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν. Ὃ δὴ καὶ τοῦ Θεοῦ συγχωρήσαντος πεποιήκασι.

Venite quiescere faciamus omnes festivitates Dei in terra. Omnes nimirum legales cultus ac cæremonias illius Dei, quem Judæi colunt, hoc autem perficiemus, si leges, ac mores, et rempublicam eorum deleverimus, quemadmodum permittente Deo effecerunt.

Τὰ σημεῖα αὐτῶν οὐκ εἴδομεν. Τὰ τεράστια ἃ

Vers. 9. *Signa eorum non videmus.* Miracula

Variæ lectiones.

(72) Græce, *non ad suadendum.*

Digitized by Google

scilicet quæ Judæi Deum suum olim in parentum suorum gratiarum operatum esse asserebant. Hæc enim miracula Romani milites, qui obsidebant Jerusalem, negant usquam se vidisse. Nihil hujusmodi, inquiunt, eorum Deus adversus nos operatus est.

A λέγουσι δι' αὐτοὺς θαυματουργῆσαι τὸν Θεὸν αὐτῶν, ἡμεῖς τίνες οἱ τούτους πολιορκήσαντες, οὐκ οἴδαμεν· οὐδὲν γὰρ τοιοῦτον καθ' ἡμῶν ἐνεργήθη.

Non est amplius Propheta. — *Amplius* pro *Deinceps*. Vere autem hoc a Propheta nostro ex illorum persona prædictum est : neque enim tunc ullus inter Judæos erat propheta, qui aut adversus Romanos prædicaret aut Judæos juberet confidere.

Οὐκ ἔστιν ἔτι προφήτης. Τὸ *ἔτι*, ἀντὶ τοῦ ἐξῆς. Καὶ ὄντως τοῦτο ἔλεγον· Οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς, φησὶ, προλέγων τι καθ' ἡμῶν, καὶ παραθαρρύνων αὐτούς.

Et nos non cognoscet amplius. Cumque nullus deinceps propheta futurus sit inter eos, consequenter nullus etiam ea amplius cognoscet, quæ ad nos pertinent, aut, quem exitum habitura sint. Et quod ait, *Amplius*, idem est quod In posterum.

Καὶ ἡμᾶς οὐ γνώσεται ἔτι. Καὶ μὴ ὢν λοιπὸν, οὐ γνώσεται τὰ καθ' ἡμᾶς ὅπως ἔξομεν· τὸ γὰρ *Ἔτι* τοῦτο, ἀντὶ τοῦ, Λοιπόν.

B

Vers. 10. *Usquequo, Deus, improbabit inimicus?* O Deus, usquequo te et nos pariter improbabit, quasi infirmos atque imbecilles?

Ἕως πότε, ὁ Θεὸς, ὀνειδιεῖ ὁ ἐχθρός; Ὦ Θεὸς, ὀνειδιεῖ δὲ ἡμᾶς καὶ σὲ, ὡς ἀσθενεῖς, ὁ ἐχθρός.

Irritabit adversarius nomen tuum in finem? Blasphema assidue adversus te verba proferet, atque ad iram te irritantia, tametsi tu et longanimis sis, atque illos ob eorum (73) delicta, multa hujusmodi facere permittas.

Παροξυνεῖ ὁ ὑπεναντίος τὸ ὄνομά σου εἰς τέλος. Βλασφημήσει μέχρι παντὸς, παροξυντικὰ ῥήματα κατ' αὐτοῦ φθεγγόμενος· εἰ καὶ σὺ μακροθυμεῖς, παραχωρῶν αὐτοῖς διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.

Vers. 11. *Ut quid avertis manum tuam et dexteram tuam de medio sinu tuo in finem?* Observandum est, quod hæc verba, *In finem*, quæ sæpius in præsenti psalmo posita sunt, perpetuam Judæorum abjectionem notant. Manum autem eamdem appellat quam et dexteram. Sinus autem Dei est bonorum omnium thesaurus, et manus dextera, illam operationem significat, quæ divina bona dispensat. Et sensus est : Quare bona tua nobiscum jam non participas, ut olim agebas? et est metaphoricus sermo, tractus ab iis qui sinum habuerunt multiplicibus bonis plenum, unde certo tempore amicis largiebantur. Nam si irasci eos contingat, manum a sinu avertent, nec illuc amplius eam mittent, ut consueta amicis bona largiantur.

Ἵνα τί ἀποστρέφεις τὴν χεῖρά σου καὶ τὴν δεξιάν σου ἐκ μέσου τοῦ κόλπου σου εἰς τέλος; Παρατηρητέον τὸ *Εἰς τέλος*, ὅπως πολλαχοῦ τοῦ ψαλμοῦ κείμενον ὑποφαίνει τὴν διηνεκῆ τῶν Ἰουδαίων ἀποβολήν. Τὴν αὐτὴν δὲ χεῖρα λέγει καὶ δεξιάν· καὶ κόλπος μὲν ἂν εἴη Θεοῦ ὁ τῶν ἀγαθῶν θησαυρός· χεὶρ δὲ δεξιὰ ἡ τῶν ἀγαθῶν ἐνέργεια μεταδοτική. Ἔστι δὲ ὁ νοῦς τοῦ ῥητοῦ, ὅτι, Διατί τῶν ἀγαθῶν οὐ μεταδίδως ἡμῖν, ὡς πρότερον; Μεταφορικὸς δὲ ὁ λόγος· ὥσπερ εἴ τις πεπληρωμένον ἔχων τῶν ἀγαθῶν τὸν κόλπον, καὶ μέχρι καιροῦ μεταδιδούς τισιν, εἶτα ὀργισθεὶς, ἀποστρέφει ἀπὸ τοῦ κόλπου τὴν μεταδιδοῦσαν χεῖρα, μηκέτι τῶν ἀγαθῶν ἁπτόμενος πρὸς μετάδοσιν.

C

Vers. 12. *Deus autem Rex noster ante sæculum.* — *Ante sæculum* improprie dixit, pro, A principio. Quo pacto enim ante sæculum Rex esse potuit creaturæ, cum nulla adhuc sensibilis esset creatura? Vel per sæculum, præsentem vitam intellige, ut sit sensus : Ante vitam nostram, seu a progenitoribus nostris Deus Rex fuit generationis nostræ. Libenter autem illius meminit, eo quod in memoriam revocet eumdem hunc Deum esse, qui progenitorum suorum tempore multa in eorum gratiam miracula operatus est.

Ὁ δὲ Θεὸς βασιλεὺς ἡμῶν πρὸ αἰῶνος. Τὸ, *Πρὸ αἰῶνος*, οὐκ ἔστι κυριολεξία, ἀλλὰ κατάχρησις, ἀντὶ τοῦ Ἐξαρχῆς. Πῶς γὰρ πρὸ τῶν αἰώνων, μήπω τῆς αἰσθητῆς κτίσεως παραχθείσης, ἦν βασιλεὺς τοῦ γένους ἡμῶν; Ἢ αἰῶνα νοήσεις τὴν ἐνεστῶσαν ζωὴν, ἵν' εἴη, ὅτι Πρὸ τῆς ἡμετέρας ζωῆς, εἴτουν ἐκ προγόνων, ἦν βασιλεὺς τοῦ γένους ἡμῶν. Ἀναμιμνήσκει δὲ ὥσπερ τὸν Θεὸν τὸν πάλαι γεγενημένων τεραστίων εἰς τοὺς προγόνους αὐτῶν.

D

Operatus est salutem in medio terræ. In medio terræ dixit pro, Palam atque in omnium hominum conspectu : et in specie libertatem Judæis præstitam intelligit ab Ægyptiaca servitute.

Εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς. Τὸ, *Ἐν μέσῳ τῆς γῆς*, ἀντὶ τοῦ Ἐν μέσῳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν φανερῷ. Λέγει δὲ σωτηρίαν τὴν ἐκ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δουλείας ἐλευθερίαν τῶν Ἰουδαίων.

Vers. 13. *Tu roborasti in potentia tua mare.* Hoc est, Tu divisas maris Rubri partes solidasti. *Murus*

Σὺ ἐκραταίωσας ἐν τῇ δυνάμει σου τὴν θάλασσαν. Ἐστερέωσας τὰ διαιρεθέντα μέρη τῆς

Variæ lectiones.

(73) Græce *nostra*.

Digitized by Google

Ἐρυθρᾶς. Τεῖχος γὰρ, φησὶν, ἐκ δεξιῶν καὶ τεῖχος ἐξ εὐωνύμων, τῇ σῇ δυνάμει τὸ ῥοῦδες αὐτῶν συνεσχέθη παγέν.

Σὺ συνέτριψας τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος. Δράκοντας μὲν ὀνομάζει τοὺς Αἰγυπτίους διὰ τὴν πονηρίαν, κεφαλὰς δὲ αὐτῶν τοὺς ἀποσταλέντας ὀπισθεν τῶν Ἰσραηλιτῶν, καὶ ταξιάρχας, καὶ λοχαγοὺς, ὡς ἄρχοντας· ἄρχει γὰρ ἡ κεφαλὴ τῶν ἄλλων μερῶν· οἱ πάντες, ἐπικλύσαντος αὐτοὺς τοῦ ὕδατος, συντρίβησαν, εἴτουν ἀπώλοντο.

Σὺ συνέθλασας τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος. Δράκοντα ἑνικῶς τὸν Φαραὼ φησι, θλάσιν δὲ κεφαλῆς τὴν συντριβὴν τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ.

Ἔδωκας αὐτὸν βρῶμα λαοῖς τοῖς Αἰθίοψιν. Αἰθίοπες γὰρ, ὅμοροι τοῖς Αἰγυπτίοις ὄντες, καὶ κῆλαι τούτοις ἐπιβουλεύοντες, ἐπεὶ τὴν τοιαύτην αὐτῶν εἶδον συντριβὴν, ἐπιδραμόντες ἐλῄσαντο τὴν Αἴγυπτον, καὶ τοὺς ὑπολοίπους ἐν στόματι μαχαίρας κατέφαγον. Ἔδωκας δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἐξέδωκας. Διὰ δὲ τοῦ Φαραὼ καὶ πᾶσαν τὴν ὑπ' αὐτὸν χώραν ὑποσημαίνει.

Σὺ διέῤῥηξας πηγὰς καὶ χειμάῤῥους. — Διέῤῥηξας, Ἀνέῳξας. Λέγει δὲ τὸ ἀπὸ τῆς πέτρας ἐν ἐρήμῳ ῥυὲν ὕδωρ. Καὶ πηγὰς μὲν εἶπε διὰ τὴν βλύσιν· χειμάῤῥους δὲ διὰ τὸ σφοδρὸν τῆς φορᾶς. Πληθυντικῶς δὲ ἅμφω, κατὰ συνήθειαν τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου. Ὁ γὰρ Σύμμαχος καὶ Ἀκύλας ἑνικῶς ἐξέδωκαν.

Σὺ ἐξήρανας ποταμοὺς Ἠθάμ. Τὸ Ἠθὰμ Ἀρχαίους ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος. Λέγει δὲ καὶ τοὺς τῶν Σοδόμων καὶ Γομόῤῥων, οὓς ὁ Θεὸς ἀπετέφρωσε διὰ τὴν τούτων παρανομίαν. Ἢ ἁπλῶς φησιν, ὅτι Σὺ ἀνέῳξας μὲν ὕδατα νέα· ἐξήρανας δὲ παλαιὰ, ἐν οἷς ἠθέλησας τόποις. Ἡσύχιος δὲ ὁ Πηλουσιώτης τὸ Ἠθὰμ, ὄνομα τόπου φησὶν, οὐ πόῤῥω τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὃν ποταμοὶ πρὶν ἀρδεύοντες, ὕστερον ὑπὸ τῆς ἁλώσεως τῆς ὑπὸ Ῥωμαίων καὶ αὐτοὶ ἐξηράνθησαν ἐκ θεομηνίας.

Σή ἐστιν ἡμέρα, καὶ σή ἐστιν ἡ νύξ. Ἀπὸ τῶν ἰδικῶν παραδοξοποιῶν ἐπὶ τὰς κοινὰς τὸν λόγον προήγαγεν. Σὸν ποίημα, φησὶν, ἡ ἡμέρα καὶ ἡ νὺξ, καὶ τῷ σῷ προστάγματι δουλεύουσιν.

Σὺ κατηρτίσω φαῦσιν καὶ ἥλιον. Φαῦσιν τὴν ἀνατολὴν τῆς ἡμέρας, ἤτοι τὸν ὄρθρον. Κατηρτίσω δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἐποίησας· διὰ δὲ τοῦ ἡλίου καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας ἠνίξατο.

Σὺ ἐποίησας πάντα τὰ ὡραῖα τῆς γῆς. Ὡραῖα τοὺς ἐτησίους καρποὺς· Ὦρος γὰρ τὸ ἔτος. Καὶ τινὲς μὲν ἀντὶ τοῦ *Τὰ ὡραῖα*, *Τὰ ὄρια* γράφουσιν, εἴτουν τοὺς ὅρους· ἄμεινον δὲ τὸ *Τὰ ὡραῖα*, καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ ἑξῆς ῥητοῦ

A enim, inquit, *a dextris, et murus a sinistris* [71], potentia nimirum tua concretus est, qui aquarum defluxum continuit.

Vers. 14. *Tu contrivisti capita draconum in aquis.* Per dracones, Ægyptios intelligit, ob summam eorum pravitatem : et per draconum capita, eos milites, tribunos, centuriones et duces, qui a Pharaone missi sunt ad persequendum populum Israel : qui plebis comparatione, ut digniores, capita appellari poterant (74). Hi omnes igitur inundante aqua contriti sunt, et perierunt.

Tu confregisti caput draconis. Per draconem singulari sermone, Pharaonem intelligit, et per confractionem capitis, regni atque imperii ejus imminutionem.

B *Dedisti eum escam populis Æthiopum.* Æthiopes finitimi sunt Ægyptiis. Hi autem populi inimicitias olim inter se exercebant, et mutuo alter alteri tendebat insidias. Æthiopes igitur, perspecta Ægyptiorum clade, excursiones fecerunt, Ægyptumque deprædati sunt, et reliquos omnes qui superfuerant in ore gladii comederunt. Per Pharaonem autem, omnes alias regiones denotat ei subjectas.

Vers. 15. *Tu dirupisti fontes et torrentes.* — *Dirupisti* dicit pro Dedisti. Illam autem aquam intelligit, quæ de petra fluxit in deserto. Et fontes quidem ideo appellavit, quia aquæ illæ fontis instar scaturirent : torrentes vero ob fluxus vehementiam : utrumque autem plurali numero dixit, juxta C Hebraicæ linguæ usum. Aquila autem et Symmachus singularem numerum servarunt.

Tu siccasti fluvios Etham. Symmachus pro *Etham*, *Antiquos* reddidit : Sodomæque, et Gomorrhæ fluvios et fontes intelligit, quos ob eorum peccata Deus in cinerem redegit. Vel simpliciter : Tu dedisti nobis, inquit, novas aquas, tu antiquas siccasti, utcunque tibi placitum est. Isidorus vero Pelusiotes, Etham dicit loci nomen esse, non procul a Jerusalem, qui fluminibus olim irriguus, post eversionem Jerusalem a Romanis factam, ob Dei iram illis omnibus prorsus exsiccatus est.

Vers. 16. *Tuus est dies, et tua est nox.* Cum a particularibus et privatis quibusdam rebus cœpisset Deum laudare, nunc sermonem vertit ad com- D munia : Dies, inquit, et nox a te sunt creata, atque, ut famuli, tuo inserviunt mandato.

Tu perfecisti auroram et solem. Per auroram diei ortum seu diluculum ipsum intelligit. *Perfecisti* autem, id est fecisti : et per solem cæteras omnes stellas significavit.

Vers. 17. *Tu fecisti omnes fruges terræ.* Per fruges juxta Græci nominis etymologiam annuos fructus intelligit. Quidam vero non *Fruges* sed *Terminos* legendum esse asseverant (et lectionis varietas ex dictionum Græcarum vicinitate est orta) ; melior tamen lectio videtur quæ habet *Fruges*, ut ex sequentibus demonstrabitur.

[71] Exod. xiv, 22.

Variæ lectiones.

(73) Ad verbum *et tribunos, et centuriones, ut imperantes. Imperat enim caput reliquis membris.*

Digitized by Google

Æstatem et ver tu plasmasti ea. Harum enim frugum aliæ vere nascuntur, aliæ æstate, aliæ etiam ipsa æstate perficiuntur. Harum autem duarum anni partium tantum meminit, quasi cum his aliæ simul comprehendantur. Dictio autem, *ea*, abundat. Vel sic legi potest : Tu plasmasti ea, æstatem nimirum, et ver. Indifferenter etiam æstatem, priusquam ver commemoravit.

Θέρος καὶ ἔαρ σὺ ἔπλασας αὐτά. Τούτων γὰρ τῶν ὡραίων τὸ μὲν ἔαρ γεννητικὸν, τὸ δὲ θέρος τελειωτικόν. Διὸ καὶ τῶν δύο μόνον ὡρῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐμνημόνευσε, τῶν ἄλλων δύο συμπεριλαμβανομένων τούτοις, ὡς μερῶν αὐτοῦ καὶ αὐτῶν. Τὸ δὲ Αὐτὰ, παρέλκον · εἰη δ' ἂν ἡ σύνταξις καὶ οὕτως · Σὺ ἔπλασας αὐτὰ, τὸ θέρος καὶ τὸ ἔαρ. Ἀδιαφόρως δὲ πρῶτον ἔταξε τὸ θέρος.

VERS. 18. *Memor esto hujus.* In principio psalmi dixit : *Memento congregationis tuæ, quam possedisti ab initio ;* idem igitur nunc repetit.

Μνήσθητι ταύτης. Ἐν προοιμίοις τοῦ ψαλμοῦ εἶπεν · Μνήσθητι τῆς συναγωγῆς σου ἧς ἐκτήσω ἀπ' ἀρχῆς, τὸ αὐτὸ καὶ νῦν ἐπανέλαβεν.

Inimicus exprobravit Dominum. Titus nimirum, vel Romanorum exercitus.

Ἐχθρὸς ὠνείδισε τὸν Κύριον. Ὁ Τίτος, ἢ ὁ Ῥωμαίων στρατός.

Et populus insipiens irritavit nomen tuum. De eisdem rursus loquitur, qui non recte de Deo sentiebant. De verbo, *Irritavit*, diximus paulo superius.

Καὶ λαὸς ἄφρων παρώξυνε τὸ ὄνομά σου. Τοὺς αὐτοὺς πάλιν λέγει μὴ φρονοῦντας περὶ Θεοῦ ὀρθῶς. Περὶ δὲ τοῦ *Παρώξυνε* μικρὸν ἀνωτέρω προείρηται.

VERS. 19. *Ne tradas feris animam confitentem tibi.* Prævidens Propheta ea quæ Judæis eventura erant, fundit preces ad Deum, ne Judæorum populum in Romanorum potestatem tradat, quos ob summam sævitiam feras appellat. Per animam vero hominem intelligit, veluti totum a parte, ut alibi diximus. *Confitentem* autem, hoc est, gratias agentem.

Μὴ παραδῷς τοῖς θηρίοις ψυχὴν ἐξομολογουμένην σε. Προεωρακὼς τὰ κατὰ τῶν Ἰουδαίων ὁ Προφήτης, ἱκετεύει μὴ παραδοθῆναι αὐτοὺς τοῖς Ῥωμαίοις · οὓς θηρία καλεῖ διὰ τὴν ἀγριότητα καὶ ἀπανθρωπίαν. Ἀπὸ τῆς ψυχῆς δὲ τὸν ἄνθρωπον ἐδήλωσεν, ὡς ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν, καθὼς προειρήκαμεν. Ἐξομολογουμένην δὲ, ἀντὶ τοῦ, εὐχαριστοῦσάσοι.

Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. Indifferenter Propheta quartum atque secundum casum apponit verbo *Obliviscaris :* et per animas pauperum circumloquendo ipsos pauperes intelligit. Pauperum vero animas dixit, ut hujusmodi sermone ad majorem Deum misericordiam excitaret. Eosdem etiam Judæos pauperes appellat, eo quod ob Romanorum obsidionem in summa erant rerum omnium necessitate constituti.

Τὰς ψυχὰς τῶν πενήτων σου μὴ ἐπιλάθῃ εἰς τέλος. Ἀδιάφορον τὸ Μὴ ἐπιλάθῃ. Τὰς δὲ ψυχὰς τῶν πενήτων, ἀντὶ τοῦ, Τοὺς πένητάς σου, περιφραστικῶς, ἢ καὶ ἐλεεινολογικῶς. Πένητας δὲ αὐτοὺς πάλιν καλεῖ τοὺς Ἰουδαίους. ὡς τηνικαῦτα εἰς πᾶσαν ἔνδειαν ὑπὸ τῆς ἔξωθεν πολιορκίας τῶν παρακαθημένων ἐχθρῶν καταστησομένους.

VERS 20. *Respice in testamentum tuum.* (Dictio Græca διαθήκη et *testamentum* significat et *pactum* seu *fœdus.*) De pacto igitur loquitur, quod pepigit Deus cum Abraham, et cum aliis progenitoribus, quemadmodum in præcedenti psalmo diximus, ibi : *Ecce generationi filiorum tuorum fœdera rupisti.* Noli igitur pacta, quæ nobiscum habes, despicere.

Ἐπίβλεψον εἰς τὴν διαθήκην σου. Ἣν διέθου τῷ Ἀβραὰμ καὶ τοῖς προγόνοις ἡμῶν · ὡς κατὰ τὸν προλαβόντα ψαλμὸν ἐν τῷ, Ἰδοὺ τῇ γενεᾷ τῶν υἱῶν σου ἃ συντέθηκας, προδιελάβομεν · καὶ μὴ παρίδῃς ταύτην.

Quoniam obscurati terræ, repleti sunt domibus iniquitatum. Quoniam terreni homines Judæi, quos *obscuratos terræ* appellavit, veluti propriis passionibus atque affectibus obtenebratos, impleti sunt domibus iniquitatum, hoc est, multitudine ac copia delictorum. *Iniquitatum* enim *domos* hic dixit, quasi amplam quamdam mensuram : ad summam videlicet copiam denotandam. Simili enim loquendi modo uti solemus, quando aliquem frugum aut alterius rei copiam habere indicamus, verbi gratia : Ille domos frumenti habet (aut domos olei).

Ὅτι ἐπληρώθησαν οἱ ἐσκοτισμένοι τῆς γῆς οἴκων ἀνομιῶν. Ὅτι τὰ ἐσκοτισμένα κτήματα τῆς γῆς, εἴτουν οἱ Ἰουδαῖοι ἐκοτισμένοι τοῖς πάθεσιν, ἐπληρώθησαν οἴκων ἀνομιῶν · τουτέστι, πλήθους ἀνομιῶν. Τὸ γὰρ *οἴκων*, ἀντὶ τοῦ πλήθους ἔλαβεν, ὡς μέτρον· καθάπερ ὅτε δηλῶσαι πλῆθος σίτου θέλοντες λέγομεν · Ὁ δεῖνα ἔχει οἴκους σίτου.

VERS. 21. *Non convertatur humiliatus confusus.* Tuus, inquit, populus, qui in hoc obsidionis tempore tibi supplicationes porrigit, non avertatur, quæso, a te humiliatus, et confusus, dum non exauditur.

Μὴ ἀποστραφήτω τεταπεινωμένος κατῃσχυμμένος. Ὁ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς πολιορκίας παρακαλῶν σε λαός · τεταπεινωμένος δὲ καὶ κατῃσχυμμένος ἐν μὴ εἰσακούεσθαι.

Inops et pauper laudabunt nomen tuum. Populus de quo supra diximus, ibi : *Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.* Judæi, inquit, perpetuo laudabunt te si eos salvaveris, non sic autem inimici.

Πτωχὸς καὶ πένης αἰνέσουσι τὸ ὄνομά σου. Ὁ δηλωθεὶς ὁ λαός σου, ὡς ἀνωτέρω μικρὸν ἐν τῷ, Τὰς ψυχὰς τῶν πενήτων σου, προειρήκαμεν. Οἱ Ἰουδαῖοι, φησὶν, αἰνέσουσι σωθέντες, καὶ οὐχ οἱ πολέμιοι.

Digitized by Google

Ἀνάστα, ὁ Θεὸς, δίκασον τὴν δίκην σου. Δίκη γὰρ συνέστη μέσον σοῦ καὶ τῶν ἐχθρῶν, ἡ περὶ ὕβρεως. Οὐκ ἦρκει γὰρ αὐτοῖς ἡ κατὰ τοῦ λαοῦ μανία, ἀλλὰ προσέτι καὶ σὲ διέβαλλον, ὡς ἀσθενῆ. Ἢ καὶ ἄλλως· Ἡ τοῦ λαοῦ σου δίκη σή ἐστιν. A

Μνήσθητι τοῦ ὀνειδισμοῦ σου τοῦ ἄφρονος ὅλην τὴν ἡμέραν. Ἄφρονα τὸν Τίτον καὶ πάντα στρατιώτην αὐτοῦ καλεῖ. Καὶ ἀνωτέρω δὲ εἴρηκεν, ὅτι *Καὶ λαὸς ἄφρων παρώξυνε τὸ ὄνομά σου. — Τοῦ ὀνειδισμοῦ* δὲ τοῦ *ὅλην τὴν ἡμέραν*, ἀντὶ τοῦ Ἀεὶ γινομένου.

Μὴ ἐπιλάθῃ τῆς φωνῆς τῶν οἰκετῶν σου. Τῶν ἱκετευόντων σε κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ὡς ἔφημεν. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, *τῶν ἱκετῶν σου*, γράφουσιν. B

Ἡ ὑπερηφανία τῶν μισούντων σε ἀνέβη διὰ παντός.— Ἀνέβη, τουτέστιν ὑψώθη, ἐκορυφώθη· ἢ ἀνέβη ἐνώπιόν σου. Σκόπει δὲ ὅπως οὐδεμία τις ἀγαθῶν ἐπαγγελία τοῖς ῥητοῖς τούτοις ἐπισυνῆπται, καθάπερ ἐφ' ἑτέρων ψαλμῶν. Ἀλλ' οὕτω μὲν κατὰ τὴν Ἑβραίων ἐκδοχήν. Ἀληθέστερον δὲ τὰ ἀπὸ τοῦ στίχου τοῦ λέγοντος· *Εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς*, καὶ τὰ ἑξῆς, εἰς τὸν Χριστὸν ἀνάγονται. Ὄντως γὰρ εἰργάσατο σωτηρίαν, ἀνανθρωπήσας, καὶ τῆς πλάνης ἐλευθερώσας ἡμᾶς, καὶ ὑποδείξας τὴν τῆς σωτηρίας ὁδόν. Τὸ δὲ *Ἐν μέσῳ τῆς* C *γῆς*, ἀντὶ τοῦ Ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Τινὲς δὲ καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα μέσον τῆς γῆς φασι διακεῖσθαι. Ἐκραταίωσε δὲ καὶ τὴν θάλασσαν, ὅ ἐστι κραταιὸν κατὰ τῶν δαιμόνων ἐποίησε τὸ ὕδωρ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Θάλασσαν γὰρ τοῦτο καὶ Μιχαίας ἐκάλεσεν, εἰπὼν πρὸς Θεόν· *Καταδύσεις τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης*. Θάλασσαν δὲ ὡς ὑποδεχόμενον τοὺς ῥύπους τῆς ψυχῆς τῶν βαπτιζομένων, καὶ ὡς ἀποκαθαῖρον· καὶ ὡς μέγιστον διὰ τὴν χάριν, καθὼς ἡ θάλασσα διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὑδάτων. Καὶ δράκοντες μὲν ἂν εἶεν οἱ δαίμονες· δρακὼν δὲ ὁ ἄρχων αὐτῶν διάβολος, ὧν τὰς κεφαλὰς συνέτριψε, καὶ συνέθλασεν ἐν τῷ ὕδατι τοῦ βαπτίσματος. Κεφαλαὶ δὲ τούτων εἰσὶν αἱ ἁμαρτίαι· ἐν ταύταις γὰρ D τὸν φθοροποιὸν ἰὸν ἐναποτεθησαυρισμένον ἔχουσιν. Ὧν διαφθαρεισῶν ὑπὸ τοῦ βαπτίσματος, οὐκ ἔτι ζῶσιν ἐν ἡμῖν οἱ τοιοῦτοι δράκοντες. Λαοὶ δὲ Αἰθιόπων οἱ μεμελανωμένοι πρὶν τὰς ψυχὰς τῷ ῥύπῳ καὶ τῷ κάπνῳ τῆς ἁμαρτίας· οἷς βρῶμα, εἴτουν παρανάλωμα, γίνεσθαι δέδωκε τὸν νοητὸν δράκοντα, μετὰ τὸ βάπτισμα δηλονότι· *διέῤῥηξε* δὲ, ἤτοι ἀνέδωκε πηγὰς καὶ χειμάῤῥους διδασκαλίας πνευματικῆς ἐν τῇ πρὶν ἐρήμῳ οἰκουμένῃ τῶν ἐθνῶν· πηγὰς μὲν διὰ τὸ ἀένναον, καὶ καθαρὸν, καὶ ἡδιστον, χειμάῤῥους δὲ, ὡς ἐν τῷ λε' ψαλμῷ προείρηται· ποταμοὶ δὲ Ἠθὰμ αἱ ἐν Ἰουδαίοις προφητεῖαι αἱ ἀρχαῖαι, ὅσον πρὸς τὰς ἐν Χριστιανικῇς νέας· ἐξη-

Vers. 22. *Exsurge, Deus, judica causam tuam.* Causa autem quæ vertebatur inter Deum, et inimicos Romanos, de contumelia erat in Deum illata. Neque enim illis satis fuerat furere adversum populum, sed Deum insuper infirmum, atque imbecillem improperabant. Vel aliter : Causam populi tui dicere possumus causam tuam.

Memor esto opprobrii tui, quod ab insipiente fit tota die. Per insipientem, Titum intelligit, et quemlibet ex Romanis militibus, sicuti et superius dixit : *Et populus insipiens irritavit nomen tuum. Opprobrii* autem *tui tota die*, hoc est, quod assidue fit adversus te.

Vers. 23. *Ne obliviscaris voces servorum tuorum.* Qui illo tempore tibi preces porrigent, ut diximus. Quædam autem exemplaria non *servorum* habent, sed *supplicum* (orta nimirum lectionis varietate ob Græcarum dictionum vicinitatem, quam tum in prolatione habent, tum in Scriptura.)

Superbia eorum, qui oderunt te, ascendit semper. — *Ascendit* pro Exaltata est, atque in sublime elevata. Vel ascendit semper coram te. Illud autem considera, quomodo his dictis nulla promissio aut spes bonorum conjuncta est, et nulla melioris fortunæ spes eis data, quemadmodum alias semper fit in aliis psalmis. Et hæc quidem expositio ita a nobis relata est, prout ab ipsis traditur Judæis. Verior tamen expositio est, ut ab illo versiculo : *Operatus est salutem in medio terræ.* Omnia, quæ sequuntur, referamus ad Christum, qui Incarnatione sua salutem nobis vere operatus est, a pristino nos errore liberans, et salutis viam ostendens. *In medio* autem *terræ*, id est, in omni terra : tametsi aliqui in ipsa intelligant dici Jerusalem, quam in medio terræ sitam esse asserunt. Roboravit autem Christus mare, qui sacri baptismatis aquam validam, atque efficacem reddidit, adversus omnes dæmonum conatus. Nam et Michæas propheta, mare illud appellavit, ad Deum dicens : *Tu peccata nostra in profunda maris demerges* [23]. Mare autem baptisma appellatur, eo quod animarum sordes, quæ illic baptizantur, recipit, et quia purgat, et quia non secus gratiarum ac charismatum copia abundat, quam mare undarum ac fluctuum multitudine. Et dracones quidem dici possunt dæmones. Draco autem, eorum princeps diabolus. quorum capita, hoc est, quorum peccata Dominus contrivit, et confregit in aqua baptismatis. In his etenim capitibus mortiferum omne repositum est venenum. His igitur capitibus, hoc est, his peccatis per baptismatis aquam perditis, ac deletis, nulli amplius in nobis vivent dracones. Populi vero Æthiopum ii sunt, qui caligine ac sordibus peccati animas olim nigrantes habebant : ipsæ nimirum gentes, quibus draconem illum Deus post baptisma in cibum, hoc est, in consumptionem dedit ; *Dirupit* etiam, hoc est, præbuit Deus fontes, et tor-

[23] Mich. VII, 19.

Digitized by Google

rentes spiritualis doctrinæ, in gentilis populi terra, quæ prius deserta erat; et fontes quidem dicit, ob perpetuitatem, puritatem et suavitatem fluxus; torrentes vero ea ratione quam diximus in psalmo XXXV; flumina autem Etham, antiquæ Judæorum sunt prophetiæ, quæ aridæ sunt, si ils comparentur quæ fidelibus Christianis sunt traditæ. Exsiccata autem dicuntur hæc flumina, quoniam, ut diximus, defecerunt prophetæ: atque hoc ob summam Judæorum pravitatem a Deo permissum est. Quæ sequuntur Christum universæ creaturæ factorem, et Dominum esse demonstrant. Memor autem esto hujus congregationis, novæ scilicet, et non illius antiquæ. Inimicus autem Judæus et gentilis, Christum exprobravit, quasi Deus non sit, quin imo etiam quasi impotens sit: multa alia etiam contumeliose in eum dixerunt, et illius nomen irritarunt. Per *Feras* etiam, Judæos, gentiles, et dæmones intellige; et per *Pauperes*, ipsos fideles, qui relictis omnibus Christum secuti sunt, ut in IX psalmo diximus. Testamentum autem seu pactum illud intellige, quod a Christo dispositum est ad apostolos; et illud præ cæteris: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi* [93]. Per *Obscuratos* autem *terræ*, omnes in universum infideles intellige, qui splendescentes veritatis radios cernere nequeunt: et quæ sequuntur simili modo accommodari poterunt, si recte disquiras.

ράνθησαν γὰρ διὰ τὴν κακίαν αὐτῶν, ἐπιλειφθέντων τῶν προφητῶν. Τὰ δὲ ἑξῆς δεικνύουσι τὸν Χριστὸν ποιητὴν καὶ Κύριον τοῦ παντός. Μνήσθητι δὲ ταύτης τῆς συναγωγῆς τῆς νέας, καὶ μὴ ἐκείνης τῆς παλαιᾶς. Ἐχθρὸς δὲ ὠνείδισε τὸν Χριστὸν, ὁ Ἰουδαῖος· καὶ Ἕλλην ὡς μὴ ὄντα Θεὸν, καὶ ὡς ἀσθενῆ, καὶ ὅσα ὑβριστά· καὶ λαὸς ἄφρων, ὁ Ἰουδαϊκὸς καὶ Ἑλληνικός· θηρία δὲ οἵ τε Ἰουδαῖοι, καὶ Ἕλληνες, καὶ οἱ δαίμονες· πένητες δὲ οἱ Χριστιανοὶ, ὡς καταλιπόντες πάντα καὶ ἀκολουθήσαντες τῷ Χριστῷ, καὶ ἁπλῶς· ὡς ἐν τῷ θ' ψαλμῷ προείρηται. Διαθήκη δὲ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἄλλα μὲν περὶ βοηθείας, ἔτι δὲ καὶ τὸ, *Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας*. Ἐσκοτισμένοι δὲ τῆς γῆς πάντες κοινῶς οἱ ἄπιστοι, μὴ δυνάμενοι ἰδεῖν τὸ φέγγος τῆς ἀληθείας. Καὶ τὰ ἑξῆς ἁρμόσεις ὁμοίως· ὀρθῶς ἐξεταζόμενα.

In finem ne corrumpas ipsi David Psalmus Asaph.

Εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρῃς τῷ Δαβὶδ εἰς (75) τιλογραφίαν. Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ.

PSALMUS LXXIV.

ΨΑΛΜΟΣ ΟΔ'.

Hoc psalmo futurum prædicitur in mundi consummatione justum Dei judicium, delinquentium nimirum supplicia, et justorum præmia. Atque ideo universos homines, in vitæ finem aspicere jubet, ne scipsos propriis peccatis perdant. Aliqui, *Ne corrumpas*, exponunt, pro *ne pecces*, *ne delinquas*. De Asaph, et de reliqua inscriptione diximus in proœmio operis. Conscriptus vero est hic psalmus ex eorum persona, qui captivi erant in Babylone.

Προρρήσιν ἔχων ὁ ψαλμὸς τῆς ἐν συντελείᾳ τοῦ κόσμου δικαίας τοῦ Θεοῦ κρίσεως, καὶ τιμωρίας μὲν τῶν ἁμαρτωλῶν, τιμῆς δὲ τῶν δικαίων, παραγυᾶται πάντας εἰς τὸ τέλος τῆς ζωῆς ὁρᾶν, καὶ μὴ διαφθείρειν ἑαυτὸν ταῖς ἁμαρτίαις· τινὲς δὲ τὸ, *Μὴ διαφθείρῃς*, *Μὴ ἁμάρτῃς* εἶπον. Περὶ δὲ τοῦ Ἀσὰφ καὶ τῆς ἄλλης ἐπιγραφῆς εἰρήκαμεν ἐν τοῖς προοιμίοις τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν. Συντέθειται δὲ καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς προσώπῳ τῶν ἐν Βαβυλῶνι δορυαλώτων.

Vers. 2. *Confitebimur tibi, Deus, confitebimur tibi.* Ubi, inquit, a servitutis jugo, quo premimur fuerimus liberati, tunc summas tibi agemus gratias. Illa autem repetitio verbi *Confitebimur*, intensionem quamdam aut certitudinem significat gratiarum actionis.

Ἐξομολογησόμεθά σοι, ὁ Θεὸς, ἐξομολογησόμεθά σοι. Εὐχαριστήσομέν σοι, ἐλευθερωθέντες τῆς δουλείας. Ἡ δὲ ἀναδίπλωσις τοῦ Ἐξομολογησόμεθα, ἐπίτασιν, ἢ βεβαίωσιν παρίστησι τῆς εὐχαριστίας.

Et invocabimus nomen tuum. In auxilium nostrum illud nomen tuum invocabimus, quod ab inimicis exprobratum est. Ego autem hæc verba congruere magis puto iis qui in Christum crediturі erant, a quibus Christi nomen invocatum est, quique Christiani nomine dicti sunt.

Καὶ ἐπικαλεσόμεθα τὸ ὄνομά σου. Καὶ εἰς βοήθειαν ἐπικαλεσόμεθα τὸ ἐξονειδισθὲν παρὰ τῶν ἐχθρῶν ὄνομά σου. Ἐγὼ δὲ τοῖς μέλλουσιν εἰς Χριστὸν πιστεῦσαι προσήκειν ἡγοῦμαι τὸν λόγον, οἷς ἐπεκλήθη τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, Χριστιανοῖς προσαγορευθεῖσιν.

Vers. 3. *Narrabo omnia mirabilia tua.* Hujusmodi verba etiam habentur in psalmo IX.

Διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. Οὗτος κεῖται ὁ στίχος καὶ ἐν τῷ θ' ψαλμῷ.

Cum accepero tempus, ego rectitudines judicabo. Quidam simul cum præcedenti versiculo conjungunt verba illa: *Cum accepero tempus*; ut ordo sit:

Ὅταν λάβω καιρὸν, ἐγὼ εὐθύτητας κρινῶ. Τὸ Ὅταν λάβω καιρὸν, τινὲς τῷ προλαβόντι στίχῳ συνάπτουσι, λέγοντες· Τότε διηγήσομαι πάντα τὰ

[93] Matth. XXVIII, 20.

Variæ lectiones.

(75) Τιλογραφία quid sit, plane non video. Nam a τίλος quidem, noverint qui Græce sciunt quam concinnus sensus erui possit. An legendum στηλογραφίαν, quasi hic Psalmus in cippo incidendus esset? Nihil de hoc interpres, prope de ipsa interpunctione explicanda sollicitus. An quid aliud? Digladientur eruditi.

Digitized by Google

θαυμάσιά σου, ὅτε λάβω καιρὸν τοῦ διηγεῖσθαι, τουτέστιν, ὅταν ἀπαλλαγῶ τῶν πολεμίων. Ἄμεινον δὲ τῷ ἑξῆς στίχῳ συντάττεσθαι· εἰσάγεται γὰρ ὡς ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ τὸ ῥητὸν, λέγοντος· Μὴ ὀλιγοψυχεῖτε περὶ τῶν ἐθνῶν. Ὅταν γὰρ λάβω καιρὸν τῆς κρίσεως, δικαίως κρινῶ καὶ τοὺς ἀδικοῦσι, καὶ τοὺς ἀδικουμένους· τὸ δὲ, Λάβω, ληπτέον εὐσεβῶς, ὅτι οὐ παρὰ ἑτέρου, ἀλλὰ παρ' ἑαυτοῦ, ὡς Θεὸς, ἢ καὶ ὡς ἄνθρωπος παρὰ τῆς θεότητος.

A Ego narrabo omnia mirabilia tua, cum accepero tempus, hoc est, cum primum ab inimicis fuero liberatus. Melius tamen videtur, ut subsequentibus conjungantur, et introducatur sermo, veluti ex Christi persona, dicentis : Nolite esse pusillanimes, quia cum judicii tempus accepero, juste omnes judicabo, tam eos qui intulerunt, quam eos quibus illata est injuria. Et quod ait, *Accepero*, sane intelligendum est, non quod ab alio Christus, ut Deus, acceptarus sit tempus, quam a seipso. Vel, ut homo, a Deo (76) tempus accipiet.

Ἐτάκη ἡ γῆ, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. Τῆξίς ἐστιν ἡ διάλυσις τῆς δυνάμεως. Ἐτάκη οὖν ἐρχομένης τῆς κρίσεως, εἴτουν ταχήσεται· *Ὁ οὐρανὸς* γὰρ, φησὶ, *καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται*· ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ· πάντες γὰρ ἀποθανοῦνται.

B Vers. 4. *Liquefacta est terra, et omnes, qui habitant in ea.* Liquefieri dicitur omnis virtus, quæ dissolvitur. Adveniente igitur judicio liquefacta est terra, et habitantes eam, hoc est, liquefient. *Cælum* enim, inquit, *et terra transibunt* [24]. Præterea etiam omnes habitantes in ea, quoniam universi homines morientur.

Ἐγὼ ἐστερέωσα τοὺς στύλους αὐτῆς. Ἐμοῦ κελεύσαντος, ἐτάκη· διότι ἐν ἀρχῇ ἐγὼ ταύτην ἔκτισα. Στῦλοι δὲ αὐτῆς τὰ περὶ στερεωθῆναι αὐτὴν προστάγματα. Τοῦτο γὰρ ἀνέχει καὶ διαβαστάζει αὐτὴν, ἐπ' οὐδενὸς ἠδρασμένην. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, τῆξιν τὴν φθοράν, ὅτι Ἐτάκη μὲν ἡ γῆ ταῖς εἰδωλολατρείαις καὶ ταῖς ἄλλαις ἁμαρτίαις τῶν ἀνθρώπων· ἀλλ' ἐγὼ σκληγχνισθεὶς ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τοῦ πλάσματος, ἐστερέωσα τοὺς ἀποστόλους· τούτους γὰρ νοήσωμεν στύλους τῆς οἰκουμένης, ὡς ταῖς ἑαυτῶν διδασκαλίαις ὑπερείδοντας καὶ στηρίζοντας τοὺς ἁπανταχῇ πιστούς. Οὕτω γὰρ αὐτοὺς καὶ ὁ μέγας Παῦλος ὠνόμασεν εἰπών· *Οἱ δοκοῦντες στῦλοι εἶναι.* Τινὲς δὲ γῆν τῆς Ἱερουσαλὴμ φασὶν, ὅτι τακήσεται καὶ πυρποληθήσεται, πολιορκηθεῖσα ὑπὸ Ῥωμαίων. Καὶ οὕτω δὲ *στύλους αὐτῆς* εἶπε τοὺς ἀποστόλους· *στύλους* μὲν διὰ τὴν ῥηθεῖσαν αἰτίαν, *αὐτῆς* δὲ, ὡς ἐξ αὐτῆς ὁρμωμένους ἢ καὶ ὅτι μετὰ τὸ τακῆναι στερεωθήσονται τοῖς στύλοις τῆς πίστεως.

C *Ego firmavi columnas ejus.* Me jubente liquefacta est, quoniam a principio ego eam creavi. Per *terræ autem columnas*, illud Propheta mandatum Dei intelligit, quo terræ jussum est ut firma consisteret. Hoc enim mandato sustinetur, et regitur terra, nulli alii rei innixa et nulla alia suffulta stabilitate. Possumus etiam per liquefactionem, corruptionem intelligere. Corrupta est etenim terra idololatriis et multiplicibus hominum peccatis. Verum ego, inquit, creaturæ perditionem miseratus, apostolos confirmavi. Hos etenim columnas orbis esse merito dicimus, veluti qui solida sua doctrina omnes ubique gentium fideles sustineant et regant. Hoc nomine Paulus illos appellavit, dicens : *Petrus et Jacobus, qui videbantur columnæ esse* [25]. Quidam terræ nomine hic ipsam intelligunt significari Jerusalem : quam liquefactam esse dicunt, quia a Romanis militibus vastata, ac depopulata est. Ejus autem Jerusalem columnas apostolos esse dixit, quia illinc erant oriundi ; vel quia illinc missi sunt ad universum terrarum orbem : vel, quia postquam terra illa Jerusalem atque illius habitatores liquefacti fuissent, erant deinceps fidei columnis rursus confirmandi.

Εἶπον τοῖς παρανομοῦσιν· Μὴ παρανομεῖτε· καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσιν· Μὴ ὑψοῦτε κέρας. Κρίσεως, ὡς εἴρηται, γενέσθαι μελλούσης, φησὶν ὁ Προφήτης, ὅτι Διαμαρτυρόμενος τοῖς παρανομοῦσιν, εἶπον αὐτοῖς· *Μὴ παρανομεῖτε*· καὶ αὖθις τοῖς ἁμαρτάνουσιν· *Μὴ ὑψοῦτε κέρας*· ἤτοι· μὴ καυχᾶσθε, μηδὲ ἐπαίρεσθε, ὡς ἐπὶ μεγάλοις κατορθώμασι ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν· τοῦτο γὰρ ἀνοίας ἰσχάτης. Τοὺς αὐτοὺς δὲ λέγει παρανομοῦντας καὶ ἁμαρτάνοντας ἐκ παραλλήλου. Πολλαχοῦ δὲ τῶν Ψαλμῶν τὸ, *κέρας*, τίθεται, ποτὲ μὲν ἀντὶ δυνάμεως, ποτὲ δὲ ἀντὶ καυχήσεως· τὰ γὰρ κερασφόρα ζῶα ἐν τοῖς κέρασιν ἀμύνονται, καὶ γαυριῶσι.

D Vers. 5. *Dixi iniquis : Nolite iniqua agere ; et delinquentibus : Nolite exaltare cornu.* Cum futurum sit judicium, ut prædiximus (ne ullus peccatoribus excusationis locus relinquatur), Propheta narrat, quemadmodum ipse iniquos omnes esset contestatus dicens : *Nolite inique agere ;* et rursus ut peccatoribus dixisset : *Nolite exaltare cornu*, hoc est, Nolite de propriis peccatis, quasi de præclaris aliquibus gestis gloriari. Summæ id namque insipientiæ est. Eosdem autem inique agentes appellat, quos et delinquentes. Diversimode autem accipi reperimus *cornu* in Psalmis. Aliquando enim pro potentia ponitur, aliquando pro gloriatione, et jactantia. Cornuta siquidem animalia et strenue cornibus certare solent, et illorum ornamento gloriari.

[24] Matth. xxiv, 35. [25] Galat. ii, 9.

Variæ lectiones.

(76) Rectius *a divinitate*, ut Græce.

Digitized by Google

VERS. 6. *Nolite extollere in altum cornu vestrum.* Idem iterum repetit, ad contestationis suæ confirmationem.

Et nolite loqui adversus Deum injustitiam. Verba hæc idem æque significant, quod illa : *Injustitiam in sublime locuti sunt*[26]; de quibus diximus in psalmo LXXII.

VERS. 7. *Quoniam neque ab egressu neque ab occidente, neque a desertis montibus.* Gloria, inquit, et divitiæ, item gloria, et paupertas, non est nobis ab astrorum ortu, neque ab eorum occasu, ut asserunt astrologi : quinimo nec a dæmonibus ista hominibus adveniunt. Per desertos enim montes ipsos dæmones intelligit, quia omni virtutum genere deserti ac steriles sunt, et montium instar superbia elati. Sed justo Dei judicio omnia dispensantur. Per egressum autem, solis ortum intelligit, quemadmodum et alibi cum ait : *A summo cœlo egressio ejus*[27]. Per occasum vero occidentem ; et per desertos montes, septentrionis et meridiei climata, quæ ob nimium frigus, aut calorem, hominibus deserta sunt. Est autem hic sermo defectivus ; unde aliquid subintelligendum est, verbi gratia : *Nihil latet.* Nihil, inquit, in futuri judicii tempore poterit Deum latere. Omnia etenim ei patebunt, in quacunque ea fuerint regione ; atque ideo nolite latere eum quis poterit, si in eum deliquerit. Et

Quoniam Deus judex est. Quoniam Deus est, qui judicat quique omnia optime novit, etiam anteaquam fierent.

VERS. 8. *Hunc humiliat, et hunc exaltat.* Hunc quidem honorat, et alium reprobat, juxta uniuscujusque vitam, ac juxta justissimas quasdam rationes divini judicii.

Quoniam calix in manu Domini vini meri plenus mistione. Totus sermo metaphoricus est. Et per manum quidem Domini illius potentiam intelligit, per calicem autem vini, mensuras ac modos pœnarum. Per vinum enim hoc in loco supplicia intelliguntur, atque calamitates, quæ æque, ac vinum, et vires hominum tollunt, et mentis harmoniam dissolvunt, et aberrare nos faciunt a via. Merum vero esse dicitur hoc vinum, quasi austerum atque efficax vi sua, et nulla mistum misericordia. Et hic quidem calix est vini meri. Verum in manu Domini alius etiam est calix, plenus mistione, hoc est, misericordia. Miscio enim vini, aqua, et mistio austeritatis, misericordia. Debemus autem ea verba, *plenus mistione*, non sequenti versiculo conjungere, sed per se soluta legere, subintelligendo conjunctionem, et sumendo a communi sensu verba : *Calix in manu Domini*, ut sit sensus, quod in manu Domini est calix vini meri, et in eadem manu est calix plenus mistione. Nam alioqui, quomodo unus, atque idem calix poterit et merum, et mistum continere ? Et quod duo sint calices, patet etiam clarius ex sequentibus.

VERS. 9. *Et inclinavit ex hoc in hoc.* Et de mensura meri supplicii, effudit in mensuram miseri-

[26] Psal. LXXII, 8. [27] Psal. XVIII, 7.

Μὴ ἐπαίρετε εἰς ὕψος τὸ κέρας ὑμῶν. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν εἰς ἐπίτασιν διὰ μαρτυρίας.

Καὶ μὴ λαλεῖτε κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν. Τοῦτο ταὐτὸν δύναται τῷ *Ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος ἐλάλησαν*, ὃ κεῖται ἐν τῷ οβ' ψαλμῷ.

Ὅτι οὔτε ἀπὸ ἐξόδων, οὔτε ἀπὸ δυσμῶν, οὔτε ἀπὸ ἐρήμων ὀρέων. Οὔτε ἐκ τῶν ἀνατολῶν τῶν ἀστέρων, οὔτε ἐκ τῶν δύσεων αὐτῶν κατὰ τοὺς ἀστρολόγους, οὔτ' αὖθις ἐκ τῶν δαιμόνων, τῶν ἐρήμων μὲν καλοῦ παντὸς, ὀρέων δὲ λεγομένων διὰ τὴν ἔπαρσιν καὶ ἀλαζονίαν· ἢ πλοῦτος, ἢ δόξα χορηγεῖται, ἢ πενία, ἢ ἀδοξία προσγίνεται, ἀλλὰ κρίσει Θεοῦ δικαίᾳ. Ἔξόδους γὰρ καλεῖ μὲν τὴν τοῦ ἡλίου ἀνατολήν· *Ἀπ' ἄκρου* γάρ, φησὶ, *τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ* · δυσμὰς δὲ τὴν δύσιν· ἔρημα δὲ ὄρη τὰ βόρεια καὶ νότια κλίματα, κατὰ μεσημβρίαν καὶ ἄρκτον· ταῦτα γὰρ ἔρημά εἰσιν ἀνθρώπων, τὸ μὲν δι' ὑπερβολὴν ψύχους, τὸ δὲ θέρμης. Ἐλλειπτικὸν δὲ τὸ σχῆμα· λείπει γὰρ τὸ *Λέληθέ τι.* Οὐ λέληθέ τι, φησὶν, ἀπ' οὐδενὸς κλίματος τῆς γῆς ἐν τῷ καιρῷ τῆς μελλούσης κρίσεως· διὸ μηδὲν φαῦλον ποιῆτε· ποιοῦντες δὲ, μὴ οἴεσθε λανθάνειν. Εἶτα τίθησι καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ μηδὲν λανθάνειν.

pravum aliquod scelus committere. Neque enim deinde causam ponit, cur nihil Deum lateat.

Ὅτι ὁ Θεὸς κριτής ἐστιν. Ὁ Θεὸς κρίνει, ὁ πάντα καὶ ἰδὼν καὶ εἰδὼς πρὸ γενέσεως αὐτῶν.

Τοῦτον ταπεινοῖ, καὶ τοῦτον ὑψοῖ. Τὸν μὲν ἀτιμάζει, τὸν δὲ τιμᾷ, κατὰ τὴν οἰκονομίαν τῶν βεβιωμένων ἑκάστῳ, καὶ τὸν λόγον τῆς δικαίας αὐτοῦ κρίσεως.

Ὅτι ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου οἴνου ἀκράτου πλῆρες κεράσματος. Μεταφορικὸς ὅλος ὁ λόγος· καὶ χεῖρα μὲν Κυρίου καλεῖ τὴν δύναμιν αὐτοῦ· ποτήριον δὲ οἶνον, τὸ μέτρον τῆς τιμωρίας· οἶνος γὰρ νῦν ἡ τιμωρία. Διότι παραπλησίως τῷ οἴνῳ ἀφαιρεῖται τὴν τοῦ ἀνθρώπου δύναμιν, καὶ ἐκλύει τὰς ἁρμονίας, καὶ ποιεῖ σφάλλεσθαι. Ἄκρατος δὲ οὗτος ὁ οἶνος, ὡς αὐστηρὸς, καὶ ἀπότομος, καὶ ἀμιγὴς φιλανθρωπίας. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὸ ποτήριον οἴνου ἐστὶν ἀκράτου· ἐστὶ δὲ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ καὶ ἕτερον ποτήριον, πλῆρες κεράσματος, εἴτουν φιλανθρωπίας. Κέρασμα γὰρ οἴνου μὲν ὕδωρ, αὐστηρίας δὲ φιλανθρωπία. Χρὴ γὰρ τῷ *Πλῆρες κεράσματος* μὴ συνάπτειν τὸ ὄπισθεν ῥητόν· ἀλλὰ καθ' ἑαυτὸ ἀσυνδέτως ἀναγινώσκειν, τοῦ καὶ συνδέσμου ἐλλείποντος μὲν, συνεξακουομένου δέ· ἕλκοντας καὶ ἐπὶ τούτῳ τὸ *ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου*· πῶς γὰρ ἂν εἴη τὸ αὐτὸ τὸ ἄκρατον ἔχον καὶ κέρασμα; Ὅτι δὲ δύο ταῦτα, δηλώσει τὸ ἐπαγόμενον.

Καὶ ἔκλινεν ἐκ τούτου εἰς τοῦτο. Ἐνέχεεν ἐκ τοῦ μέτρου τῆς ἀκράτου τιμωρίας ἐπὶ τὸ μέτρον

Digitized by Google

τῆς φιλανθρωπίας, ὅστε καὶ χρῆσιν, καὶ τοῖς σοῖς ταύτην τοῖς ἥττοσι δωρεάσασθαι καὶ τοὺς ἰατοὺς ἰάσιμους.

Πλὴν ὁ τρυγίας αὐτοῦ οὐκ ἐξεκενώθη. Τρυγίαν ὠνόμασε τὸ πάχος τῆς ἐκράτου τιμωρίας, τὴν ἰσχάτην κόλασιν, ἧτις ὑπολείφθη τοῖς τὰ μέγιστα πλημμελοῦσι, καὶ τοῖς μὴ μεταβαλλομένοις ἀπὸ κακίας.

Πίονται πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ τῆς γῆς. Πίονται τὸν τρυγίαν. Ἁμαρτωλοὺς δὲ λέγει τοὺς ἀνεπιστρόφως ἁμαρτάνοντας.

Ἐγὼ δὲ ἀγαλλιάσομαι εἰς τὸν αἰῶνα. Ψαλῶ τῷ Θεῷ Ἰακώβ. Ἐλευθερωθεὶς τῆς δουλείας τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἀγαλλιάσομαι μὲν ἐπὶ τῇ ἀπαλλαγῇ τῶν ἀνιαρῶν, ψαλῶ δὲ εὐχαριστήρια.

Καὶ πάντα τὰ κέρατα τῶν ἁμαρτωλῶν συνθλάσω. Τῶν αὖθις πολεμησάντων μοι δυσμενῶν.

Καὶ ὑψωθήσεται τὸ κέρας τοῦ δικαίου. Νικήσαντος. Οἵ τε γὰρ Ἰσραηλῖται μετὰ τῆς ἐν Βαβυλῶνι δουλείας ἐπάνοδον, προσβαλλόντων αὐτοῖς τῶν γειτονούντων, ἐνίκησαν, οἵ τε Χριστιανοὶ ἐκ τῆς δουλείας τῶν εἰδώλων, ἐπανελθόντες εἰς ἐλευθερίαν, συνθλῶσι τὰς δυνάμεις τῶν πέριξ διαιτωμένων δαιμόνων ἐπιτιθεμένων αὐτοῖς. Δίκαιον δὲ καλεῖ πάντα εὐσεβῆ. Εἴη δ' ἂν καὶ ὁ Ζοροβάβελ, ὁ τὸν λαὸν τηνικαῦτα ἀναγαγών, ἀλλὰ καὶ ὁ Χριστὸς ὁ κυρίως δίκαιος, ὡς ἀναμάρτητος, οὗ τύπος ὁ Ζοροβάβελ· τῶν γὰρ ἐν σώματι τοὺς ἀσωμάτους πολεμίους νικώντων ὑψοῦται ἡ δύναμις, καὶ ὁ ἔπαινος τοῦ Χριστοῦ, τοῦ δυναμοῦντος αὐτούς.

Εἰς τὸ τέλος Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ. Ὠδὴ πρὸς τὸν Ἀσσύριον.

ΨΑΛΜΟΣ ΟΕ'.

Εἰρηται ἡμῖν καταρχὰς, ὅτι ἐν ταῖς ἐπιγραφαῖς τῶν ψαλμῶν τὸ *Εἰς τὸ τέλος* προφητείαν δηλοῖ· παρεγγυῶν ἀποβλέπειν εἰς τὸ τέλος αὐτῶν. Λοιπὸν οὖν κἀνταῦθα προφητείαν (77) κατὰ μὲν Ἑβραίους τῆς συντριβῆς τῶν ἀμφὶ τὸν Σεναχηρεὶμ, κατὰ δὲ Χριστιανοὺς τῶν ἀμφὶ νοητὸν Σεναχηρεὶμ, ἤτοι τὸν διάβολον· καὶ ἄλλως δὲ *Εἰς τὸ τέλος*, ὅτι περὶ τοῦ τέλους τοῦ κόσμου διαλαμβάνει, εἴτουν τῆς μελλούσης κρίσεως· *ἐν ὕμνοις* δὲ, ὅτι εὐχαριστήριός ἐστιν ὁ ψαλμὸς ἐπὶ τῇ τῶν κατὰ πολεμίων νίκῃ. Περὶ δὲ τοῦ Ἀσάφ, ἔτι δὲ καὶ τῆς ᾠδῆς, προπαραδεδώκαμεν ἐν τῷ Προοιμίῳ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν. *Πρὸς τὸν Ἀσσύριον* δὲ, ἀντὶ, Πρὸς τὰ κατὰ τὸν Ἀσσύριον Σεναχηρείμ. Ὅρα δὲ ὅτι τὸ θεῖον Πνεῦμα τῇ Ἰουδαϊκῇ ἱστορίᾳ Χριστιανικὰ δόγματα συνέπλεξεν· ὡς ψυχαγωγεῖν μὲν καὶ τὸν Ἑβραῖον ταπεινῶς ἐκδεχόμενον τὰ ῥητὰ, εὐφραίνειν δὲ μᾶλλον τὸν Χριστιανὸν, ὑψηλῶς ταῦτα νοοῦντα.

A cordia, ut misturam faceret, atque eam in potum illis præberet, qui et levius deliquissent, et adhuc essent medicabiles.

Vers. 10. *Veramtamen fex ejus non est exinanita.* Per *fecem calicis*, crassitudinem, ut ita dicam, intelligit meri supplicii, hoc est, extremas omnium pœnas, quæ iis reservantur, qui aut maxime deliquerunt, aut a vitiis immutari noluerunt.

Bibent omnes peccatores terræ. Bibent fecem. Per peccatores autem eos nunc intelligit, qui a peccatis nunquam convertuntur.

Ego autem exultabo in sæculum, psallam Deo Jacob. Ab inimicorum nimirum servitute liberatus, exsultabo quidem quod calamitates cessaverint, et psallam in gratiarum actionem.

B Vers. 11. *Et omnia cornua peccatorum constringam.* Inimicorum scilicet rursus me oppugnantium.

Et exaltabitur cornu justi. Simul ac vicerit. Judæorum enim populus post reditum e captivitate, insurgentes in se vicinas gentes devicit. Et Christiani simili modo ex idolorum servitute, in libertatem restituti, dæmonum omnium vires confringunt, qui interim in circuitu orbis sunt, quærentes quem devorent, et variis nos tentationibus impetentes. Per justum autem, pium quemlibet ac religiosum virum intelligit, vel ipsum Zorobabel, qui populum e captivitate in patriam reduxit. Verum magis proprie ipse intelligitur Christus, veluti qui omni caruit peccato; cujus figuram tenuit Zo-
C robabel. Quoties vero fidelis quispiam aut martyr, incorporeas dæmonum potentias sibi adversantes, atque insultantes devicerit, Christi potentia magis exaltatur et Christo major laus tribuitur, qui tantas ei vires præstitit et robur.

In finem in hymnis Psalmus ipsi Asaph. Canticum ad Assyrium.

PSALMUS LXXV.

Diximus in proœmio operis, quod hæc verba *In finem*, quæ in psalmorum inscriptionibus habentur, indicant illic prophetiam contineri: et lectorem jubent in illius finem aspicere. In hoc igitur psalmo latet prophetia, quæ juxta Hebræos destruendam esse prædicebat potestatem Sennacherib; et juxta Christianos profligandum annuntiat dæmonem, quem nos intellectualem Sennacherib vere possumus appellare. Vel aliter: *In*
D *finem* ideo inscribitur psalmus, quia hic tractatur de mundi ac futuri judicii fine. *In hymnis* vero, quia gratiarum actiones continet, pro obtenta victoria. De Asaph et cantico diximus in Proœmio operis. *Ad Assyrium* vero, quia Sennacherib Assyrius erat. Ad illum enim multa pertinent, quæ in præsenti psalmo habentur. Tu vero illud considera, quo pacto sanctus Spiritus simul cum Judaica historia Christiana dogmata complicaverit, ut et Judæis solamen præstet, qui humiles tantum sensus sequuntur, et Christianum etiam magis lætificet, ad sublimiores tendentem ac penetrantem contemplationes.

Variæ lectiones.

(77) Deest verbum, puta νόει aut simile.

Digitized by Google

Vers. 2. *Notus in Judæa Deus.* Judæi quidem cognosci tantum affirmant Deum a Judæis, contra autem Deus ad illos, per prophetam dicit : *Juxta numerum civitatum tuarum fuerunt dei tui Juda, et juxta numerum viorum Israel, sacrificaverunt Baal* [28]. Manifestum est igitur, quod de Judæa illa non loquitur, quæ est in Palæstina, sed per Judæam, sacram intelligit Scripturam, in qua universa Christus notus est. Nam et Mosaici, et cæteri omnes libri, de eo annuntiaverunt : et ipse etiam divinus cultus, qui lege constitutus est, figuram et characterem eorum continebat, quæ ad Christum pertinerent.

A Γνωστὸς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ Θεός. Οἱ μὲν Ἰουδαῖοί φασιν ὅτι γνώριμός ἐστιν ὁ Θεὸς ἐν μόνῃ τῇ Ἰουδαίᾳ· ὁ δὲ Θεός φησι πρὸς αὐτούς διὰ τοῦ προφήτου· *Κατὰ ἀριθμὸν τῶν πόλεών σου ἦσαν θεοί σου Ἰούδα· καὶ κατὰ ἀριθμὸν ἀμφόδων Ἰσραὴλ ἔθυον τῷ Βάαλ.* Δῆλον οὖν, ὅτι οὐ περὶ τῆς κατὰ Παλαιστίνην Ἰουδαίας ὁ ψαλμὸς λέγει· ἀλλ' Ἰουδαίαν καλεῖ τὴν Ἰουδαϊκὴν Γραφήν, ἐν ᾗ πάσῃ γνώριμός ἐστιν ὁ Χριστός· τά τε γὰρ Μωσαϊκὰ καὶ τὰ λοιπὰ πάντα περὶ αὐτοῦ προκατήγγειλαν. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ νομικὴ λατρεία τύπος, καὶ σκιά, καὶ προχάραγμα ἦν τοῦ Χριστοῦ.

In Israel magnum nomen ejus. Atqui nec in solo Israel. *Ab oriente* enim, inquit Propheta, *usque ad occasum, glorificatum est nomen meum inter gentes* [29] ; et alibi ad Judæos : *Vos autem profanastis eum* [30] ; item alibi : *Nomen meum magnum inter gentes* [31]. Rursus igitur per Israel, Israelitarum Scripturam intelligit, datam populo Israel, in qua magnum ac gloriosum cani ur Christi nomen. Maximus autem philosophus per Judæam eam philosophiæ partem intelligit, quæ circa activas actiones versatur, et per Israel eam partem quæ contemplationibus vacat. Judas quippe interpretatur *Confessio ;* confessio autem initium quoddam præstat ad agendi virtutes ; Israel vero interpretatur *Mens videns Deum.* Cognoscit igitur Deum, is, qui per virtutem operatur, sciens illum judicem justum esse, et condigna unicuique pro actionibus in judicio redditurum : atque ideo seipsum ab omnibus maculis mundat. Cognoscit etiam Deum is qui in divinorum contemplatione versatur, et considerans Dei magnalia, condigne etiam illum magnificat. Possumus etiam per Judæum, novam ex gentibus Ecclesiam intelligere, quæ et antiqua peccata confessa est, et quæ verum Deum per contemplationem semper intuetur. Et similiter novum Israel. Quia, ut ait magnus Paulus : *Non ille qui in manifesto Judæus est, neque quæ in manifesto, carnalis circumcisio, sed qui in occulto Judæus, et circumcisio cordis in spiritu, non littera* [32].

B Ἐν τῷ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ μὴν οὐκ ἐν μόνῳ τῷ Ἰσραήλ. Αὖθις γάρ φησιν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Προφήτου, ὅτι *Ἀπ' ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν δεδόξασται τὸ ὄνομά σου ἐν τοῖς ἔθνεσιν·* καὶ πάλιν *Ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτό.* Καὶ αὖθις· *Τὸ ὄνομά μου μέγα ἐν τοῖς ἔθνεσιν·* ὥστε καὶ Ἰσραὴλ πάλιν, τὴν Ἰσραηλιτικὴν Γραφὴν ὀνομάζει, τὴν δοθεῖσαν τῷ Ἰσραηλιτικῷ λαῷ, ἐν ᾗ μέγα καὶ ἔνδοξον ᾄδεται τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ. Μάξιμος δὲ ὁ μέγας φιλόσοφος Ἰουδαίους μὲν λέγει τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν, Ἰσραὴλ δὲ τὴν θεωρητικήν· διότι Ἰουδαία μὲν *Ἐξομολόγησις ἁμαρτιῶν* ἑρμηνεύεται, ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ τῆς πρακτικῆς· Ἰσραὴλ δὲ *Νοῦς ὁρῶν Θεόν*· ὁ μὲν γὰρ πρακτικὸς γινώσκει τὸν Θεόν, ὅτι κριτής ἐστι τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων, καὶ διὰ τοῦτο καθαίρει ἑαυτόν· ὁ δὲ θεωρητικός, κατανοῶν τὰ μεγαλεῖα αὐτοῦ, ἀξίως μεγαλύνει αὐτόν. Εἴη δ' ἂν Ἰουδαία νέα ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, ἥτις, ἐξομολογησαμένη τὰ παλαιὰ αὐτῆς ἁμαρτήματα, ἐπέγνω τὸν ἀληθινὸν Θεόν· ἡ δ' αὐτὴ καὶ Ἰσραὴλ νέος· φησὶ γὰρ ὁ μέγας Παῦλος· *Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή· ἀλλὰ ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι.*

Vers. 3. *Factus est in pace locus ejus, et habitatio ejus in Sion.* Ni tam crebro obsessa et capta fuisset Jerusalem, haberent colorem aliquem Judæi, ut hæc verba de ea dicta esse viderentur : verum hoc in loco, per *pacem*, non ipsam intelligit Jerusalem, sed pacificos homines ; pacificos, inquam, mutuo inter se, dum et proximos diligunt, et ipsi ab eis invicem diliguntur : et pacificos etiam in seipsis, dum affectus ac passiones insurgere ac pugnare non sinunt adversus rationem, sed rationi eas subjiciunt. In hujusmodi igitur homine locus quidam nobilis fit, ipsi etiam Deo habitabilis. Cæterum cum Sion idem significare dicatur quod *Specula*, ille merito Sion poterit appellari, qui inimicorum adventum de longe fuerit speculatus.

C Ἐγενήθη ἐν εἰρήνῃ ὁ τόπος αὐτοῦ, καὶ τὸ κατοικητήριον αὐτοῦ ἐν Σιών. Εἰ μὴ πολλάκις ἐπολεμήθη καὶ ἑάλω τὰ Ἱεροσόλυμα, εἶχεν (78) ἄν τινα λόγον εἰρῆσθαι περὶ αὐτῶν ταῦτα. Νῦν δὲ εἰρήνην φησὶ τὸν εἰρηνεύοντα ἄνθρωπον, πρὸς μὲν τοὺς ἀνθρώπους, ἐν τῷ ἀγαπᾶν αὐτούς, πρὸς δὲ τὰ πάθη, ἐν τῷ ὑποτάττειν αὐτά. Ἐν τῷ τοιούτῳ γὰρ ἀνδρὶ γίνεται τόπος χωρητικὸς Θεοῦ· Σιὼν δὲ ἑρμηνεύεται, *Σκοπευτήριον*· εἰ δ' ἂν ὁ πόρρωθεν κατασκεπτόμενος τὰς ἐπελεύσεις τῶν δυσμενῶν.

Vers. 4. *Illic confregit potentias arcuum, telum,* Ἐκεῖ συνέτριψε τὰ κράτη τῶν τόξων· ὅπλον,

[28] Jerem. xi, 13. [29] Psal. cxii, 3 ; Malach. i, 11. [30] Malach. i, 12. [31] Ibid. [32] Rom. ii, 28.

Variæ lectiones.

(78) Supple Ἰουδαῖοι.

Digitized by Google

καὶ ῥομφαίαν, καὶ πόλεμον. Ἱστορικῶς μὲν περὶ τῆς ἀπωλείας τῶν Ἀσσυρίων ταῦτα. Ἐκεῖ μὲν ἀντὶ τοῦ, ἐν Σιών· *Συνέτριψε* δέ, ἀντὶ τοῦ Κατήργησε τὰς δυνάμεις τῶν τόξων· ὅπλον δὲ καλεῖ νῦν οὐ τὸ ἀμυντήριον, ἀλλὰ τὸ φυλακτήριον, οἷον θώρακα, καὶ εἴ τι τοιοῦτον· ἐξ οὗ καὶ ὁπλίτης, ὁ τεθωρακισμένος, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ψιλοῦ· ῥομφαίᾳ δὲ ἡ σκέπη· καὶ πρόσταξε μὲν τὰ τόξα, ὅτι τὸ πλεῖον ἐν τόξοις ἐκράτουν οἱ Ἀσσύριοι. Εἶτα διὰ μὲν τοῦ ὅπλου πᾶν φυλακτήριον ἐνέφηνε, διὰ δὲ τῆς ῥομφαίας πᾶν ἀμυντήριον. Τελευταῖον δὲ ἐπήγαγε καὶ τὸν πόλεμον αὐτὸν, δι' ὃν ταῦτα, καὶ οὗ σκεύη ταῦτα καὶ ὄργανα. Ἀναγωγικῶς δὲ τόξα μὲν αἱ μεθοδεῖαι καὶ μηχαναὶ τῶν δαιμόνων, ἀφ' ὧν ἀφίενται βέλη παθῶν πεπυρωμένα· ὅπλον δὲ φυλακτήριον τοῦ διαβόλου ἡ παραχώρησις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ καθ' ἡμῶν ἐξουσία τοῦ ἐχθροῦ. Τότε γὰρ βαλλόμενος παρ' ἡμῶν οὐκ αἰσθάνεται· ῥομφαία δὲ αὐτοῦ τμητικὴ, καὶ ἀπὸ Θεοῦ χωρισμὸς ἡμῶν διὰ τῶν παθῶν ἐπιγινόμενος· πόλεμος δὲ ἡ πάλη, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ διάβολος. Ὥσπερ γὰρ εἰρήνη ὁ Θεὸς, οὕτω πόλεμος ὁ ἀντικείμενος δαίμων· ἃ πάντα κατήργησεν ὁ Θεὸς ἐν τῷ εἰρηνεύοντι καὶ σκοπεύοντι, καθὼς εἴρηται.

gladium, et bellum. Juxta historiam hoc pertinet ad Assyriorum destructionem, *illic* enim in Sion Deus arcuum vires contrivit, hoc est, dissolvit, et inanes reddidit. Per telum autem (pro quo in Græca lectione, ὅπλον legimus) non offensiva hoc in loco arma intelligi debent, sed defensiva, velut thoracem, aut aliud quid simile : unde apud Græcos militem thorace armatum, ὁπλίτην appellabant, ad eorum militum distinctionem, qui hujusmodi carebant armatura, quosque ψιλοὺς, hoc est *nudos* vocabant. Arcuum vero potentias, seu robur dixit, quia Assyrii arcu plurimum utebantur, atque in eo armorum genere suas potissimum vires collocabant. Per *telum* igitur, defensiva omnia, et per *arcum*, offensiva omnia arma significavit. Deinde ipsum addidit bellum propter quod universa armorum genera confici solent. Omnia etenim arma, belli sunt instrumenta. Juxta Anagogen, per arcus, artificiosas dæmonum machinas intelligimus : unde ardentes immittunt passionum sagittas. Telum autem dæmonis, quo se tueri solet, est divina permissio, quæ vires ei adversus nos subministrat. Ea etenim permanente, ictus nostros dæmon in se immissos non sentit. Illius etiam gladius, quo incidere solet, separatio illa est, qua per affectus et passiones nostras a Deo disjungimur; bellum vero, pugna illa, et lucta, qua nobiscum certat, vel, per bellum, ipse potest dæmon intelligi. ut quemadmodum Deus pax, ita dæmon bellum appelletur. Hæc omnia igitur arma Deus delevit, ac fugavit in eo homine, quem exhibuisse se pacificum prædiximus, et speculationi intentum.

Φωτίζεις σὺ θαυμαστῶς ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων. Ὄρη αἰώνια καλεῖ τοὺς οὐρανούς· ὄρη μὲν διὰ τὸ ὕψος, αἰώνια δὲ διὰ τὸ διαρκέστερον καὶ μακροχρονιώτερον τῆς τούτων οὐσίας· λέγει δὲ ὅτι φωτίζεις φωτὶ χαρᾶς τοὺς ἐν σκότει λύπης, καὶ φωτὶ ἀντιλήψεως τοὺς ἐν σκότει ἀπογνώσεως.

Vers. 5. *Illuminas tu mirabiliter a montibus æternis.* Per *æternos montes* cœlos intelligit : quos propter altitudinem montes vocat, et æternos propter diuturnam eorum substantiam. Illuminas autem luce lætitiæ; eos vero hac luce illuminas, qui in mœroris caligine obtenebrati sunt : quemadmodum contra, splendore auxilii, atque opis tuæ eos etiam illustras, qui tetra fuerint desperationis nube circumdati.

Ἐταράχθησαν πάντες οἱ ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ. Ἀνειρυόμενοι ἀδοκήτως, ἐταράττοντο. Ἀσυνέτους δὲ αὐτοὺς εἶπεν, ὡς θεομάχους.

Turbati sunt omnes insipientes corde. Ob inexpectatum interitum turbati sunt, insipientes autem eos appellat, tanquam Deo resistentes.

Ὑπνωσαν ὕπνον αὐτῶν, καὶ οὐχ εὗρον οὐδέν. Ἐκοιμήθησαν μὲν μετὰ ἐλπίδων μεγάλων οἱ πολιορκοῦντες, οὐχ εὗρον δέ τι ὧν προσεδόκησαν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν· ὅτι κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς βλέποντες οἱ πολιορκούμενοι, καὶ μὴ συνιέντες τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν, ἐταράχθησαν. Τοῦτο γὰρ καὶ ἡ ἱστορία διδάσκει· εἶτα ἐκοιμήθησαν ἐν ἐλπίδι ἁλώσεως· καὶ τὸ πρωῒ οὐχ εὗρον, ὧν ἤλπισαν, οὐδὲ τολέμιον, ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδων ἀναιρεθεισῶν ἐκείνῃ τῇ νυκτί. (79) Τὸ δὲ, *Τῇ καρδίᾳ*, περίεχει ὡς ἰδίωμα. Ἢ καὶ ἐπιτατικόν ἐστι τῆς ἀσυνεσίας.

Vers. 6. *Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt.* Assyrii milites qui obsidebant, dormierunt summa cum spe, verum nihil eorum invenerunt quæ exspectabant. Possumus et aliter dicere, quod Judæi qui obsessi erant turbati sunt, dum aspicerent inimicos in circuitu, et divinas vires ignorarent, quodque dum captivos se paulo post futuros esse arbitrarentur, ut ipsa docet historia, somno correpti dormierunt, et mane expergefacti, ea non viderunt quæ fieri timuerant. Quinimo neque ipsum etiam invenerunt inimicum, cum unica nocte ad centum et octoginta millia hostium occisa fuerint. Dictio autem, *corde*, Hebraici idiomatis more abundat : vel majorem insipientiæ intensionem significat.

Πάντες οἱ ἄνδρες τοῦ πλούτου ταῖς χερσὶν αὐτῶν. — Οἱ ἄνδρες τοῦ πλούτου, ἀντὶ τοῦ, Οἱ

Omnes viri divitiarum in manibus eorum. Viros divitiarum dicit, pro *viros divites*, quemadmodum

Variæ lectiones.

(79) Hæc non ad præsentem versiculum, sed ad superiorem pertinent.

Digitized by Google

alibi viros sanguinum, pro *sanguinolentos*. Dicit igitur quod Assyrii putarant esse se sequenti die habituros in manibus omnes Judæos divites. Vel aliter : Omnes viri Assyriorum divites Judæorum manibus capti sunt, qui obsessi erant in Jerusalem. Nam cum interemptos invenissent, capiebant eos ut spoliarent.

A πλούσιοι · ὡς τὸ, *Ἄνδρες αἱμάτων*, οἱ αἱμοχαρεῖς. Λέγει δὲ ὅτι πάντας τοὺς πλουσίους Ἰσραηλίτας οἱ Ἀσσύριοι μονονουχὶ ταῖς χερσὶν ἔχειν ᾠοντο μεθ' ἡμέραν · ἢ καὶ τοὐναντίον, Πάντες οἱ πλούσιοι τῶν Ἀσσυρίων ταῖς χερσὶ τῶν πολιορκουμένων ἑάλωσαν, νεκροὶ εὑρεθέντες, καὶ ἐσκυλεύθησαν.

Vers. 7. *Ab increpatione tua, Deus Jacob, dormitaverunt qui ascenderunt equos.* Per increpationem Dei, sententiam intelligit adversus inimicos, et per dormitationem, virium remissionem. Dissolvere enim vires somnus solet : per equorum vero ascensores, inimicos ipsos intelligit, qui in equorum multitudine, quibus in bello præcipue utebantur, nimis confidebant. Ideo alibi : *Hi in curribus*, inquit, *et hi in equis* [33].

Ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου, ὁ Θεὸς Ἰακώβ, ἐνύσταξαν οἱ ἐπιβεβηκότες τοῖς ἵπποις. Ἐπιτίμησιν μὲν λέγει τὴν κατὰ τῶν πολεμίων ἀπόφασιν, νυσταγμὸν δὲ τὴν πάρεσιν τῆς δυνάμεως. Ἐκλύει γὰρ τὸν τόνον ὁ νυσταγμός. Ἐπιβεβηκότας δὲ τοῖς ἵπποις εἶπε τοὺς ἐχθρούς · ὡς ἐπὶ τῷ πολεμικῶς ἱππάζεσθαι τεθαρρηκότας. *Οὗτοι* γὰρ, φησὶν, *ἐν ἅρμασι, καὶ οὗτοι ἐν ἵπποις.*

B

Vers. 8. *Tu terribilis es. Et quis resistet tibi?* Hæc verba per se satis clara sunt.

Ex tunc ira tua. Hoc est, ex eo tempore quo adversum te dixerunt blasphema verba : tu tamen dedisti eis pœnitentiæ locum, juxta benignitatis tuæ legem. Vel, *ex tunc*, intellige, pro *olim*, seu *jamdiu*.

Σὺ φοβερὸς εἶ, καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι · Τοῦτο σαφές.

Ἀπὸ τότε ἡ ὀργή σου. Ἐκ τότε ἀφ' οὗ κατὰ σοῦ ἐβλασφήμησαν · ἐδίδους δὲ αὐτοῖς χώραν μετανοίας κατὰ τὸν νόμον τῆς χρηστότητός σου · ἢ καὶ τὸ, Ἀπὸ τότε, ἁπλῶς ἀντὶ τοῦ, πάλαι, πρὸ πολλοῦ.

Vers. 9, 10. *De cœlo auditum fecisti judicium.* Audiri enim fecisti de cœlo jam dictam sententiam. Eam etenim in me quasi in propheticum quoddam organum insonuisti. Possumus etiam hæc verba de futuro universali judicio intelligere. Auditum enim illud fecit Deus humano generi, ex Scripturis sanctis : atque hoc pacto, quæ sequuntur, consequentissime dicta esse videntur.

Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἠκούτισας κρίσιν. Τὴν δηλωθεῖσαν ἀπόφασιν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀκουστὴν μοι ἐποίησας ἐνήχησάς μοι αὐτὴν, ὡς προφήτῃ. Εἴη δ' ἂν καὶ περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως ἐννοεῖν τὸ ῥητὸν, ὅτι Ἀκουστὴν ἐποίησας αὐτὴν πᾶσιν ἀνθρώποις διὰ τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν σου · ὡς εἶναι καὶ τὰ ἑξῆς ἀκόλουθα.

C

Terra tremuit, et quievit, dum exsurgeret in judicio Deus, ut salvos faceret mansuetos terræ. Per terram, humanam intelligit naturam, ad quam alibi dictum est : *Terra es, et in terram reverteris* [34]. Præcipue tamen eos dicit, qui terrena sapiunt. Cum exsurgeret igitur Deus in universale judicium, quieverunt omnes homines, deletis atque exstinctis in posterum quibuscunque aliis operibus. Cum exsurgeret autem in judicium, ut Justos homines salvaret, quos mites appellat, seu mansuetos, quia proprium, ac peculiare est cujuscunque viri justi, ut mitis sit ac mansuetus.

Γῆ ἐφοβήθη, καὶ ἡσύχασεν ἐν τῷ ἀναστῆναι εἰς τὸν Θεὸν, τοῦ σῶσαι πάντας τοὺς πραεῖς τῆς γῆς. Γῆν καλεῖ πάντα ἄνθρωπον πρὸς ὃν εἴρηται, ὅτι *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ* · μάλιστα δὲ τὸν φρονοῦντα γήϊνα · ἐν τῷ ἀναστῆναι γὰρ, φησὶν, εἰς τὴν ῥηθεῖσαν πάνδημον κρίσιν τὸν Θεὸν, οἱ ἄνθρωποι πάντες ἡσύχασαν, καταργηθέντος λοιπὸν παντὸς ἔργου · ἀναστῆναι δὲ εἰς κρίσιν, ἐπὶ τῷ σῶσαι πάντας τοὺς δικαίους · ἴδιον γὰρ δικαίου παντὸς ἡ πραότης.

Vers 11. *Quoniam cogitatio. hominis confitebitur tibi.* Hoc dictum est ad timorem in iis excitandum, qui indolentiæ vitio laborant. Tunc etenim, inquit, cogitatio omnis humana, judicanti Deo se ipsam revelabit : *Cogitationibus* enim, inquit Paulus, *inter se mutuo accusantibus, et defendentibus, in die, qua judicabit Dominus occulta hominum* [35].

D

Ὅτι ἐνθύμιον ἀνθρώπου ἐξομολογήσεταί σοι. Τοῦτο πρὸς φόβον κεῖται τῶν ἀναλγήτων. Καὶ γὰρ τότε, φησὶ, πᾶν ἀνθρώπινον ἐνθύμιον ἑαυτὸ ἀνακαλύψει σοι δικάζοντι. Ἄκουε τοῦ μεγάλου Παύλου περὶ τούτου λέγοντος · *Μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων ἐν ἡμέρᾳ, ὅτε κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων.*

Et reliquiæ cogitationis, diem festum agent tibi. Ipsæ etiam minimæ cujuscunque cogitationis portiunculæ, diem festum tibi agent, hoc est, se ipsas tibi manifestabunt. Festivitas enim nihil aliud est, quam declaratio ac manifestatio illius solemnitatis, cujus festum celebratur. Agent igitur diem

Καὶ ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίου ἑορτάσει σοι. Ἐγκατάλειμμα νοεῖται τὸ λείψανον · βούλεται δὲ εἰπεῖν ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ βραχύτατον μόριον τοῦ ἐνθυμήματος ἑορτάσει σοι, τουτέστιν, ἐπιδείξει σοι ἑαυτό · ἑορτὴ γὰρ ἐπίδειξίς ἐστι τοῦ ἑορταζομένου πράγματος. Ὅθεν καὶ *ἑορτάσει*, ἀντὶ τοῦ Θεατρήσει.

[33] Psal. xix, 8. [34] Gen. iii, 19. [35] Rom. ii, 16.

Digitized by Google

Λέγοιτο δ' ἂν καὶ ἄλλως, ὅτι Οὐ μόνον αἱ ἐνθυμήσεις δῆλαί σοι ἔσονται, ἀλλὰ καὶ εἴ τις βιαζόμενος ὑπὸ τοῦ δαίμονος ἐνθυμηθῆναί τι πονηρὸν μὴ πεισθεὶς, ἐγκατέλιπε τὸ τοιοῦτον ἐνθύμιον, μὴ ἐνθυμηθεὶς αὐτὸ, καὶ αὕτη ἡ ἐγκατάλειψις τοῦ τοιούτου ἐνθυμίου, φανερώσει σοι ἑαυτήν· οὕτως οὐδὲν τὸ τυχόν σε λήσεται.

A festum, hoc est, spectaculum facient. Possumus etiam dicere, quod non solum cogitationes erunt Deo manifestæ, sed et si quis tentatus fuerit a dæmone, ut pravum quid cogitaret, licet prorsus persuasus non sit, ut in incepta cogitatione persisteret, quod tamen illa cogitatio, tametsi rejecta et relicta, se ipsam Deo manifestabit : adeo nihil erit etiam minimum, quod latere Deum possit.

Ἐξέμασθε, καὶ ἀπόδοτε Κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν. Τούτων οὕτως ἐχόντων. ὑπόσχεσθε τῷ Θεῷ δῶρα μετανοίας, καὶ ἀπόδοτε αὐτῷ, ὡς χρέως ἀναγκαιότατον.

VERS. 12. *Vovete, et reddite Domino Deo vestro.* Cum hæc ita se habeant, promittite Deo, inquit, dona pœnitentiæ, atque ea tanquam necessarium aliquod debitum illi reddite.

Πάντες οἱ κύκλῳ αὐτοῦ οἴσουσι δῶρα. Κύκλῳ τοῦ Θεοῦ, οἱ ἀγαπῶντες αὐτόν· ἐν οἷς ἐστιν αὐτός. Ἐκεῖ γὰρ, φησὶν, εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν. Οἱ πάντες οἴσουσι δῶρα, τὰς ἀρετάς.

Omnes qui sunt in circuitu ejus afferent munera. In circuitu Dei sunt, qui eum diligunt. In his namque esse Deus dicitur, et manere : *Illic* enim, inquit, *sum in medio eorum* [36]. Hi igitur omnes Deo dona afferent, ipsas nimirum virtutes.

Τῷ φοβερῷ καὶ ἀφαιρουμένῳ πνεύματα ἀρχόντων. Πνεύματα, τὰς ψυχάς.

VERS. 13. *Terribili, et auferenti spiritus principum.* Spiritus, hoc est, animas.

Φοβερῷ παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς. Παρὰ τῷ Φαραὼ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσοι τὰς λοιπὰς αὐτοῦ τῆς Αἰγύπτου μάστιγας καὶ τὰς τερατουργίας ἠκηκόεισαν.

Terribili apud reges terræ. Apud Pharaonem nimirum, et omnes alios, qui Ægypti plagas, et reliqua illius miracula audiverunt.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ Ἰδιθούμ, ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ.

In finem pro Idithum psalmus ipsi Asaph.

ΨΑΛΜΟΣ ΟΖ'.

PSALMUS LXXVI.

Εἰς τὸ τέλος μὲν, ὅτι προφητεύει καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς, ἃ πείσονται ἐν Βαβυλῶνι οἱ δορυάλωτοι, καὶ ἃ εἰποιεν. Ψαλμὸς δὲ, φησὶν, ψαλθεὶς τῷ χορᾷρχῃ Ἀσάφ, ὑπὲρ Ἰδιθούμ. Φαίνεται γὰρ ὅτι τῷ Ἰδιθοὺμ μὲν ἐδόθη πρὸς τὸ ψαλθῆναι· μὴ εὐκαιρήσαντος δὲ, ἐψάλθη παρὰ τούτου, τουτέστιν, ἀντὶ τοῦ χοράρχου Ἰδιθοὺμ παρὰ τοῦ Ἀσάφ. Ἐσχημάτισται δὲ προσώπῳ τοῦ λαοῦ, τοῦ ἐν Βαβυλῶνι.

In finem inscribitur hic psalmus, quia prophetiam continet, quæ ad finem tendebant ; prædicit enim quæ passuri erant Judæi, in Babylonica captivitate, et multa quæ illic dicturi erant verba commemorat. Ordo autem et sensus inscriptionis hujusmodi est : Psalmus qui decantatus est ipsi, seu ab ipso Asaph, chori unius principe, pro Idithum. Nam cum Idithum huic negotio vacare non potuisset, decantatus fuit ab Asaph pro eo, hoc est, loco ejus ; conscriptus est autem ex persona populi captivi olim in Babylone.

Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα. Ἐν Βαβυλῶνι δουλεύων, ἐβόησα πρὸς Θεόν.

VERS. 2. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Agens ego, inquit, duram in Babylone servitutem, clamavi ad Deum.

Φωνῇ μου πρὸς τὸν Θεόν. Ἀπὸ κοινοῦ κἀνταῦθα, τὸ, *Ἐκέκραξα*· ἰστέον δὲ ὅτι τὸ θέμα, κεκράζω ἐστί· περιττὸν δὲ δοκεῖ, τὸ, *Φωνῇ μου*· ἀλλ' ἔστιν ἰδίωμα καὶ τοῦτο. Ὥσπερ καὶ τὸ δὶς τῷ αὐτῷ χρήσασθαι· δύναται δὲ ἐμφαίνειν καὶ ἐπίτασιν τῆς κραυγῆς.

Voce mea ad Deum. A communi sensu sumendum est verbum, *Clamavi ;* sciendum vero est, quod verba illa, *Voce mea,* superflua sunt : verum Hebraicum est idioma, quemadmodum et illud, quod bis eamdem repetit sententiam : tametsi possint repetita verba emphasim quamdam, et majorem actus intensionem præ se ferre.

Καὶ προσέσχε μοι. Θερμῶς βοῶντι καὶ ὁλοψύχως.

Et intendit mihi. Ardenter atque ex tota anima clamanti.

Ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου, τὸν Θεὸν ἐξεζήτησα. Τὸ *ἐξεζήτησα*, τὴν σπουδαίαν ζήτησιν δηλοῖ· ἐξεζήτει δὲ αὐτὸν εἰς ἀντίληψιν.

VERS. 3. *In die tribulationis meæ Deum exquisivi.* Verbum, *Exquisivi,* inquisitionem cum studio indicat : inquirebat autem eum in sui auxilium.

Ταῖς χερσί μου νυκτὸς ἐναντίον αὐτοῦ. Ἀπὸ κοινοῦ λητέον, καὶ ἐπὶ τούτου, τὸ *Ἐξεζήτησα.* Πῶς δέ τις ἐκζητεῖ τὸν Θεόν; Ταῖς χερσὶν, ἐκτείνων αὐτὰς πρὸς αὐτὸν μετὰ δεήσεως· νυκτὸς δὲ, ὅτε πᾶσα πανταχόθεν ἄδεια· ἐναντίον δὲ αὐτοῦ, τουτέστιν ἐνώπιον αὐτοῦ βλέποντος πάντα. Τινὲς δὲ

Manibus meis nocte coram eo. A communi sensu sumendum etiam hic est verbum, *Exquisivi.* Exquirere autem manibus Deum ille videtur, qui, cum fundit preces, manus ad Deum quodam cum affectu extendit. Nocte vero, inquit, id facio (quando omnia silent et quiescunt), quando maxima adest

[36] Matth. xviii, 20.

Digitized by Google

securitas (et omne abest impedimentum). *Coram eo* autem, hoc est, in illius præsentia, qui omnes videt. Aliqui per manus, actiones intelligunt, et nocte, pro clam ac latenter, ita ut exquisisse se Deum affirmet per bonas actiones, bene ac secundum virtutem operando, clam tamen et latenter ab hominibus.

A χεῖρας ἐνταῦθα τὰς πράξεις νοοῦσιν· νυκτὸς δὲ, ὁ.ὰ τὸ λανθάνειν, ὅτι ἐξιζήτησε τὸν Θεὸν διὰ τῶν ἀγαθῶν πράξεων λανθάνων τοὺς ἀνθρώπους.

Et non sum deceptus. Et cum adjutorem illum mihi fore sperassem, concepta spe frustratus non sum. Patet igitur psalmi verba populo accommodari, post reditum e Babylonica captivitate, quemadmodum et modo cuilibet congruere possunt, qui a periculis salvatus sit.

Καὶ οὐκ ἠπατήθην. Ἐλπίσας εὑρεῖν βοηθὸν αὐτὸν, οὐκ ἠπατήθην ταῖς ἐλπίσιν, εἴτουν, οὐκ ἠστόχησα. Δῆλον οὖν ὅτι μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον ἁρμόσει ταῦτα τῷ λαῷ, καὶ μὴν καὶ παντὶ τῷ ἐκ κινδύνων περισωθέντι.

Renuit consolari anima mea. Non est passa ut aliquis consolationem afferret, gravi nimirum dolore affecta.

Ἀπηνήνατο παρακληθῆναι ἡ ψυχή μου. — Ἀπηνήνατο, ἀπηγόρευσεν, οὐκ ἐδέξατο παρηγορηθῆναι ἐξ ἀνθρώπων, λίαν βαρυθυμοῦσα.

VERS. 4. *Memor fui Dei, et lætatus sum.* Unicum mihi in tantis malis fuit solamen, Dei scilicet memoria. Cogitans enim quod posset ille me ex omnibus periculis liberare, amplissimum inde capiebam solatium.

B *Ἐμνήσθην τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐφράνθην.* Μίαν μόνην εἶχον παράκλησιν, τὴν τοῦ Θεοῦ μνήμην ἐν τοσούτοις κακοῖς. Μνημονεύων γὰρ ὅτι δύναται ἀπαλλάξαι με, παρηγορούμην (80). Ὢ τῆς εὐπορίστου παραμυθίας!

Et meditatus sum et defecit spiritus meus. Quod hic Latine legimus *Meditatus sum*, in Græca lectione habetur ἠδολέσχησα; est autem ἀδολεσχία proprie, ut alibi diximus, sermo superfluus; hanc nos nugacitatem dicere possumus, juxta illud: *Narraverunt mihi iniqui nugacitates, sed non ut lex tua*[37]: (est etenim illic in Græco eadem dictio ἀδολεσχία.) Accipitur etiam pro meditatione et sollicitudine, ut hic (et aliqui mitiori vocabulo *argutationem* interpretati sunt, quod medium quoddam videtur esse inter nugacitatem, et meditationem, et utrique significationi facillime posse accommodari). Argutabar, inquit, et meditabar in me ipse, et sollicitus cogitabam, quonam pacto a tanta mœstitia liberari possem. Cumque solutionem aut requiem nullam invenirem, anima mea angustiis undique detenta est. Ejusmodi etiam est, quod alibi legimus: *In mandatis tuis meditabar*[38]. Item: *Servus autem tuus meditabatur in justificationibus tuis*[39] (tametsi Latinus interpres persæpe *Exercebar*, reddiderit, seu *Exercitatus sum*); multa etiam alia inveniri possunt in psalmo CXVIII. Invenimus etiam ἀδολεσχίαν posui pro oratione: unde ab Anna dictum legimus: *In multitudine orationis meæ contabui*[40]: (eadem enim dictio ἠδ habetur in Græco, pro oratione.)

C *Ἠδολέσχησα καὶ ὠλιγοψύχησε τὸ πνεῦμά μου.* Ἀδολεσχία κυρίως μὲν, ἡ περιττολογία καὶ φλυαρία, ὡς τό· *Διηγήσαντό μοι παράνομοι ἀδολεσχίας*· τάττεται δὲ καὶ ἐπὶ μελίτης καὶ φροντίδος· ὡς ἐπὶ τοῦ παρόντος. Ἐμελέτων γὰρ, φησὶν, ἐν αὐτῷ, καὶ ἐφρόντισα πῶς ἂν ἀπαλλαγείην τῶν ἀλγεινῶν· καὶ μὴ εὑρίσκοντός μου λύσιν, ἐστενοχωρήθη ἡ ψυχή μου. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό· *Ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου ἀδολεσχήσω*· καὶ τό· *Ὁ δὲ δοῦλός σου ἠδολέσχει ἐν τοῖς δικαιώμασί σου*· καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἐν τῷ ριη' ψαλμῷ. Λέγεται δὲ ἀδολεσχία, καὶ ἡ προσευχή· ὡς τὸ τῆς Ἄννης· *Ἐκ πλήθους ἀδολεσχίας μου, ἐκτέτηκα.*

VERS. 5. *Prævenerunt custodias oculi mei.* Qui exercituum curam habent, solent noctis custodias in quatuor partes dividere, quatuor constituentes custodias, quas certo ordine alternant. Oculi mei, inquit, omnes noctis custodias prævenerunt, hoc est, viligando omnia custodiarum tempora prævenerunt. Cum enim meditarer, et sollicitus essem, recessit ab oculis meis somnus. Vel aliter: Oculi mei, hoc est, observatores atque inimici mei, omnes prævenerunt custodias, solliciti nimirum, ut suis me insidiis comprehenderent.

Προκατελάβοντο φυλακὰς οἱ ὀφθαλμοί μου. Οἱ φυλάσσοντες τὰ στρατόπεδα, διαιροῦσιν εἰς τέσσαρας φυλακὰς τὴν νύκτα· πρώτην, δευτέραν, καὶ τετάρτην· καὶ ἀμοιβαίως ἀλλήλοις αὐτὸ παραδιδόασι. Φησὶν οὖν, ὅτι Προέφθασαν οἱ ὀφθαλμοί μου πάσας τὰς τῆς νυκτὸς φυλακάς· τουτέστιν, ἀγρυπνοῦντες προελάμβανον τοὺς καιροὺς τῶν τοιούτων φυλακῶν· μεριμνοῦντος γὰρ, ἀφίστατό μου ὁ ὕπνος. Ἢ ὀφθαλμοὺς λέγει, τοὺς ἐπιτηροῦντας αὐτὸν ἐχθρούς· ὅτι Προκατελάβοντο κατ' ἐμοῦ φυλακὰς οἱ ἐπιτηρηταί μου.

Turbatus sum, et non sum locutus. Afflictionibus atque angustiis confusus sum, verum hujusmodi afflictiones inimicis meis non revelavi, ne majori extollerentur lætitia.

Ἐταράχθην, καὶ οὐκ ἐλάλησα. Συνεχύθην ταῖς θλίψεσιν· ἀλλ' οὐκ ἐξέφηνα ταύτας πρὸς τοὺς ἐχθροὺς, ἵνα μὴ καὶ μᾶλλον ἐπιχαρῶσί μου.

VERS. 6. *Cogitavi dies antiquos, et annos æternos*

Διελογισάμην ἡμέρας ἀρχαίας καὶ ἔτη αἰώνια

[37] Psal. CXVIII, 85. [38] Ibid. 47. [39] Ibid. 23. [40] I Reg. I, 16.

Variæ lectiones.

(80) Ad verbum: *Animum sumebam: o amplissimum solatium!*

Digitized by Google

ἐμνήσθην, καὶ ἐμελέτησα. Ἡμέρας ἀρχαίας λέγει, τὰς ἐπὶ Μωϋσέως, καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ· ὅπως οἱ τότε ἠλευθερώθησαν τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δουλείας, καὶ διέβησαν ἀβρόχῳ τὴν Ἐρυθράν, καὶ μυρία εὐεργετηθέντες, εἰσῆλθον εὐκλεῶς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Αἰώνια δὲ καλεῖ, τὰ παλαιά· οὕτω καὶ ἀπ' αἰῶνος λέγομεν τὰ ἔκπαλαι· ἀδιάφορος δὲ ἡ σύνταξις τοῦ *Ἐμνήσθην· Ἐμελέτησα* δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἀνεπόλησα ταῦτα ἐν τῷ νόῳ μου· ἐκείνας δὲ τὰς ἀρχαίας ἡμέρας εἶπε, καὶ ἔτη αἰώνια. Ἐντεῦθέν τινες κινούμενοί φασι, τὸ, *Προκατελάβοντο φυλακὰς*, ἄλλως ἡρμήνευσαν· ὅτι Οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς ψυχῆς μου, τουτέστιν ὁ νοῦς μου, *προκατεσκέψατο* τὰς πολιτείας τοῦ βίου. Νὺξ μὲν γὰρ ὁ βίος, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ πλάνην· φυλακαὶ δὲ αὐτοῦ, αἱ πολιτεῖαι· ἡ πρὸ τοῦ νόμου, ἡ νομικὴ, καὶ ἡ εὐαγγελική· τὰς δύο τοίνυν, φησὶν, ἀναθεωρῆσαι, καὶ μὴ εὑρεῖν τοιαύτην ἐγκατάλειψιν. Καὶ τοῖς πατριάρχαις γὰρ ὁ Θεὸς ἐβοήθει· καὶ τοῖς μετὰ τὸν νόμον ἄχρι τοῦ παρόντος ἐξανδραποδισμοῦ. Περὶ τῶν τοιούτων οὖν φυλακῶν καὶ ὁ Κύριος εἴρηκεν, ἐν οἷς μακαρίζει τοὺς γρηγοροῦντας δούλους· φησὶ γάρ, ὅτι *Κἂν τῇ δευτέρᾳ, κἂν τῇ τρίτῃ φυλακῇ εὑρῇ οὕτως, μακάριοί εἰσιν οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι.*

A *memoria repetii, et meditatus sum.* Per antiquos dies, tempora Moysi intelligit, et Jesu Nave. Cogitavi, inquit, quo pacto illi de Ægyptiaca servitute fuerint liberati, quomodo siccis pedibus pertransierunt mare Rubrum, quomodo innumeris a Deo affecti beneficiis in terram tandem promissionis cum gloria ingressi sunt. *Æternos* autem *annos*, dixit, pro Antiquos, quemadmodum A sæculo atque Ab æterno dicere solemus, aliquando pro Antiquitus; et *Meditatus sum*, hoc est, revolvi in memoria mea : et quos paulo ante dies antiquos dixerat, postea æternos annos appellavit. Hinc quidam moti sunt, et verba illa : *Præoccupaverunt custodias oculi mei*, alio modo exposuerunt, dicentes : Oculi animæ meæ, hoc est, mens mea, prius consideravit omnes vitæ meæ conversationes. Præsens quippe hæc vita, nox dici potest, ob multiplices errores qui in ea reperiuntur. Custodiæ autem hujus vitæ, conversationes variæ sunt, seu variæ vivendi regulæ, verbi gratia, conversatio quæ ante legem fuit, item conversatio legalis, deinde evangelica. Contemplatum igitur se esse dicit antiquos dies, hoc est, patrum vitas : et nusquam invenisse se dicit, quod patres ac majores sui adeo destituti essent divino auxilio. Nam et patriarchis summam Deus opem tulit, et aliis quibuscunque majoribus, qui post datam legem in captivitatem inciderunt. De hujusmodi autem custodiis loqui videtur Dominus in eo loco, ubi *beatos* dicit, *servos vigilantes : quia si in secunda, aut tertia custodia, Dominus venerit, et invenerit eos sic, beati sunt servi illi.*

B

Νυκτὸς μετὰ τῆς καρδίας μου ἠδολέσχουν. — *Νυκτὸς*, ἀντὶ τοῦ, Ἐν νυκτὶ, ὅτε ἠρεμία πάντων· καὶ αὕτη δὲ ἡ ἀδολεσχία ὁμοία ἐστὶ τῇ προρρηθείσῃ. Μετὰ δὲ τῆς *καρδίας μου*, ἀντὶ τοῦ, Ἐν τῇ ψυχῇ μου.

C

Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ. Ἀκούσας ὁ προφήτης παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὅτι ὁ Θεὸς ἐπὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ὀφθήσεται, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφήσεται, καὶ ὑπερεκπλαγεὶς, ἀνεβόησε πρὸς αὐτὸν, ὅτι Μεγάλα καὶ θαυμαστὰ ἐλαλήθη μοι περὶ σοῦ, ὦ πόλις τοῦ Θεοῦ. Πόλις δὲ τοῦ Θεοῦ αὕτη, καὶ ὡς πάλαι τῷ Θεῷ ἀνατεθεῖσα, καὶ ὡς ὕστερον τῷ Χριστῷ ἀφορισθεῖσα, διὰ τὰ ἐν αὐτῇ πάθη καὶ τὸν τάφον αὐτοῦ.

Vers. 3. *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.* Cum jam audisset Propheta a sancto Spiritu, quod Deus in Jerusalem videndus erat, et quod conversaturus esset cum hominibus, stupore quodam correptus conversusque ad ipsam Jerusalem clamavit, dicens: Magna atque admiranda quædam mihi, o Dei civitas, de te dicta sunt. Civitatem autem Dei eam appellat, quia jamdiu Deo fuerat dicata, et quia demum ipsi Christo, hoc est, illius passioni et sepulturæ erat dicanda.

Μνησθήσομαι Ῥαὰβ καὶ Βαβυλῶνος τοῖς γινώσκουσί με. Προσώπῳ μὲν τοῦ Σωτῆρος ἐκφέρεται οὗτος ὁ λόγος· προφητεύει δὲ ὅτι ἐκ πολλῶν ἐθνῶν, καὶ ἐξ αὐτῶν δήπου τῶν δυσσεβεστέρων, ἡ Ἐκκλησία συστήσεται· διὰ μὲν γὰρ τῆς Ῥαὰβ τοὺς Χαναναίους ἠνίξατο· Χαναναία γὰρ αὕτη· δυσσεβέστατοι δὲ καὶ οἱ Χαναναῖοι καὶ οἱ Βαβυλώνιοι. Εἶτα καταλέγει καὶ ἄλλα ἔθνη τοιαῦτα. Καὶ γινώσκοντας μὲν γὰρ λέγει τοὺς πιστεύσαντας· ἔστι δὲ ὁ νοῦς τοιοῦτος, ὅτι Τῷ συστήματι τῶν πιστευσάντων, μνήμης ἀξιώσω καὶ τούσδε, καὶ τούσδε, τουτέστι, φροντίσω καὶ αὐτῶν, ὡς πιστῶν. Τινὲς, ὅτι Ῥαὰβ τὴν Ἀραβίαν φασί. C

Vers. 4. *Memor ero Rhaab, et Babylonis cognoscentibus me.* Efferendus est hic sermo ex Christi persona, et prædicit, quod Ecclesia ex multiplicibus erat gentium nationibus congreganda, atque illis quidem olim impiis. Per Rhaab etenim Chananæos significat. Chananæa enim fuerat Rhaab. Chananæi vero omnium fuerunt impiissimi. Simili modo et Babylonii, et aliæ gentes, quas statim connumerat. Per cognoscentes autem se, fideles atque in se Christum credentes omnes intelligit. In ea igitur fidelium congregatione, qui in me crediderint, ego memor ero Rhaab, et Babylonis, et aliorum, qui connumerantur, hoc est, ego eos memoria dignos faciam, præclaraque eorum facta fidelibus commemorabo. Vel, curam eorum habebo, sollicite cogitans de iis tanquam pro dilectis fidelibus. Aliqui per Rhaab Arabiam intelligunt.

Καὶ ἰδοὺ ἀλλόφυλοι, καὶ Τύρος, καὶ λαὸς τῶν Αἰθιόπων. Οὗτοι ἐγεννήθησαν ἐκεῖ. Καὶ ἀλλόφυλοι, καὶ Τύριοι, καὶ Αἰθίοπες, ἐτάχθησαν ἐκεῖ, εἴτουν ἐν τῇ Σιὼν, ἢ ἐν ταῖς πύλαις τῆς Σιὼν, ὡς εἴρηται, ἢ ἐν τοῖς γινώσκουσι τὸν Θεόν· τὸ δὲ, Ἐγεννήθησαν, Ἐτάχθησαν ἐξέδωκεν ὁ Ἀκύλας. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Σύμμαχος. Ἐτάχθησαν δὲ διὰ γεννήσεως τοῦ θείου βαπτίσματος. Περιττεύει δὲ τὸ, Ἰδοὺ, κατὰ τὸ ἰδίωμα τῆς Ἑβραΐδος γραφῆς· καὶ τὸ οὗτοι δὲ παρέλκον ὁρᾷς. Συντάσσεται δὲ καὶ οὕτως· Καὶ ἰδοὺ, ἀντὶ τοῦ, Καὶ λοιπὸν, οὗτοι ἐγεννήθησαν ἐκεῖ. Τίνες οὗτοι; Ἀλλόφυλοι, καὶ Τύριοι, D

Ecce alienigenæ, et Tyrus, et populus Æthiopum, hi generati sunt illic. Alienigenæ Tyri, et Æthiopes, nati sunt in Sion, vel in portis Sion, ut dictum est, vel in cognoscentibus Deum. Nam quod LXX dixerunt *Generati sunt*, Symmachus, et Aquila reddiderunt, *Nati sunt*. Nati autem sunt, per sacri baptismatis regenerationem. Abundat autem dictio, *ecce*, juxta idioma Hebraicum. Dictio etiam, *hi*, abundare pari modo videtur. Ordo tamen hic esse potest: Ecce hi generati sunt illic; et si quæris quinam sint hi: *Ecce*, inquit, *alienigenæ et Tyrus*, et quæ sequuntur. De alienigenis dictum est in

[25] Hebr. XII, 22

Digitized by Google

psalmo LXXXII; hæ autem gentes, quæ hic connumerantur, cæterarum omnium, ut diximus, impiissimæ erant. Si igitur tam impiæ gentes Christo credituræ sunt, quanto magis omnes aliæ minus impiæ etiam ei credent?

A καὶ τὰ ἑξῆς. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἀλλοφύλων εἴρηται ἐν τῷ πβ' ψαλμῷ. Πάντα δὲ τὰ ἀπαριθμηθέντα ἔθνη ἀσεβέστερα καὶ παρανομώτερα τῶν ἄλλων ἦσαν. Εἰ δὲ τὰ τοιαῦτα ἔθνη πιστεύσουσιν, πολλῷ μᾶλλον τ' ἄλλα.

Vers. 5. *Mater Sion, dicet homo.* Manifeste ac palam prædicit, quod ex quacunque gente quis ingressus fuerit in Sion, dicet, quod Sion mater est. Subintelligi enim debet dictio *est*. Mater autem ideo appellatur Sion, quia regenerat, ut diximus: vel quia Christianorum ac spiritualium dogmatum cibo fideles omnes veluti pia mater alit. Vel mater appellatur, tanquam amabilis. Ea etenim nihil suavius, aut amabilius est. Vere quippe amabilis est Ecclesia iis qui in eam ingrediuntur, eo quod ibi conversatus est secundum carnem Christus Dominus, qui locum conversationis suæ sanctificavit.

Μήτηρ Σιὼν, ἐρεῖ ἄνθρωπος. Προφητεύει σαφῶς, ὅτι ἄνθρωπος ἐκ παντὸς ἔθνους, εἰς τὴν Σιὼν ἐλθὼν, ἐρεῖ, ὅτι μήτηρ ἐστὶν ἡ Σιών. Λείπει γὰρ τὸ *Ἐστί*· μήτηρ δέ ἐστιν, ὡς ἀναγεννῶσα, καθὼς ἀνωτέρω διελάβομεν, καὶ ὡς ἐκτρέφουσα τοῖς περὶ Χριστοῦ δόγμασιν· ἢ μήτηρ πάλιν, ὡς ποθεινή· μητρὸς γὰρ οὐδὲν ποθεινότερον· ποθεινὴ γὰρ ὄντως τοῖς εἰς αὐτὴν ἐρχομένοις ἐστὶ, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ πολιτευθῆναι κατὰ σάρκα τὸν Δεσπότην Χριστὸν, καὶ ἁγιάσαι τοὺς τόπους τῆς ἀναστροφῆς αὐτοῦ.

Et homo natus est in ea. Hoc ad Christi generationem pertinent, qui intra Ecclesiæ terminos natus est: Christus, inquam, qui verus homo fuit, et qui integram humanitatis dignitatem servavit: verum ne nudum hominem putares, sed Deum pariter et hominem cognosceres, addidit:

Καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ. Τοῦτο περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως, ὅτι ἐν τοῖς ὁρίοις αὐτῆς ἐγεννήθη ἄνθρωπος ὄντως, ὡς φυλάξας τὸ ἀξίωμα τῆς ἀνθρωπότητος. Ἵνα δὲ δείξῃ ὅτι οὐκ ἦν ψιλὸς ἄνθρωπος, ἀλλ' ἄνθρωπος ὁμοῦ καὶ Θεὸς, ἐπήγαγε·

Et ipse fundavit eam Altissimus. Et ille, inquit, qui in ea natus est, ut homo, idem ille ab initio eam fundavit, veluti terræ ac cœli creator, qui altissimus est, tanquam Deus.

Καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ Ὕψιστος. Καὶ αὐτὸς ὁ ἐν αὐτῇ γεννηθεὶς ὡς ἄνθρωπος, αὐτὸς, φησὶν, ἐθεμελίωσεν αὐτὴν κατ' ἀρχὰς, ὡς ποιητὴς οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁ ὢν ὕψιστος, ὡς Θεός.

Vers. 6. *Dominus narrabit in scriptura populorum, et principum horum, qui generati sunt in ea.* A prophetarum Scripturis Christus omnia docebit, quæ ad se pertinet. Ait enim Lucas: *Et traditus est ei liber Isaiæ prophetæ, et explicato libro, invenit locum, ubi scriptum erat: Spiritus Domini super me, cujus gratia unxit me, evangelizare pauperibus misit me* [26], et quæ sequuntur. Hujusmodi igitur prophetarum scripturam, populorum scripturam appellat, et scripturam principum eorum, veluti quæ et Judæorum populis et eorum principibus data erat, et illorum propria erat possessio, qui in ea generati sunt, hoc est, qui nati sunt in Sion.

Κύριος διηγήσεται ἐν γραφῇ λαῶν καὶ ἀρχόντων γεγεννημένων ἐν αὐτῇ. Ὃ Χριστὸς διδάξει τὰ περὶ ἑαυτοῦ, ἀπὸ τῆς Γραφῆς, δηλαδὴ τῆς προφητικῆς. Φησὶ γὰρ Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστής· *Καὶ ἐπεδόθη αὐτῷ βιβλίον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, καὶ ἀναπτύξας βιβλίον, εὗρε τόπον οὗ ἦν γεγραμμένον· Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με*, καὶ τὰ ἑξῆς. Τὴν δὲ τοιαύτην προφητικὴν γραφὴν ἐκάλεσε γραφὴν τῶν λαῶν καὶ τῶν ἀρχόντων αὐτῶν, ὡς τοῖς λαοῖς τῶν Ἰουδαίων καὶ τοῖς ἄρχουσιν αὐτῶν δεδομένην, καὶ κτῆμα τούτων ὑπαρχούσης τῶν γεγεννημένων, εἴτουν τῶν τεχθέντων ἐν Σιών.

Vers. 7. *Quam lætantium omnium habitatio est in te.* Dictio *quam* in modum confirmantis est posita. Vere, inquit, o Sion, in te est habitatio *omnium* spiritualiter lætantium. Dictio autem *omnium*, tametsi universalem sermonem reddit, apud Hebræos tamen frequentissime ita ponitur, ut non tam universos quam multos significet.

Ὡς εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία ἐν σοί. Τὸ ὡς, βεβαιωτικόν. Ὄντως, ὦ Σιὼν, ἐν σοὶ ἔσται ἡ κατοικία *πάντων* τῶν εὐφραινομένων πνευματικῶς· σὲ κατοικήσουσι. Τὸ δὲ, *Πάντων*, εἰ καὶ καθολικὸν σχηματίζει τύπον, ἀλλ' οὖν ἰδίωμα καὶ τοῦτό ἐστιν, ἐμφαῖνον πλῆθός τινων.

Canticum psalmi filiis Core, in finem pro Maeleth, ad respondendum, intelligentiæ ipsi Æman Israelitæ.

ὨΙδὴ ψαλμοῦ τοῖς υἱοῖς Κορὲ, εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ Μαελὲθ, τοῦ ἀποκριθῆναι, συνέσεως Αἰμὰν τῷ Ἰσραηλίτῃ.

PSALMUS LXXXVII.

ΨΑΛΜΟΣ ΠΖ'.

Quid sit canticum psalmi, et de filiis Core diximus in Proœmio operis. *In finem* vero ideo inscriptum est, quia ad finem tendebat prophetia, quæ hic continetur. Et psalmus quidem proxime præcedens Christi nativitatem prædixit, hic autem Christi mortem. Quod autem inscribitur *pro Maeleth*,

Τί μέν ἐστιν ὨΙδὴ ψαλμοῦ, καὶ περὶ τῶν υἱῶν Κορὲ, διελάβομεν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς βίβλου. Εἰς τέλος δὲ, διὰ τὸ βλέπειν εἰς τὸ τέλος τὴν ἐν τούτῳ προφητείαν. Ὁ μὲν γὰρ πρόλαβὼν ψαλμὸς περὶ τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως προεφήτευσεν, οὗτος δὲ περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Τοῦ δὲ, *Ὑπὲρ Μαελὲθ*, ἀντὶ τοῦ

[26] Luc. IV, 16, 17.

Digitized by Google

διὰ χορεύσεως. Ἤδον γὰρ καὶ ἅμα ἐχόρευον. *Τοῦ Ἀποκριθῆναι* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Ἐν τῷ ἀποκριθῆναι· ἐχόρευον γὰρ ἐν τῷ ἀποκριθῆναι πρὸς τὴν δι' ὀργάνων μουσικήν. *Συνέσεως* δὲ, ὅτι χρεία συνέσεως τοῖς ἀναγινώσκουσιν, διὰ τὸ ἐγκεκρυμμένον τῷ ψαλμῷ περὶ τοῦ Δεσποτικοῦ θανάτου μυστήριον. *Αἰμὰν* δὲ τῷ *Ἰσραηλίτῃ*, διότι οὐ μόνον τοῖς υἱοῖς Κορὲ, ἀλλὰ καὶ Αἰμὰν τῷ ἀρχῳδῷ παραδίδοται ὁ ψαλμὸς ὑπὸ Δαβίδ· καὶ ὑπ' ἀμφοτέρων τῶν χορῶν ᾄσθη συναδόντων, ἢ καὶ ἀνὰ μέρος ᾀδόντων. Τινὰ μὲν οὖν τῶν ἀντιγράφων Αἰμὰν γράφουσι, τινὰ δὲ Αἰθάμ· ἄμεινον δὲ ἐν τῷ παρόντι Αἰμὰν γράφειν, ἐν δὲ τῷ μετὰ τοῦτον, Αἰθάμ. Ἐν γὰρ τῇ πρώτῃ τῶν Παραλειπομένων καὶ Αἰμὰν καὶ Αἰθὰμ ἀναγράφονται χοράρχαι. *Τῷ Ἰσραηλίτῃ* δὲ, οὐχ ὡς τῶν ἄλλων μὴ ὄντων Ἰσραηλιτῶν, ἀλλ' ὡς καὶ ἄλλων ὄντων Αἰμὰν καὶ Αἰθὰμ, ἀλλοφύλων, ὧν πρὸς διαστολὴν ἡ τοῦ Ἰσραηλίτου προσηγορία (3).

A exponitur, hoc est, *pro choreis*. Canere enim solebant, atque una choreas ducere, quando hunc psalmum recitabant. *Ad respondendum* autem, hoc est, cum responderent. Tripudiabant enim dum ad organorum musicen responderent. *Intelligentiæ* vero, quia intelligentia lectori opus est, ob occultum ac præsignatum hic de Christi morte mysterium. *Ipsi vero Æman Israelitæ*, quia non solis Core filiis, sed etiam Æman principi alterius chori traditus fuit hic psalmus a beato David, et ab utroque choro una fuit, aut fortasse alternatim decantatus. Quædam exemplaria non Æman habent, sed Æthan, verum placet ut in præsenti psalmo legamus Æman, et in sequenti Æthan. Nam in Paralipomenon libro uterque eorum chori princeps fuisse traditur. *Israelitæ* etiam dixit, non quod B alii cantores non essent Israelitæ, sed quia alii fortassis erant homines hujusmodi nomine Æman, et Æthan, qui erant alienigenæ, ad quorum distinctionem sic dictum est; vel forte quia tale illis erat cognomen.

Κύριε ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου, ἡμέρας ἐκέκραξα καὶ ἐν νυκτὶ ἐναντίον σου. Περὶ μὲν τοῦ, *Ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου*, εἴρηται ἐν τῷ ξζ' ψαλμῷ· Κύριον δὲ καὶ Θεὸν ὁ Χριστὸς τὸν Πατέρα καλεῖ, ὡς ἄνθρωπος· πολλὰ γὰρ τοιαῦτα καὶ ἐν τῷ κα' ψαλμῷ. *Ἡμέρας δὲ καὶ ἐν νυκτὶ*, ἀντὶ τοῦ, Διὰ παντός. Ἐμφαντικὸν δὲ τοῦτο τῆς πρὸς Θεὸν πίστεως· ὃς γὰρ εἰλικρινῶς τὸν Θεὸν ἀγαπᾷ, βοᾷ ἐνώπιον αὐτοῦ τοῦτο μὲν στόματι, τοῦτο δὲ καρδίᾳ· ἀεὶ γὰρ χρῄζει τῆς παρὰ Θεοῦ ἀντιλήψεως· ἢ ἡμέραν καὶ νύκτα λέγει τὴν τῆς προόδου. C

VERS. 2. *Domine Deus salutis meæ, in die clamavi et in nocte coram te.* De his verbis: *Deus salutis meæ*, dictum est in psalmo LXVII. Dominum autem et Deum Christus Patrem appellat, ut homo; et multa hujuscemodi dicta reperies in psalmo XXI. *Die autem et nocte* dixit pro Perpetuo. Summam enim hæc verba in Deum fidem attestantur; quia qui sincera mente Deum amat, assidue aut ore aut corde coram eo clamat, quoniam et assidue illius ope indiget. Vel diem et noctem particulatim illam intelligit, qua proditus est Dominus.

Εἰσελθέτω ἐνώπιόν σου ἡ προσευχή μου· κλῖνον τὸ οὖς σου εἰς τὴν δέησίν μου. Προσευχὴν καὶ δέησιν ἐνταῦθα νοήσεις ἢ τὴν περὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἢ τὴν περὶ τοῦ παρελθεῖν τὸ τοῦ θανάτου ποτήριον, ὡς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις εὑρήσεις. Ὡς ἄνθρωπος δὲ τὰ ταπεινὰ ταυτὶ φθέγγεται, καθὼς ἐν τῷ κα' ψαλμῷ προείρηται. Περὶ δὲ τῆς κλίσεως τοῦ θείου ὠτὸς ἐν τῷ ις' ψαλμῷ παραδεδώκαμεν.

VERS. 3. *Intret in conspectu tuo oratio mea, inclina aurem tuam ad preces meas.* Orationem et preces, vel eas intellige, quas habuit pro discipulis, vel eas quas protulit, quando petiit transire a se calicem mortis. Humilia autem hujusmodi verba proferre introducitur, ut homo, quemadmodum diximus in psalmo XXI. Quid autem in Deo sit inclinare aurem, diximus in psalmo XVI.

Ὅτι ἐπλήσθη κακῶν ἡ ψυχή μου, καὶ ἡ ζωή μου τῷ ᾅδῃ ἤγγισεν. — Κακῶν, ἀντὶ τοῦ, Θλίψεων. *Περίλυπος* γάρ, φησὶν, ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. Ἅδην γὰρ νῦν τὸν θάνατον ὑπολαμπτέον.

VERS. 4. *Quia repleta est malis anima mea, et vita mea inferno appropinquavit.* Malis, hoc est, calamitatibus et affectionibus. *Tristis* enim, inquit, *est anima mea usque ad mortem.* Per infernum etiam hoc loco mortem ipsam intelligere debemus. D

Προσελογίσθην μετὰ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον.—Προσελογίσθην, ἀντὶ τοῦ, Συνηριθμήθην, συνετάγην μετὰ τῶν θαπτομένων· τούτους γὰρ λέγει καταβαίνοντας εἰς λάκκον. Εἴρηται γὰρ ὅτι λάκκος λέγεται καὶ ὁ τάφος. Τὰ μὲν γὰρ οὖν πρὸ τοῦ παρόντος ῥητοῦ, τῷ πρὸ τοῦ θανάτου καιρῷ ἁρμόζουσι, τοῦτο δὲ τῷ μετὰ τὴν ταφήν.

VERS. 5. *Reputatus sum cum descendentibus in lacum.* — *Reputatus sum* pro *Connumeratus sum.* Collocatus sum, inquit, cum sepultis, quos in lacum descendentes appellavit. Diximus enim alibi quod sepultura etiam lacus dicitur. Quæ igitur superius dicta sunt, tempori congruunt ante mortem; hæc autem, et quæ sequuntur, tempori post sepulturam.

Ἐγενήθην ὡσεὶ ἄνθρωπος ἄβοήθητος. Οὐχ ὡσεὶ ἄνθρωπος μόνον· ἦν γὰρ τέλειος ἄνθρωπος·

Fui sicut homo sine adjutorio. Non dixit: *Sicut homo* simpliciter, sed: Sicut homo sine adjutorio.

Variæ lectiones.

(3) Perperam interpres unicam sententiam in duas solvit. Vertendum: *Ad quorum distinctionem Israelitæ cognomen additum est.*

Digitized by Google

Omnes enim, ut inquit Evangelista, *dimittentes eum fugerunt* [27]. Humano igitur judicio, visus est omni esse auxilio destitutus, tametsi secus fuerit. Dixisse enim eum legimus ad Petrum : *An putas, quod non possim nunc rogare Patrem meum, et præstabit mihi plusquam duodecim legiones angelorum* [28] ?

A ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος ἀβοήθητος · *Πάντες* γάρ, φησίν, *ἀφέντες αὐτὸν, ἔφυγον*. Ἔδοξε μὲν οὖν ἀβοήθητος τοῖς ἀνθρώποις, οὐκ ἦν δέ · εἴρηκε γὰρ πρὸς Πέτρον · *Ἢ δοκεῖς ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν Πατέρα μου, καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων ;*

In mortuis liber. Liber a corruptione, vel etiam liber, quia non ab angelis in infernum deductus sum, sed solus descendi ; subaudiri enim debet verbum, *Fuit*. Accessi, inquit, ad mortuos liber, hoc est, insons atque innocens, abest enim (A *culpa*). Omnes enim alii peccatum secum habent ut causam mortis. Pœna enim ac multa peccati, mors ; solus autem Christus insons, et sine peccato ad mortem accessit. Vel *Liber*, quia alii inviti moriuntur, et ideo mortis servi sunt : at Christus sponte sua ac volens mortuus est. *Potestatem* enim inquit, *habeo ponendi animam meam* [29]. Vel aliter, *Liber*, veluti qui inferni vinculis non est detentus, sed cum autoritate atque cum dignitate illuc descendit, atque ibidem etiam conversatus est, et aliorum vincula dissolvit. Præterea illa ratione liber dicitur Christus, quia tanquam Deus morti subditus non fuit.

Ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος. Ἐλεύθερος διαφθορᾶς · ἢ, μὴ ὑπ' ἄλλων καταγόμενος εἰς τὸν ᾅδην, ἀλλὰ μόνος κατιών. Προσυπακουστέον δὲ τὸ, *Ἐγενήθην*. Ἀφικόμην εἰς τοὺς νεκροὺς ἐλεύθερος, ὅ ἐστιν, ἀναίτιος, ἐλλείποντος τοῦ ἅρθρου. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες αἰτίαν ἔχουσι θανάτου τὴν ἁμαρτίαν · ἐπιτίμιον γὰρ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος · μόνος δὲ ἀναίτιος, ὡς ἀναμάρτητος, ὁ Χριστός. Ἢ ἐλεύθερος, ὡς τῶν B ἄλλων μὲν ἀκόντων ἀποθνησκόντων, καὶ διὰ τοῦτο δεδουλωμένων τῷ θανάτῳ, τοῦ δὲ Χριστοῦ ἑκόντος. *Ἐξουσίαν* γάρ, φησὶν, *ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου*. Ἢ καὶ ἄλλως · ἐλεύθερος, ὡς μὴ συσχεθεὶς τοῖς δεσμοῖς τοῦ ᾅδου, ἀλλὰ κατ' ἐξουσίαν ἐν τῷ ᾅδῃ ἀναστραφείς, καὶ λύσας μᾶλλον τοὺς τῶν ἄλλων δεσμούς. Ἔστι δὲ ἐλεύθερος νεκρότητος καὶ θανάτου, ὡς Θεός.

Vers. 6. *Sicut vulnerati dormientes in sepulcro.* Subaudiri etiam debet hoc in loco verbum *Fui*. Symmachus vero ita reddidit : *Quasi vulnerati jacentes in sepulcris.*

Ὡσεὶ τραυματίαι καθεύδοντες ἐν τάφῳ. Προσυπακουστέον κἀνταῦθα τὸ *Ἐγενήθην*. Ὁ δὲ Σύμμαχος ἐξέδωκεν, *Ὡσεὶ τραυματισμένοι κείμενοι ἐν τάφοις*.

Quorum non es memor amplius. Cum jam corrupti sint atque in pulverem resoluti.

C *Ὧν οὐκ ἐμνήσθης ἔτι*. Σηπομένων καὶ εἰς χοῦν διαλυομένων.

Et ipsi de manu tua repulsi sunt. Illi nimirum qui ob propria peccata ab auxilio tuo deciderunt. Similis enim, inquit, factus sum hujusmodi hominibus, multorum scilicet opinione, tametsi haud ita esset. Licet, inquit, clavis confossus sim et lancea, ac positus etiam in sepulcro, a te tamen non sum derelictus. Neque enim tu mei unquam oblitus es, qui olim pollicitus fueras *non daturum te esse sanctum tuum videre corruptionem* [30]. Neque etiam de manu tua repulsus sum. Me enim, inquit alibi, propter innocentiam suscepisti.

Καὶ αὐτοὶ ἐκ τῆς χειρός σου ἀπώσθησαν. Οἵτινες ἐκ τῆς ἀντιλήψεώς σου ἐξέπεσον διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Ὡμοιώθην, φασὶ, τοιούτοις, ὅσον ἐπὶ τῇ ὑπολήψει τῶν ἀνθρωπίνων · οὐκ ἦμην δὲ τοιοῦτος. Εἰ γὰρ καὶ ἐτρώθην ἥλοις καὶ λόγχῃ, καὶ ἐτέθην ἐν τάφῳ, ἀλλ' οὐκ ἐπελήσθην παρὰ σοί · *Οὐ* γὰρ *δώσεις*, φησὶ, *τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν* · οὐδ' ἀπώσθην ἐκ τῆς χειρός σου. Ἐμοῦ γάρ, φησὶ, διὰ τὴν ἀκακίαν ἀντελάβου.

Vers. 7. *Posuerunt me in lacu inferiori.* Per lacum inferiorem sepulturam intelligit, cujus profunditatem Christus in Evangelio, *Cor terræ* appellavit dicens : *Sic erit Filius hominis in corde terræ, tribus diebus et tribus noctibus* [31]. Illi autem in ea me posuerunt, qui sepulturam meam curarunt.

Ἔθεντό με ἐν λάκκῳ κατωτάτῳ. Λάκκον κατώτατον τὸν τάφον φησὶν, οὗ τὸ βάθος καρδίαν γῆς εἴρηκε καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Χριστός · Ἔθεντο δέ D με οἱ περὶ τὴν ταφὴν διακονήσαντες.

In tenebrosis et in umbra mortis. In locis, inquam, tenebrosis. Superposito enim sepulturæ lapide, tenebræ in ea efficiuntur. Per umbram etiam mortis, tenebrosa sepulturæ loca significavit, varietate usus sermonis. Siquidem umbrosa loca tenebrosa etiam appellamus.

Ἐν σκοτεινοῖς καὶ ἐν σκιᾷ θανάτου. Ἐν σκοτεινοῖς τόποις · ἐπιτεθέντος γὰρ τοῦ λίθου, σκότος ἐν τοῖς τοῦ μνημείου γέγονε τόποις · σκιὰν δὲ θανάτου πάλιν τοὺς ἐν τῷ τάφῳ σκοτεινοὺς λέγει τόπους · δι' ἑτέρων λέξεων τὸ αὐτὸ σημαίνει. Σκιὰ γὰρ λέγεται καὶ τὸ σκότος.

Vers. 8. *Super me confirmatus est furor tuus.* Symmachus pro *Confirmatus* reddidit, *Aggravatus est*. In me, inquit, irruit ira tua quam delicta ho-

Ἐπ' ἐμὲ ἐπεστηρίχθη ὁ θυμός σου. Τὸ, *Ἐπεστηρίχθη*, ὁ Σύμμαχος, *Ἐπεβάρησεν* ἐξέδωκεν. Ἐμὲ, φησὶ, κατέσκηψεν ὁ κατὰ τῶν ἀνθρώπων

[27] Matth. xxvi, 56. [28] Ibid. 53. [29] Joan. x, 18. [30] Psal. xv, 10. [31] Matth. xii, 40.

Digitized by Google

θυμός σου, ἐν αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν ἐξέκαυσαν ἐκεῖνόν σου ὑποστάντα αὐτὸν, καὶ παύσοντα· παθὼν γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν καὶ ἀποθανών, ἔσπασε τὸν θυμόν σου, καθάπερ ὁ τὴν κατὰ τοῦ παιδὸς φερομένην πληγὴν εἰς ἑαυτὸν ἀντιπερισπάσας. Τῷ ῥάλλοντι γάρ, φησὶν, *αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν*, καὶ *Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν*, εἴτουν διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. A minum in se concitaverant, ego tamen liberus eam sustinui, et te placavi. Passione quippe ac morte mea, indignationem tuam omnem sedavi, veluti cum quis plagam in puerum delatam in se suscipit. *Livore* enim, inquit, *ejus sanati sumus* [31], et *Dominus tradidit eum peccatis nostris* [32], hoc est, propter peccata nostra.

Καὶ πάντας τοὺς μετεωρισμούς σου ἐπήγαγες ἐπ' ἐμέ. Μετεωρισμοὺς λέγει τὰς ἐπαναστάσεις τῶν πειρασμῶν, οὓς ὑπέμεινε· τοῦ Θεοῦ δὲ αὐτοὺς ἐπάλλεσεν, ὡς ψήφῳ αὐτοῦ διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν ἐπενεχθέντας. *Πάντας* δὲ, δηλονότι, Ὅσους ἠθέλησας.

Et omnes fluctus tuos induxisti super me. Per fluctus calamitatum ac tentationum insurrectiones intelligit; et Dei fluctus eas appellat, quia Dei sententia ob nostram immittuntur salutem. *Omnes* vero dixit pro *Multos*; quoscunque scilicet tu voluisti.

Ἐμάκρυνας τοὺς γνωστούς σου ἀπ' ἐμοῦ. Φησὶ καὶ Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστής· *Εἱστήκεισαν δὲ πάντες οἱ γνωστοὶ αὐτοῦ μακρόθεν.* Ἐμάκρυνας δὲ εἶπεν, ὅτι θελήσει τοῦ Πατρὸς ταῦτα γεγόνασιν. B Vers. 9. *Elongasti omnes notos meos a me.* Legimus apud Lucam, quod *omnes noti ejus steterunt a longe* [33]. Deum vero elongasse eos dicit, quia Patris voluntate omnia hæc gesta sunt.

Ἔθεντό με βδέλυγμα ἑαυτοῖς. Οἱ Ἰουδαῖοι, παρ' οἷς ἄχρι καὶ σήμερον βδελυκτόν ἐστι τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ.

Posuerunt me abominationem sibi. Judæi nimirum, apud quos nunc etiam abominabile est Christi nomen.

Παρεδόθην, καὶ οὐκ ἐξεπορευόμην. Παρεδόθην τοῖς Ἰουδαίοις παρὰ τοῦ Ἰσκαριώτου, καὶ δυνάμενος ἐκπορευθῆναι ἀπ' αὐτῶν, οὐκ ἐποίουν τοῦτο, ἀλλ' ἑκαστέρουν ἐκὼν ἐμέ.

Vers. 10. *Traditus sum, et non egrediebar.* Traditus sum Judæis ab Iscariote, et cum egredi ab eis atque effugere possem, non aufugi tamen, sed sponte mea etiam perstiti.

Οἱ ὀφθαλμοί μου οὐκ ἠσθένησαν ἀπὸ πτωχείας. Τῆς ἐκ τοῦ ἐκκενωθῆναι τὴν ἐν αὐτοῖς πιότητα τῶν δακρύων. Ὥσπερ γὰρ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀπεκλαύσατο, οὕτως εἰκὸς αὐτὸν θρηνεῖν καὶ τοῦ προδότου τὴν ἀπόκτωσιν, καὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀποβολὴν, καὶ ἁπλῶς, τῶν ἀπολλυμένων τὸν ὄλεθρον διὰ φιλανθρωπίαν. Τινὲς δὲ πτωχείαν κἀνταῦθα νοοῦσι τὴν ἕκτηξιν τοῦ σώματος, τὴν ἀπὸ κακοπαθείας. C

Oculi mei languerunt præ inopia. Præ inopia videlicet lacrymarum. Nam cum antea copiosissime effluxissent, evacuati tandem ejus sunt oculi. Verisimile est autem quod Dominus ob summam suam misericordiam ita Judæ casum, et Judæorum omnium abjectionem atque interitum deploraverit, quemadmodum plorasse eum novimus super Jerusalem. Quidam hoc in loco, per inopiam, demacerationem corporis intelligunt præ afflictione.

Ἐκέκραξα πρὸς σέ, Κύριε, ὅλην τὴν ἡμέραν. Εἴρηται καὶ κατ' ἀρχάς· *Κύριε ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου, ἡμέρας ἐκέκραξα.* Ἐκέκραξα δὲ οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ μόνον, ὡς ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν μαθητῶν καὶ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ.

Clamavi ad te, Domine, tota die. Dixit etiam in principio psalmi: *Domine Deus salutis, in die clamavi.* Clamavit autem non tantum pro se ipso, ut homo, sed pro discipulis etiam, et pro populo.

Ἐξεπέτασα πρὸς σὲ τὰς χεῖράς μου. Ὑπὲρ τῶν αὐτῶν.

Extendi ad te manus meas. Pro eisdem scilicet supplicans.

Μὴ τοῖς νεκροῖς ποιήσεις θαυμασία, ἢ ἰατροὶ ἀναστήσουσι, καὶ ἐξομολογήσονταί σοι; Νόμῳ φύσεως; ἀνθρωπίνης δειλίᾳ τὸν θάνατον, καὶ παρακαλεῖ ζῆν ἔτι. Καὶ γὰρ καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις φησὶ· *Πάτερ μου, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο.* Ὅμοια δὲ ταυτὶ τὰ ῥητὰ καὶ τὰ ἑξῆς τοῖς ἐν τῷ κθ' ψαλμῷ, ἐν ᾧ εἴρηται· *Μὴ ἐξομολογήσεταί σοι χοῦς; ἢ ἀναγγελεῖ τὴν ἀλήθειάν σου;* καὶ ζήτει ἐκεῖ. Μὴ τοῖς ἀναισθήτοις νεκροῖς ποιήσεις θαυμαστὰ ἔργα; οἷα ποιεῖς πολλάκις τοῖς ζῶσιν. Ἢ ἰατροὶ ἀναστήσουσι, καὶ εὐχαριστήσουσί σοι; Οὐχί. Ἀλλ' οἱ ζῶντες ἐπιγινώσκουσι τὰ τοιαῦτα, καὶ εὐχαριστοῦσι. Διὸ ἔασόν με ζῆν, εἰ δυνατόν. D Numquid mortuis facies mirabilia? aut medici suscitabunt, et confitebuntur tibi? Lege humanæ naturæ formidat Christus mortem, et rogat se diutius vivere. Nam et in Evangeliis dicebat: *Pater meus, si possibile est, transeat a me calix iste* [34]. Similia autem sunt hæc verba et quæ sequuntur, iis quæ habentur in psalmo XXIX, ibi: *Numquid confitebitur tibi pulvis? aut annuntiabit veritatem tuam?* Numquid tu mirabilia facies in insensibilibus mortuis, qualia sæpenumero in viventibus facis? Vel, numquid medici eos mortuos suscitabunt? et deinde gratias tibi agent? Minime, inquit, sed vivi hæc cognoscunt beneficia, et gratias tibi agunt; atque ideo quæso, ut diutius me vivere permittas, si possibile est.

[31] Isa. LIII, 5. [32] Ibid. 6. [33] Luc. XXIII, 49. [34] Matth. XXVI, 39.

Digitized by Google

Vers. 12. *Numquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam? aut veritatem tuam in perditione?* Ad eamdem hæc verba sententiam pertinent. Et per perditionem, rursus sepulcrum intelligit, veluti quod cadavera illic jacentia corrumpit ac perdit. Diximus autem alibi quod eamdem Propheta sententiam sæpenumero variis repetit modis, atque hoc præcipue quoties affectum quemdam animi vult explicare. Non mortuus quispiam, inquit, sed vivens quis tuam sentiet misericordiam, et hominibus eam annuntiabit. De veritate autem Dei, dictum est in psalmo XXIX.

A *Μὴ διηγήσεταί τις ἐν τάφῳ τὸ ἔλεός σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν τῇ ἀπωλείᾳ;* Τῆς αὐτῆς ἐστιν ἐννοίας καὶ ταῦτα. Ἀπώλειαν δὲ τὸν τάφον πάλιν ὠνόμασεν, ὡς διαφθείροντα τὸν ἐγκείμενον νεκρόν. Εἰρήκαμεν δὲ, ὅτι τὰ αὐτὰ δι' ἑτέρων πολλάκις λέξεων ὁ Προφήτης λέγει, καὶ μᾶλλον ἐν τοῖς παθητικοῖς. Οὐχ ὁ νεκρὸς, ἀλλ' ὁ ζῶν, φησὶν, αἰσθάνεται τοῦ ἐλέους σου, καὶ ἀπαγγέλλει τοῦτο τοῖς ἀνθρώποις. Περὶ δὲ τῆς ἀληθείας εἴρηται ἐν τῷ ΚΘ' ψαλμῷ.

Vers. 13. *Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, et justitia tua in terra oblita?* Per tenebras sepulturam intelligi diximus, eamdem etiam terram oblitam appellavit. Ab hominibus quidem oblita videtur, ob corruptionem, et a Deo, quia amplius non vivunt, qui illic jacent. Vivere enim illi dicuntur, quorum Deus reminiscitur. Omnia autem hæc verba ejusdem sententiæ sunt, et per interrogationem et cum affectu legenda sunt.

Μὴ γνωσθήσεται ἐν τῷ σκότει τὰ θαυμάσιά σου; καὶ ἡ δικαιοσύνη σου ἐν γῇ ἐπιλελησμένῃ; Σκότος λέγει τὸν ἐν τῷ τάφῳ πάλιν τόπον, τὸν αὐτὸν δὲ καὶ γῆν ἐπιλελησμένην· παρ' ἀνθρώπις μὲν ὡς διαφθορᾶς ἔμπλεων, παρὰ Θεῷ δὲ ὡς μὴ ζῶντος τοῦ ἐγκειμένου. Ζῶσι γὰρ ὧν μνημονεύει Θεός· πάντα δὲ τὰ ῥηθέντα τῆς ἴσης διανοίας ὄντα κατ' ἐρώτησιν ἠθικῶς ἀναγνωστέον.

Vers. 14. *Et ego ad te, Domine, clamavi.* Et ego simul cum aliis hominibus, veluti qui verus etiam sum homo.

Κἀγὼ πρὸς σὲ, Κύριε, ἐκέκραξα. Κἀγὼ μετὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, ὡς καὶ αὐτὸς ἄνθρωπος.

Et mane oratio mea prævenict te. Mane dixit pro *cito*. Cito enim, inquit, oratio mea ad te veniet. Abundat autem præpositio *præ*. Ideo autem cito venit ad te mea oratio, quia impedimento ei esse non possunt peccata.

Τὸ πρωΐ ἡ προσευχή μου προφθάσει σε. Τὸ πρωΐ, ἀντὶ τοῦ ταχέως, φθάσει εἰς σὲ ἡ προσευχή μου. Περιττεύει δὲ ἡ πρόθεσις. Οὐ γὰρ ἐμποδίσουσιν αὐτῇ ἁμαρτίαι.

Vers. 15. *Utquid, Domine, repellis animam meam? avertis faciem tuam a me?* Similia hæc sunt iis quæ habentur in psalmo XXI, ibi: *Quare dereliquisti me?* Item: *Clamabo per diem, et non exaudies.* Hæc autem ex persona nostra, Christus ad Patrem loquitur: pro nobis, inquam, qui antea expulsi eramus. Uniuscujusque enim fidelis animam, propriam animam appellat, in sua ipsius persona unumquemque nostrum subjiciens. Quare, inquit, adhuc repellis eos? Ego enim deinceps pro omnibus pœnas solvo.

C *Ἵνα τί, Κύριε, ἀπωθεῖς τὴν ψυχήν μου; ἀποστρέφεις τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ;* Ὅμοια ταυτὶ τοῖς ῥητοῖς τοῦ κα' ψαλμοῦ, τῷ, *Ἵνα τί ἐγκατέλιπές με;* καὶ, τῷ *Κεκράξομαι ἡμέρας, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ*· λέγει δὲ ταῦτα καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν πρὶν ἀπωσμένων, ψυχὴν ἑαυτοῦ τὴν ἑκάστου ψυχὴν ὀνομάζων, καὶ ἑαυτὸν καλῶν ἕκαστον ἡμῶν. Διὰ τί ἀπωθεῖς, φησὶν, ἔτι; Καὶ γὰρ ἐγὼ λοιπὸν ὑπὲρ πάντων τίνω δίκας.

Vers. 16. *Inops sum ego, atque in laboribus ab adolescentia mea.* De hac Christi inopia Gregorius Theologus loquens, dixit: *Qui dives erat, effectus est inops, inops, inquam, ob carnem meam, ut illius ego divinitate dives efficerer.* De se ipso etiam Christus ad scribam illum dicebat: *Vulpes latebras habent, et volucres cœli nidos, Filius autem hominis non habet ubi reclinet caput suum* [26]. *In laboribus* autem atque *ab adolescentia*, dictum est, quia ab ipsis incunabulis insidiæ adversus eum tendebantur, et quia infans persecutiones sustinuit: ab Herode scilicet atque a Judæis, per labores autem ærumnas intelligit.

D *Πτωχός εἰμὶ ἐγὼ, καὶ ἐν κόποις ἐκ νεότητός μου.* Φησὶν ὁ θεολόγος Γρηγόριος· *Καὶ ὁ πλουτίζων πτωχεύει· πτωχεύει γὰρ τὴν ἐμὴν σάρκα, ἵν' ἐγὼ πλουτήσω τὴν αὐτοῦ θεότητα.* Εἴρηκε δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς περὶ ἑαυτοῦ πρὸς τὸν γραμματέα· *Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις. Ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι·* ἐν κόποις δὲ ἐκ νεότητος, διότι ἐξ αὐτῶν σπαργάνων ἐπεβουλεύετο, καὶ ἐδιώκετο ὑπό τε Ἡρώδου καὶ τῶν Ἰουδαίων· κόπους γὰρ λέγει τὰς ταλαιπωρίας.

Exaltatus autem humiliatus sum. Exaltatus miraculis, et depressus conviciis, Judæorum nimirum opinione. Vel exaltatus in cruce, humiliatus in sepulcro.

Ὑψωθεὶς δὲ ἐταπεινώθην. Ὑψωθεὶς τοῖς σημείοις, ἐταπεινώθην τοῖς προπηλακισμοῖς, ὡς τοῖς Ἰουδαίοις ἔδοξεν· ἢ ὑψωθεὶς ἐπὶ σταυροῦ, ἐταπεινώθην εἰς τὸν τάφον.

[26] Matth. VIII, 20.

Digitized by Google

Καὶ ἐξηπορήθην. Καὶ τοῦτο, ὅσον ἐπὶ τῇ ὑπο- A
νοήσει τῶν Ἑβραίων. Ἔδοξε γὰρ αὐτοῖς ἄπορος
βοηθείας· διὸ καὶ ἔλεγον· *Ἴδωμεν εἰ ἔρχεται Ἠλίας
σώσων αὐτόν.*

*Ἐπ' ἐμὲ διῆλθον αἱ ὀργαί σου· οἱ φοβερισμοί
σου ἐξετάραξάν με.* Ὀργὰς Θεοῦ τὰς κατὰ τῶν
ἁμαρτανόντων γινομένας, φησίν· ὁμοίως καὶ φο-
βερισμούς. Καὶ τὰς μὲν ὀργὰς διελθεῖν καὶ εἰσ-
δῦναι εἰς αὐτὸν λέγει, τοὺς δὲ φοβερισμοὺς συν-
ταράττειν καὶ ἀναστέλλειν ἀπὸ κακίας. Ὠριγένης
δὲ ὀργὰς Θεοῦ καὶ φοβερισμοὺς τοὺς δαίμονάς φη-
σιν· ὀργὰς μὲν, ὡς ὀργιζομένους ἀεὶ τοῖς ἀνθρώ-
ποις· Θεοῦ δὲ, ὡς κατὰ παραχώρησιν Θεοῦ τοῦτο
ποιοῦντες· φοβερισμοὺς δὲ, ὡς φόβον ἐπισείοντας.
Λέγει τοίνυν, ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους B
ἐπῆλθον αὐτῷ, καὶ ἐξετάραξαν ὡς ἄνθρωπον.

Ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ ὕδωρ. Οἱ Ἰουδαῖοι. Ἐν τῷ
κα' ψαλμῷ εἴρηκε· *Περιεκύκλωσάν με μόσχοι
πολλοί· ταῦροι πίονες περιέσχον με.* Ὡσεὶ ὕδωρ
δὲ εἶπε, διότι τὸ ὕδωρ πανταχόθεν περικυκλίζει τὸν
ἀναπεπλεγμένον.

Ὅλην τὴν ἡμέραν περιέσχον με ἅμα. Ἡμέραν
τὴν τοῦ πάθους φησίν· *Ἅμα* δὲ ἀντὶ τοῦ ὁμοῦ
πάντες.

*Ἐμάκρυνας ἀπ' ἐμοῦ φίλον καὶ πλησίον καὶ
τοὺς γνωστούς μου ἀπὸ ταλαιπωρίας.* Διὰ τὴν
ταλαιπωρίαν μου τὴν ἀπὸ τῶν προπηλακισμῶν
ἐμάκρυνας ἀπ' ἐμοῦ τοὺς μαθητάς μου. Εἴρηται δὲ
καὶ ἀνωτέρω· *Ἐμάκρυνας τοὺς γνωστούς μου* C
ἀπ' ἐμοῦ. Φίλον γὰρ καὶ πλησίον καὶ γνωστοὺς τοὺς
αὐτοὺς καλεῖ· φίλον μὲν, κατὰ τὸ, *Ὑμεῖς φίλοι
μού ἐστε·* πλησίον δὲ, ὡς συνδιαιτωμένους αὐτῷ·
γνωστοὺς δὲ, ὡς γινώσκοντας, καὶ διὰ τοῦτο γινω-
σκομένους. Ἀλλ' οὕτω μὲν ὁ ψαλμὸς εἰς Χριστὸν
ἀνήχθη· ἁρμόζει δὲ καὶ τοῖς εὐσεβέσι πᾶσιν ἐν
καιρῷ θλίψεως, οὕτως· *Κύριε ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας
μου, διὰ παντὸς ἐνώπιόν σου ἐκέκραξα.* ἐπικαλού-
μενός σε εἰς βοήθειαν. Τὰ δὲ ἑξῆς δῆλα, ὅτι Θλί-
ψεων ἐπλήσθη καὶ πόνων ἡ ψυχή μου, καὶ πλησίον
εἰμὶ τοῦ θανάτου, ἤδη ἀποκαμών· συνηριθμήθην
τοῖς νεκροῖς, ὅσον ἐπὶ τῇ σπουδῇ τῶν ἀνθρωποκτό-
νων δαιμόνων· ἐγενήθην εὐχείρωτος, ὡσεὶ ἀβοήθη-
τος, καὶ ἐν νεκροῖς, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτοῖς, καίτοι D
ἐλεύθερος ὢν ἔτι νεκρώσεως, ὡς μηκέτι τῇ ἀληθείᾳ
θανών· ἐγενήθην ὡσεὶ τετρωμένοι, κείμενοι ἐν τά-
φοις, τρωθεὶς τῷ βέλει τῆς ἁμαρτίας, ἢ τῆς ἀθυ-
μίας· καὶ τὰ ἑξῆς ἀναλόγως. Ἔθεντό με οἱ δαίμονες
βαθεῖ βόθρῳ τῆς ἁμαρτίας, ἐν σκότει θλίψεως· ἢ
σκιὰ καὶ ὁμοίωσίς ἐστι θανάτου διὰ τὴν πικρίαν·
*ἐπ' ἐμὲ ἐπεβάρησεν ὁ θυμός σου· εἰ γὰρ μὴ σύ μου
ὠργισθῆς, οὐκ ἂν μου περιεγένοντο·* καὶ πάσας τὰς
ἐπαναστάσεις τῶν θλίψεων, κατὰ παραχώρησίν σου,
ἐπήγαγες ἐπ' ἐμέ· ἐμάκρυνας τοὺς γνωστούς μου,
εἴτουν τοὺς ἁγίους ἀγγέλους, τοὺς πρὸ τῆς ἁμαρ-
τίας γνησίως πρός με διακειμένους καὶ γνωρίζοντάς
με, οἳ καὶ ἐδελύξαντό με διὰ τὴν ἁμαρτίαν· πα-

Et destitutus sum. Et hoc etiam quantum ad A
Judæorum opinionem. Visus est enim illis veluti
destitutus esse, et indigere auxilio; atque ideo di-
cebant: *Videamus si venit Elias salvaturus eum* [37].

Vers. 17. *In me pertransierunt iræ tuæ, et ter-
rores tui conturbaverunt me.* Iras Dei eas intelligit,
quas Deus adversus peccatores conceperat; simili-
ter et terrores. Et iras quidem pertransisse dicit,
et in se ingressas fuisse, terrores vero conturbasse
et refrenasse a vitiis. Verum Origenes per iras, et
terrores Dei, dæmones ipsos intelligit: iras quidem,
quia hominibus semper irati sunt, Dei vero iras,
quia permissione divina id faciunt: terrores item,
quia terrorem incutiunt. Ait igitur Christus, quod
passionis tempore invaserunt eum dæmones, et B
quod ut hominem eum conturbaverunt.

Vers. 18. *Circumdederunt me sicut aqua.* Judæi
scilicet; in psalmo autem XXI dixit: *Circumdede-
runt me vituli multi, tauri pingues circuibant me.* Et
circumdederunt sicut aqua, quia aqua undique et
non ex una tantum parte eos circumdat, quos com-
prehendit.

Tota die circumdabant me simul. Diem passionis
intelligit. Et quod ait, *Simul*, expone pro, Una
omnes.

Vers. 19. *Elongasti a me amicum et proximum
et notos meos a miseria.* Ob miseriam meam, in-
quit, atque ob opprobria, quæ mihi inferebantur,
elongasti a me discipulos meos, de quibus su-
perius diximus: *Elongasti a me notos meos.* Ami- C
cum autem et proximum, et notos, eosdem intel-
ligit. Et amicum dicit juxta illud: *Vos amici mei
estis* [38]. Proximum vero, quia una secum vivebant,
et notos, quia et cognoscebant et cognoscebantur.
Et hoc pacto quidem totus hic psalmus in Chri-
stum relatus est. Congruit tamen cuilibet etiam
fideli in angustiis constituto: Domine Deus salutis
meæ, assidue clamavi in conspecto tuo, adjutorem
te mihi avocans. Quæ sequuntur clara sunt: Quia
anima mea ærumnis impleta est, quibus adeo fati-
gatus sum, ut morti proximus fuerim. Annumeratus
autem sum cum mortuis, quantum ad sævissimo-
rum dæmonum votum ac studium pertinet: et
factus sum velut homo sine auxilio, ita ut de D
facili capi possem. Fui etiam in mortuis, quantum
ad illorum, ut diximus, studium pertinet, tametsi
ego adhuc liber sim a morte, veluti qui revera nec-
dum mortuus sum. Factus sum sicut vulnerati ja-
centes in sepulcris, vulneratus et ipse jaculo pec-
cati, vel jaculo mœstitiæ. Quæ sequuntur eadem
ratione expones: Posuerunt me dæmones in pro-
fundo atque in fovea peccati, in afflictionum tene-
bris quæ, ob summam amaritudinem, umbra ac
similitudo quædam esse mortis videntur. In me
gravatus est furor tuus; nam si tu mihi iratus non
fuisses, me illi certe non superassent: omnes etiam
elationes, et afflictionum, ut ita dicam, insurre-

[37] Matth. XXVII, 49. [38] Joan. XV, 14.

Digitized by Google

tiones, seu impetus, quos fieri permisisti, inducti sunt super me. Elongasti a me notos meos, sanctos scilicet angelos, qui antequam peccarem, amicissimi atque benevoli mihi erant: illis tunc notus eram, verum nunc ob peccata abominantur me. Atque ideo traditus sum afflictionibus, a quibus egredi non datur, sed magna ab eis vi detineor. Illa autem verba: *Oculi mei languerunt præ inopia*, declara ut superius exposuimus. Clamavi ad te, assidue in auxilium te meum advocans, et quæ sequuntur, expone ut diximus. Mane etiam, hoc est, quam primum, ac statim, ubi a somno exsurgam, ante omnia orationem ad te meam effundam, dicens: Quare, Domine, repellis animam meam? hoc est, meipsum in angustiis constitutum, et fervide ad te supplicantem. Deinde inops ego sum, nullum aliunde auxilium habens, et in laboribus sum ob errorem meum; et licet in hoc a te fuerim exaltatus, quod ad imaginem me tuam creasti, humiliatus sum tamen, quia imaginis tuæ dignitatem amisi: vel, opinione atque existimatione mea exaltatus, tandem humiliatus sum, quia lapsus cecidi: et consilio destitutus sum, nesciens quid facerem. Transierunt præterea, hoc est, pervenerunt in me iræ tuæ, dum in præsenti vita pœnas luo, dum mœrore suffocor: et terrores tui qui æternas mihi pœnas comminantur, conturbaverunt me et circumdederunt me, sicut aqua. Vel per iras et terrores Dei, dæmones et tribulationes intelligit. Ab eis enim, inquit, assidue premor, et semper me hæc mala circumdant. Elongasti a me familiares meos, quia ob calamitates et miserias, quibus detineor, omnes me derelinquunt et fugiunt.

A ριδόθην λοιπὸν ταῖς θλίψεσι, καὶ οὐκ ἐξεπορευόμην ἐξ αὐτῶν, σφοδρῶς συνεχόμενος. Τὸ δέ· *Οἱ ὀφθαλμοί μου ἠσθένησαν ἀπὸ πτωχείας*, ὡς προηρμήνευται. Ἐκέκραξα πρὸς σὲ διὰ παντός, καλῶν εἰς ἀντίληψιν, καὶ τὰ ἑξῆς, ὡς προαποδέδοται πάντα. Ἀναστὰς δὲ τῆς κοίτης, πρὸ πάντων ἀναπέμψω σοι προσευχήν. Ἵνα τί, Κύριε, ἀπωθεῖς τὴν ψυχήν μου; τουτέστιν ἐμὲ, κατὰ περίφρασιν, ἐν ἀνάγκαις ὄντα, καὶ θερμῶς δεόμενον, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶτα, πτωχός εἰμι ἐγὼ, μηδεμίαν ἔχων ἀλλαχόθεν βοήθειαν. Καὶ ἐν κόποις εἰμὶ καὶ πόνοις διὰ τὸ σφάλμα. Ὑψωθεὶς δὲ τῷ κατ' εἰκόνα σου γεγενῆσθαι, ἐταπεινώθην τῷ ἀπολέσαι τὸ ἀξίωμα τῆς εἰκόνος. Ἢ καὶ ὑψωθεὶς τῇ οἰήσει, ἐταπεινώθην πεσὼν εἰς βλισθον· καὶ ἐξήπορεύθην, μὴ ἔχων τί καὶ δράσω· ἐπ' ἐμὲ διῆλθον, B ἤγουν ἔφθασάν με αἱ ὀργαί σου, τίνοντα δίκας, ἐν τῷ τῇ λύπῃ συμπνίγεσθαι. Ἔτι οἱ φοβερισμοί σου, οἱ τὴν αἰώνιον ἀπειλοῦντες κόλασιν, ἐξετάραξάν με, ἐκύκλωσάν με, ὡσεὶ ὕδωρ, οἱ φοβερισμοί σου. Ἢ οἱ δαίμονες, ἢ αἱ θλίψεις, ἀποπνίγουσαί διὰ παντὸς περιέσχον με ἅμα πάντες· ἐμάκρυνας ἀπ' ἐμοῦ καὶ τοὺς συνήθεις ἀνθρώπους, φεύγοντάς με, διὰ τὴν κατασχοῦσάν με ταλαιπωρίαν, ἤτοι συμφοράν.

Intelligentiæ ipsi Æthan Israelitæ.

PSALMUS CXXXVIII.

Ad præsentis inscriptionis declarationem ea sufficiant, quæ diximus in proxime præcedenti. Tractat autem beatus David in præsenti psalmo ea, quæ ad res suas pertinent: Deumque ut benefactorum laudat. Quædam tamen in sermone suo de Christo interserit: atque ideo *intelligentiæ* inscribitur, quia intelligentia lectori opus est, ad dignoscendum ea quæ in psalmo de Christo sparsim dicuntur. Prædicit etiam Babylonicam captivitatem.

Vers. 1. *Misericordias tuas, Domine, in sæculum cantabo.* Misericordias, inquit, quas in me operatus es, et pro quibus in secundo Regum libro latius gratias agit. *In sæculum*, hoc est semper, *cantabo*, in canticum nimirum atque in hymnos eas redigens. D

In generationem et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo. In generationem et generationem, dicit, pro *In omnem generationem*. Deficiente enim una generatione, altera subintroducitur: atque hoc pacto usque ad sæculi consummationem proceditur. Vel in generationem Judæorum et in generationem Christianorum; his enim duabus generationibus tantum, et non aliis beatus David veritatem Dei annuntiat in ore suo. Possumus etiam dicere, quod Psalmorum liber os sit beati David. Veritatem autem Dei expone, pro, veras promissiones Dei, factas scilicet ipsi David, partim per prophetam Nathan, ut traditur in secundo Regum libro, et partim per illam pro-

Συνέσεως Αἰθὰμ τῷ Ἰσραηλίτῃ.

ΨΑΛΜΟΣ ΠΗ'.

Καὶ αὕτη ἡ ἐπιγραφὴ τῇ πρὸ αὐτῆς συνερμηνεύεται. Διηγεῖται δὲ τὰ καθ' ἑαυτὸν ὁ Δαβὶδ, καὶ ὑμνεῖ τὸν Θεὸν, ὡς εὐεργέτην αὐτοῦ. Ἀναμίγνυσι δὲ τοῖς λόγοις καὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ. Διὸ *Συνέσεως* ἐπιγέγραπται· χρεία γὰρ ταύτης τοῖς ἐντυγχάνουσιν εἰς τὸ συνιέναι τὰ ἐγκατεσπαρμένα περὶ Χριστοῦ· προαγορεύει δὲ καὶ τὴν παρὰ Βαβυλωνίων αἰχμαλωσίαν.

Τὰ ἐλέη σου, Κύριε, εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι. Τὰ ἐλέη, φησὶ, τὰ εἰς ἐμὲ γεγενημένα, περὶ ὧν πλατύτερον εὐχαριστεῖ ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ τῶν Βασιλειῶν. *Εἰς τὸν αἰῶνα* δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἀεὶ ᾄσομαι· ᾄσμα ταῦτα ποιούμενος.

Εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἀπαγγελῶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν τῷ στόματί μου. — *Εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν*, ἀντὶ τοῦ, Εἰς πᾶσαν γενεάν. Ἀποθνῃσκούσης γὰρ τῆς μιᾶς, ἀντεισάγεται ἑτέρα, καὶ οὕτως ἄχρι συντελείας. Ἢ εἰς τε τὴν γενεὰν τῶν Ἰουδαίων καὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν. Μόναις γὰρ ταύταις ὁ Δαβὶδ ἀπαγγέλλει τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Στόμα δὲ αὐτοῦ εἴη ἂν ἡ βίβλος τῶν Ψαλμῶν αὐτοῦ. Ἀλήθειαν δὲ Θεοῦ λέγει τὰς ἀληθεῖς ἐπαγγελίας ἃς αὐτῷ ἐπηγγείλατο τοῦτο μὲν διὰ τοῦ προφήτου Νάθαν, ὡς ἡ δευτέρα τῶν Βασιλειῶν ἱστορεῖ, τοῦτο δὲ καὶ διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτῷ προφητικοῦ πνεύματος· ὑπέσχετο γὰρ αὐτῷ πολλὰ, περί τε τῆς ὑποταγῆς τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ,

Digitized by Google

καὶ περὶ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, ὃ Ἑβραῖοι μὲν τὸν Σολομῶντα καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ κατηγομένους φασὶν, ἡμεῖς δὲ τὸν Χριστὸν, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται.

Ὅτι εἶπας· Εἰς τὸν αἰῶνα ἔλεος οἰκοδομηθήσεται. Τὸ, Οἰκοδομηθήσεται, ἀντὶ τοῦ, Ποιηθήσεται. Σὺ, φησὶν, εἶπάς μοι, ὅτι ἀεὶ ἔλεος ποιηθήσεται· καὶ οἱ μὲν Ἑβραῖοι τῷ Δαβὶδ ποιηθῆναι τὸ ἔλεός φασι, βοηθουμένῳ παρὰ Θεοῦ, ἡμεῖς δὲ πᾶσι πιστοῖς. Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ Δαβὶδ οὐχ ἁρμόζει τὸ, ἀεὶ, τεθνηκότος ἤδη, ἐπὶ δὲ τῶν πιστῶν, καὶ πάνυ· ἐποιήθη γὰρ αὐτοῖς διηνεκὴς ἔλεος Ἰησοῦς Χριστὸς, οἰκοδομηθεὶς καὶ συμπαγεὶς ἀφράστως ἐκ τῶν ἁγνῶν αἱμάτων τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου καὶ Παρθένου. Οἶκος γὰρ τὸ πρόσλημμα λέγεται τοῦ προσλαβόντος Θεοῦ· Ἡ σοφία γὰρ, φησὶν, ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον.

Ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου. Ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ ὁ Χριστὸς, ὡς ἀψευδής· εἴρηκε γὰρ· Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια· αὕτη οὖν ἡ ἀλήθεια, φησὶν, ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑδρασθήσεται. Τὸ γὰρ Ἑτοιμάζω πολλάκις τὸ Ἑδράζω σημαίνει παρὰ τοῖς Ἑβραίοις. Καὶ νῦν γὰρ ὁ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ, Ἑτοιμασθήσεται, Ἑδρασθήσεται ἐξέδωκε. Περὶ δὲ τοῦ ἑδρασθῆναι τὸν Χριστὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, αὐτὸς οὗτος ὁ Δαβὶδ εἴρηκεν ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ· Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου.

Διεθέμην διαθήκην τοῖς ἐκλεκτοῖς μου. Ταῦτα προσώπῳ τοῦ Θεοῦ φησι· καὶ διαθήκην μὲν λέγει τὴν ἐπαγγελίαν, τὴν περὶ τοῦ σπέρματος αὐτῶν ἐκλεκτοὺς δὲ τὸν Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ. Ἐπηγγείλατο γὰρ μεγαλύναι καὶ ὑψῶσαι τὸ σπέρμα αὐτῶν. Φησὶ δὲ καὶ ὁ μέγας Παῦλος· Τῷ Ἀβραὰμ ἐῤῥέθησαν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ· εἶτα ἐπάγει· Οὐ λέγει καὶ τοῖς σπέρμασιν ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός· καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅ ἐστιν ὁ Χριστός.

Ὤμοσα Δαβὶδ τῷ δούλῳ μου· Ἕως τοῦ αἰῶνος ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου. Ὤμοσα, ἀντὶ τοῦ βεβαίως ἐπηγγειλάμην. Ὅρκον γὰρ ἐπὶ Θεοῦ λέγουσιν οἱ παλαιοὶ τὴν βεβαίαν ἐπαγγελίαν. Καὶ ὁ παρ' ἡμῖν γὰρ ὅρκος οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ βεβαίωσις. Ὤμοσα δὲ, ὅτι ἑτοιμάσω, τουτέστιν ἑδράσω τὸ σπέρμα σου ἕως παντὸς αἰῶνος. Σπέρμα γὰρ Δαβὶδ κατὰ μὲν τὸ πρόχειρον, ὁ Σολομῶν, κατὰ δὲ ὑψηλοτέραν ἐπίβλεψιν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς ἐκ σπέρματος Δαβὶδ γεννηθεὶς, λέγω δὴ, τῆς ἁγίας Παρθένου. Σπέρμα γὰρ αὐτῇ Δαβὶδ ἐκεῖθεν καταγομένῃ. Ἥδρασε δὲ αὐτὸν, αἰωνίζοντα ποιήσας ἐπὶ τῆς βασιλείας· Ἐδόθη μοι γὰρ, φησὶ, πᾶσα ἐξουσία, ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. Περὶ οὗ φησι καὶ Δανιήλ· Καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ τιμὴ, καὶ ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ βασιλεία· πάντες λαοὶ, φυλαὶ,

plectandi gratiam, quæ ei a sancto Spiritu data erat. Multa enim Deus ei pollicitus fuerat, tam de hostium victoria, quam de futuro ejus semine. Per quod semen Hebræi Solomonem atque alios illius posteros intelligunt, nos autem Christum, ut in sequentibus dicetur.

Vers. 3. *Quoniam dixisti: In sæculum misericordia ædificabitur.* Id est, fiet. Tu, inquit, dixisti mihi, quod a te semper fiet misericordia. Et Hebræi quidem factam esse dicunt hanc misericordiam ipsi David, quando adjuvit eum Deus. Nos vero fieri eam dicimus omnibus fidelibus: nam ipsi David non potuit in sæculum ac perpetuo fieri misericordia, cum jam olim mortuus sit; fidelibus vero semper potuit. Factus est enim eis perpetua misericordia Jesus Christus, cujus corpus, ut ita dicam, ædificatum, et ineffabiliter ex purissimis beatæ Virginis sanguinibus compactum est. Nec mirum, si Christum ædificatum fuisse dicamus, cum assumpta ejus humanitas apud sacram Scripturam, domus etiam appellata sit assumentis Dei, juxta illud: *Sapientia ædificavit sibi domum* [50].

In cœlis præparabitur veritas tua. Dei veritas Christus dicitur, quia verax est, et non mendax, qui etiam de seipso dixit: *Ego sum veritas* [51]. Hæc, inquit, veritas stabilietur in cœlis: verbum enim *Præparo*, sæpenumero apud Hebræos accipitur pro *Stabilio*, atque ita reddidit Symmachus. Quod autem Christus in cœlo esset stabiliendus, beatus David alibi tradidit, dicens: *Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis* [52], etc.

Vers. 4. *Disposui testamentum electis meis.* Hæc ex Dei persona dicta sunt. Et testamentum quidem promissionem appellat, quæ de hujusmodi electorum semine facta fuerat. Per electos vero, ipsos Abraham, Isaac, et Jacob intelligit, quibus Deus pollicitus fuerat se eorum semen magnificaturum. Atque ideo magnus Paulus: *Ad Abraham*, inquit, *dictæ sunt repromissiones, et semini ejus* [53]. Deinde addidit: *Non dixit seminibus quasi multis, sed tanquam de uno, semini tuo dixit, quod est Christus* [54].

Juravi David servo meo, Usque in sæculum præparabo semen tuum. Juravi, hoc est, constantissime publicitus sum. Juramentum enim in Deo antiqui constantem illius promissionem esse intelligebant. Apud nos etiam juramentum nihil aliud est quam confirmatio. Juravi autem, quod præparabo, hoc est, quod stabiliam semen tuum, usque ad omne sæculum. Per semen etiam David, juxta sensum magis vulgarem, Solomon intelligitur, sed juxta altiorem, Jesus Christus, qui ex David semine natus est, ex sancta nimirum Virgine, quæ de stirpe erat David. Stabilivit autem cum Deus, perpetuum ei regnum tribuens: *Data est* enim *mihi*, inquit, *omnis potestas in cœlo, et in terra* [55]. De quo etiam apud Danielem legimus: *Et ei datus est honor, imperium, et*

[50] Prov. IX, 1. [51] Joan. XIV, 6. [52] Psal. CIX, 1. [53] Galat. III, 16. [54] Ibid. [55] Matth. XXVIII, 18.

Digitized by Google

regnum : omnes populi, tribus, linguæ, servient illi : regnum illius, regnum æternum, et potentia incorrupta [45], quæ verba Solomoni non congruunt.

VERS. 5. *Et ædificabo in generationem et generationem thronum tuum.* Ædificare, hoc in loco, ponit pro augere, et perficere, et thronum pro regno. Illud considera, quomodo Propheta regnum Christi appellavit regnum David, quia Christus secundum carnem ab illo descendebat. Solemus etenim filii regnum patris nomine appellare, ob cognationem scilicet et tam arctam necessitudinem.

VERS. 6. *Confitebuntur cœli mirabilia tua, Domine.* Per cœlos, cœlestes intelligit potentias. Ipsæ, inquit, cœlestes virtutes gratias tibi agent de tam admirandis operibus. Vel per cœlos eos homines intelligit, qui sapiunt cœlestia, quique vita ac conversatione sua cæteris sublimiores sunt.

Etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum. Abundat dictio *Enim*. Confitebuntur tibi, inquit, mirabilia tua, quod scilicet admiranda operaris, et veritatem tuam, hoc est, quod veras esse facies promissiones tuas. Atque hæc lætus admodum ac gaudens dicit, ob admirandam nimirum promissionem. Gratias, inquit, tibi agent cœlestes illæ virtutes, in sanctorum illorum Ecclesia, qui in cœlis sunt. Hujusmodi autem Ecclesiam Paulus, *Primogenitorum Ecclesiam* appellat *descriptorum in cœlis* [46]. Quod si juxta aliam expositionem, per cœlos, eos homines intelligas, qui cœlestia sapiunt, sanctorum Ecclesiam illorum esse Ecclesiam dices qui in terra viventes, cœlestium angelorum vitam, ac conversationem imitantur.

VERS. 7. *Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino ? similis erit Domino in filiis Dei ?* Quod hic legimus *In nubibus*, quidam interpretes, *In alto*, reddiderunt ; alii, *In locis cœlestibus*. Manent autem in alto atque in locis cœlestibus angeli. Quis, inquit, angelus æquabitur Domino ? Vel quis inter sanctos omnes, ei poterit comparari ? Per Dei enim filios, sanctos viros intelligimus, juxta illud : *Ego dixi : Dii estis, et filii Altissimi omnes* [47]. Ac si diceret : Nullus profecto ei poterit comparari. Tu enim factor, illi autem factura. Verum hæc Propheta non dicit ut comparet Deo homines, sed idioma Hebraicum secutus, ex hac dissimilitudine Dei excellentiam demonstrat, eumque laudat, veluti qui magna quædam ac salutaria pollicitus sit. His autem verbis illa Apostoli valde similia sunt, quod *neque angelus, neque homo, sed ipse Deus salvavit nos* [48].

VERS. 8. *Deus qui glorificatur in consilio sanctorum, magnus et terribilis est super omnes, qui in circuitu ejus sunt.* Per consilium hoc in loco congregationem et concilium intelligit, ut in primo etiam diximus psalmo. In congregatione enim

A γλῶσσαι δουλεύσουσιν αὐτῷ· ἡ βασιλεία αὐτοῦ βασιλεία αἰώνιος· καὶ ἡ ἐξουσία, ἥτις οὐ διαφθαρήσεται. Ταῦτα δὲ οὐκ ἂν ἁρμόσοι τῷ Σολομῶντι.

Οἰκοδομήσω εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν τὸν θρόνον σου. Οἰκοδομὴν μὲν ἐνταῦθα λέγει τὴν αὔξησιν καὶ ἀπάρτισιν, θρόνον δὲ τὴν βασιλείαν. Σκόπει δὲ πῶς τὴν βασιλείαν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν Δαβὶδ ἐκάλεσε διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ κατάγεσθαι τὸν Χριστὸν κατὰ σάρκα. Εἰώθαμεν γὰρ τὴν βασιλείαν τοῦ υἱοῦ τοῦ πατρὸς λέγειν διὰ τὴν οἰκείωσιν.

B Ἐξομολογήσονται οἱ οὐρανοὶ τὰ θαυμάσιά σου, Κύριε. Οὐρανοὺς λέγει τὰς οὐρανίους δυνάμεις. Αὗται, φησὶν, αἱ οὐράνιαι δυνάμεις εὐχαριστήσουσι τοῖς θαυμασίοις ἔργοις σου τούτοις. Ἀδιαφόρως δὲ κεῖται ἡ τοῦ ἐξομολογήσονται σύνταξις. Ἢ οὐρανοὺς νόει μοι τοὺς τὰ οὐράνια φρονοῦντας ἀνθρώπους, καὶ ὑψηλοὺς τὸν βίον.

Καὶ γὰρ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν Ἐκκλησίᾳ ἁγίᾳ. Περιττεύει τὸ Γάρ. Ἐξομολογήσονται, φασὶ, τὰ θαυμάσιά σου, ὅτι θαυμαστὰ ποιεῖς, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου, ὅτι ἀληθεύεις ἃ ἐπαγγέλλῃ. Λέγει δὲ ταῦτα, ὑπερχαίρων τῇ ῥηθείσῃ θαυμασίᾳ ἐπαγγελίᾳ· εὐχαριστήσουσι δὲ αἱ μὲν οὐράνιαι δυνάμεις ἐν Ἐκκλησίᾳ ἁγίων, τῶν ἐν οὐρανοῖς, περὶ ἧς εἴρηκε Παῦλος· Καὶ Ἐκκλησία πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων (4) ἐν οὐρανοῖς. Οἱ δὲ οὐρανόφρονες ἄνθρωποι ἐν Ἐκκλησίᾳ ἁγίων, τῶν ἐπὶ γῆς ἔτι ζώντων.

C Ὅτι τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ Κυρίῳ; Ὁμοιωθήσεται τῷ Κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ ; Τὸ Ἐν νεφέλαις, Ἐν ὕψει τινὲς ἐξέδωκαν· ἄλλοι δὲ Ἐν οὐρανίοις τόποις· ἐν ὕψει δὲ καὶ ἐν οὐρανίοις τόποις εἰσὶν οἱ ἄγγελοι. Λέγει τοίνυν· ὅτι Τίς ἄγγελος ἰσωθήσεται τῷ Κυρίῳ, ἢ τίς ἐν ἁγίοις ὁμοιωθήσεται αὐτῷ ; Υἱοὺς γὰρ Θεοῦ τοὺς τοιούτους ὑποληπτέον, κατὰ τὸ, Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε· ὄντως οὐδεὶς, οὐ μὲν γὰρ ποιητὴς· οὗτοι δὲ ποιήματα. Οὐχ ὡς συγκρίνων δὲ τοῦτό φησιν, ἀλλ' ἰδίωμα καὶ τοῦτο τῆς Ἑβραΐδος, ἀπὸ τῆς ἀνομοιότητος, ὑπεροχὴν προσάγειν Θεῷ. Ὑπερυμνεῖ δὲ αὐτὸν, ὡς μεγάλα καὶ σωτήρια ἐπαγγειλάμενον. Ἔοικε δὲ τῷ λόγῳ καὶ τό· Οὔτε ἄγγελος, οὐκ ἄνθρωπος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἔσωσεν ἡμᾶς.

D Ὁ Θεὸς ἐνδοξαζόμενος ἐν βουλῇ ἁγίων, μέγας καὶ φοβερός ἐστιν ἐπὶ πάντας τοὺς περὶ κύκλῳ αὐτοῦ. Βουλὴν ἐνταῦθα τὸν σύλλογον, τὸ συνέδριον τῶν ἁγίων ὠνόμασεν, ὡς καὶ ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ παραδίδοται. Ἐν τῇ συναγωγῇ γὰρ τῶν ἁγίων δοξα-

[45] Dan. VII, 14. [46] Hebr. XII, 23. [47] Psal. LXXXI, 6. [48] Hebr. II, 16.

Variæ lectiones.

(4) Videtur nonnihil aberrare ab auctoris sensu. Græce simpliciter : *Homines vero qui cœlestia sapiunt* (gratias agent Deo) *in Ecclesia sanctorum qui adhuc in terra vivunt.*

Digitized by Google

ζεται καὶ ὑμνεῖται ὁ Θεός. Φησὶ τοίνυν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐνδοξαζόμενος αὐτῇ μέγας καὶ φοβερός ἐστι τοῖς ἁγίοις· οὗτοι γὰρ περὶ αὐτοῦ πλησιάσαντες δι' οἰκειώσεως ἀρετῶν μέγας δὲ καὶ φοβερὸς αὐτοῖς, ὡς ἀκριβῶς ἐπιστάμενοις τὴν ὑπεροχὴν αὐτοῦ. Ἁγίους δὲ λέγομεν καὶ τὰς οὐρανίους δυνάμεις, αἳ περὶ Θεὸν ὁμοίως εἰσίν.

A sanctorum glorificatur et laudatur Deus. Ait igitur, quod Deus in illa congregatione, et glorificatus, et magnus est, et terribilis, hoc est, timendus ab iis sanctis, qui circumquaque per virtutum adeptionem ei propinquiores fiunt. Magnus autem et timendus est Deus his sanctis, quia illius eminentiam ac potentiam optime cognoscunt. Per sanctos etiam cœlestes intelligi possunt potestates quæ semper circa eum sunt.

Ἑτέρα ἑρμηνεία εἰς τό· Πάντας τοὺς περὶ κύκλῳ αὐτοῦ.

Alia interpretatio in ea verba: Omnes qui in circuitu ejus sunt.

Ὁ κυκλούμενος ἐνώπιον καὶ ὀπίσω καὶ ἐν δεξιᾷ καὶ ἐν ἀριστερᾷ ἔχει τοὺς κυκλοῦντας αὐτόν· ἐπεὶ τοίνυν καὶ ὁ Θεὸς ἔχει τοὺς κυκλοῦντας αὐτὸν ἀνθρώπους, ὀπίσω μὲν ὑπολαμβάνομεν τοὺς διὰ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ, ἐν ἀριστερᾷ δὲ τοὺς τὴν φυσικὴν θεωρίαν πνευματικῶς κατορθοῦντας· φησὶ γὰρ περὶ τῆς σοφίας ἡ τῶν Παροιμιῶν βίβλος· *Ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ αὐτῆς πλοῦτος καὶ δόξα*. Ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ νοητέον ἂν οἱ καθαρὰν αἰσθητῆς φαντασίας δεχόμενοι τὴν ἄϋλον γνῶσιν καὶ θεωρίαν τῶν νοητῶν· *Ἐν γὰρ τῇ δεξιᾷ*, φησὶν, *αὐτῆς ἔτη ζωῆς*· ἐνώπιον δὲ οἱ διὰ σφοδρὸν ἔρωτα τοῦ Θείου κάλλους ἀξιούμενοι τῆς πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ἀπολαύσεως, καὶ Θεούμενοι.

[Legimus etiam apud sanctum Maximum] quod ille dicitur circumdatus, qui coram, retro, ad dexteram, atque ad sinistram, aliquos quasi in circulo habet. Quoniam igitur Deus in circuitu suo habere multos dicitur qui eum circumdant : retro quidem eos esse intelligimus, qui per virtutem illam eum sequuntur, quæ ad actiones pertinet : ad sinistram vero illos, qui naturalem philosophiam dirigunt ad spiritualia : de sapientia enim in Proverbiorum libro dicitur : *In sinistra ejus divitiæ et gloria* [50]. Ad dexteram etiam Dei esse illi intelligendi sunt, qui immaterialium atque invisibilium rerum cognitionem ab omni sensibili atque carnali phantasmate puram ac mundam susceperunt : *In dextera* enim, inquit, *ejus anni vitæ* [51] : coram Deo etiam illos esse dicemus, qui ob immensum divinæ pulchritudinis amorem digni effecti sunt, ut perpetuo Dei fruantur conspectu, facie ad faciem illum intuentes, et quodammodo ipsi pariter effecti dii.

Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων. Εἴρηται ἐν τῷ πγ' ψαλμῷ.

VERS. 9. *Domine Deus virtutum*. Hujusmodi verba exposuimus in psalmo LXXXIII.

Τίς ὁμοιός σοι; — Τίς ὅμοιος σοι, συνεχέστερον ἐπιλέγει οὐκ ἐρωτῶν, ἀλλ' ἐκπληττόμενος, καὶ τὸ ἀπαοάβλητον αὐτοῦ διδάσκων ἡμᾶς.

Quis similis tibi? (Hujusmodi etiam sententiam crebro invenies apud beatum David.) Dicta autem sunt non ut interrogaret, sed veluti obstupescens, ut nos hoc pacto illius incomparabilitatem doceret.

Δυνατὸς εἶ, Κύριε. Δυνατὸς ποιῆσαι, ἃ ἐπαγγέλλῃ· καὶ πιστεύω λοιπὸν, ὅτι γενήσονται.

Potens es, Domine. Ut facias, quæ pollicitus es, unde etiam credo te omnia deinceps perfecturum.

Καὶ ἡ ἀλήθειά σου κύκλῳ σου. Οὐ μόνον εἶ δυνατὸς, ἀλλὰ καὶ ἀληθής· καὶ δίκην ἱματίου περιέβλησαι τὴν ἀλήθειαν, καὶ κύκλῳ σου οὖσα, οὐδέποτέ σου ἀφίσταται· ἐμφαίνει δὲ τοῦτο, ὅτι ἀεὶ ἀληθεύεις.

Et veritas tua in circuitu tuo. Non solum potens es, sed verax etiam. Veritatem enim indutus es instar vestis, quæ circumquaque ex omni parte hominem operit : quæ verba illud videntur indicare, quod Deus semper verax est.

Σὺ δεσπόζεις τοῦ κράτους τῆς θαλάσσης, τὸν δὲ σάλον τῶν κυμάτων αὐτῆς σὺ καταπραΰνεις. Κράτος θαλάσσης ἡ βία τῶν κυμάτων αὐτῆς. Σὺ δεσπόζεις, φησὶ, καὶ τῆς ταραχῆς αὐτῆς, καὶ τῆς γαλήνης, καὶ σὺ τοῦτο κἀκεῖνο ποιεῖς. Ὥσπερ δὲ ἐν τῷ ογ' ψαλμῷ ἀνύμνησε τὸν Θεὸν ἀπὸ τῶν μεγαλουργημάτων αὐτοῦ, εἰπών· Σὺ ἐποίησας τάδε καὶ τάδε· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος.

VERS. 10. *Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum ejus tu mitigas*. Potestatem maris undarum violentiam appellat. Tu et procellarum, inquit, et tranquillitatis imperium in mari habes. Et quemadmodum in psalmo LXXIII, Deum ab admirandis ejus operibus laudavit dicens : Tu hæc atque illa fecisti, ita etiam agit in præsenti.

Σὺ ἐταπείνωσας ὡς τραυματίαν ὑπερηφανον. Αἰσθητῶς μὲν πάντα ὑπερήφανον ἄνθρωπον· *Κύριος* γὰρ, φησὶν, *ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται*· νοητῶς δὲ τὸν διάβολον, ὑπερηφανευσάμενον, καὶ διὰ τοῦτο καταβληθέντα· ὡς τραυματίαν δὲ, διότι οἱ

VERS. 11. *Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum*. Juxta historiæ sensum, omnem superbum ac temerarium hominem intellige. *Dominus* enim, inquit, *resistit superbis* [51]. Verum altius considerando, per superbum, ipsum dæmonem intellige,

[50] Prov. III, 16. [51] Ibid. [51] Prov. III, 34; Jac. IV, 6.

Digitized by Google

qui in superbiam elatus est, atque ideo dejectus et in præceps delatus. Vulneratum autem ideo dixit, quia vulnerati omnes, ut plurimum, humiles sunt, veluti labore afflicti. Quidam per superbum Pharaonem intelligunt, et per inimicos, Ægyptiorum populus, qui dissipati ac suffocati sunt in mari.

A τραυματίαι ταπεινοί εἰσι, τῷ πόνῳ συγκατασπώμενοι. Τινὲς δὲ ὑπερήφανον μὲν τὸν Φαραὼ νοοῦσιν, ἐχθροὺς δὲ τοὺς Αἰγυπτίους, ὡς ἀποπνιγέντας καὶ διασκορπισθέντας ἐν ταῖς ἀκταῖς.

In brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos. In brachio potentiæ tuæ, hoc est, in potenti brachio tuo. Per inimicos vero impios omnes in universum intellige, vel ipsos etiam dæmones.

Ἐν τῷ βραχίονι τῆς δυνάμεώς σου διεσκέρπισας τοὺς ἐχθρούς σου. — *Ἐν τῷ βραχίονι τῆς δυνάμεώς σου*, ἀντὶ τοῦ Ἐν τῷ βραχίονι τῷ δυνατῷ. Ἐχθροὺς δὲ ἁπλῶς, τοὺς ἀσεβεῖς καὶ τοὺς δαίμονας.

Vers. 12. *Tui sunt cœli, et tua est terra.* Creaturæ enim tuæ sunt, et serviunt tibi; nam et alibi ait: *Quoniam omnia serviunt tibi* [83]; de cœlis vero diximus in psalmo VIII.

Σοί εἰσιν οἱ οὐρανοί, καὶ σή ἐστιν ἡ γῆ. Τὰ κτίσματα σὰ δοῦλα· φησὶ γὰρ ἐν ἄλλοις· *Ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλά σά.* Περὶ τῶν οὐρανῶν εἴρηται ἐν τῷ η' ψαλμῷ.

Orbem terræ et plenitudinem ejus tu fundasti. Idem rursus repetit; de hoc etiam diximus in psalmo XXIII, ibi: *Domini est terra, et plenitudo ejus orbis terræ, et universi, qui habitant in ea.*

Τὴν οἰκουμένην καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς σὺ ἐθεμελίωσας. Τὸ αὐτὸ πάλιν φησίν· εἴρηται δὲ ἐν τῷ κγ' ψαλμῷ· *Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ·* καὶ ζήτει ἐκεῖ.

Aquilonem et mare tu creasti. Hesychius dicit, quod Scriptura nomine maris persæpe occasum significat. Unde liber Numerorum, qui Judæorum tribus describit, et alias ad orientem, alias ad occidentem, alias ad septentrionem, aut ad tabernaculi meridiem ordine quodam dispositas fuisse dicit, hac maris dictione eos significavit, qui ad occidentem erant collocati. Ait enim: *Castra Ephraim juxta mare* [84]. Quia igitur septentrionalis ora et maritima, hoc est occidentalis, tenebrosæ sunt, hiemalesque et frigidæ, et futurum erat, ut aliqui ea ratione illarum creatorem esse dæmonem dicerent, necessario sanctus Spiritus hunc errorem antea eradicavit. Illud scire etiam oportet, quod quando orientem aspicimus, ante faciem ipsum orientem habemus, occidentem post terga, in dextera meridiem, atque in sinistra septentrionem.

Τὸν Βορρᾶν καὶ τὴν θάλασσαν σὺ ἔκτισας. Φησὶν Ἡσύχιος, ὅτι τῷ τῆς θαλάσσης ὀνόματι πολλάκις ἡ παλαιὰ Γραφὴ τὴν δύσιν καλεῖ. Ὅθεν ἡ τῶν Ἀριθμῶν βίβλος, ἐκθεμένη τὰς φυλὰς, ὧν αἱ μὲν πρὸς ἀνατολὰς, αἱ δὲ πρὸς Ἄρκτον, αἱ δὲ πρὸς μεσημβρίαν τῆς σκηνῆς ἐτάχθησαν, τῇ λέξει ταύτῃ τοὺς πρὸς δύσιν τεταγμένους ἐμήνυσεν. Εἴρηκε γάρ· *Παρεμβολὴ Ἐφραὶμ παρὰ θάλασσαν.* Ἐπεὶ τοίνυν καὶ τὸ βόρειον μέρος, εἴτουν τὸ Ἀρκτῷον, καὶ τὸ θαλάσσιον, ἤτοι τὸ δυτικὸν, σκοτεινά καὶ χειμέρια, καὶ διὰ τοῦτό τινες ἔμελλον τῷ πονηρῷ δημιουργῷ ταῦτα προγράφειν· ἀναγκαίως τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον προαναιρεῖ τὴν πλάνην αὐτῶν, παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ γενηθῆναι ταῦτα διδάσκων. Χρὴ δὲ γινώσκειν ὅτι, βλεπόντων ἡμῶν πρὸς ἀνατολὴν, ἀντιπρόσωπος μὲν ἡμῖν ἐστιν ἡ ἀνατολή· κατὰ νώτου δὲ ἡ δύσις· ἐν δεξιᾷ δὲ ὁ βορρᾶς, εἴτουν ἡ Ἄρκτος· ἐν ἀριστερᾷ δὲ, ὁ νότος, εἴτουν ἡ μεσημβρία.

Vers. 13. *Thabor et Hermon in nomine tuo exsultabunt.* Thabor et Hermon montes sunt, et contermini terræ promissionis. Per hos autem montes universam terram illam significavit, quam exsultaturam esse prædicit in Christi nomine, hoc est, in Christo: vel exsultaturam in hoc, ut a Christo denominetur. Per terram vero homines intelligimus, qui terram illam incolebant. In his autem montibus Christus sæpenumero conversatus est, quippe qui et in Thabor transfiguratus est, et in Hermon viduæ filiam suscitavit. In monte enim Hermon sita est civitas Nain, in qua miraculum illud factum est.

Θαβὼρ καὶ Ἑρμὼν ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται. Θαβὼρ καὶ Ἑρμὼν, ὄρη, καὶ ὅρια τῆς γῆς ἐπαγγελίας. Διὰ τοῦτο δὲ πᾶσαν ἐκεῖ γῆν ἡνίξατο, ὅτι ἀγαλλιάσεται ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, εἴτουν ἐπὶ τῷ Χριστῷ, ἢ τῷ καλεῖσθαι ἀπὸ Χριστοῦ. Γῆν δὲ λέγομεν τοὺς τὴν γῆν ἐκείνην οἰκήσαντας. Ἐν τοῖς ὄρεσι γὰρ τούτοις τὰς πλείους διατριβὰς τῆς ἐν σαρκὶ πολιτείας ὁ Χριστὸς ἐποίει· καὶ ἐν μὲν τῷ Θαβὼρ μετεμορφώθη, ἐν δὲ τῷ Ἑρμὼν ἀνέστησε τὸν τῆς χήρας υἱόν· ἐπὶ τούτου γὰρ τοῦ ὄρους ἐστὶν ἡ πόλις Naῒν, ἐν ᾗ τοῦτον ἤγειρεν.

Tuum brachium cum potentia. Sensus est quod Christi virtus efficacissima sit. Per brachium enim virium efficaciam significavit. Quod autem potentissimus fuerit Christus, ex Apostolo docemur, qui de eo scribens dicit, quod *Dei potentia est, et Dei sapientia* [85].

Σὸς ὁ βραχίων κατὰ δυναστείας. Ὁ σὸς βραχίων, κατὰ ἀναστροφήν. Ἡ σὸς βραχίων κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ἄρθρου. Λέγει δὲ, ὅτι Ἡ σὴ δύναμις δυνατωτάτη· βραχίονα γὰρ Θεοῦ τὴν δύναμιν αὐτοῦ καλεῖ. Χριστὸς δὲ Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία.

Vers. 14. *Prævaleat manus tua.* Adversus inimicos scilicet.

Κραταιωθήτω ἡ χείρ σου. Κατὰ τῶν ἐχθρῶν.

[83] Psal. CXVIII, 91. [84] Ezech. IV, 5. [85] 1 Cor. I, 24.

Digitized by Google

Ὑψωθήτω ἡ δεξιά σου. Εἰς σκέπην ἡμῶν. Χεῖρα δὲ καὶ δεξιὰν τὴν δύναμιν ὀνομάζει. Διπλῆν δὲ αὐτῆς ζητεῖ τὴν ἐνέργειαν· ἀμύνασθαι μὲν τοὺς ἀλλοτρίους, σκέπειν δὲ τοὺς οἰκείους. Εἴρηται ἐν τῷ θ' ψαλμῷ περὶ τοῦ, Ὑψωθήτω ἡ χείρ σου.

A *Exaltetur dextera tua.* Ad protectionem scilicet nostram. Per manum autem et per dexteram simili modo Dei potentiam intelligit. Utramque vero manus Deus potentiam in auxilium suum poscit, ut et hostes pariter ulciscatur, et tueatur benevolos. De his etiam verbis: *Exaltetur manus tua*, dictum est in psalmo IX.

Δικαιοσύνη καὶ κρῖμα ἑτοιμασία τοῦ θρόνου σου. Ὁ μὲν Ἀκύλας ἐξέδωκε, Δικαιοσύνη καὶ κρίσις βάσις τοῦ θρόνου σου· ὁ δὲ Σύμμαχος, Ἔδρασμα. Προείρηται γὰρ, ὅτι τὸ ἑτοιμάζειν πολλάκις τὸ ἑδράζειν σημαίνει. Ἔστι δὲ ὁ νοῦς, ὅτι Δίκαιος εἶ ὁ κριτής, οὗ καὶ ὁ δικαστικὸς θρόνος ἐπὶ δικαιοσύνης καὶ κρίσεως πέπηγε. Δικαιοσύνην μὲν οὖν καὶ κρῖμα τὴν δικαίαν κρίσιν νοήσεις· ἔστι γὰρ καὶ τὸ τοιοῦτον σχῆμα παρὰ τῇ Παλαιᾷ· ὡς τὸ, Ἔλεος καὶ ἀλήθεια, ἀντὶ τοῦ, Ἔλεος ἀληθινόν· ἢ δικαιοσύνην μὲν τὴν ἕξιν τοῦ κρίνειν, κρῖμα δὲ τὴν ἀπόφασιν· καὶ ἔλεος μὲν τὴν ἐλεημοσύνην, ἀλήθειαν δὲ τὴν ἔκβασιν τῆς ἐπαγγελίας.

Justitia et judicium præparatio throni tui. Aquila transtulit: *Justitia et judicium basis throni tui*, Symmachus vero: *Stabilitas.* Jam enim superius dictum est, quod verbum *Præparo* apud Scripturam persæpe idem significat quod *Stabilio*; et sensus est: Tu, Domine, justus judex es, et judicialis sedes tua in justitia atque in judicio fixa est. Per justitiam igitur et per judicium, justum B judicium intelliges. Est autem hæc figura frequens apud antiquam Scripturam, ut alibi diximus, sicuti cum misericordia et veritas ponitur, pro vera misericordia. Vel per justitiam judicandi habitum intellige, per judicium vero ipsam sententiam, et per misericordiam, eleemosynam (5), et per veritatem, promissionis eventum.

Ἔλεος καὶ ἀλήθεια προπορεύσονται πρὸ προσώπου σου. Διὰ τῶν τεσσάρων ταυτὶ τὰ τέσσαρα ἐδήλωσεν, ὅτι Ἐπιστήμων τοῦ κρίνειν εἶ φύσει, καὶ ἀποφαίνεις, καὶ ἐλεεῖς καὶ ἀληθεύεις· διὰ τοῦτο δικάσεις τῇ τυραννουμένῃ φύσει τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀποφανεῖς κατὰ τῆς τυραννούσης πλάνης τῶν εἰδώλων, καὶ ἐλεήσεις τὸ πλάσμα σου, καὶ ἀληθεύσεις τὰς πρός με καὶ τοὺς ἐκλεκτούς σου C ἐπαγγελίας. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, ὅτι ἔλεος καὶ ἀλήθεια λέγονται προπορεύεσθαι τοῦ Θεοῦ, διὰ τὸ μὴ δύνασθαί τινα προσβαλεῖν τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ, εἴτουν τῇ ἀπογνώσει αὐτοῦ, εἰ μὴ πρότερον ἐλεηθῇ, καὶ ὁμιλήσῃ τῇ ἀληθείᾳ τῶν δογμάτων. Ἔλεος γὰρ καὶ ἀλήθεια προαπαντῶσι τῷ τοιούτῳ. Τινὲς δὲ πάντα περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως νενοήκασιν, ὅτι Δικαιότατος εἶ κριτής· καὶ ἐν τῇ κρίσει προηγεῖται τῆς ἀληθείας τὸ ἔλεος, διὰ τὸ μὴ δύνασθαί τινα ὑποστῆναι τὴν ἀλήθειαν τῶν ἐλέγχων, μὴ προπαραμιγέντος αὐτῇ ἐλέου.

Vers. 15. *Misericordia et veritas præcedent faciem tuam.* Quatuor hæ virtutes, quatuor quædam particulatim in Deo nobis significant, quod Deus videlicet sui natura sapiens sit in judicando, quod judicet, quod misereatur, quod vera dicat. Tu idcirco, inquit, humanæ naturæ, quæ tyrannide coerceatur, judicium facies, et adversus idolorum errorem, qui tyrannidem hanc in homines occupavit, sententiam feres, et misereberis creaturæ tuæ, et veras esse facies promissiones tuas, quas mihi atque aliis electis tuis pollicitus es. Possumus et aliter dicere: Veritas et misericordia dicuntur Deum præcedere, quia nemo ad faciem Dei, hoc est, ad illius cognitionem potest accedere, nisi prius ipse sit misericordiam consecutus, et in dogmatum veritate versatus. Misericordia enim et veritas in hoc obviaverunt, hoc est, concursum habent, atque conveniunt in hac re. Quidam vero omnia hæc de futuro intelligunt judicio, ut sit sensus: Tu justissimus judex es, et in judicio tuo misericordia veritatem præcedit. Neque enim aliquis posset redargutionum tuarum veritatem sustinere, nisi cum veritate tua quoque commista esset misericordia.

Μακάριος ὁ λαός, ὁ γινώσκων ἀλαλαγμόν. Εἴρηται διαῤῥήδην ὅτι ἀλαλαγμός ἐστιν ἐπινίκιος φωνή· μακαρίζει τοίνυν τοὺς εἰδότας ἐπινίκιον ὕμνον ᾄδειν τῷ νικήσαντι τὸν διάβολον Χριστῷ· δηλοῖ δὲ τοὺς Χριστιανούς. Ἢ καὶ ἄλλως μακαρίζει τοὺς εἰδότας ἀλαλάζειν κατὰ τῶν ἀοράτων πολεμίων, ἐν τῷ νικᾶν αὐτούς.

D *Beatus populus qui scit jubilationem.* Persæpe diximus quod jubilum est vox victoriæ. Beatos igitur Propheta illos dicit, qui victoriæ laudes atque hymnos ei canere noverunt qui diabolum superavit: et de fidelibus sermo esse videtur. Vel aliter, Beatos illos dicit, quia adversus invisibiles inimicos noverunt jubilare, dum eos vincunt.

Κύριε, ἐν τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου σου πορεύσονται. Πρόσωπον μὲν τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός, ὡς ἐν τῷ τετάρτῳ ψαλμῷ παραδέδοται, φῶς δὲ τοῦ Υἱοῦ αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ· Λύχνος γάρ, φησὶ, τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς τοῖς τρίβοις μου.

Vers. 16. *Domine, in lumine vultus tui ambulabunt.* Vultus quidem Patris est Filius, ut in III psalmo diximus. Lumen autem Filii, illius mandata: *Lucerna* enim, inquit, *pedibus meis lex tua, et lumen semitis meis*[28]. Ait igitur quod illi in Filii

[28] Psal. CXVIII. 105.

Variæ lectiones.

(5) Potius *miserationem*, h. e. actum miserendi.

Digitized by Google

mandatis ambulabunt, qui hujusmodi jubilationem cognoscent.

VERS. 17. *Et in nomine tuo exsultabunt tota die.* Appellando atque invocando nomen tuum. Nam si in sola Dei memoria lætatur justus (*Memor* enim, inquit, *fui Dei, et lætatus sum*[86]), multo magis ille exsultabit, qui illum nominat. Vel sermo est ad Christum, in cujus nomine illi exsultant, qui ab eo Christiani denominabuntur.

Et in justitia tua exaltabuntur. Filius esse dicitur Patris justitia, quia, ut inquit Apostolus, *Ipse datus est nobis a Deo sapientia, justitia et sanctificatio*[87], qui etiam fideles exaltavit, abstrahens eos a terrenis per Evangelium, atque in cœlum evehens.

VERS. 18. *Quoniam gloriatio virtutis eorum tu es.* Virtus enim Christianorum Christus est; ipse enim potentes viribus eos reddit. Gloriatio autem Christi, Pater, in quo Filius ipse adeo ornatur et gloriatur, ut passim in Evangelio, et Patrem suum eum appellet, et facta sua omnia ad eum referat.

Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. Beneplacitum Patris incarnatio est Verbi, et quæcunque alia ad hujusmodi incarnationem pertinent. Quid significet *cornu* apud sacram Scripturam, diximus in psalmo LXXIV. Hoc autem in loco beatus David seipsum Christianis conjunxit, quemadmodum plerumque etiam alibi facit, quia ex suo semine Christus erat nasciturus, quo medio cognatus effectus est Christianis. Nam Christiani Christi filii sunt, et Christus David. Possunt etiam hæc verba intelligi, ut ex Christianorum persona sint prolata.

VERS. 19. *Quia Domini est auxilium.* In Dei facultate est ut adjuvemur. Similis loquendi modus est, quem vidimus in psalmo III : *Domini est salus.*

Et sancti Israel regis nostri Idem rursus repetit. In facultate, inquit, Dei et sancti regis nostri Israel est, ut adjuvet nos. Deus autem appellatur Sanctus Israel (hoc est, Sanctus populi Israel), quemadmodum diximus in psalmo LXXVII. Regem etiam Deum appellat, quia natura omnium Dominus est.

VERS. 20. *Tunc locutus es in visione filiis tuis.* Dictionem *Tunc*, pro Certo quidem tempore posuit, sed non expresso. Tunc igitur locutus es ea quæ ad me David pertinent, et locutus ea in visione, hoc est, quodam alio modo sensui magis aperto. Clarius enim ac melius ea cognoscimus, quæ per oculorum sensum videmus, quam quæ aliis sensibus percipimus. Unde scriptum legimus in Exodo : *Et populus videbat vocem Domini*[88], hoc est, clarissime sentiebat. Per Dei autem filios prophetas intelligit, tanquam ab eo dilectos, propter virtutem. Verisimile est enim multis fuisse

A Λέγει δὲ ὅτι οἱ γινώσκοντες τὸν τοιοῦτον ἀλαλαγμὸν ἐν ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Υἱοῦ σου πορεύσονται.

Καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται ὅλην τὴν ἡμέραν. Ἐν τῷ ὀνομάζειν σε. Εἰ γὰρ ὁ δίκαιος μιμνησκόμενος τοῦ Θεοῦ μόνον εὐφραίνεται· *Ἐμνήσθην* γάρ, φησί, *τοῦ Θεοῦ καὶ ηὐφράνθην*· πολλῷ μᾶλλον, ὀνομάζων αὐτὸν, ἀγαλλιάσεται· ἢ καὶ πρὸς τὸν Χριστὸν ὁ λόγος, οὗ ἐπὶ τῷ ὀνόματι ἀγαλλιῶνται οἱ ἀπ' ἐκείνου καλούμενοι.

Καὶ ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ὑψωθήσονται. Δικαιοσύνη τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ὃς *Ἐδόθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμός*· οὗτος γὰρ ὕψωσεν αὐτοὺς, τῶν γηΐνων ἀποσπάσας διὰ τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναγαγών.

B *Ὅτι καύχημα τῆς δυνάμεως αὐτῶν σὺ εἶ.* Δύναμις μὲν τῶν Χριστιανῶν ὁ Χριστὸς, ὡς ἐνδυναμῶν αὐτούς· καύχημα δὲ τοῦ Χριστοῦ ὁ Πατὴρ, ἐφ' ᾧ σεμνύνεται τοσοῦτον, ὡς ἄνω καὶ κάτω καὶ πανταχοῦ τοῦ Εὐαγγελίου Πατέρα ἑαυτοῦ τοῦτον ὁμολογεῖν, καὶ αὐτῷ ἀνατιθέναι πάντα τὰ ἐαυτοῦ κατορθώματα.

Καὶ ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου ὑψωθήσεται τὸ κέρας ἡμῶν. Εὐδοκία τοῦ Πατρὸς, εἴτουν ἀγαθὸν θέλημα, ἡ ἐνανθρώπησις τοῦ Υἱοῦ, καὶ ὅσα περὶ αὐτήν. Περὶ δὲ τοῦ κέρατος εἴρηται ἐν τῷ οδ' ψαλμῷ. Ἑαυτὸν δὲ τοῖς Χριστιανοῖς ὁ Δαβὶδ συνέταξεν, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις, διὰ τὸ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ μέλλειν βλαστάνειν τὸν Χριστὸν, καὶ διὰ μέσου τοῦ Χριστοῦ συγγενεύζειν αὐτοῖς· οἱ μὲν γὰρ τέκνα Χριστοῦ, ὁ δὲ C Χριστὸς υἱὸς τοῦ Δαβίδ. Ἢ καὶ προσώπῳ τῶν Χριστιανῶν εἴρηται ὁ λόγος.

Ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ ἀντιλήψις. Τοῦ Θεοῦ ἐστι τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι ἡμῶν. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ τρίτῳ ψαλμῷ· *Τοῦ Κυρίου ἡ σωτηρία.*

Καὶ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ βασιλέως ἡμῶν. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν. Τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι, φησὶ, τοῦ Κυρίου ἐστὶ, καὶ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ βασιλέως ἡμῶν. Ἅγιος γὰρ τοῦ Ἰσραὴλ ὁ Θεὸς, ὡς καὶ ἐν τῷ ος' ψαλμῷ προείρηται· καὶ βασιλέα δὲ ὁμοίως τὸν Θεὸν ὀνομάζει, ὡς φύσει Κύριον ἡμῶν.

D *Τότε ἐλάλησας ἐν ὁράσει τοῖς υἱοῖς σου.* — *Τότε*, ἀντὶ τοῦ, Ἐν καιρῷ. Ἐλάλησας δὲ τὰ περὶ ἐμοῦ τοῦ Δαβίδ. *Ἐν ὁράσει* δὲ, ἀντὶ τοῦ ἐν αἰσθήσει· ἡ γὰρ ὅρασις ἐνεργεστέρα καὶ αἰσθητικωτέρα τῶν ἄλλων αἰσθήσεων. Οὕτω γὰρ ἐν τῇ Ἐξόδῳ γέγραπται· *Καὶ ὁ λαὸς ἑώρα τὴν φωνὴν Κυρίου*, ἀντὶ τοῦ, Ἠσθάνετο. Υἱοὺς δὲ Θεοῦ λέγει τοὺς προφήτας, ὡς ἠγαπημένους αὐτῷ διὰ τὴν ἀρετήν· εἰκὸς γὰρ πολλοῖς ἀποκαλυφθῆναι τὰ περὶ Δαβὶδ, καὶ εἰπεῖν αὐτῷ ταῦτα, καθάπερ εἶπε τούτῳ πολλὰ καὶ Νάθαν ὁ προφήτης. Τίνα δέ εἰσι ταῦτα, φησὶ διὰ τῶν ἑξῆς· πλὴν δοκοῦσι μὲν περὶ τοῦ Δαβὶδ

[86] Psal. LXXVI, 14. [87] I Cor. I, 30. [88] Exod. XX, 18.

Digitized by Google

εἰρῆσθαι, διὰ τὸ συνάδειν ἐνιαχοῦ τοῖς περὶ αὐτὸν πράγμασιν· ἐλέγχονται δὲ περὶ τοῦ Χριστοῦ μᾶλλον εἰρημένα· θαυμαστὴ δὲ τοῦ θείου Πνεύματος ἡ χάρις· πῶς ἀνέμιξεν εὐχερῶς τοῖς τοῦ Δαβὶδ τὰ περὶ Χριστοῦ, καὶ συνεσκίασε τῇ ὁμοιότητι τὴν ἀλήθειαν.

A revelata ea quæ pertinebant ad ipsum David, atque ab illis ei fuisse annuntiata, quemadmodum et Nathan prophetam multa ei legimus annuntiasse. Quænam autem hæc sint quæ Deus locutus est, refert in sequentibus. Et videntur hæc quidem dicta fuisse de beato David, eo quod multis in locis illius gestis conveniunt, verumtamen ipsi potius Christo accommodantur. Admiranda est autem sancti Spiritus gratia, quæ Davidicis rebus opportune ea admiscuerit, quæ ad Christum pertinent, et veritatem similitudine adumbraverit.

Καὶ εἶπας· Ἔθέμην βοήθειαν ἐπὶ δυνατόν. Παρέσχον παρ' ἐμαυτοῦ βοήθειαν δυνατῷ. Δυνατὸν δὲ δοκεῖ μὲν λέγειν ἑαυτὸν, ὡς βασιλέα· δυνατοὺς γὰρ καὶ δυνάστας ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τοὺς βασιλεῖς· ἔστι δὲ καὶ μᾶλλον ὁ Χριστὸς κατὰ τὴν θεότητα. Χριστὸς γὰρ, φησὶ, Θεοῦ δύναμις καὶ σοφία.

Et dixisti : Posui adjutorium super potentiam. Præbui a meipso auxilium potenti. Et potentem quidem videtur Propheta seipsum appellare, veluti regem. Nam olim reges et principes, potentes dicebantur. Verius tamen Christum intelligimus, qui Dei potentia est et Dei sapientia.

Ὕψωσα ἐκλεκτὸν ἐκ τοῦ λαοῦ μου. Τῷ δοκεῖν μὲν τὸν Δαβὶδ ἐκλεγέντα μὲν πρότερον ἐκ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων εἰς βασιλείαν, ὑψωθέντα δὲ ὕστερον εἰς δόξαν διὰ τὰς ἀνδραγαθίας· τῇ δ' ἀληθείᾳ δὲ τὸν Χριστὸν, ἐκλεγέντα μὲν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον εἰς τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ἐκ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων. Ἐν τούτῳ γὰρ ἡ τοῦτον γεννήσασα· ὑψωθέντα δὲ διὰ τὴν ἕνωσιν. Διὸ, φησὶ, καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσεν.

Exaltavi electum de populo meo. Videtur etiam hoc loco primo aspectu loqui de seipso, qui ex Judæorum populo electus fuerat in regem, et ob summam strenuitatem ad sublimem gloriam evectus : revera tamen Christum intelligit, electum quidem ex Judæorum populo unde ejus Mater ortum duxerat, ut ipse una illa esset persona, in qua secundum hypostasim cum humanitate uniretur divinitas : atque ideo dicit quod Deus eum exaltavit.

Εὗρον Δαβὶδ τὸν δοῦλόν μου. Τοῦτο περὶ μόνου τοῦ Δαβὶδ ἐγὼ νοῶ, καὶ τὰ ἑξῆς μέχρι, *Καὶ ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ·* εἰ καὶ ταῦτά τινες εἰς τὸν Χριστὸν ἀνάγουσιν. Εὗρον, φησὶν, αὐτὸν εἰς βασιλείαν, ζητήτας τοῦτον ἐν τοῖς παισὶν Ἰεσσαί. Εἶπε γὰρ πρὸς Σαμουὴλ, ὅτι Ἑώρακα ἐν τοῖς υἱοῖς Ἰεσσαὶ ἐμοὶ βασιλέα.

Vers. 21. *Inveni David servum meum.* Hæc verba, et quæ sequuntur usque ad illa verba : *Et in nomine meo exaltabitur cornu ejus*, intellige ut ad solum pertineant David, tametsi aliqui ista etiam ad Christum referant. Inveni eum, inquit, ad regnum, cum inter Jesse filios cum quæsissem. Dixit enim ad Samuel : *Vidi in filiis Jesse mihi regem* [88].

Ἔχρισα ἐλαίῳ ἁγίῳ μου ἔχρισα αὐτόν. Καὶ περὶ τῆς χρίσεως αὐτοῦ ἡ πρώτη τῶν Βασιλειῶν ἱστορεῖ. *Καὶ ἔλαβε*, φησὶ, *Σαμουὴλ τὸ κέρας τοῦ ἐλαίου, καὶ ἔχρισεν αὐτὸν ἐνώπιον τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ.* Ἅγιον δὲ ὁ Θεὸς ἑαυτοῦ τῆς χρίσεως τὸ ἔλαιον ἐκάλεσεν, ὡς θεῖον· εἶχε γὰρ τὴν κατασκευὴν θεοδίδακτον καὶ μυστικήν.

Oleo sancto meo unxi eum. De unctione ista David traditur in primo Regum libro : *Et accepit*, inquit, *Samuel cornu olei, et unxit eum coram omnibus fratribus ejus* [89]. Sanctum autem Dei oleum dixit, ut illius confectionem et divinitus traditam, et mysteriis refertam esse significaret.

Ἡ γὰρ χείρ μου συναντιλήψεται αὐτῷ, καὶ ὁ βραχίων μου κατισχύσει αὐτόν. Χεῖρα μὲν καὶ βραχίονα τὴν παρὰ Θεοῦ βοήθειαν καὶ δύναμιν αὐτοῦ πολλάκις ἡρμηνεύσαμεν· *Κατισχύσει* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Ἐπισχύσει.

Vers. 22. *Manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum roborabit eum.* Per manum et per brachium Dei, divinam appellat opem atque potentiam.

Οὐκ ὠφελήσει ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ. Ὠφελεῖν τὸ ἀνύειν πολλάκις ἡ Ἑβραῖς λέγει. Καθάπερ καὶ νῦν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εἴρηται· *Θεωρεῖτε ὅτι οὐκ ὠφελεῖτε οὐδέν*, ἀντὶ τοῦ, Οὐκ ἀνύετε.

Vers. 23. *Nihil proficiet inimicus in eo.* Hebræi persæpe proficere dicunt pro perficere, veluti in Evangelio : *Videtis quia nihil proficitis* [90], hoc est, nihil operamini, nihil ad perfectum ducitis.

Καὶ υἱὸς ἀνομίας οὐ προσθήσει τοῦ κακῶσαι αὐτόν. — Υἱὸς ἀνομίας, ἀντὶ τοῦ, Ἄνομος. Ὡσπερ Υἱὸς ἀνθρώπου, ἀντὶ τοῦ, Ἄνθρωπος. Οὕτως οὖν καὶ *Υἱὸς ἀδικίας*, ἀντὶ τοῦ Ἄδικος· καὶ *Υἱὸς ἀπωλείας* ὁ Ἀπολωλώς. Καὶ υἱοὶ ἀπειθείας οἱ ἀπειθεῖς. Ἰδίωμα γὰρ καὶ τοῦτο τῆς Ἑβραΐδος. *Οὐ προσθήσει* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Οὐ προεπιχειρήσει, ἅπαξ ὑπ' αὐτοῦ πληγείς.

Et filius iniquitatis non apponet nocere ei. Filium iniquitatis dicit pro Filium iniquum, sicut Filium hominis pro Hominem, ita et Injustitiæ filius dicitur, pro Filius injustus, et Filius perditionis, pro Perditus ; Filii etiam inobedientiæ pro Inobedientes. Est et hoc proprium quoddam Hebraicæ linguæ idioma. *Non apponet* etiam dixit, pro Non amplius tentabit, veluti jam semel repulsus.

Καὶ συντρίψω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ τοὺς ἐχ-

Vers. 24. *Et concidam a facie illius inimicos*

[88] 1 Reg. xvi, 1. [89] Ibid. 13. [90] Joan. xii, 19.

Digitized by Google

ejus, et qui oderunt eum, in fugam convertam. A facie ejus, hoc est, in conspectu ejus. In fugam convertam, id est S perabo.

VERS. 25. *Et veritas mea, et misericordia mea cum ipso.* Vera misericordia mea, ut superius declaravimus. Vel veritas quidem ad promissiones respicit, misericordia autem ad auxilium.

Et in nomine meo exaltabitur cornu ejus. Cornu David Christus est, hoc est, illius gloria. Nam quemadmodum quædam animalia cornua emittunt e capite, quæ non tantum fortitudini sunt, sed ornamento, ita ex beato David, qui Judæorum fuit caput, veluti eorum rex (principes etenim capita appellamus), pulcherrimum quoddam cornu germinavit, quod non robur tantum, sed gloriam atque ornamentum etiam ei præstitit. Alia etiam ratione potest illius cornu dici, quia ratione divinitatis omnibus est sublimior. Cornu enim membris omnibus corporis supereminet. Ex persona igitur Dei Patris dicit Propheta, quod cornu David, ipse nimirum Christus, exaltandus esset in ipsius Dei nomine. Exaltatus est autem Christus in nomine Dei, eo quod et ipse Dei nomen habet, et ab omnibus appellatur Deus. His autem consona sunt ea quæ in Evangelio legimus dicta fuisse a Zacharia, dum ait: *Et erexit cornu salutis nobis, in domo David pueri sui, sicut locutus est per os sanctorum* [61]; eos nimirum prophetas intelligens, quos beatus David superius filios Dei appellavit. Per domum autem David, illius generationem intellexit.

VERS. 26. *Et ponam in mari manum ejus, et in fluminibus dexteram ejus.* Per mare quidem insulas significavit, quæ in mari sunt, et per flumina, continentem terram, in qua flumina perfluunt. Per manum autem et per dexteram, ut sæpe diximus, potestatem et dominium intelligit. Verum si quæramus quando totius orbis dominium unquam habuerit beatus David, nusquam id inveniri poterit: at Christus totius maris ac totius terræ rex manifeste constitutus est, atque illius dominium adeptus, juxta quod legimus in psalmo LXXI: *Et dominabitur a mari usque ad mare et a fluminibus usque ad terminos orbis terrarum.* Quapropter non ad ipsum David hæc pertinent, sed ad Christum.

VERS. 27. *Ipse invocabit me, Pater meus es tu, Deus meus et adjutor salutis meæ.* Invocabit me aliquando dicens: *Pater meus es tu.* Verum ubinam beatum David legimus appellasse Deum Patris nomine? Nusquam profecto. At Christus passim in Evangelio Patrem illum suum dicit, ut Deus; Deum vero et adjutorem, ut homo.

VERS. 28. *Et ego primogenitum ponam eum.* Ita etiam magnus Paulus eum appellat *Primogenitum in multis fratribus* [62], et *Primogenitum ex mortuis* [63]; et rursus, *Primogenitum omnis creaturæ* [64], tanquam novi populi primitias, et veluti eum qui primus a

Ὁρούς αὐτοῦ, καὶ τοὺς μισοῦντας αὐτὸν τροπώσομαι. — Ἀπὸ προσώπου, ἀντὶ τοῦ, Ἀπεναντίον. Τροπώσομαι δὲ, ἀντὶ τοῦ Νικήσω.

Καὶ ἡ ἀλήθειά μου, καὶ τὸ ἔλεός μου μετ' αὐτοῦ. Ἡ ὁ ἀληθινός μου ἔλεος, ὡς ἀνωτέρω ἐδηλώσαμεν. Ἡ ἀλήθεια μὲν τῶν ἐπαγγελιῶν, ἔλεος δὲ τῆς βοηθείας.

Ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ. Κέρας τοῦ Δαβὶδ, ὁ Χριστὸς, εἴτουν καύχημα καὶ δόξα. Ὥσπερ γὰρ ἐκ τῆς κεφαλῆς βλαστάνει τὸ κέρας τοῖς κερασφόροις τῶν ζώων, καὶ οὐ μόνον ἐστὶν ἰσχὺς αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ κόσμος, οὕτω κεφαλὴ μὲν τῶν Ἰουδαίων ὁ Δαβὶδ, ὡς βασιλεύς· κεφαλὰς γὰρ καλοῦμεν τοὺς ἄρχοντας. Ἐκ δὲ τῆς κεφαλῆς ταύτης ἐβλάστησε, δίκην κέρατος, ὁ Χριστός· ὃς καὶ σεμνύνει καὶ δοξάζει αὐτὸν, ὥσπερ τὸ κέρας τὰ κερασφόρα. Οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον λέγεται κέρας, ἀλλὰ καὶ ὡς πάντων ὑψηλότερος· διὰ τὴν θεότητα· πάντων γὰρ τῶν μελῶν ὑπερέχει τὸ κέρας. Εἶπε τοίνυν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ὅτι Τὸ κέρας τοῦ Δαβὶδ, εἴτουν ὁ Χριστὸς, ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται· τουτέστιν ἐν τῷ καλεῖσθαι Θεός. Τούτῳ δὲ τῷ λόγῳ συμφωνεῖ καὶ Ζαχαρίας, ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγων· *Καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ·* τούτους τοὺς προφήτας δηλῶν, οὓς ἀνωτέρω ὁ Δαβὶδ υἱοὺς εἶπε τοῦ Θεοῦ· οἶκον δὲ Δαβὶδ τὸ γένος αὐτοῦ ἐκάλεσε.

Καὶ θήσομαι ἐν θαλάσσῃ χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ἐν ποταμοῖς δεξιὰν αὐτοῦ. Διὰ μὲν τῆς θαλάσσης τὰς νήσους ἠνίξατο· ἐν ταύτῃ γὰρ αὐταί· διὰ δὲ τῶν ποταμῶν τὴν ἤπειρον· ἐν ταύτῃ γὰρ οὗτοι. Χεῖρα δὲ λέγει καὶ δεξιὰν τὴν κατοχὴν καὶ κυριότητα. Ποῦ δὲ ὁ Δαβὶδ ἁπάντων τούτων ἐκυρίευσεν; Οὐδαμοῦ τῆς Γραφῆς. Ὁ δὲ Χριστὸς πάσης μὲν θαλάσσης, πάσης δὲ γῆς ἐκυρίευσεν, ὡς εἴρηται ἐν τῷ ρα' ψαλμῷ, ὅτι *Καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης.* Ὥστε χεῖρα καὶ δεξιὰν οὐ τοῦ Δαβὶδ νοήσεις, ἀλλὰ τοῦ κέρατος τοῦ Δαβίδ.

Αὐτὸς ἐπικαλέσεταί με, *Πατήρ μου εἶ σὺ, Θεός μου καὶ ἀντιλήπτωρ τῆς σωτηρίας μου.* Λείπει τὸ λέγων, ἔξωθεν προσλαμβανόμενον. Ἐπικαλέσεταί με ἐν καιρῷ, λέγων πρός με· *Πατήρ μου εἶ σὺ,* καὶ τὰ ἑξῆς. Ποῦ δὲ ὁ Δαβὶδ Πατέρα οἰκεῖον αὐτὸν ὠνόμασεν; Οὐδαμοῦ· ὁ δὲ Χριστὸς πολλαχοῦ τοῦ Εὐαγγελίου· Πατέρα μὲν αὐτὸν λέγων, ὡς Θεὸς, Θεὸν δὲ καὶ ἀντιλήπτορα, ὡς ἄνθρωπος.

Κἀγὼ πρωτότοκον θήσομαι αὐτόν. Οὕτως αὐτὸν καὶ ὁ μέγας Παῦλος ὀνομάζει *πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς,* καὶ *πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν,* καὶ *πρωτότοκον πάσης κτίσεως,* ὡς ἀπαρχὴν τοῦ νέου λαοῦ, καὶ ὡς πρῶτον ἀναστάντα ἐκ τῶν νεκρῶν

[61] Luc. I, 69. [62] Rom. VIII, 29. [63] Coloss. I, 18. [64] Ibid. 15.

Digitized by Google

εἰς ἀθανασίαν, καὶ ὡς ἐξαίρετον τῆς καινῆς κτίσεως τῶν πιστῶν.

Ὑψηλὸν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς. Τοὺς μὲν γὰρ ἐπιγνόντας αὐτὸν ὑποχειλιμένους ἔχει· τῶν πολεμούντων δὲ ἀνωτέρω γίνεται· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ὑψηλός ἐστι καὶ παρὰ τοῖς πιστοῖς βασιλεῦσι καὶ παρὰ τοῖς ἀπίστοις. Ὁ δὲ Δαβὶδ οὐ περιγέγονε πάντων τῶν βασιλέων τῆς γῆς, μόνης βασιλεύσας τῆς Ἰουδαίας.

Εἰς τὸν αἰῶνα φυλάξω αὐτῷ τὸ ἔλεός μου. Χρήζοντι αὐτοῦ, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον· ἢ καὶ οὐ δι' ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ διὰ τοὺς ἐξ αὐτοῦ, φημὶ δὴ τοὺς Χριστιανούς, ὑπὲρ ὧν καὶ παρεκαλεῖ τὸν Πατέρα, μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων γεγονώς.

Καὶ ἡ διαθήκη μου πιστὴ αὐτῷ. Ἡ ἐπαγγελία ἡ πρὸς τὸν Δαβὶδ πιστὴ, εἴτουν βεβαία ἔσται ἐπ' αὐτῷ, ἤγουν τῷ Χριστῷ, τουτέστιν εἰς αὐτὸν ἀποβήσεται. Εἴρηται γὰρ ἀνωτέρω· *Ἕως τοῦ αἰῶνος ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου.*

Καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ σπέρμα αὐτοῦ. Σπέρμα τοῦ Χριστοῦ ὁ παρ' αὐτοῦ σπαρεὶς ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν μαθητῶν λόγος τοῦ Εὐαγγελίου, ὅσπερ διαμένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· καὶ ὁ ἐν παντὶ ἔθνει ἀναγεννηθεὶς αὐτῷ λαός. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος*, Διηνεκῶς ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος. Καὶ ὄντως τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσι.

Καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ αὖθις θήσω τὸν θρόνον αὐτοῦ τῆς βασιλείας οὕτω διαρκῆ, ὡς θήσω καὶ τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ· διαρκεῖς γὰρ αὗται ὡς μέχρι τῆς συντελείας τοῦ κόσμου φυλάττουσαι τὸν οἰκεῖον ὅρον. Ἔοικε δὲ τοῦτο τὸ ῥητὸν τῷ, *Καὶ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ*, ἐν τῷ οα' ψαλμῷ. Ἡμέραι δὲ λέγονται τοῦ οὐρανοῦ, ὡς αὐτοῦ ταύτας ἀποτελοῦντος, τῇ τοῦ ἡλίου φορᾷ. Διεξέπεσαν δὲ Ἰουδαῖοι τὸ σπέρμα τοῦ Δαβὶδ, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τεθὲν, τουτέστι, σωζόμενον ἐπὶ τῆς βασιλείας, ἔτι δὲ καὶ τὸν βασιλικὸν θρόνον τοῦ Δαβὶδ μόνιμον. Ἀλλ' οὐκ ἂν δύναιντο. Εἰς Ἰεχονίαν γὰρ καὶ Σεδεκίαν κατέληξεν ἡ βασιλεία τοῦ Δαβίδ· Οὓς αἰχμαλώτους ἀνὰ μέρους οἱ Βαβυλώνιοι ἀπαγαγόντες, τὸν Σεδεκίαν μὲν ἀπετύφλωσαν, τὸν Ἰεχωνίαν δὲ δουλίᾳ ἀπέδαλον. Τηνικαῦτα δὲ καταστρεφέντος τέλεον καὶ τοῦ θρόνου Δαβὶδ, οὐδεὶς τὸ λοιπὸν εἰς αὐτὸν ἐκάθισεν. Ὁ γὰρ Ζοροβάβελ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῆς αἰχμαλωσίας οὐ βασιλεὺς, ἀλλὰ δημαγωγὸς Ἰουδαίων γέγονεν. Δηλοῖ δὲ ταῦτα προῶν ὁ ψαλμός. Ὅθεν οὐκ ἐπὶ πλεῖον τῶν τετρακοσίων ἐτῶν ἡ βασιλεία Δαβὶδ τοῖς ἀπογόνοις αὐτοῦ παρέμεινεν.

Ἐὰν ἐγκαταλείπωσιν υἱοὶ αὐτοῦ τὸν νόμον μου, καὶ τοῖς κρίμασί μου μὴ πορευθῶσιν· ἐὰν τὰ δικαιώματά μου βεβηλώσωσι, καὶ τὰς ἐντολάς μου μὴ φυλάξωσιν· ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, καὶ ἐν μάστιξι τὰς ἀδικίας αὐτῶν. Οἱ υἱοὶ τοῦ Χριστοῦ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ

A mortuis ad immortalitatem resurrexit, et tanquam præcipuum quid atque electum in nova fidelium creatura.

Excelsus pre regibus terre. Eos quidem qui illum cognoscunt subditos sub se habet, atque ei inclinatos; hostium vero atque eorum qui illius detrectant imperium semper est sublimior: et hac ratione excelsus est præ omnibus regibus terræ, seu fideles sint illi reges, seu infideles. At David, qui uni tantum imperavit provinciæ, omnibus regibus sublimior esse non potuit.

Vers. 29. *In seculum servabo illi misericordiam meam.* Illi, inquam, Christo, qui secundum hominem divina indiguit misericordia, si non propter seipsum, propter suos saltem Christianos ac fideles, pro quibus ad Patrem rogabat, Dei atque B hominum mediator effectus.

Et testamentum suum fidele ipsi. Promissio, quæ ad ipsum David facta est, fidelis, hoc est, firma erit ipsi Christo, hoc est, adimplebitur in eo. Dictum est enim superius: *Usque in seculum præparabo semen ejus.*

Vers. 30. *Et ponam in seculum seculi semen ejus.* Semen Christi sermo est evangelicus, qui in discipulorum animis fuit disseminatus, qui sermo manet in sæculum sæculi. Vel pro semine ejus novum populum intellige, qui in omni gente generatus est. Symmachus autem pro his verbis: *in sæculum sæculi*, transtulit, *Perpetuo.* Vere autem C contra Christi Ecclesiam portæ inferni in æternum non prævalebunt.

Et thronum ejus sicut dies cœli. Et rursus ponam thronum regni ejus, ita perpetuum, ut dies cœli, qui perpetui sunt, et terminum suum usque ad mundi consummationem servabunt. Similia sunt illa verba: *Et permanebit cum sole*, ut vidimus in psalmo LXXI. Dies autem cœli dicuntur, eo quod a cœlo, ipso solis cursu effici videntur. Ostendant nobis igitur Judæi semen David positum in sæculum sæculi, hoc est, conservatum in regno, aut regalem illius thronum adhuc permanere. Verum id non poterunt. In Jechonia etenim atque in Sedecia finem habuit regnum David. Uterque enim eorum a Babyloniis in captivitatem actus D est; et Sedecias quidem oculis orbatus, Jechonias vero in perpetua servitute detentus est. Tunc itaque destructum est prorsus regnum, et thronus David, et nullus amplius in eo sedit. Nam Zorobabel post reditum e captivitate non rex fuit, sed dux: adeo ut regnum David in posteros quadringentorum annorum tempus non superaverit.

Vers. 31-33. *Si dereliquerint filii ejus legem meam, et in judiciis meis non ambulaverint: si justificationes meas profanaverint, et mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, et in verberibus injustitias eorum.* Christi filii ii sunt qui per Evangelium, et per baptismatis lavac-

Digitized by Google

ei regenerantur. Quid inter se differant lex, judicium, justificationes, et mandata, dictum est in psalmo XVII. *Profanaverint* autem dixit pro Parvipenderint; nam profanum ad sacri distinctionem dicitur. Quod autem non est sacrum, immundum existimatur, et modici momenti. Per virgam vero et per verbera tentationes et calamitates intelligit. Sensus est: Ego delinquentes illos castigabo, et variis eos modis corrigam, gentium nimirum insurrectionibus, bello, fame, tyrannide, atque hujusmodi aliis castigationibus: eos tamen omnino non repellam. Per iniquitates autem et injustitias idem æque intelligi significari.

A τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας ἀναγεννηθέντες αὐτῷ. Περὶ διαφορᾶς νόμου, καὶ κρίματος, καὶ δικαιώματος, καὶ ἐντολῆς, εἴρηται σαφῶς ἐν τῷ ιζ' ψαλμῷ. *Βεβηλώσωσι* δὲ, ἀντὶ τοῦ Εὐτελίσουσι· βέβηλον γὰρ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἱεροῦ λέγεται τὸ ἀνιερον, εἴτουν κοινὸν καὶ εὐτελές. Ῥάβδον δὲ καὶ μάστιγα λέγει τοὺς πειρασμούς. Ἔστι δὲ ὁ νοῦς τοιοῦτος, ὅτι Πταίοντας σωφρονήσω ἐθνῶν ἐπαναστάσεσι, καὶ τυραννίσι, καὶ λιμῷ, καὶ τοιαύταις ἄλλαις παιδείαις· οὐ μὴν τέλεον αὐτοὺς ἀπώσομαι. Ἀνομίας δὲ καὶ ἀδικίας τὰ αὐτὰ νόησον ἐκ παραλλήλου. B

Vers. 34. *Misericordiam autem meam non dispergam ab eis.* Parcens eis scilicet, et eorum pœnitentiam exspectans. O immensam Dei misericordiam! Miseretur etenim Deus etiam dum flagellat, et meras nunquam adhibet pœnas; et verberat quidem atque castigat ut contemptores, miseretur tamen ut suis.

Τὸ δὲ ἔλεός μου οὐ μὴ διασκεδάσω ἀπ' αὐτῶν. Φειδόμενος αὐτῶν καὶ τὴν μετάνοιαν αὐτῶν ἀναμένων. Ὦ φιλανθρωπίας ἀπείρου! Μαστίζων γὰρ ἐλεεῖ, καὶ οὐκ ἄκρατον ἐπάγει τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ μαστίζει μὲν ὡς καταφρονητὰς, ἐλεεῖ δὲ ὡς οἰκείους.

Neque injuste agam in veritate mea. Nullam ego, inquit, injuriam inferam ipsi David: promissionesque et pacta cum eo inita nusquam transgrediar. Iloc autem non faciam, propter veritatem meam; quia scilicet ego verax sum.

Οὐδὲ μὴ ἀδικήσω ἐν τῇ ἀληθείᾳ μου. Οὐδὲ ἀδικήσω τὸν Δαβὶδ παραβαίνων τὰς πρὸς αὐτὸν συνθήκας. Περιττεύει δὲ τὸ *μὴ*, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ ἑξῆς στίχῳ. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, *Οὐδ' οὐ μὴ* γράφουσιν. Τοῦτο δὲ οὐ ποιήσω διὰ τὴν ἀλήθειάν μου, C διότι εἰμὶ ἀληθής.

Vers. 35. *Neque profanabo testamentum meum.* Non parvipendam, inquit, nec spernam testamentum meum. Testamenti autem auctoritas in hoc sita est, ut et verum sit, et observetur: quemadmodum contra, Parvipendi dicitur, si infringatur, aut non servetur. Per testamentum autem, seu dispositionem, verba illa intelligit, quibus disposuit

Οὐδὲ μὴ βεβηλώσω τὴν διαθήκην μου. Οὐδὲ εὐτελίσω αὐτὴν ἀθετήσας. Ἀξίωμα γὰρ τῆς διαθήκης ἡ ἀλήθεια αὐτῆς· εὐτέλεια δὲ αὐτῆς ἡ ἀθέτησις. Διαθήκην δὲ λέγει τὴν, *Εἰς τὸν αἰῶνα φυλάξω τὸ ἔλεός μου.* (ut Græca dictione διαθήκη, verius significatur) per dicens: *In sæculum servabo ei misericordiam meam.*

Et quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita. Verba hæc ad præcedentium declarationem consequuntur. Introducit autem Propheta Deum hic humano quodam more loqui, dum labia illum sua appellare facit. Per labia autem et per os ac linguam Dei, ipsum Dei verbum intelligendum est.

Καὶ τὰ ἐκπορευόμενα διὰ τῶν χειλέων μου οὐ μὴ ἀθετήσω. Ἑρμηνευτικὸν τοῦτο τοῦ πρὸ αὐτοῦ. Ἀνθρωποπρεπῶς δὲ διὰ τῶν χειλέων εἶπε. Χεῖλη δὲ Θεοῦ, καὶ γλῶσσα, καὶ στόμα, ὁ λόγος αὐτοῦ.

Vers. 36. *Semel juravi in sancto meo, si David mentiar.* Dictio *semel* confirmationem ac stabilitatem quamdam significat, ac si diceret: Firmiter juravi. Simile illud est: *Semel locutus est Deus* [68]. Et *Juravi*, pro, Constanter asserui. Juravi autem per sanctitatem meam. Omnis enim qui jurat, per majus quid jurat, verum Deus per majorem se jurare non valens, per seipsum jurat, hoc est, in seipsum, quemadmodum magnus nos Paulus docuit. Ea autem verba: *Si David mentiar*, idem significant ac si dixisset: Non mentiar ipsi David. Est enim hoc quoque veteris Scripturæ idioma, ut in juramentis dictionem, *Si*, ponat loco negativæ. Tale quid invenies in psalmo CXXXI, ibi: *Si introibo in tabernaculum domus meæ*, pro, Non introibo, et quæ sequuntur.

Ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι. — Ἅπαξ, ἀντὶ τοῦ βεβαίως. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, Ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ Θεός. — Ὤμοσα δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἐβεβαίωσα. Ὤμοσα δὲ κατὰ τῆς ἐμῆς ἁγιωσύνης· πᾶς μὲν γὰρ ὁ ὀμνύων κατὰ μείζονος ὄμνυσιν. Ὁ δὲ Θεὸς, μὴ ἔχων κατὰ μείζονος ὀμόσαι, ὄμνυσι καθ' ἑαυτοῦ, εἴτουν εἰς ἑαυτὸν, ὡς καὶ ὁ μέγας Παῦλος ἐδίδαξε. Τὸ δὲ, *Εἰ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι*, ἀντὶ τοῦ, Οὐ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι. Ἴδίωμα γὰρ καὶ τοῦτο τῆς Παλαιᾶς, τὸ *εἰ*, ἀντὶ τοῦ *οὐ* λαμβάνειν ἐπὶ τῶν ὀμνυόντων. Τοιοῦτον εὑρήσεις καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ρλα' ψαλμοῦ· *Εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκήνωμα οἴκου μου*, ἀντὶ τοῦ, *Οὐκ εἰσελεύσομαι*, καὶ τὰ ἑξῆς. D

Vers. 37. *Semen eius in sæculum manet.* Semen

Τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μένει. Σπέρμα

[68] Psal. LXI, 12.

Digitized by Google

μὲν τοῦ Δαβὶδ, ὁ Χριστὸς κατὰ σάρκα, καθὼς ἀνωτέρω διελάβομεν, ὃς καὶ βασιλεύει αἰωνίως τῶν Χριστιανῶν μὲν ἑκόντων, τῶν δὲ ἀπίστων ἀκόντων· *Ἐδόθη μοι γὰρ, φησὶν, ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς.* Σπέρμα δὲ τοῦ Χριστοῦ ὁ λόγος τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ οἱ ἀναγεννηθέντες αὐτῷ, καθὼς ὁμοίως ἀνωτέρω διελήπται· καὶ τοῦτο οὖν κἀκεῖνο τὸ σπέρμα εἰς τὸν αἰῶνα μένει, φησὶ, κατὰ τὴν ἐμὴν ἐπαγγελίαν

A quidem David Christus est secundum carnem, ut diximus, qui perpetuo regnat, et omnibus dominatur, Christianis quidem volentibus, infidelibus vero etiam invitis : *Data est enim mihi*, inquit, *omnis potestas, in cœlo et in terra* [66]. Semen autem Christi sermo evangelicus dicendus est, aut fideles, qui ei per baptismum regenerati sunt, ut diximus. Hoc igitur atque illud semen perpetuo manebit juxta promissionem meam.

Καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ, ὡς ἥλιος ἐναντίον μου. Ἡ βασιλεία τοῦ Χριστοῦ, ἡ εἰς τοὺς Χριστιανούς, ἐπισημοτάτη καὶ μόνιμος, ὡς ὁ ἥλιος. Διὰ τί δὲ καὶ τὸν ἥλιον εἰς εἰκόνα τῆς μονιμότητος ἔλαβεν, εἴρηται ἐν τῷ οα' ψαλμῷ, ἔνθα τὸ, *Καὶ συμπαραμένει τῷ ἡλίῳ.*

Vers. 38. *Et thronus ejus sicut sol coram me.* Regnum Christi in fideles celeberrimum est, et diuturnum tanquam sol. Quare autem solem assumpserit in diuturnitatis similitudinem, dictum est in psalmo LXXI, ibi : *Et permanebit cum sole.*

Καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα. Καθ' ὑπερβατὸν ἀναγνωστέον, ὡς ἡ κατηρτισμένη σελήνη· λέγει δὲ ὅτι ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἐπίσημος καὶ μόνιμος εἰς τὸν αἰῶνα ὡς ὁ ἥλιος, καὶ ὡς πλησιφαὴς σελήνη· κατηρτισμένην γὰρ τὴν πλησιφαῆ καλεῖ. Τοὺς δύο δὲ φωστῆρας εἰς εἰκόνα παρέλαβεν, ὡς καὶ ἐν τῷ οα' ψαλμῷ.

Et sicut luna perfecta in sæculum. Regnum, inquit, illius celeberrimum est, et instar solis diuturnum, et diuturnum in sæculum; et tanquam luna in plenilunio, quam perfectam lunam appellavit. Duo etiam luminaria in similitudinem assumpsit, quemadmodum vidisti in sæpe dicto psalmo LXXI.

Καὶ ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός. Ὁ Σύμμαχος ἀντὶ, *Ὁ μάρτυς*, *Ὁ διαμαρτυράμενος*, ἐξέδωκε· λέγει δὲ ὅτι ὁ διαμαρτυράμενος, εἴτουν ἐπαγγειλάμενός μοι τὰ περὶ τοῦ σπέρματός μου ἐν οὐρανῷ ἐστι, καὶ ἀξιόπιστός ἐστιν. Οἱ γὰρ ἐπίγειοι οὐ δοκοῦσιν ἀξιόπιστοι.

Et testis in cœlo fidelis. Symmachus pro *Testis*, dixit *Contestatus*. Ille, inquit, qui contestatus ac pollicitus mihi est, se ea meo semini daturum, quæ diximus, ille in cœlo est et fide dignus est. Hujus enim mundi homines non adeo fide digni sunt.

Σὺ δὲ ἀπώσω, καὶ ἐξουδένωσας. Τὰ ἐντεῦθεν προσώπῳ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ λαοῦ ἔγραψεν ὁ προφήτης, ἀπολοφυρομένου τὴν παρὰ Βαβυλωνίων αἰχμαλωσίαν, καὶ οἰομένου ἀθετηθῆναι τὰς πρὸς τὸν Δαβὶδ ἐπαγγελίας. Σὺ δὲ, φησὶν, ὁ τὰ ῥηθέντα ἐπαγγειλάμενος, ἀπώσω τὸ σπέρμα τοῦ Δαβὶδ, καὶ ἠτίμασας. Αἰνίττεται δὲ ὁ λόγος τὸν Ἰεχονίαν καὶ τὸν Σεδεκίαν, ὡς εἴρηται. Σφόδρα δὲ ἀνοηταίνουσιν οἱ Ἰουδαῖοι, ψεύδεσθαι ὑπολαμβάνοντες τὸν Θεὸν, ὅπερ ἀδύνατον καὶ ἀνόσιον. Λοιπὸν σπέρμα τοῦ Δαβὶδ αἰώνιον εἰς τὴν βασιλείαν ὁ Χριστὸς, *Οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος.* Καὶ οὗτοι μὲν σωματικὸν θρόνον καὶ βασιλείαν νοοῦσιν· τούτου δὲ ἡ βασιλεία οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, καθὼς αὐτὸς εἴρηκε, τουτέστιν, οὐκ αἰσθητή, ἀλλὰ νοητή. Βασιλεία γὰρ αὐτοῦ, ἡ τῶν πιστευόντων ὑποταγὴ, καὶ ἑκούσιος δουλεία. *Ἐγὼ γὰρ, φησὶ, κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ.* Καὶ αὖθις· *Καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς.*

Vers. 39. *Tu vero repulisti, et despexisti.* Quæ sequuntur Propheta ex Judaici populi persona conscripsit, Babylonicam captivitatem deplorans, et promissiones a Deo factas ipsi David pene neglectas fuisse reputans. Tu vero, inquit, qui prædicta omnia pollicitus es, repulisti atque inhonorasti semen David. Et respicere videntur hæc verba ad Jechoniam et Sedeciam. Verum non mediocriter desipiunt Judæi, qui Deum mentiri posse suspicantur; quod qui suspicatur, tam impie agit, quam impossibile est Deum aut fallere, aut falli. Cæterum semen David, cui regni æternitas promissa est, Christum esse affirmamus, *cujus regni non erit finis.* Et Judæi quidem terrestre ac mundi hujus tam regnum, quam thronum intelligunt, nos autem Christi regnum non hujusmodi esse dicimus, cum ipse illud esse negaverit de hoc mundo : quia nimirum corporis sensu percipi non potest, sed spiritu tantum atque intellectu. Regnum autem Christi est voluntaria fidelium omnium subjectio et servitus. Etenim, inquit, *Constitutus sum rex ab eo* [67]; et rursus : *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ* [68].

Ἀνεβάλου τὸν Χριστόν σου. Χριστὸν Θεοῦ τὸν βασιλέα καλεῖ, ὡς χρισθέντα ψήφῳ Θεοῦ εἰς βασιλείαν. Οὕτω γὰρ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Βασιλειῶν, *χριστὸν Κυρίου* τὸν Σαοὺλ ὀνομάζει. Καὶ *ἀνεβάλου* φησὶν, εἴτουν ὑπερέθου· παρεκρούσω τὸν βασιλέα τὸν σὸν, δηλαδὴ τὸν Δαβὶδ, μὴ πληρώσας τὰς πρὸς αὐτὸν ἐνωμότους ἐπαγγελίας.

Distulisti Christum tuum. Per Christum tuum idem intelligit, ac si diceret : Regem illum, qui tua sententia unctus fuit ad regnum. Hoc pacto beatus David in primo Regum libro Saul regem *christum Domini* appellabat. Distulisti autem, hoc est, seorsum a te posuisti ac repulisti, non adimplendo nimirum promissiones ei factas.

[66] Matth. XXVIII, 18. [67] Psal. II, 6. [68] Ibid. 8.

Digitized by Google

Vers. 40. *Destruxisti testamentum servi tui.* Irritesti, inquit, promissionem, quam ei fecisti.

Profanasti in terram sanctuarium ejus. Vidimus in psalmo LXXIII : *Profanaverunt in terram tabernaculum nominis tui.* Per sanctuarium autem ejus, ejus, dico David, celeberrimum illud templum intelligit, quod fuit in Jerusalem : quasi ab ipso David constructum fuisset, seu ipsius dicendum esset, eo quod ab eo primum decretum est, ut ædificari deberet : et quia materiam Salomoni filio tanto operi opportunam reliquit. Quin imo jam antea ipse illud erexisset, ni jussum ei fuisset a Domino, ne ipse, sed Salomon templum ædificaret. In prædicto etiam psalmo LXXIII, tam sancti quam sanctuarii nomine similiter templum appellat. Illud etiam animadvertendum videtur, quod Propheta qui ex populi, ut diximus, loquitur persona, universam hanc calamitatem in ipsum rejicit beatum David, studens hoc pacto Deum magis ad misericordiam flectere, dum populum cernit tanta erga beatum David compassione permoveri.

A *Κατέστρεψας τὴν διαθήκην τοῦ δούλου σου.* Κατέλυσας τὴν ἐπαγγελίαν, τὴν πρὸς αὐτόν.

Ἐβεβήλωσας εἰς τὴν γῆν τὰ ἁγίασμα αὐτοῦ. Καὶ ἐν τῷ οϛ' ψαλμῷ εἴρηκεν· *Εἰς τὴν γῆν ἐβεβήλωσας τὸ σκήνωμα τοῦ ὀνόματός σου.* Νῦν δὲ ἁγίασμα τοῦ Δαβὶδ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις περιβόητον εἶπε ναὸν, ὡς αὐτοῦ τοῦ Δαβὶδ προθεμένου τοῦτον οἰκοδομῆσαι, καὶ τὴν ὕλην τῆς οἰκοδομῆς τῷ παιδὶ Σολομῶντι καταλιπόντος, διὰ τὸ κελεῦσαι τὸν Θεὸν μὴ παρὰ Δαβὶδ, ἀλλὰ παρὰ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ τοῦτον οἰκοδομηθῆναι. Ἅγιον δὲ καὶ ἁγιαστήριον τὸν ναὸν ἐκάλεσε καὶ ἐν τῷ ῥηθέντι τῷ οϛ' ψαλμῷ. Τῷ Δαβὶδ δὲ τὸ πάθος ὅλον ὁ λαὸς περιάπτει, πειρώμενος κάμψαι τὸν Θεὸν εἰς οἶκτον διὰ τὴν ἐκείνων συμπάθειαν.

Vers. 41. *Destruxisti omnes sepes ejus.* Per sepes, templi muros intelligit, seu etiam ipsas Moysis leges.

B *Καθεῖλες πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ.* Φραγμοὶ τὰ τείχη καὶ οἱ νόμοι.

Posuisti munitiones ejus formidinem. De Jechonia loquens, aut de Sedecia, sermonem tamen suum format propheta quasi de seipso loquatur David : quia calamitatem, qua posteri obruti fuerunt, illatam reputat progenitori. Munitiones autem tam Jechoniæ quam Sedeciæ in murorum ambitu erant ; verum uterque eorum in captivitatem actus est, et tantarum munitionum loco, uterque etiam formidine fuit circumdatus. Fecisti eum, inquit, circumdari formidine, atque ea veluti septis quibusdam vallari.

Θου τὰ ὀχυρώματα αὐτοῦ δειλίαν. Ἐν τῷ Ἰεχονίᾳ νῦν, ἢ τῷ Σεδεκίᾳ τὸν Δαβὶδ ὀνομάζει, ὡς ἀπογόνους αὐτοῦ, ὧν ἑκάστου ὀχυρώματα ἦσαν οἱ περίβολοι τῶν τειχῶν. Ἑαλωκὼς δ' ἑκάτερος, ἀντὶ τῶν ὀχυρωμάτων τούτων δειλίαν περιέκειτο. Ἐποίησας νῦν, φησὶ, τοὺς περιβόλους αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ πρὶν, δειλίαν. Ταύτην γὰρ ὡς περίβολον περίκειται.

Vers. 42. *Diripuerunt eum omnes transeuntes per viam.* Eum, pro Ejus divitias. Transeuntes vero per viam vicinas appellat gentes, quæ transitum C propre eum faciebant, et quas in psalmo LXXIX appellavit, *Prætergredientes viam.*

Διήρπαζον αὐτὸν οἱ διοδεύοντες ὁδόν. Αὐτὸν, ἤτοι Τὸν πλοῦτον Αὐτοῦ. Διοδεύοντας δὲ λέγει τὰ γείτονα ἔθνη, τὰ πλησίον αὐτοῦ πεποιημένα τὴν δίοδον, ἃ καὶ ἐν τῷ οθ' ψαλμῷ παραπορευομένους ὠνόμασεν.

Factus est opprobrium vicinis suis. Hic versiculus etiam habetur in psalmo LXXVIII, eo excepto quod illic populus plurali utitur sermone.

Ἐγενήθη ὀνειδος τοῖς γείτοσιν αὐτοῦ. Οὗτος ὁ στίχος καὶ ἐν τῷ οη' ψαλμῷ κεῖται· πληθυντικῷ δὲ ἐκεῖσε χαρακτῆρι ἐκπεφώνηται.

Vers. 43. *Exaltasti dexteram conterentium eum.* Hoc est, superiores ei fecisti Babylonios. Solent enim qui victores sunt in bello, extollere manus supra victos, atque hoc pacto eos cædere.

Ὑψωσας τὴν δεξιὰν τῶν θλιβόντων αὐτόν. Ἀντὶ τοῦ, Ὑπερτέρους τοὺς Βαβυλωνίους ἐποίησας. Οἱ γὰρ νικῶντες ἐν πολέμῳ, ὑπεράνω τῶν νικωμένων τὰς ἑαυτῶν χεῖρας ἀνατείνοντες, παίουσιν.

Lætificasti omnes inimicos ejus. Vicinas scilicet gentes, ut in sæpe dicto psalmo LXXVIII diximus.

Εὔφρανας πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. Τὰ γείτονα ἔθνη, ὡς ἐν τῷ οη' ψαλμῷ προείρηται.

Vers. 44. *Avertisti adjutorium gladii ejus.* Quod in pugna ei præstare solebas.

Ἀπέστρεψας τὴν βοήθειαν τῆς ῥομφαίας αὐτοῦ. Ἣν συνήθως ἐν μάχαις αὐτῷ παρεῖχες.

Et non es auxiliatus ei in bello. Quod scilicet adversus Babylonios gestum est.

D *Καὶ οὐκ ἀντελάβου αὐτὸν ἐν τῷ πολέμῳ.* Τῷ πρὸς Βαβυλωνίους.

Vers. 45. *Desivisti ab emundatione ejus.* Cessare eum fecisti a consueta purgatione. Aspersionibus enim utebantur et purificatoriis Judæi, quando celebritatem aut festivitatem aliquam peragebant. A præcedenti igitur signavit id quod consequitur, ac si diceret : Omnes illius festivitates prorsus delesti.

Κατέλυσας ἀπὸ καθαρισμοῦ αὐτοῦ. Κατέπαυσας αὐτὸν ἀπὸ τοῦ συνήθους καθαρισμοῦ. Περιῤῥαντηρίοις γὰρ ἐχρῶντο καὶ κοθαρσίοις ἐν ταῖς ἑορταῖς. Διὰ δὲ τοῦ προκειμένου τὸ ἑπόμενον ἐδήλωσεν· ὅτι Ἀνεῖλες τὰς ἑορτὰς αὐτοῦ.

Et thronum ejus in terra confregisti. Regnum

Τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν κατέῤῥαξας.

Digitized by Google

Τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἀναστρέψας. Μεταφορικὸς δὲ ὁ λόγος.

Ἐσμίκρυνας τὰς ἡμέρας τοῦ θρόνου αὐτοῦ. Χρόνον λέγει τὸν ἐπαγγελθέντα τῷ σπέρματι τοῦ Δαβίδ, τὸν εἰς τὸν αἰῶνα αἰῶνος. *Ἐσμίκρυνας* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Συνέτεμες, μακρὸν ὑποσχεθέντα.

Κατέχεας αὐτῷ αἰσχύνην. Αἱ γὰρ αἰσχύναι τῶν ἀπογόνων αἰσχύναι τοῦ προγόνου δοκοῦσιν. Ἠσχύνθησαν γὰρ ἐξανδραποδισθέντες καὶ παθόντες τὰ ἀτιμότατα.

Ἕως πότε, Κύριε, ἀποστρέψῃ εἰς τέλος; ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ἡ ὀργή σου; Ταῦτα ἔοικασι τοῖς ἐν τῷ οη' ψαλμῷ. Εἴρηται γὰρ κἀκεῖ· *Ἕως πότε, Κύριε, ὀργισθήσῃ εἰς τέλος; ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ὁ ζῆλός σου;*

Μνήσθητι τίς μου ἡ ὑπόστασις. Μνήσθητι διατί ὑπέστην, εἶπουν ἐπλάσθην· πάντως ἵνα ζῶν δοξάζω τὰ μεγαλεῖά σου. Διὰ τοῦτο ῥῦσαί με τοῦ θανάτου· οὐ γὰρ οἱ νεκροί αἰνέσουσί σε, Κύριε.

Μὴ γὰρ ματαίως ἔκτισας πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Οὐκ εἰκῇ καὶ μάτην ἔπλασας τὸν ἄνθρωπον, ἵνα δίκην ἀχρήστου καὶ περιττοῦ τινος, ὡς ἔτυχε, παραπολεῖται, ἀλλ' εἰκόνι σου τοῦτον ἐτίμησας, καὶ μέγαν καὶ τίμιον ἐποίησας. Διὸ μὴ παρίδῃς ἡμᾶς ἀθλίως ἀπολλυμένους.

Τίς ἐστιν ἄνθρωπος, ὃς ζήσεται καὶ οὐκ ὄψεται θάνατον; ῥύσεται τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐκ χειρὸς ᾅδου; Τὸ *Τίς* ἀντὶ τοῦ οὐδείς· ἐξακούεται δὲ καὶ ἐπὶ δευτέρου στίχου, τοῦ *ῥύσεται*. Χεῖρα δὲ ᾅδου λέγει τὴν κατάσχεσιν, τὴν τυραννίδα. Ἐπεὶ καὶ ἀναγκαῖος, φησὶν, ἀποθανεῖν μέλλομεν, ὡς θνητὴν λαχόντες φύσιν, ζῶσιν ἡμῖν μετάδος φιλανθρωπίας.

Ποῦ εἰσι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε, ἃ ὤμοσας τῷ Δαβὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου; Ἔλεη καλεῖ τὰς ἐπαγγελίας τὰς περὶ τοῦ σπέρματος καὶ τῆς βασιλείας Δαβίδ· ἐλεήσας γὰρ ὁ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους, ταύτας ὑπέσχετο. Ἀρχαῖα δὲ πρὸς τὸν ἱκετεύοντα λαόν· οὗ πολλοῖς ἔτεσι προγενέστερος ὁ Δαβίδ· Ἢ ἀρχαῖα, διότι πρὸ τῶν αἰώνων ὡρίσθησαν τῷ Θεῷ· φησὶ γὰρ Παῦλος· *Τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον πρὸ τῶν αἰώνων.* Ἡσαΐας δὲ βουλὴν ἀρχαίαν ἀληθινὴν ἐκάλεσε ταῦτα. *Ὤμοσας* δὲ, ἀντὶ τοῦ βεβαίως ἐπηγγείλω. *Ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου* δὲ, ἀντὶ τοῦ, Ἐν τῷ ἀληθὴς εἶναι.

Μνήσθητι, Κύριε, τοῦ ὀνειδισμοῦ τῶν δούλων σου, οὗ ὑπέσχον ἐν τῷ κόλπῳ μου πολλῶν ἐθνῶν.—Τῶν δούλων σου, τῶν Ἑβραίων, τοῦ παρὰ πολλῶν ἐθνῶν παρά τε τῶν αἰχμαλωτισθέντων καὶ τῶν

A ejus etiam evertisti. Est enim sermo metaphoricus.

Vers. 46. *Minorasti dies temporis ejus.* Tempus intelligit promissum semini David, quod scilicet futurum esse dixerat in sæculum sæculi. Minuisti autem illud, hoc est concidisti, tametsi diuturnius id fore promiseras.

Perfudisti eum confusione. Ea namque quæ posteris probro sunt, ipsis quoque progenitoribus videntur ignominiam infligere; ignominia autem affecti sunt ob captivitatem, et ob multa alia dedecora quæ passi sunt.

Vers. 47. *Usquequo, Domine, averteris in finem? exardescet sicut ignis ira tua?* Hæc verba iis similia sunt, quæ habentur in psalmo LXXVIII, ibi: *Usquequo, Domine, irasceris in finem? exardescet velut ignis zelus tuus?*

Vers. 48. *Memor esto, quæ mea subsistentia.* Memento quare ego substiterim, hoc est, cur plasmatus fuerim. Ea autem prorsus, dicit, causa creatus sum ut vivens magnalia tua glorificarem. Eripe igitur, quæso, me a morte; neque enim mortui laudabunt te, Domine.

Non enim vane creasti omnes filios hominum. Non frustra nec sine causa hominem plasmasti, ut inutilis ac superfluæ cujuspiam rei instar perire debeat; quinimo imagine illum tua honorasti, magnumque et honorabilem fecisti. Ne despicias igitur nos misere pereuntes.

Vers. 49. *Quis est homo, qui vivet, et non videbit mortem? eruet manum suam de manu inferni?* — *Quis* posuit pro nullus, et subaudienda est eadem dictio, in secundo versiculo, ac si diceret: Et quis est, qui eruet, etc. Per inferni vero manum, possessionem et tyrannidem mortis intelligit; et quoniam necessario futurum est, ut moriamur, eo quod mortalem habemus naturam, opportune participari sibi optat Dei misericordiam in præsenti vita, dicens:

Vers. 50. *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine, quas jurasti David in veritate tua?* Per misericordias, promissiones intelligit a Deo factas de semine et de regno David. Summa enim erga homines misericordia motus fuerat Deus, ut hujusmodi promissiones faceret. Antiquas autem has promissiones ideo esse dicit, quod supplicanti olim populo factæ fuerant: quo populo beatus David multis annis erat junior: vel, quia ante sæculum a Deo ita determinatum fuerat, ut ait Paulus de Christi mysterio [9], absconditum inquiens fuisse id mysterium ante sæcula. Isaias etiam has Dei misericordias antiquum et verum consilium appellavit [10]. *Jurasti* autem, hoc est, Constanter pollicitus es. *In veritate tua*, hoc est, Quia verax es.

Vers. 51. *Memor esto, Domine, opprobrii servorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentium.* — *Servorum tuorum*, Hebræorum scilicet, quod opprobrium a multis gentibus sustinui, quæ

[9] Coloss. I, 26. [10] Isa. XLVI, 10.

Digitized by Google

obsidioni et captivitati interfuerunt. Sustinui autem, hoc est, gestavi in corde meo. Aquila enim *Tuli*, et Symmachus, *Gestavi*, reddiderunt, pro *Sustinui*. Per sinum vero ipsum cor intelligit, quia in eo lætitiam aut dolorem veluti in sinu quodam reponimus.

περιοίκων ἐθνῶν, ὄντινα ὀνειδισμὸν ὑπέσχον, εἴτουν ἐβάστασα ἐν τῇ καρδίᾳ μου· τὸ *ὑπέσχον* γὰρ ὁ μὲν Ἀκύλας *Ἤρα*, ὁ δὲ Σύμμαχος *Ἐβάστασα* ἐκδεδώκασι. Κόλπον δὲ εἶπε τὴν καρδίαν, ὅτι ἐν ταύτῃ κόλπου δίκην καὶ τὰς λύπας καὶ τὰς εὐφροσύνας θησαυρίζομεν. (6) Σημειωτέον δὲ τὸ, *οὗ*, ἀντὶ τοῦ, Ὄντινα. Πρὸς τὴν ἀκολουθίαν γὰρ τοῦ ὀνειδισμοῦ ἐπήνεγκε τὸ *οὗ*, κατὰ Ἀττικὴν συνήθειαν. Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἑφεξῆς δυσὶ πεποίηκε στίχοις, ἀπὸ κοινοῦ, καὶ ἐπὶ τούτου λαμβανομένου τοῦ *Μνήσθητι*.

Vers. 52. *Quod exprobraverunt inimici tui, Domine, quod exprobraverunt commutationem christi tui.* Per christum Domini ipsum intelligit regem David, ut superius tradidimus. Per commutationem vero ipsius christi seu David, Jechoniam intelligit, aut Sedeciam, qui loco ipsius David in populo regnaverunt, quibus Babylonii captivitatem exprobrabant. Repetitio autem verbi, *Exprobraverunt*, vehementiam indicat doloris.

Οὗ ὠνείδισάν σου οἱ ἐχθροί σου, Κύριε, οὗ ὠνείδισαν τὸ ἀντάλλαγμα τοῦ χριστοῦ σου. Χριστὸν μὲν Θεοῦ τὸν βασιλέα φησὶ Δαβίδ, ὡς ἀνωτέρω διείληπται· Ἀντάλλαγμα δὲ τοῦ Δαβὶδ τὸν Ἰεχονίαν, ἢ τὸν Σεδεκίαν, ὡς ἀντ' ἐκείνου βασιλεύσαντες, οἷς καὶ ὠνείδιζον τὴν αἰχμαλωσίαν. Ὁ δὲ διπλασιασμὸς τοῦ *Ὠνείδισαν* ἐμφαντικὸς πάθους ἐστίν.

Vers. 53. *Benedictus Dominus in sæculum : fiat fiat.* Docet Propheta in fine psalmi ne inter afflictiones animo consternemur, suadens rogandum Deum esse, et illius reminiscendum benignitatis : et postremo etiam eumdem esse laudandum, veluti qui nostra omnia recte administret et dirigat ad utiliora. Laudabilis igitur, inquit, semper est Deus ; fiat, fiat laudabilis. Vel, fiat, fiat semper ejus voluntas. Ad ea enim semper dirigitur, quæ nobis magis conducunt.

Εὐλογητὸς Κύριος εἰς τὸν αἰῶνα· γένοιτο, γένοιτο. Εἰς τὸ τέλος τοῦ ψαλμοῦ διδάσκει μὴ ἀποδυσπετεῖν ἐν ταῖς θλίψεσιν, ἀλλὰ παρακαλεῖν τὸν Θεόν· καὶ ἀναμιμνήσκει αὐτὸν τῆς αὐτοῦ χρηστότητος· καὶ τέλος εὐφημεῖν αὐτὸν ὡς πάντα τὰ καθ' ἡμᾶς οἰκονομοῦντα πρὸς τὸ συμφέρον. Εὐφημητὸς, φησὶν, ὁ Θεὸς ἀεί γένοιτο, γένοιτο εὐφημητός. Ἢ γένοιτο, γένοιτο, ὅσα βούλεται· βούλεται δὲ, ὅσα συμφέρει τοῖς ἀνθρώποις.

Oratio ipsi Moysi homini Dei.

PSALMUS LXXXIX.

Προσευχὴ Μωϋσεῖ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ.

ΨΑΛΜΟΣ ΠΘ.

De hac inscriptione diximus in proœmio operis. Docemur autem hoc psalmo, quo pacto in afflictionis et calamitatum tempore rogare Deum debeamus.

Καὶ περὶ ταύτης τῆς ἐπιγραφῆς ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς παρούσης βίβλου προδιελάδομεν. Διδάσκει δὲ ὁ ψαλμὸς πῶς δεῖ παρακαλεῖν τὸν Θεὸν ἐν καιρῷ θλίψεως.

Vers. 1. *Domine, refugium factus es nobis in generatione et generatione.* Hoc est, In omni generatione. Ita enim reddidit Symmachus.

Κύριε, καταφυγὴ ἐγενήθης ἡμῖν ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ. — *Ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ*, ἀντὶ τοῦ Ἐν πάσῃ γενεᾷ. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκε.

Vers. 2. *Priusquam montes fierent, et plasmaretur terra, et orbis, a sæculo et usque in sæculum tu es.* Tu ideo es nobis refugium in omni generatione, quia semper tu es, etiam ante montium, aut terræ, aut totius prorsus orbis creationem. Et cum creatorem Deum creaturis omnibus priorem esse dixerit, alio deinceps modo eumdem æternum esse sine principio tradit, et sine fine. Nam quod ait : *A sæculo et usque in sæculum tu es*, idem sibi vult ac si dixisset : Ab æterno usque in æternum tu solus es, et non alius. Sæculum enim pro Semper seu pro Æterno persæpe poni legimus apud Scripturam. Verba autem illa : *Priusquam montes crearentur, et plasmaretur terra, et orbis*, idem æque significant, et iterationem continent sermonis, tametsi magnitudinem quamdam ac fastum præ se ferre etiam videantur.

Πρὸ τοῦ ὄρη γενηθῆναι καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν, καὶ τὴν οἰκουμένην, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ. Ἐν πάσῃ γενεᾷ καταφυγὴ ἡμῶν εἶ, διότι καὶ ἀεὶ εἶ. Πρὸ τοῦ τὰ ὄρη, φησὶ, κτισθῆναι καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν καὶ τὴν οἰκουμένην σὺ εἶ. Προόντα δὲ τῶν κτισμάτων τὸν Κτίστην εἰπὼν, αὖθις καὶ ἄλλως αὐτὸν λέγει ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον. Τὸ γὰρ, *Ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ*, ἀντὶ τοῦ, Ἀπὸ τοῦ ἀεὶ καὶ ἕως τοῦ ἀεὶ σὺ εἶ μόνος, καὶ οὐδεὶς ἕτερος. Αἰὼνα γὰρ ἡ Γραφὴ τῆς Παλαιᾶς τὸ Ἀεὶ καλεῖ πολλαχοῦ· ταυτολογίαν δὲ τὸ, *ὄρη κτισθῆναι καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν*· ὥσπερ οὖν πάλιν καὶ τὸ Τὴν γῆν καὶ τὴν οἰκουμένην. Ὄγκον δὲ τὰ τοιαῦτα καὶ μέγεθος τῷ λόγῳ περιτιθέασι.

Variæ lectiones.

(6) Reliqua consulto omisit interpres. Nos quoque omittimus quem secuti ut alia hujusmodi ; neque enim a Græcæ linguæ ignaris intelligi possunt. Periti vero non indigent explicatione, et minutiora ista fastidiunt.

Digitized by Google

Μὴ ἀποστρέψῃς ἄνθρωπον εἰς ταπείνωσιν. Διάφορα εἴδη ταπεινώσεως παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ. Λέγεται γὰρ ταπείνωσις ἡ μετριοφροσύνη· *Μάθετε* γάρ, φησιν, *ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ*· καὶ ὁ ἀπὸ πειρασμοῦ σωφρονισμός, ὡς τό· *Ἀγαθόν μοι, ὅτι ἐταπείνωσάς με*· καὶ ἡ καθαίρεσις, ὡς τό· *Σὺ ἐταπείνωσας, ὡς τραυματίαν, ὑπερήφανον*· καὶ τὸ ὑποτάττεσθαι τῷ ἐχθρῷ, ὡς τὸ προκείμενον ῥητόν· *Μὴ παραχωρήσῃς*, φησὶν, *ἀποστραφῆναι εἰς ταπεινὸν ἄνθρωπον καταφυγόντα εἰς σέ.*

A

VERS. 3. *Ne avertas hominem in humilitatem.* Varius modis humilitas accipitur apud Scripturam. Aliquando enim ponitur pro modestia, juxta illud: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde*[1]. Aliquando pro illa castigatione, quæ de afflictionibus provenit, juxta illud: *Bonum mihi, quia humiliasti me*[2]. Aliquando etiam pro destructione, juxta illud: *Tu humiliasti, quasi vulneratum, superbum*[3]. Et aliquando pro subjectione, veluti cum quis hostibus suis subjicitur; et hoc pacto ponitur in præsenti psalmo: Ne permittas me, inquit, in hanc humilitatem converti, postquam ad te confugi.

Καὶ εἶπας· Ἐπιστρέψατε, υἱοὶ *τῶν ἀνθρώπων.* Καὶ γὰρ οὐ εἶπας· Υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐπιστρέψατε. Εἶπε δὲ τοῦτο ὁ Θεὸς ἐν διαφόροις τόποις τῆς Μωσαϊκῆς Πεντατεύχου. Δέξαι οὖν ἡμᾶς, ἐπιστρέφοντας.

B

Et dixisti, Convertimini filii hominum. Tu, inquit, dixisti, O filii hominum, convertimini. Multis autem in locis id dictum legimus fuisse a Deo, præcipue apud Moysem: Suscipe igitur nos, qui convertimur ad te.

Ὅτι χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς σου, Κύριε, ὡς ἡμέρα ἡ χθὲς ἥτις διῆλθε, καὶ φυλακὴ ἐν νυκτί. Καὶ τοῦτο πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἀϊδιότητος τοῦ Θεοῦ παρέλαβε. Λέγει γὰρ, ὅτι Τὰ χίλια ἔτη ἐνώπιόν σου οὕτω λογίζονται χρόνος τις ἄγαν βραχύτατος, ὡς καὶ παρ' ἡμῶν ἡ μία ἡμέρα, καὶ αὕτη παρελθοῦσα· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ *Χθές*. Τὸ δὲ, *Ἥτις διῆλθε* ἑρμηνευτικὸν τοῦ χθές. Ἡ γὰρ παρελθοῦσα βραχυτέρα δοκεῖ τῆς ἐνεστώσης. Καὶ αὖθις, ὡς λογίζεται παρ' ἡμῖν τὸ τεταρτημόριον τῆς νυκτός· τοῦτο γὰρ φυλακὴν ἐν νυκτὶ ἐκάλεσε· τῆς γὰρ νυκτὸς εἰς τέσσαρα μέρη τοῖς ἀμοιβαδὸν νυκτοφυλακοῦσιν ἐν στρατοπέδοις διῃρημένης, ἐπήγαγεν ἔτι πολλῷ βραχύτερον τὸ τεταρτημόριον τῆς νυκτός· διότι καὶ ἡ νὺξ ἀεὶ τάχιον ὑποῤῥεῖν δοκεῖ παρὰ τὴν ἡμέραν διὰ τὴν ἀναισθησίαν τῶν καθευδόντων, καὶ διὰ τὸ σκότος, καὶ διὰ τὴν ἀπὸ τῶν πόνων ἄνεσιν. Οὕτω δὲ τῷ Θεῷ ἡ χιλιονταετηρὶς λογίζεται, διότι αὕτη μὲν παραῤῥεῖ, ὁ δὲ ἀκίνητός ἐστι καὶ ἀΐδιος. Τὸ δὲ, *Ὅτι* βεβαιωτικὸν ἀντὶ τοῦ, *Ὄντως.*

C

Quoniam mille anni in oculis tuis, Domine, sicut dies hesterna quæ præteriit, et custodia in nocte. Hoc etiam dictum est ad demonstrandam Dei æternitatem. Mille, inquit, anni coram te tam breve tempus reputantur, quam apud nos dies una vel quæ jam etiam præterierit. Brevior namque videtur ea dies, quæ præteriit, quam ea quæ adhuc præsens est: et rursus, tam breve tempus reputatur mille anni coram te, quam apud nos reputatur quarta pars noctis: quam partem noctis custodiam appellavit. Solent enim ii qui in exercitu per vices custodias faciunt, quamlibet noctem in quatuor dividere partes, et unamquamque partem custodiam appellare: verbi gratia primam, aut secundam custodiam. Cum igitur primo mille annorum spatium tempori unius diei comparaverit, atque ejus quidem præteritæ, addidit et quoddam tempus multo brevius, quartam scilicet noctis partem. Brevior enim videtur nox quam dies, cum nox multo citius præterfluere videatur, et quia qui dormiunt temporis lapsum non agnoscunt, et quia ob tenebras id etiam minus percipitur, et quia laborantibus hominibus longius esse videtur tempus, quam cessantibus ab opere. Non secus igitur apud Deum mille annorum intervallum reputatur, quam apud nos aut præterita dies, aut quarta noctis pars, cum anni ipsi semper labantur et fluant, Deus vero immobilis sit et æternus. Dictio autem, *Quoniam*, ad confirmandum posita est, et idem significat quod Vere.

Τὰ ἐξουδενώματα αὐτῶν ἔτι ἔσονται. Εὐτέλισας ὁ λόγος τὰ ἐν αὐτοῖς χίλια ἔτη, φησὶν, ὅτι Αὐτὰ ἔτι ἐξουδενώσω, ὡς οὐδὲν ὄντα πρὸς τὴν ἀϊδιότητα τοῦ Θεοῦ· τὰ ἐξουδενώματα αὐτῶν δηλαδὴ τῶν χιλίων ἐτῶν ἐπὶ πλεῖον ἔσονται, εἴτουν γενήσονταί μοι. Εἶτα ἐπάγει ἑτέραν ἐξουδένωσιν φαυλοτέραν.

D

Contemptus eorum adhuc erunt. Cum humanæ vitæ annos exiguos esse Propheta docuerit, tametsi ad mille annorum spatium nostra protenderetur vita, adhuc tamen amplificat prolatam a se sententiam, dicens se magis etiam ac magis hujusmodi annorum spatia nihili facturum, quin imo et contemptui rum esse, cum ad divinam æternitatem prorsus nihil sint. Contemptus, inquit, eorum mille annorum adhuc erunt apud me, hoc est, etiam atque etiam a me magis contemnentur. Alium deinde hujusmodi annorum contemptum ac viliorem affert, dicens:

Τὸ πρωὶ ὡς χλόη παρέλθοι.—Τὸ πρωὶ νῦν, ἀντὶ Ταχέως, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Ταχέως, φησὶ, παρελεύσεται τὰ χίλια ἔτη δίκην χλόης ὠκυμόρου.

VERS. 6. *Mane quasi herba transeant.* — *Mane* hoc in loco pro Cito dixit, quemadmodum et alibi vidimus. Cito, inquit, pertransibunt mille anni, instar herbæ alicujus, quæ cito perit.

Τὸ πρωὶ ἀνθήσαι, καὶ παρέλθοι· τὸ ἑσπέρας

Mane floreat, et transeat, vespere decidat, indu-

[1] Matth. xi, 29. [2] Psal. cxviii, 71. [3] Psal. lxxxviii, 11.

Digitized by Google

ret, et arescat. Hæc omnia ad celerem herbæ interitum referuntur, quæ mane quidem diei florebit, et pertransibit a flore, et vespere decidet, hoc est, cadet in terram : atque ita consumpto eo humore, quem antea habebat, obdurescet atque exsiccabitur. Omnia enim hæc verba licet optantis modum retineant, in futuri tamen significatione accipiuntur. Atque ut ostenderet Propheta quam cito herba pereat, uno atque eodem die florere eam descripsit, atque arescere. Vel forte ideo ita dixit, quia aliquæ sint herbæ, quæ uno atque eodem die florescant et pereant. Quidam hæc dicta esse asserunt de Judæis, quorum religionem ac cultum in templo mille tantum annis dicunt perseverasse, a Salomone videlicet usque ad Christi passionem, ita ut sensus sit : quod hi mille anni, ob illorum scelera, non secus a Deo reputati sunt, quam dies hesterna, atque ideo quod contemptus eorum Judæorum adhuc erunt, et semper magis augescent. Et videmus sane eos nunquam cessasse, quin semper magis contemptui sint et ludibrio. Et alia etiam consequenter ad prædicta intelligunt : quod scilicet mane eorum, hoc est felicitas eorum, pertransibit velut herba. Eorum autem felicitas tantum duravit, regnante Salomone. Nam postmodum semper concussi sunt. Alia autem quæ sequuntur verba, ad herbam referes, eo modo quo jam prædiximus.

A ἀποκέσοι, σκληρυνθείη, καὶ ξηρανθείη. Ταῦτα πρὸς τὸ τῆς χλόης ὠκύμορον ἀποτείνεται, ὅτι ἡ χλόη τὸ μὲν πρωῒ τῆς ἡμέρας ἀνθήσει, εἶτα παρελεύσεται ἀπὸ τοῦ ἀνθεῖν· τὸ δὲ ἑσπέρας ἀποκεσεῖ, εἴτουν κλιθήσεται εἰς γῆν· περιττεύει δὲ ἡ πρόθεσις· εἶτα σκληρυνθήσεται, δαπανωμένης τῆς ἐν αὐτῇ ἰκμάδος, καὶ οὕτω ξηρανθήσεται. Τὰ γὰρ εὐκτικὰ νῦν ἀντὶ μελλόντων λαμβάνονται. Τὸ πρωῒ δὲ καὶ τὸ ἑσπέρας ἀντὶ τοῦ Ἐν πρωΐᾳ, καὶ ἐν ἑσπέρᾳ. Ἐν μιᾷ δὲ ἡμέρᾳ πρὸ εἰκόνα τῆς ὠκυμορίας τῆς χλόης ἱστόρησε, δεικνύων τὸ τάχος τῆς παραδρομῆς αὐτῆς. Ἄλλως τε δὲ καὶ ὅτι εἰσί τινες χλόαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀνθοῦσαι καὶ ἀπανθοῦσαι, καὶ ἀπολλύμεναι· ταῦτα μὲν οὕτως. Τινὲς δὲ περὶ τῶν Ἰουδαίων προῤῥηθῆναι ταῦτά φησι· λέγοντες ἐπὶ B χίλια ἔτη διαρκέσαι τὴν ἐν τῷ ναῷ λατρείαν αὐτῶν· τοσαῦτα γὰρ ἀπὸ Σολομῶντος ἄχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ σταυρώσεως ἔτη συναριθμεῖται Φασὶν οὖν προαγορεύειν τὸν λόγον, ὅτι ταυτὶ τὰ χίλια ἔτη ὡς ἡ χθὲς ἡμέρα συλλελόγισται, διὰ τὴν παρανομίαν αὐτῶν. Διὸ τὰ ἐξουδενώματα αὐτῶν τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ πλεῖον ἔσονται, ἀεὶ προσεπιγινόμενα· καὶ δὴ βλέπομεν αὐτοὺς οὐδέποτε παῦλαν τῆς ἐξουδενώσεως λαμβάνοντας. Καὶ τἆλλα δὲ ἀκολούθως νοοῦσιν, ὅτι τὸ πρωῒ αὐτῶν, ἤγουν ἡ εὐημερία αὐτῶν, ὡς χλόη παρελεύσεται· εὐημερία δὲ αὐτῶν ἡ ἐπὶ Σολομῶντος μόνον βασιλεία· τὸ γὰρ ἑξῆς ἐκυμαίνοντο. Τὰ δὲ ἐφεξῆς ῥητὰ ὡς τὴν χλόην ἀποδώσεις, ὡς προείρηται.

Vers. 7. *Quia defecimus in ira tua, et in furore tuo turbati sumus.* Defecimus, hoc est, diminuti sumus et perivimus, dum tu peccatis nostris iratus es. De ira autem et furore (seu potius, juxta veriorem Græcæ dictionis θυμὸς significationem, de excandescentia) persæpe alibi dictum est, et præcipue in psalmo VI.

Ὅτι ἐξελίπομεν ἐν τῇ ὀργῇ σου, καὶ ἐν τῷ θυμῷ C *σου ἐταράχθημεν.* — *Ἐξελίπομεν*, ἀντὶ τοῦ, ὠλιγώθημεν, ἀπωλόμεθα, ἐν τῷ ὀργισθῆναί σε ἡμῖν ἁμαρτάνουσι. Περὶ δὲ τῆς ὀργῆς σου καὶ τοῦ θυμοῦ διαφόρως εἴρηται· καὶ μᾶλλον ἐν τῷ ϛ′ ψαλμῷ.

Vers. 8. *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo.* Manifestas nimirum ac conspicuas coram te. Et cum latere non possint, sed oculis assidue tuis pateant, te idcirco semper magis irritant adversum nos.

Ἔθου τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἐναντίον σου. Ἔθου αὐτὰς γυμνὰς ἐνώπιόν σου, καὶ ὁρώμεναι οὐ διαλανθάνουσιν, ἀλλὰ καὶ μάλιστα παροξύνουσί σε καθ' ἡμῶν.

Sæculum nostrum in illuminatione vultus tui. Sæculum nostrum, hoc est vitam et conversationem nostram. Omnis, inquit, vita et conversatio nostra manifesta est in conspectu tuo : et idem D est sensus, qui in præcedenti versiculo.

Ὁ αἰὼν ἡμῶν εἰς φωτισμὸν τοῦ προσώπου σου. Αἰῶνα νῦν τὸν βίον λέγει καὶ τὴν ζωήν. Ὅλο, φησὶν, ὁ βίος ἡμῶν, ὅλη ἡ ζωὴ εἰς τὸ ἐμφανὲς τῆς σῆς ἐπισκοπῆς κεῖται, τουτέστι πεφανέρωταί σοι. Ὁ δὲ νους ὁμοιος τοῦ προλαβόντος στίχου.

Vers. 9. *Quoniam omnes dies nostri defecerunt.* Omnes vitæ nostræ dies pertransierunt. Jam morte proximi sumus; ita enim, inquit, me sentire persuadet calamitatum vehementia. Est autem mos iis qui in angustiis sunt, ut dicant se ab eis oppressos esse, ac jam periisse, veluti desperata prorsus salute. Dictum etiam est persæpe, et denuo repetemus, quod dictio, *Quoniam*, seu *Quia*, alioquin ponitur ut confirmet, pro Vere, alioquin rationem reddit, et alioquin tantum narrat, et abundare quodammodo videtur, ut hic; et ita sæpe positam eam invenimus apud beatum David. Sit igitur hæc tibi in futurum norma certissima. Superfluum enim est eadem semper repetere.

Ὅτι πᾶσαι αἱ ἡμέραι ἡμῶν ἐξέλιπον. Αἱ ἡμέραι τῆς ζωῆς ἡμῶν παρῆλθον. Τῇ τελευτῇ πεπλησιάκαμεν· οὕτω γὰρ με πείθει νοεῖν ἡ σφοδρότης τῶν συμφορῶν. Ἔθος δὲ καὶ ἄλλως τοῖς ἐν θλίψεσι λέγειν, ὅτι τεθνήκαμεν, ἀποπνιγέντες ταῖς θλίψεσι, καὶ ἀπεγνωκότες τὴν σωτηρίαν. Εἴρηται δὲ πολλάκις περὶ τοῦ, Ὅτι, καὶ νῦν δὲ καθόλου ῥητέον, ὅτι ἔνθα εὑρίσκεται, ἢ ἀντιλογικὸν νοεῖται, ἢ βεβαιωτικὸν, ἢ διηγηματικὸν καὶ παρέλκον, ὡς καὶ νῦν. Τοῦτο δὲ καὶ μᾶλλον πλεονάζει παρὰ τῷ Δαβίδ. Καὶ λοιπὸν ἔστω σοι τοῦτο, εἰς τὸ ἑξῆς, κανὼν ἀκριβέστατος. Περιττὸν γὰρ πολλάκις περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν τὰ αὐτά.

Digitized by Google

Καὶ ἐν τῇ ὀργῇ σου ἐξελιπομεν. Τοῦτο καὶ ἀνωτέρω εἴρηκε. Διττολογεῖ δὲ νόμῳ τῶν ἐλεεινολογουμένων.

Τὰ ἔτη ἡμῶν ὡσεὶ ἀράχνη ἐμελέτων. Ἀράχνη νῦν ὁ τῆς ἀράχνης ἱστός· Ἐμελέτων δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἐμελετῶντο, εἴτουν, ἐλογίζοντο· λέγει τοίνυν ὅτι τὰ ἔτη ἡμῶν ἐλογίζοντο, τουτέστι λογίζονται ἡμῖν, ὡσεὶ ἀράχνης ἱστὸς, ἐκίρνηθα καὶ ἐλιγοχρόνια. Ὁ γὰρ τοιοῦτος ἱστὸς πολλῷ μὲν ὑφαίνεται μόχθῳ διὰ τὴν ἄγαν λεπτότητα, θᾶττον δὲ φθείρεται διὰ τὴν ἀσθένειαν.

Αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν ἡμῶν ἐν αὐτοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη· ἐὰν δὲ ἐν δυναστείαις, ὀγδοήκοντα ἔτη. Ἐντεῦθεν τὸν ἀριθμὸν ὁρίζεται τῶν ἐτῶν, πόσα μέν εἰσι τῆς δυνάμεως, πόσα δὲ τὰ τῆς βίας. Φησὶ γὰρ ὅτι αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν ἡμῶν, ἤγουν τὰ ἔτη ἡμῶν, ἐν αὐτοῖς μὲν, ἤγουν ἐν ἑαυτοῖς, ἑβδομήκοντα ἔτη εἰσίν. Ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἑαυτῶν ἐσμεν, τουτέστιν, ἑαυτῶν κυριεύοντες ἐνδυνάμως κινούμεθα. Ἐὰν δὲ ἐν δυναστείαις τις μέλλῃ ζῆν, ὅ ἐστιν ἐν βίᾳ, διὰ τὸ μόγις τὸ δύνασθαι, ὀγδοήκοντα ἔτη τότε ζήσει.

Τὸ δὲ πλεῖον αὐτῶν κόπος καὶ πόνος. Τὸ δὲ ἐπίλοιπον τούτων, ὅσον ζήσει τις, κόπος καὶ πόνος ἔσται διὰ τὴν ἄγαν ἀσθένειαν. Κόπος μὲν οὖν ἡ παλαιοπορία, πόνος δὲ τὰ ἄλγη. Τινὲς δὲ τὸ πλεῖον τῶν ἑβδομήκοντα ἢ ὀγδοήκοντα ἐτῶν νενοήκασι· ὅτι ὀλίγη μὲν ἐν ἑαυτοῖς ἡ τέρψις· πλείων δὲ ἡ λύπη διὰ τὰ συνεχῆ συμπτώματα.

Ὅτι ἐτάλθε πραότης ἐξ ἡμῶν, καὶ παιδευθησόμεθα. Πραότητα νῦν τὴν μετρίαν ἐκ θεοῦ παιδείαν ὠνόμασε. Πραότητα δὲ αὐτὴν εἶπε, πρὸς σύγκρισιν ἧς ἴσμεν ἄλλην τιμωρίας, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.

Τίς γινώσκει τὸ κράτος τῆς ὀργῆς σου; Ἐὰν ἡ μετρία σου παιδεία τοιαύτην ἡμῖν αἴσθησιν ἐνεποίησε, τίς ἄρα γινώσκει πῶς, καὶ ποῖς, καὶ τίς ἐστιν ἡ ἰσχὺς τῆς ὀργῆς σου; Ἐπὶ τοῖς ἀνεπιστρόφως ἐμμένουσι δεινὸς πάλαι ἐστὶ καὶ ἀόριστος.

Καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου σου τὸν θυμόν σου ἐξαριθμήσασθαι; Καὶ τίς πάλιν γινώσκει μετρῆσαι τὸν θυμόν σου; τουτέστι διαγνῶναι πόσος ἐστίν. Ὄντως οἶδεν αὐτὸν δυνάμενος, διὰ τὸ εἶναί σε φοβερὸν ἄγαν.

Τὴν δεξιάν σου οὕτω γνώρισόν μοι. Οὕτως, ἤγουν ἐν πραότητι καὶ μετρίᾳ παιδείᾳ φυθμίζων με, γνώρισόν μοι τὴν δεξιάν σου ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως. Γνώρισες μοι δὲ αὐτὴν, στήσας ἐν τῇ δεξιᾷ σου μετὰ τῶν προβάτων.

Καὶ τοὺς πεπεδημένους τῇ καρδίᾳ ἐν σοφίᾳ. Καὶ ἐν γνώρισόν μοι· τότε τοὺς δικαίους, συντάξας

Et in ira tua defecimus. Idem etiam supersus dixit, sed sermonem repetit, eorum more, qui misericordiam implorant.

Vers. 10. *Anni nostri quasi aranea meditabantur.* Araneam ponit pro aranea tela. Verbum autem *Meditabantur* in passiva hic significatione positum est, pro Existimabantur, seu Reputabantur. Et sensus est, quod anni nostri a nobis existimabantur, pro Existimantur, quasi aranea tela, quæ summo fit cum labore, et modice durat tempore. Ob maximam enim earum tenuitatem non mediocri texuntur cum labore, et ob infirmitatem celeriter pereunt.

Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni: si autem in potentatibus, octoginta anni. Numerum annorum determinat, quot sint minimum anni potentiæ, hoc est roboris, seu virium: et quot sint anni violentiæ. Ait igitur, quod dies annorum nostrorum, hoc est, quod anni nostri, in ipsis, pro, in nobis ipsis, sunt septuaginta anni. Eousque enim nos nostri sumus, hoc est, nostri dominamur, roboreque ac viribus nostris movemur; si autem in potentatibus quis victurus sit, hoc est, in violentia, eo quod tunc vix aliquid fieri potest, octoginta annis quis vivet.

Et quod amplius eorum labor et dolor. Ultra hos annos si quis vixerit, labor ei erit et dolor, ob summam nimirum ætatis infirmitatem. Laborem autem hic posuit pro miseria. Aliqui ea verba: *Et quod amplius eorum*, ita intelexerunt quod in iis annis, qui sunt ultra dictos septuaginta vel octoginta annos, modica est in eis delectatio, sed major est afflictio, propter frequentes casus.

Quoniam supervenit mansuetudo in nos, et eruditemur. Per mansuetudinem mediocrem Dei castigationem intelligit. Ita enim mitiori nomine eam appellavit: quia si castigationi et correctioni illi comparetur, qua ob summa delicta nostra digni essemus, non castigatio, sed mansuetudo potius videri poterit.

Vers. 11. *Quis novit potestatem iræ tuæ?* Si modica castigatio tantum nobis sensum præstitit, quis nosse poterit quantæ et quales sint iræ tuæ vires, quibus ulcris adversus eos, qui cum multa perverse egerunt, converti nolunt? Magnæ sane vires illæ esse debent, atque intolerabiles.

Et pro timore tuo indignationem tuam dinumerare? Et quis rursus iram tuam novit metiri? hoc est, cognoscere, quanta sit. Vere nullus poterit; quoniam tu valde terribilis ac timendus es.

Vers. 12. *Dexteram tuam sic notam fac mihi.* Tu, inquit, sic dirigens me, in mansuetudine nimirum atque in modica correctione, notam fac mihi dexteram tuam in die judicii. Notam vero eam mihi facies, si in dextera ovium tuarum parte me statueris.

Et viros corde in sapientia. Et rursus ind mihi justos homines, illis videlicet me conj-

Digitized by Google

quorum corda ante mortem vincta atque alligata erant cum sapientia. Principium autem sapientiæ est timor Domini [726]. Vel sapientia est discretio inter virtutem et vitia, et operatio per virtutem. Et hæc quidem ita præcedunt, intelligendo hæc verba de futuro judicio. Possumus etiam intelligere ut sit sensus : Notam fac mihi dexteram tuam, hoc est illam potentiam, quam in defendendo babes, atque in conservando : et eos etiam homines fac mihi notos, qui in iis rebus sapientes sunt, quæ pertinent ad divina. Cupio enim illorum consuetudine prudentior fieri.

A με αὐτοῖς, ὧν αἱ καρδίαι πρὸ θανάτου τῇ σοφίᾳ ἐπιπέδηντο. *Ἀρχὴ γὰρ σοφίας φόβος Κυρίου·* καὶ ἄλλως δὲ σοφία Θεοῦ ἡ διάκρισις τῆς ἀρετῆς καὶ κακίας. Ἀλλ' οὕτω μὲν ὑπὲρ τῆς μελλούσης κρίσεως. Νοεῖται δὲ καὶ νῦν, ὅτι *Γνώρισόν μοι τὴν δεξιάν σου*, δηλαδὴ τὴν ἀντιληπτικὴν δύναμίν σου, καὶ εὐεργετικὴν, καὶ φυλακτικήν· ναὶ μὴν καὶ τοὺς σοφοὺς τὰ θεῖα, ἵνα συνετισθῶ δι' αὐτῶν.

Vers. 13. *Convertе, Domine.* Vel te ad nos, a quibus aversus es, ob maxima delicta nostra, vel nos ad te, qui passim aberramus via.

Usquequo? Non convertis, scilicet : et cum interrogatione legendum est.

Et exorabilis esto in servis tuis. Qui afflicti sunt atque invocant te.

Ἐπίστρεψον, Κύριε. Ἢ σὺ πρὸς ἡμᾶς, οὓς ἀποστράφης διὰ τὰς ἡμαρτίας ἡμῶν, ἢ ἡμᾶς πρὸς σὲ τοὺς πλανωμένους τῇδε κἀκεῖσε.

B *Ἕως πότε;* Δηλονότι, οὐκ ἐπιστρέφεις;

Καὶ παρακλήθητι ἐπὶ τοῖς δούλοις σου. Ταλαιπωρουμένοις καὶ ἐπικαλουμένοις σε.

Vers. 14. *Repleti sumus mane misericordia tua, et exsultavimus, et lætati sumus.* Præsens quidem vita vesperæ ac nocti comparari potest, propter errorem ei immistum, et quia tandem in ea dormire dicimur, cum morimur. Contra, futura vita mane appellari potest et dies, propter claritatem et propter resurrectionem a mortuis. Ait igitur quod mane, hoc est in futura vita, nos qui conversionem tuam consequemur, ut dictum est, hoc est, qui convertemur, a te replebimur misericordia tua, et exsultabimus, et lætabimur. Est enim C hic tempus pro tempore, quemadmodum Aquila et cæteri interpretes significarunt. De exsultatione autem et lætitia variis in locis tradidimus.

Ἐνεπλήσθημεν τὸ πρωὶ τὸ ἔλεός σου, Κύριε, καὶ ἠγαλλιασάμεθα, καὶ εὐφράνθημεν. Ὁ μὲν παρὼν βίος εἴη ἂν ἑσπέρα καὶ νὺξ διὰ τὴν κεχυμένην αὐτοῦ πλάνην, καὶ διὰ τὸ καθεύδειν ἡμᾶς, ἐν τούτῳ θνήσκοντας· ὁ δὲ μέλλων εἴη ἂν πρωῒ καὶ ἡμέρα διὰ τὴν λαμπρότητα, καὶ διὰ τὸ ἀνίστασθαι ἡμᾶς ἐκ νεκρῶν. Λέγει τοίνυν, ὅτι κατὰ τὸ πρωΐ, τουτέστι τὸν μέλλοντα βίον, οἱ τῆς ἐπιστροφῆς, ὡς εἴρηται, τυχόντες, ἐμπλησθησόμεθα τοῦ ἐλέους σου, καὶ ἀγαλλιασόμεθα, καὶ εὐφρανθησόμεθα. Ἀντιχρονίαν γὰρ ἐνταῦθα νενοήκαμεν, ὡς Ἀκύλας καὶ οἱ λοιποὶ ἐσημειώσαντο· περὶ δὲ τῆς ἀγαλλιάσεως καὶ τῆς εὐφροσύνης διαφόρως εἴρηται.

Vers. 15. *In omnibus diebus nostris lætati sumus.* Hoc in loco etiam, *Lætati sumus* dictum est, pro Lætabimur. *Omnibus autem diebus nostris*, hoc est, perpetuo. Futuri enim sæculi gaudia perpetua sunt, nec aliquando aut desinunt aut interrumpuntur.

Pro diebus quibus humiliasti nos, annis quibus vidimus mala. Humiliasti nos omni earum afflictionum genere, in quibus justi versantur. Per mala autem tentationes atque afflictiones intelligit.

Ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις ἡμῶν εὐφράνθημεν. Κἀνταῦθα ὁμοίως ἀντὶ τοῦ Εὐφρανθησόμεθα. *Ἐν πάσαις δὲ ταῖς ἡμέραις*, ἀντὶ τοῦ Διηνεκῶς· ἡ χαρὰ γὰρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἀμεσολάβητός τε καὶ ἀκατάλυτος.

Ἀνθ' ὧν ἡμερῶν ἐταπείνωσας ἡμᾶς, ἐτῶν ὧν εἴδομεν κακά. Ἐταπείνωσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ κακοπαθείᾳ, ᾗ προσομιλοῦσιν οἱ δίκαιοι. Κακὰ δὲ λέγει τὰς θλίψεις καὶ τοὺς πειρασμούς.

Vers. 16. *Et respice super filios tuos, et super opera tua, et dirige filios eorum.* Respice, inquit, ad patres et ad doctores nostros, qui servierunt tibi, et propter eos dirige nos eorum filios ad virtutem ; et respice in nos servos tuos, seu secundum carnem nobis sint filii, seu secundum spiritum.

D *Καὶ ἴδε ἐπὶ τοὺς δούλους σου καὶ ἐπὶ τὰ ἔργα σου, καὶ ὁδήγησον τοὺς υἱοὺς αὐτῶν.* Ἴδε ἐπὶ τοὺς δουλεύσαντάς σοι Πατέρας καὶ διδασκάλους ἡμῶν, καὶ δι' αὐτοὺς ὁδήγησον εἰς ἀρετὴν ἡμᾶς τοὺς υἱοὺς αὐτῶν· ἢ ἴδε ἐφ' ἡμᾶς τοὺς δούλους σου· καὶ μὴ μόνον ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τοὺς σαρκικούς τε καὶ πνευματικοὺς υἱοὺς ἡμῶν ὁδήγησον.

Vers. 17. *Et sit splendor Domini Dei nostri super nos.* Splendor Dei, est divina gratia, quæ omnes sui participes illuminat. Splendorem vero Dei dixit, pro spendore, qui a Deo est.

Καὶ ἔστω ἡ λαμπρότης Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐφ' ἡμᾶς. Λαμπρότης Θεοῦ ἡ χάρις αὐτοῦ λαμπρύνουσα τὸν μεταλαμβάνοντα. Λαμπρότης δὲ Θεοῦ ἡ ἀπὸ Θεοῦ. Ἔστω δὲ ἀντὶ τοῦ, εἴη.

Et opera manuum tuarum dirige super nos. Super nos, pro In nobis.

Καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ἡμῶν κατεύθυνον ἐφ ἡμᾶς. Ἐφ' ἡμᾶς ἀντὶ τοῦ Ἐν ἡμῖν.

Et opus manuum tuarum dirige. Ea quæ superius opera manuum dixit in plurali numero, uni-

Καὶ τὸ ἔργον τῶν χειρῶν ἡμῶν κατεύθυνον. Ἔργα χειρῶν πληθυντικῶς αἱ πράξεις ἁπλῶς αἱ διὰ

[726] Eccli. i, 16.

Digitized by Google

χειρῶν, ἃς κατευθυνθῆναι δεόμεθα, ὡς μὴ παρεκκλῖναι τῆς εὐθύτητος, ἤτοι τοῦ πρέποντος. Ἔργον δὲ χειρῶν ἰδιαζόντως τινὲς τὴν ἐλεημοσύνην ἐνόησαν, τῷ κεχωρίσθαι τιμηθεῖσαν, ὥσπερ περιλημένην μᾶλα Θεῷ. Ἐλεήμων δὲ οὐχ ὁ διδοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ συμπάσχων· ἐκ τῶν μὴ ἐχόντων γὰρ χρήματα συμπάθεια μόνον ἀπαιτεῖται καὶ παράκλησις. Ἄλλοι δὲ ἔργα χειρῶν εἶπον τὰ τῆς πρακτικῆς ὡς διάφορα· χεῖρες γὰρ ἡ πρακτικὴ πολλάκις νοεῖται. Ἔργον δὲ χειρῶν τὸ τῆς θεωρητικῆς ὡς μονοειδές· χεῖρες γὰρ τρόπον τινὰ καὶ ὁ νοῦς, ὡς χειραγωγῶν καὶ ἀνάγων τὴν ψυχήν.

A versæ actiones sunt, quæ per manus fiunt, et quas dirigi precamur, ne declinent a rectitudine, hoc est, a decoro. Per opus autem manuum singulari numero, quidam specialim significari dixerunt eleemosynam, cujus separatim, et quasi quodam cum honore meminisse Prophetam dicunt, veluti præcipuum quoddam opus sit, et Deo maxime gratum. Non tantum autem ille dicitur misericors, qui largitur, sed etiam qui compatitur. Nam ab iis qui nullas habent facultates, sola petitur compassio et consolatio. Alii per manuum quidem opera, varia factivæ virtutis opera intellexerunt. Manus enim persæpe pro hujusmodi singulari sermone, ipsam contemplationem, veluti quid in sua specie magis uniforme. Nam et manus certo quodam modo pro ipso etiam capiuntur intellectu : eo quod per ipsum, veluti quibusdam manibus, anima nostra dirigatur ad virtutes, et ducatur ad Deum.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ἀνεπιγράφως.

ΨΑΛΜΟΣ Ι'.

Καὶ περὶ μὲν τῶν ἀνεπιγράφων εἴρηται ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς βίβλου. Διδάσκει δὲ ὁ ψαλμὸς τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος τὸ ἄμαχον.

Ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, ἐν σκέπῃ τοῦ Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσεται. Ὁ χρώμενος ὡς οἰκήματι τῇ βοηθείᾳ τῇ ἀπὸ τοῦ Ὑψίστου, τουτέστιν, ὁ μὴ διάγων ἔξω ταύτης ὅσον ἐπὶ τῷ θαρρεῖν ἐπὶ ταύτῃ μόνῃ· οὗτος ἐν τῇ σκέπῃ διατηρηθήσεται τοῦ Θεοῦ, ἤτοι σκεπασθήσεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Θεὸς δὲ λέγεται τοῦ οὐρανοῦ ὡς Δεσπότης· εἰ δὲ Θεὸς τοῦ οὐρανοῦ, δῆλονότι καὶ τῆς γῆς, καὶ πάντων ἁπλῶς. Νοεῖται δὲ βοήθεια τοῦ Θεοῦ καὶ ὁ νόμος τῶν θείων ἐντολῶν, ὃν δέδωκε τοῖς ἀνθρώποις εἰς βοήθειαν κατὰ τῶν δαιμόνων.

Ἐρεῖ τῷ Κυρίῳ· Ἀντιλήπτωρ μου εἶ, καὶ καταφυγή μου. Ἐρεῖ τῷ Κυρίῳ μετὰ παῤῥησίας, ὅτι Ἀντιλήπτωρ μου εἶ, καὶ καταφυγή μου σὺ μόνος.

Ὁ Θεός μου, καὶ ἐλπίσω ἐπ' αὐτόν. Ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἄλλων ἐρεῖ, ὅτι Θεός μού ἐστιν οὗτος, καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν· τουτέστι, καὶ παρ' ἄλλοις ὁμολογήσει, ὅτι Θεὸς αὐτοῦ ἐστιν.

Ὅτι αὐτὸς ῥύσεταί σε ἐκ παγίδος θηρευτῶν, καὶ ἀπὸ λόγου ταραχώδους. Παγίδες τῶν αἰσθητῶν ἐχθρῶν τῶν θηρευόντων τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων αἱ ἐνέδραι καὶ οἱ λόχοι. Τῶν δὲ νοητῶν τῶν θηρευόντων τὰς ψυχὰς αἱ πρὸς τὰ φαῦλα συμβουλαί, αἱ ἐπιθυμίαι, καὶ αἱ διὰ τῶν παθῶν ἐπιβουλαί· τὸν δὲ *ταραχώδη λόγον*-ἐπηρειαστικὸν λόγον ἐξέλωκεν ὁ Σύμμαχος, τουτέστι, συκοφαντικόν· ταράσσει γὰρ τὴν ψυχὴν τοῦ συκοφαντουμένου. Ἐπέστρεψε δὲ τὸν λόγον ὁ προφήτης πρὸς τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, δῆλονότι τὸν κατοικοῦντα ἐν τῇ βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, καὶ παραθαῤῥύνει αὐτόν.

Ἐν τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ ἐπισκιάσει σοι. Προστήσει σου. Μεταφορικὸς δὲ ὁ λόγος. Ὁ γὰρ

Psalmus ipsi Davidi sine inscriptione.

PSALMUS XC.

De Psalmis, qui inscriptionem nullam habent, dictum est in Proœmio operis. Docemur autem hoc Psalmo, quantæ et quam incomparabiles sint illius spei vires, quæ in Deo est.

Vers. 1. *Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur.* Ille, qui divino auxilio ita utitur, veluti habitatione quadam, aut domo, hoc est, ille qui extra hoc divinum auxilium non moratur, sed in eo solum confidit, in custodia atque in protectione Dei servabitur, hoc est, protegetur a Deo. Deum autem cœli dixit, ut Dominum. Quod si cœli Dominus est, clarum est quod et terræ et cæterorum omnium est Deus. Per auxilium autem, semper adjutorium Altissimi. divinorum mandatorum legem intellige, quam in auxilium hominibus dedit contra dæmones.

Vers. 2. *Dicet Domino : Adjutor meus es tu, et refugium meum.* Is dicet Domino magna cum libertate : Domine, tu es adjutor meus, et tu solus es refugium meum.

Deus meus, sperabo in eum. Nec tantum ad ipsum Deum secum ipse ita dicet, sed coram aliis attestabitur fidem hanc suam, dicens : Hic est Deus meus, et sperabo in eum.

Vers. 3. *Quoniam ipse eripiet te de laqueo venantium, et a verbo perturbationum.* Laquei nobis tenduntur tam avisibilibus, quam abinoisibilibus inimicis. Hujus quippe mundi hostes, qui humana venantur corpora, laqueos tendere dicuntur, cum insidias parant. Intellectuales autem hostes, qui non corpora venantur, sed animas, laqueos adversus nos struunt, cum aut prava suggerunt consilia, aut ad concupiscentias nos atque ad passiones incitant. Symmachus pro *verbo perturbationis*, *calumniarum sermonem* reddit ; perturbant enim animam calumniæ. Convertit autem Propheta sermonem suum ad hujusmodi hominem, qui in Dei adjutorio habitat, virosque atque animum præstans, confidere eum jubet, dicens :

Vers. 4. *Scapulis suis obumbrabit tibi.* Hoc est, proteget te. Est autem hic sermo methaphoricus.

Digitized by Google

Nam qui pugnat pro aliquo, stare ante eum solet, atque hoc pacto illum tegit, atque obumbrat tergoribus suis. Scapulæ enim illæ partes dicuntur, quæ inter medios sunt humeros. Dei igitur scapulæ pro ea accipiuntur potentia, qua conservare nos solet ac tueri : quam potentiam, alio etiam nomine, alas Dei appellavit, dicens :

Et sub alis ejus sperabis. Pro, confides, instar pulli scilicet.

Vers. 5. *Scuto circumdabit te veritas ejus.* Scuto pro, instar scuti. Sensus est : Si tecum veritatem habueris, ipsa te scuti instar circumdabit, et ex omni undique parte custodiet. Hujus igitur virtutis laudes considera, quantæ sint, cum illam Dei esse dixerit, veluti ei familiarem ac domesticam. Jure autem veritas Dei esse dicitur, quia si mendacium dæmoni ut quid proprium ascribitur, merito veritas Deo ut quid proprium applicatur. Possumus et aliter dicere : Scuto, hoc est, cruce circumdabit et custodiet te Christus, qui veritas est Patris : *Qui vidit* enim, inquit, *me, vidit et Patrem meum* [75].

Non timebis a timore nocturno. Sive a dæmonibus, sive ab hominibus hic timor inferatur.

Vers. 6. *A sagitta volante in die.* A quacunque ea sagitta immissa sit. Immittuntur autem sagittæ, materiales quidem ab hominibus, intellectuales vero a dæmonibus, quæ passionibus suis animam vulnerant.

A re perambulante in tenebris. In tenebris ambulant fur, insidiator, incendiarius, fornicatio, adulterium, dæmon, et alia hujusmodi.

Ab occursu et dæmonio meridiano. Quodcunque casu, inopinate aut involuntarie contingens, occursus dici potest. Per dæmonium vero meridianum, aliqui acediæ dæmonem dixerunt, eo quod illo tempore magis nos aggredi soleat. Aliqui vero dæmonem illum qui turpibus cogitationibus præest atque incontinentiæ; ingravescente enim ventre, vehementius insurgit, et in animas hominum grassatur.

Vers. 7. *Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabit.* Dictio *latere*, tametsi indefinite sit posita, hoc tamen loco sinistram partem significat. Si habitaveris, inquit, in Altissimi auxilio, cadent quidem a sinistra tui parte mille sagittæ, a dextra autem decem millia, et nihilominus te non attingent. Altius tamen contemplando, alius potest his verbis sensus accommodari : Tu, inquit, multis quidem sagittis, a sinistra parte impeteris, sed multo pluribus a dextra. Sinistram autem intelligere possumus tunc dici, quando apertis quis ac manifestis passionum jaculis impellitur, dexteram vero, quando ab occultis. Sciens autem inimicus quod multi pravas ejus suggestiones non suscipiunt, quibus ipse in aperto ac palam eos

[75] Joan. xiv, 9.

A προπολεμῶν τινος, πρὸ αὐτοῦ ἑστὼς, σκιάζει τοῦτον, εἴτουν ἀποκρύπτει τοῖς ὀπισθίοις αὐτοῦ μέρεσι· μετάφρενα δὲ ὁ μεταξὺ τῶν ὤμων τόπος, ὃν τινες νῶτα καλοῦσι. Μετάφρενα δὲ τοῦ Θεοῦ ἡ φρουρητικὴ αὐτοῦ δύναμις. Ἡ αὐτὴ δὲ καὶ πτέρυγες Θεοῦ.

Καὶ ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτοῦ ἐλπιεῖς. — Ἐλπιεῖς ἀντὶ τοῦ, θαρρήσεις, δίκην νεοσσοῦ.

Ὅπλῳ κυκλώσει σε ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ. — Ὅπλῳ, ἀντὶ τοῦ, δίκην ὅπλου· λέγει δὲ ὅτι, Ἐὰν ἔχῃς ἀλήθειαν, αὕτη δίκην ὅπλου κυκλώσει σε, τουτέστι πανταχόθεν σε φρουρήσει. Ὅρα δὲ καὶ τῆς ἀληθείας ἐγκώμιον· τοῦ Θεοῦ γὰρ ταύτην εἶπεν, ὡς οἰκείαν αὐτῷ. Εἰ γὰρ τὸ ψεῦδος οἰκεῖον τῷ δαίμονι, δῆλον B ὡς αὕτη τοὐναντίον ἐστίν. Ἔνι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν· ὅτι Ὦ, ὅπλῳ, δηλαδὴ τῷ σταυρῷ, κυκλώσει καὶ φρουρήσει σε ὁ Χριστὸς, ὃς ἐστιν ἀλήθεια τοῦ Πατρός· *Ὁ ἑωρακὼς* γὰρ, φησὶν, *ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα.*

Οὐ φοβηθήσῃ ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ. Ἐπαγομένου εἴτε ἐκ δαιμόνων εἴτε ἐξ ἀνθρώπων.

Ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας. Ἀφιεμένου ὁμοίως. Ἀφίενται γὰρ ἐξ ἀνθρώπων τὰ αἰσθητὰ, ἐκ δὲ τῶν δαιμόνων τὰ τῶν παθῶν βέλη.

C

Ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου. Ἐν σκότει διαπορεύεται κλέπτης, ἐπίβουλος, ἐμπρηστὴς, πορνεία, μοιχεία, δαίμων, καὶ εἴ τι τοιοῦτον.

Ἀπὸ συμπτώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ. Σύμπτωμά ἐστι πᾶν ἀπροσδοκήτως συμβαῖνον ἀβούλητον. Δαιμόνιον δὲ μεσημβρινὸν οἱ μὲν τὸν τῆς ἀκηδίας εἶπον δαίμονα, τότε μᾶλλον ἐπιτιθέμενον, οἱ δὲ τὸν τῶν αἰσχρῶν λογισμῶν, οἱ δὲ τὸν τῆς ἀκολασίας· καὶ οὗτοι γὰρ, βαρυνομένης τῆς γαστρὸς, ἐπανίστανται τοῖς ἀνθρώποις.

Πεσεῖται ἐκ τοῦ κλίτους σου χιλιὰς, καὶ μυριὰς ἐκ δεξιῶν σου, πρὸς σὲ δὲ οὐκ ἐγγιεῖ. — *Κλίτος* D ἐστὶ τὸ μέρος ἁπλῶς· νῦν δὲ τὸ ἀριστερὸν ἁπλῶς αἰνίττεται· λέγων ὅτι Κατοικοῦντός σου ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, ὡς προείρηται, πεσεῖται ἐκ μὲν τοῦ ἀριστεροῦ μέρους σου χιλιὰς βελῶν, ἐκ δὲ τοῦ δεξιοῦ μυριάς· σοῦ δὲ οὐχ ἅψεται. Κατὰ δὲ ὑψηλοτέρας θεωρίας φησὶν ὁ λόγος, ὅτι Τοξευθήσῃ μὲν πολλὰ, καὶ ἐκ τῶν ἀριστερῶν, πλεῖον δὲ ἐκ τῶν δεξιῶν. Εἶεν δ' ἂν ἀριστερὰ μὲν, ὅταν φανεροῖς πάθεσιν ᾖ τις τοξευόμενος, δεξιὰ δὲ, ὅταν ἐπικρυπτομένοις. Εἰδὼς γὰρ ὁ ἐχθρὸς, ὅτι πολλοὶ γυμνὴν τὴν ἐμπαθῆ συμβουλὴν οὐ παραδέχονται, ἄρχεται μὲν ἀπὸ χρηστοῦ, τελευτᾷ δὲ εἰς πονηρόν.

Digitized by Google

incitare conatur ad vitia, astutia utitur. Incipit enim a bonis operibus, sed tandem desinit in malum.

Πλὴν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου κατανοήσεις, καὶ ἀνταπόδοσιν ἁμαρτωλῶν ὄψῃ. Ὅμως, τοῖς νοεροῖς ὀφθαλμοῖς σου θεασάμενος, μαθήσῃ τοῦτο ὅτι ἀληθές ἐστι, καὶ τὴν τιμωρίαν τῶν ἐχθρῶν ὄψῃ. A

Ὅτι σύ, Κύριος, ἡ ἐλπίς μου. Ἀκούσας τὰς ῥηθείσας ἐπαγγελίας ὁ μέλλων κατοικεῖν ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, ἀναβοᾷ λέγων ὑφ' ἡδονῆς· Σὺ, Κύριε, ὑπάρχεις ἡ ἐλπίς μου. Εἶτα ἀντιφθέγγεται αὐτῷ ὁ προφήτης τὰ ἑξῆς·

Τὸν Ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου; Οὐ προσελεύσεται πρὸς σὲ κακά. Τὸ, *Τὸν Ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου*, κατ' ἐρώτησιν ἀναγνωστέον· εἶτα τὸ λοιπὸν κατὰ ἀπόφασιν. Τοῦ γὰρ ἔχοντος καταφυγὴν τὸν Θεὸν οὐχ ἅπτεται πειρασμός· καὶ μάρτυς αὐτὸς ὁ διάβολος, βοῶν πρὸς τὸν Θεὸν περὶ τοῦ Ἰώβ· *Καὶ σὺ περιέφραξας αὐτοῦ καὶ τὰ ἔσωθεν, καὶ τὰ ἔξωθεν.* Ὅτε δὲ παραχωρήσει ὁ Θεὸς, ἅπτεται αὐτοῦ. Κακὰ δὲ λέγει τὰς περιστάσεις, τοὺς κινδύνους B

Καὶ μάστιξ οὐκ ἐγγιεῖ τῷ σκηνώματί σου. Ἀλλ' οὐδὲ τῷ οἴκῳ σου πλησιάσει συμφορά· περιττὴ δὲ ἡ πρόθεσις. Καὶ ἄλλως δὲ μάστιξ μὲν ἂν εἴη ἡ νόσος, σκήνωμα δὲ τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα. Τὸ δὲ γλαφυρώτερον, ὅτι τῷ μὲν ἀνθρώπῳ Θεοῦ τὰ τοιαῦτα κακὰ καὶ ἡ μάστιξ ἀγῶνες καὶ δοκίμιόν εἰσι, τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ μάστιγες· *Πολλαὶ* γάρ, φησὶν, *αἱ μάστιγες τοῦ ἁμαρτωλοῦ.* C

Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου. Τοιοῦτον καὶ ἐν τῷ ρλ' ψαλμῷ ἔφη· *Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς.* Καὶ ὁ Ἀβραὰμ δὲ τὸν οἰκέτην παραθαρρύνων, εἶπεν· *Ὁ ἀγαθὸς Θεὸς ἀποστελεῖ τὸν ἄγγελον αὐτοῦ πρὸ προσώπου σου.* Καὶ ὁ Ἰακὼβ δὲ εἴρηκεν· *Ὁ ἄγγελος ὁ ῥυσάμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν.* Ἐξ ὧν μανθάνομεν, ὅτι δι' ἀγγέλων φρουρεῖ τοὺς πεποιθότας ἐπ' αὐτὸν ὁ Θεός. Ὁδοὺς δὲ λέγει τὰς πράξεις. Περιττὸν δὲ τὸ τοῦ·

Ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προκόψεις πρὸς λίθον τὸν πόδα σου. Χεῖρες ἀγγέλων αἱ φρουρητικαὶ δυνάμεις αὐτῶν· ἀροῦσι δὲ, ἀντὶ τοῦ, βαστάσουσί σε, ἐν ταῖς δυσχερείαις, ὡς μηδὲ λίθῳ προσκρούσαι τὸν πόδα σου. Καὶ ἄλλως δ' ἂν εἴη λίθος μὲν πᾶσα ἁμαρτία καὶ πᾶν ἐμπόδιον, ποῦς δὲ ἡ πολιτεία, δι' ἧς πεπράμεν τὸν βίον. D

Ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα. Οὐχ ἅψεταί σε οὔτε ἰοβόλον θηρίον, οὔτε σαρκοβόρον. Καὶ τοῦτο εἰς

Vers. 8. *Verumtamen oculis tuis considerabis, et retributionem peccatorum videbis.* Verum si intellectus tui oculis consideraveris, intelliges hoc verum esse, suppliciaque ac pœnas delinquentium videbis.

Vers. 9, 10. *Quoniam tu es, Domine, spes mea.* Auditis Prophetæ nostri sermonibus, is qui in Dei adjutorio habitaturus est, præ summa lætitia ad Deum exclamat, dicens : Vere tu, Domine, es spes mea ; et deinde Propheta ei respondet, quæ sequuntur :

Altissimum posuisti refugium tuum? Non accedet ad te malum. Verba illa : *Altissimum posuisti refugium tuum*, cum interrogatione legenda sunt ; quæ autem sequuntur, absolute atque in modum sententiæ. Nam qui Deum habuerit in refugium, non cadet in tentationibus. Atque hujus rei testis est ipse etiam dæmon, qui de beato Job clamabat ad Deum, dicens : *Tu eum munisti intus et foris*[76]. Tunc enim tantum infestat dæmon, cum id Deus permittit. Per mala autem infortunia intelligit, aut pericula.

Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quinimo nec domui tuæ ulla appropinquabit calamitas. Et aliter, per flagellum ægritudinem intelligere potes, et per tabernaculum ipsum corpus in quo anima diversatur. Nec ab re est, ut intelligamus, quod hominibus Dei, hujusmodi tentationes certamina sint et probationes, peccatori autem flagella. *Multa* enim, inquit, *flagella peccatoris*[76].

Vers. 11. *Quoniam angelis suis mandabit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis.* Hujusmodi sententiam habuimus in psalmo XLIII, ibi : *Castrametabitur angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos.* Abraham etiam, servum suum confidere jubens, dicebat : *Bonus Dominus mittet angelum suum ante faciem tuam*[77]. Ipsum etiam Jacob dixisse leginus : *Angelus, qui liberavit me ex omnibus malis*[78]. Ex his autem omnibus illud colligimus, quod Deus per angelos suos omnes eos tuetur, qui in eo confidunt. Per vias autem actiones intelligit.

Vers. 12. *In manibus tollent te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum.* Per angelorum manum illam intelligimus potentiam, quam in custodiendo habent, atque in conservando. Tollent autem, hoc est, ferent inter infortunia scilicet, adeo ut neque ad lapidem offendas pedem tuum. Et aliter : Lapis est omne peccatum atque omne impedimentum ad virtutem, pes vero, ille conversationis nostræ ordo, ac modus quo per hanc vitam incedimus.

Vers. 13. *Super aspidem et basiliscum ascendes, et conculcabis leonem et draconem.* Ipsæ etiam venenatæ atque immites feræ te nunquam lædent :

[76] Job. I, 10. [76] Psal. XXXI, 10. [77] Gen. XXIV, 7. [78] Gen. XLVIII, 16.

Digitized by Google

sicuti legimus accidisse multis sanctorum. Juxta anagogicum vero sensum, per ascensum hunc, et per conculcationem venenatorum atque immitium animalium, potentiam illam intellige sanctis datam, adversus omnes malignitates et nocumenta; per aspidem vero, calumniæ vitium intelligere possumus, eo quod more aspidis in aures hominum venenum immittat; et per basiliscum, invidiam, quæ quasi basiliscus, perniciem ac virus in oculis gestat: leonem etiam pro crudelitate ac sævitia intelligere omnibus facillimum est; draconemque pro indignatione, ob summam nimirum illius vehementiam atque efficaciam. Hæc igitur omnia justus conculcabit, et minime ab eis lædetur. Ad hæc omnia addamus, quod dæmon dici potest illorum vitia in seipso solus complectatur.

A πολλοὺς τῶν ἁγίων ἐξίδῃ, καθὼς αἱ ἱστορίαι δείκνυσιν. Ἀναγωγικῶς δέ, διὰ τῆς ἐπιβάσεως καὶ καταπατήσεως τῶν ἄγαν ἰοβόλων καὶ σαρκοβόρων θηρίων τὴν ἐπικράτειαν πάσης πονηρίας καὶ βλάβης ἠνίξατο. Νοηθείη δ' ἂν ἀσπὶς μὲν ἡ διαβολή· καὶ αὕτη γὰρ ἰὸν ἐναποπτύει τοῖς ὠσὶ τῶν ἀνθρώπων· βασιλίσκος δὲ ἡ βασκανία· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔχει τὴν λύμην, οὕτω καὶ αὕτη διὰ τῶν ὀφθαλμῶν λυμαίνεται. Λέων δὲ ἡ ὠμότης· δράκων δὲ ὁ θυμὸς διὰ τὸ θερμόν τε καὶ ὀξὺ καὶ δριμυτήριον, ἃ πάντα καταπατήσει ὁ δίκαιος, καὶ ὑφ' ὧν οὐδὲ ὅλως βλαβήσεται. Λέγεται δὲ ὁ δαίμων ἀσπὶς, καὶ βασιλίσκος, καὶ λέων καὶ δράκων, ὡς τὰς λύμας τούτων φέρων ἐν ἑαυτῷ.

aspis, basiliscus, leo, et draco, veluti, qui omnia

Vers. 14. *Quoniam in me speravit, liberabo eum.* Quoniam magna ac fere incredibilia Propheta ei pollicitus est, qui in Deo speraverit, quod conculcaturus nimirum sit sævissimas atque immanissimas feras, et nullam illinc ipse læsionem relaturus, introducit deinceps Deum ipsum ea confirmantem, quæ dicta sunt, et docentem, quisnam fructus sit spei illius, quæ in Deo collocatur. Inl ego illum a quocunque eri jam p iculo.

B *Ὅτι ἐπ' ἐμὲ ἤλπισε, καὶ ῥύσομαι αὐτόν.* Ἐπὶ μεγάλα καὶ μικροῦ ἄπιστα ἐπηγγείλατο, καταπατεῖν τὰ χαλεπώτατα τῶν θηρίων καὶ μηδὲν ἐκεῖθεν βλάπτεσθαι, εἰσάγει τὸν Θεὸν αὐτὸν βεβαιοῦντα τὰ εἰρημένα καὶ διδάσκοντα, τίς ὁ τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος καρπός. Ἐπ' ἐμὲ, φησὶν, ἤλπισεν ὁ τοιοῦτος, καὶ λοιπὸν ἐγὼ ῥύσομαι αὐτὸν ἐκ παντὸς κινδύνου.

me, inquit, hujusmodi homo speravit, cæterum

Protegam eum, quoniam cognovit nomen meum. Vide quomodo dixit *nomen meum*. Naturam enim divinam nullus potest intelligere. Ille autem Dei nomen cognoscere dicitur, non qui tantum illum Deum esse cognoscit, sed is qui se illi virtute ac moribus dignum offert.

Σκεπάσω αὐτὸν, ὅτι ἔγνω τὸ ὄνομά μου. Ὅρα πῶς εἶπε *τὸ ὄνομά μου*. Τὴν γὰρ φύσιν αὐτοῦ οὐδεὶς τῶν ἁπάντων ἐννοῆσαι δύναται. Γινώσκει δὲ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ οὐχ ὁ ἁπλῶς γινώσκων ὅτι οὗτος Θεὸς, ἀλλ' ὁ ἀξίως αὐτῷ προσφερόμενος.

C

Vers. 15. *Clamabit ad me, et ego exaudiam eum.* Quia nihil seipso, aut Deo indignum petit.

Κεκράξεται πρός με, καὶ ἐπακούσομαι αὐτοῦ Διότι οὐδὲν ζητήσει ἀνάξιον τοῦ Θεοῦ καὶ ἑαυτοῦ.

Cum ipso sum in tribulatione. In omni tentatione, ut olim adfui tribus pueris, et postea omnibus aliis martyribus.

Μετ' αὐτοῦ εἰμὶ ἐν θλίψει. Ἐν παντὶ πειρασμῷ, ὡς μετὰ τῶν τριῶν παίδων, ὡς μετὰ τῶν μαρτύρων ὕστερον.

Eripiam eum. Ex omni angustia. Vide in psalmo XXXVI, ibi: *Non vidi justum derelictum.* Item ibi: *Dominus non derelinquet eum in manus ejus.*

Ἐξελοῦμαι αὐτόν. Ἐκ πάσης ἀνάγκης· ζήτει ἐν τῷ λς' ψαλμῷ τὴν ἐξήγησιν τοῦ, *Καὶ οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον*· καὶ τοῦ, *Ὁ Κύριος οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃ αὐτὸν εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ.*

Et glorificabo eum. Non tantum eripiam, sed insignem ac clarum reddam, ob summam illius in me benevolentiam.

Καὶ δοξάσω αὐτόν. Οὐ μόνον ἐξελοῦμαι, ἀλλὰ καὶ περιφανῆ ποιήσω διὰ τὴν οἰκείωσιν.

Vers. 16. *Longitudine dierum replebo eum.* Si hanc a me longitudinem perquisiverit. Vel, per longitudinem dierum, æternam vitam intelligi, quæ et una dies est, et longitudo dierum dicitur, eo quod nunquam cesset, et successiones non habeat.

Μακρότητος ἡμερῶν ἐμπλήσω αὐτόν. Εἴγε ταύτην ζητήσει. Ἢ μακρότητα ἡμερῶν λέγει τὴν αἰώνιον ζωὴν, διότι μία ἐστὶν ἡμέρα ἐκείνη, μακρότης ἡμερῶν ὀνομαζομένη διὰ τὸ ἀκατάλυτόν τε καὶ ἀδιάδοχον. Ἀδιάφορος δὲ ἐνταῦθα ἡ τοῦ *ἐμπλήσω* σύνταξις.

D

Et ostendam illi salutare meum. Salutem, quæ a me est, quod scilicet salvare omnes possum, qui in me sperant.

Καὶ δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριόν μου. Τὴν παρ' ἐμοῦ σωτηρίαν, ὅτι δύναμαι σώζειν εἰς ἐμὲ ἐλπίζοντα.

Psalmus cantici in diem sabbati.

PSALMUS XCI.

Ψαλμὸς ᾠδῆς εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ Σαββάτου.

ΨΑΛΜΟΣ ΚΑ'.

Quid sit Psalmus *cantici* in Proœmio operis dictum est. Et hic quidem psalmus auctoris et cantoris caret nomine. Nullam enim nomen habet aut David, aut alicujus cantorum principis: quia scilicet ab omnibus, communi choro, fuit decan-

Τί μέν ἐστι Ψαλμὸς ᾠδῆς, προείρηται ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς παρούσης βίβλου. Ἔστι δὲ ὁ ψαλμὸς οὗτος ἀνώνυμος μὲν, οὐκ ἀνεπίγραπτος δέ. Ὄνομα μὲν οὔτε τοῦ Δαβὶδ οὔτε τινὸς τῶν ἀρχιψάλτων ἐμφέρει διὰ τὸ παρὰ πάντων κοινῇ τότε μελῳδεῖσθαι.

Digitized by Google

Ἐπιγέγραπται δὲ *Εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ Σαββάτου*. Ὡς μέν τινές φασιν, ὅτι τῷ Σαββάτῳ τοῦτον μόνον ἀπεκλήρωσεν ὁ Δαβὶδ χαριστήριον τῷ Θεῷ· καὶ τηνικαῦτα πάντες οἱ ἀρχηθόλ συνιόντες ᾖδον αὐτόν· Ὡς δὲ λέγουσιν οἱ θεωρήσαντες ὑψηλότερον, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ὁ ψαλμὸς οὗτος ἀφορᾷ, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ διδάσκει· λέγω δὴ τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν τιμωρίαν καὶ τὴν τῶν δικαίων τιμήν. Ὥσπερ γὰρ τὸ Σάββατον, κατάπαυσις ἑρμηνευόμενον, ἀργίαν εἶχε παντὸς ἔργου βιωτικοῦ· οὕτω δὴ καὶ ἡμέρα ἐκείνη, κατάπαυσις οὖσα τοῦ παρόντος βίου, πάσης βιωτικῆς ἠλευθέρωται φροντίδος, καὶ *Σάββατον* ὀνομάζεται.

A tatus. Inscriptione tamen prorsus non erat. Inscribitur enim : *In diem Sabbati*, ea ratione, ut quidam dicunt, quod beatus David, solis Sabbatis in gratiarum actionem, Deo canendum esse eum destinaverat. Tunc etenim omnes chororum principes una convenire solebant, ut eum cantarent. Verum ii qui divina sublimius contemplantur, pertinere dicunt hunc psalmum ad futuri judicii diem, et de delinquentium pœnis, et justorum præmiis tractare; et quemadmodum Sabbati dies ab omni prorsus opere vacabat, ita illa futuri judicii dies, quæ requies est præsentis vitæ, ab omni mundana cura homines liberat; atque ideo jure *Sabbatum*, hoc est, *requies* appellatur.

Ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ *Κυρίῳ*. Ὄντως ἀγαθὸν τὸ εὐχαριστεῖν Θεῷ.

B Vers. 2, 3. *Bonum est confiteri Domino*. Vere bonum est agere Deo gratias.

Vers. 7. *Notas fecit vias suas Moysi.* Per legem, quam ei mandavit. Per vias autem divinam voluntatem ac mandata ejus intelligit ; abunde autem diximus de his in psalmo XXIV, ibi : *Vias tuas, Domine, demonstra mihi.*

Ἐγνώρισε τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ τῷ Μωϋσῇ. Διὰ τοῦ ὑπαγορευθέντος αὐτῷ νόμου. Ὁδοὺς δὲ λέγει τὰ θελήματα αὐτοῦ. Εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἀκριβέστερον ἐν τῷ κδ' ψαλμῷ· ἔνθα τὸ, *Τὰς ὁδούς σου, Κύριε, γνώρισόν μοι.*

Filiis Israel voluntates suas. Primum ipsi Moysi, et per illum consequenter universo populo.

Τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τὰ θελήματα αὐτοῦ. Προηγουμένως μὲν τῷ Μωϋσῇ, διὰ αὐτοῦ δὲ παντὶ τῷ λαῷ.

Vers. 8. *Misericors et miserator Dominus, longanimis] et multum misericors.* Hæc exposita fuerunt in psalmo LXXXV, ibi : *Et tu, Domine Deus, miserator, et misericors,* et quæ sequuntur.

Οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων ὁ Κύριος, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος. Ταῦτα ἡρμηνεύθησαν ἐν τῷ πε' ψαλμῷ· ἔνθα τὸ, *Καὶ σὺ, Κύριε ὁ Θεός μου, οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων,* καὶ τὰ ἑξῆς.

[29] Psal. CXXIX, 3, 4. [30] Ibid. 7, 8.

Digitized by Google

Οὐκ εἰς τέλος ὀργισθήσεται. Διαλλακτος ὢν τοῖς μετανοοῦσιν.

Οὐδὲ εἰς τὸν αἰῶνα μηνιεῖ. Τὸ αὐτὸ λέγει σαφέστερον.

Οὐ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἐποίησεν ἡμῖν, οὐδὲ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνταπέδωκεν ἡμῖν. Ὡς ἀνεξίκακος καὶ πολυέλεος· τὸν αὐτὸν δὲ περὶ τοῦ ἐλέους λόγον ἀνακυκλεῖ διαφόρως, θέλων ἐπιδεῖξαι ὑπερβολὴν τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας.

Ὅτι κατὰ τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τῆς γῆς ἐκραταίωσε Κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν. Ὅσον τὸ διάστημα τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τῆς γῆς, τοσοῦτον τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐστήριξεν ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, τουτέστιν ἄμετρον καὶ ἀνείκαστον· οὐχ εὗρε δὲ τούτῳ μεῖζον διάστημα αἰσθητὸν, ἵνα τούτῳ πρὸς παράδειγμα χρήσηται.

Καθόσον ἀπέχουσιν ἀνατολαὶ ἀπὸ δυσμῶν, ἐμάκρυνεν ἀφ' ἡμῶν τὰς ἀνομίας ἡμῶν. Φοβουμένων αὐτὸν δηλονότι. Οὗ γὰρ φόβος, ἐντολῶν τήρησις.

Καθὼς οἰκτείρει πατὴρ υἱοὺς, ᾠκτείρησε Κύριος τοὺς φοβουμένους αὐτόν. Οἰκτείρει πατὴρ υἱοὺς, προνοούμενος πλημμελούντων, ἀνεχόμενος, νουθετῶν, παρακαλῶν, ἀπειλῶν, μακροθυμῶν, μαστίζων, θεραπεύων· καὶ πάντα πρὸς παίδευσιν αὐτῶν, καὶ σωτηρίαν πραγματευόμενος.

Ὅτι αὐτὸς ἔγνω τὸ πλάσμα ἡμῶν. Εἰκότως ἀνέχεται καὶ φιλανθρωπεύεται· καὶ γὰρ εἶδε τὸ καθ' ἡμᾶς πλάσμα, ὅτι ἀσθενές.

Ἐμνήσθη ὅτι χοῦς ἐσμεν. Ἑρμηνευτικὸν τοῦτο τοῦ προρρηθέντος. Ἐμνήσθη, φησὶν, ὅτι ἀπὸ χοὸς ἐπλάσθημεν, αὐτόθεν ἀσθενοῦς. *Ἔγνω* δὲ καὶ *ἐμνήσθη*, ἀντὶ *οἶδεν*· ἰδίωμα δὲ καὶ τοῦτο τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου.

Ἄνθρωπος ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ. Εὐμάραντοι καὶ πρόσκαιροι. Ἡμέραν δὲ λέγει τὴν ζωήν. Εἰ δὲ ὁ Σολομὼν λέγει· Μέγα ἄνθρωπος καὶ τίμιον ἀνήρ· μὴ θορυβῇς. Ἐπεὶ γὰρ διπλῆν ἔχει τὴν κατασκευὴν ἄνθρωπος, τὴν μὲν ἐξ εὐτελοῦς χοὸς, τὴν δὲ ἐκ ζωοποιοῦντος ἐμφυσήματος· ἐξουδενοῦται μὲν διὰ τὸ τοῦ σώματος ἐπίκηρον, μεγαλύνεται δὲ διὰ τὸ ἀθάνατον τῆς ψυχῆς· καὶ ἀτιμάζεται μὲν διὰ τὸ ἐπίνοσον καὶ μοχθηρὸν, τιμᾶται δὲ διὰ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰ κατορθώματα· καὶ ὅτι φυλάττων μὲν (9), εἰκὼν ἐστι Θεοῦ, καὶ βασιλείας οὐρανῶν κληρονόμος παραβαίνων δὲ, δοῦλος ἁμαρτίας, καὶ βασάνων ὑπεύθυνος.

VERS. 9. *Non in finem irascetur.* Cum facillime reconcilietur pœnitentibus.

Neque in sæculum succensebit. Eamdem sententiam repetit, sed manifestius.

VERS. 10. *Non secundum iniquitates nostras fecit nobis, neque secundum peccata nostra retribuit nobis.* Veluti patiens et multum misericors. Eamdem autem sermonem de divina misericordia multipliciter revolvit, demonstrare cupiens, quod summa ea in nos Deus usus est.

VERS. 11. *Quoniam secundum altitudinem cœli a terra corroboravit misericordiam suam super timentes se.* Quantum, inquit, est intervallum a cœlo in terram, tantam stabilivit Deus misericordiam super timentes se, immensam videlicet, et quæ conjectari non possit. Hac autem comparatione Propheta usus est, cum majus aliquod intervallum non invenisset, quo in exemplum uteretur.

VERS. 12. *Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras.* A nobis dico, quicunque eum timemus. Nam ubi divinus timor adest, illic est etiam mandatorum observatio.

VERS. 13. *Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se.* Miseretur pater filiorum. Providentiam etenim et curam illorum habet, et licet in aliquo delinquant, sustinet tamen, admonet, exhortatur, comminatur, longanimis est, verberat, sanat, et omnia denique ad illorum eruditionem et salutem quam diligentissime moderatur.

Quoniam ipse cognovit figmentum nostrum. Merito sustinet ac miseretur. Novit enim figmentum nostrum debile esse atque infirmum.

VERS. 14. *Recordatus est, quoniam pulvis sumus.* Hoc ad præcedentis dicti interpretationem consequitur. Meminit, inquit, quia de pulvere plasmati sumus, de pulvere, inquam, qui natura sua, tenuissima quædam atque infirmissima res est. Et quod ait, *recordatus est*, posuit pro *novit*. Nam et hoc idioma est Hebraicæ linguæ.

Homo sicut herba dies ejus. Facile enim deficiunt homines, et in hac vita non diu, sed ad tempus tantum permanent. Per dies autem, vitam seu vitæ cursum intelligit. Quod si Salomon hominem magnum esse dicit, et quid venerandum, ne mireris. Ex duplici etenim apparatu homo confectus est, ex pulvere nimirum atque ex vivifica illa Dei spiratione: unde terrena illa corporis pars vilipenditur, alia autem spiritualis ac cœlestis magnificatur, propter animæ nimirum immortalitatem. Ob proprias igitur infirmitates ac labores homo inhonoratur, idemque ob virtutes et strenua facta habetur in honore. Observando etenim mandata, imago Dei est, et hæres regni cœlorum; quæ si transgrediatur, et servus statim efficitur peccati, et supplicium reus.

Variæ lectiones.

(9) Supple τὰς ἐντολάς.

Digitized by Google

Tanquam flos agri sic efflorebit. Modo formosus, et pulchra specie, mox separatione animæ tabefactus et corruptus.

A

Ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ οὕτως ἐξανθήσει. Νῦν μὲν ὡραῖος ὤν, ὕστερον δὲ μαραινόμενος καὶ διαφθειρόμενος κατὰ τὴν διάζευξιν.

Vers. 15. *Quoniam spiritus pertransivit in illo.* Quæcunque aerem, seu spiritum trahunt, et remittunt, corruptibilia sunt. Vel per spiritum, animam intellige, quæ in universum corpus pertransit, et statuto ac determinato tempore ab eo exit.

Ὅτι πνεῦμα διῆλθεν ἐν αὐτῷ. Πᾶν γὰρ τὸ σπῶν ἀέρα διαυλωνίζοντα φθαρτόν ἐστιν· ἡ πνεῦμα τὴν ψυχὴν ὑπολαμβάνει, διηθουμένην ὅλου τοῦ σώματος, καὶ κατὰ τὸν ὡρισμένον καιρὸν ἐξερχομένην.

Et non subsistet. In præsenti scilicet vita moriens, ut homo.

Καὶ οὐχ ὑπάρξει. Κατὰ τὸν παρόντα βίον, ἀποθνήσκων ὁ ἄνθρωπος.

Et non cognoscet amplius locum suum. Ad aliam demigrans habitationem. Sed neque ipse, inquit, spiritus, hoc est, ipsa anima, simul ac hujus corporis vincula pertransierit, subsistet amplius in ipso corpore, aut illic amplius habitabit, nec cognoscet locum habitationis suæ, ipsum nimirum B corpus. Nam, etsi animæ resurrectionis tempore propria corpora sint recepturæ, non tamen eadem recipient corruptioni amplius subjecta, aut mutationibus obnoxia : unde merito ob hujusmodi immutationem ea amplius non cognoscent.

Καὶ οὐκ ἐπιγνώσεται ἔτι τὸν τόπον αὐτοῦ. Πρὸς ἑτέραν κατοικίαν μεταναστεύων· ἀλλ' οὐδὲ τὸ πνεῦμα, ἤγουν ἡ ψυχή, διελθὸν τὸν δεσμὸν τοῦ σώματος, ὑπάρξει τούτῳ, οὐδὲ κατασκηνώσει, καθὼς καὶ πρότερον· οὐδὲ ἐπιγνώσεται τὸν τόπον τῆς κατοικίας αὐτοῦ, λέγω δὲ τὸ σῶμα· εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὴν ἀνάστασιν ἀπολαμβάνουσιν αἱ ψυχαὶ τὰ ἴδια σώματα, ἀλλ' οὐχ οἷα πρότερον ἦσαν, ὑποκείμενα φθορᾷ, καὶ τροπαῖς· εἰκότως οὖν διὰ τὴν ἐναλλαγὴν οὐκ ἐπιγινώσκουσι ταῦτα.

Vers. 16. *Misericordia autem Domini a sæculo in sæculum super timentes eum.* A præsenti sæculo usque in futurum, hoc est, in præsenti et in futuro sæculo. Perpetua enim hic atque illic est Dei misericordia, et nunquam cessabit. Nam et hic a præsentibus nos eripit periculis, et illic a suppliciis liberat æternis. Est autem hæc misericordia super eos, qui timent Dominum.

Τὸ δὲ ἔλεος τοῦ Κυρίου ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος ἐπὶ τοῖς φοβουμένοις αὐτόν. Ἀπὸ τοῦ παρόντος αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ μέλλοντος, τουτέστι καὶ ἐν τῷ παρόντι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· καὶ ὧδε κἀκεῖ διηνεκῶς ἐλεεῖ, καὶ οὐδέποτε παύσεται· ἐνταῦθα μὲν τῶν ἐνταῦθα κινδύνων ῥυόμενος, τότε δὲ τῶν τότε κολαστηρίων ἐξαιρούμενος· ἔστι δὲ τὸ τοιοῦτον ἔλεος αὐτοῦ ἐν τοῖς φοβουμένοις αὐτόν.

Vers. 17. *Et justitia illius in filiis filiorum.* Justitiam dixit, pro retributione bonorum operum. Ad hunc enim sensum Symmachus transtulit. Dicit igitur quod hujusmodi justitia perpetua est, et quod per temporum successiones, filiis filiorum retribuet, ils, inquam, filiis, qui juxta patrum viam ambulaverint. Deinde eos ponit, apud quos hujusmodi justitia reperitur.

Καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ ἐπὶ υἱοῖς υἱῶν. Καὶ ἀμοιβὴ τῶν κατορθωμάτων· οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκε. Λέγει τοίνυν, ὅτι καὶ ἡ τοιαύτη δικαιοσύνη ὁμοίως ἐστὶ διηνεκής, κατὰ διαδοχὴν παρεχομένη τοῖς υἱοῖς τῶν υἱῶν· καὶ οὕτως ἐφεξῆς ἰδεύουσα· καὶ ἐνταῦθα κἀκεῖ τούτους τοῦ Θεοῦ ἀμειβομένου· εἶτα λέγει καὶ ἐπὶ τίσιν ἐστὶν ἡ ῥηθεῖσα δικαιοσύνη.

Iis qui servant testamentum ejus. Testamentum dico divinorum mandatorum, quod disposuit pro adoptatis sibi filiis, pollicitus per illud eis hæreditatem.

Τοῖς φυλάσσουσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. Τὴν διαθήκην τῶν ἐντολῶν, ἣν διέθετο ὑπὲρ τῶν υἱοποιηθέντων αὐτῷ κληρονομίαν, αὐτοῖς ἐπαγγειλάμενος δι' αὐτῆς.

Vers. 18. *Et memores sunt mandatorum ipsius, ut faciant ea.* Qui, inquit, memores sunt, non ut ea sciant simpliciter, sed ut opere perficiant. Filii autem filiorum, non tantum ii sunt, qui per cognationis successionem generantur, sed illi etiam, qui pietatis ac religionis hæredes sunt, ac successores.

Καὶ μεμνημένοις τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ, τοῦ ποιῆσαι αὐτάς. Μεμνημένοις αὐτῶν, οὐχ ἐπὶ τῷ γινώσκειν ἁπλῶς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ πληρῶσαι αὐτάς. Υἱοὶ δὲ υἱῶν οὐ μόνον οἱ κατὰ διαδοχὴν συγγενείας, ἀλλὰ καὶ οἱ κατὰ διαδοχὴν εὐσεβείας καὶ ἀρέτου πολιτείας.

Vers. 19. *Dominus in cœlo paravit thronum suum.* Qui igitur illius throno assistere cupiunt, cogitent cœlestia, et terrena despiciant. Denotatur autem his verbis summa Dei celsitudo. Et vide in secundo psalmo expositionem illius versiculi : *Qui habitat in cœlis irridebit.*

Κύριος ἐν τῷ οὐρανῷ ἡτοίμασε τὸν θρόνον αὐτοῦ. Λοιπὸν οἱ τῷ θρόνῳ αὐτοῦ παραστῆναι βουλόμενοι οὐράνια φρονείτωσαν, τῶν γηΐνων καταφρονοῦντες· τὸ ὕψος δὲ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ τὸ ῥητὸν ἐμφαίνει. Ζήτησον δὲ καὶ ἐν τῷ β' ψαλμῷ, τὴν παραγραφὴν τῆς ἐξηγήσεως τοῦ, *Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς.*

Et regnum ipsius omnibus dominabitur. Veluti

Καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ πάντων δεσπόζει. Ὡς

Digitized by Google

ποιητοῦ · ἀλλὰ τῶν εὐσεβῶν ἐκόντων μᾶλλον · τῶν δὲ ἀσεβῶν ἀκόντων.

A creatoris regnum ; verum fidelibus, non ut invitis dominabitur, sed ut sponte subjectis; infidelibus vero, etiam invitis.

Καὶ εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ. Ἐν οὐρανῷ θρόνου μνημονεύσας, εἰκότως καὶ τῶν περιεσταμένων ἀγγέλων ἐμνημόνευσε · κἀκείνους ὡς ὁμοδούλους εὐλογεῖν τὸν πάντων Δεσπότην προτρεπόμενος, χαίροντας ὅτι τοιαῦτα τοὺς ἀνθρώπους εὐεργετεῖ.

Vers. 20. *Benedicite Domino, omnes angeli ejus.* Cum throni cœlestis meminerit, consequenter assistentium etiam throno angelorum memoriam facit, exhortans illos veluti conservos, ut communi Domino benedicant, atque ut lætentur, quod tanta hominibus contulerit beneficia.

Δυνατοὶ ἰσχύι. Εὐσθενεῖς. Ἀγήρως; γὰρ ἡ δύναμις αὐτῶν καὶ ἀνώλεθρος, ἐπεὶ καὶ δυνάμεις λέγονται παρὰ τὸ δύνασθαι πληροῦν τὰ ἐπιτασσόμενα.

Potentes viribus. Hoc est robusti. Angelorum enim virtus non senescit, sed immortalis est, atque ideo Virtutes et Potestates appellantur, quia potentes nimirum sunt ut perficiant quæ sibi a Deo injunguntur.

Ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ, τοῦ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς τῶν λόγων αὐτοῦ. Πληροῦντες τὸ πρόσταγμα αὐτοῦ, ἅμα τῷ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς τῶν λόγων αὐτοῦ, τῆς ἀκουστῆς αὐτοῖς.

B *Facientes verbum ejus, audiendo vocem sermonum ejus.* Qui divina impletis mandata, simul ac audiveritis vocem sermonum ejus, quæ ab illis scilicet audiri potest.

Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. Εἰπὼν τοὺς ἀγγέλους, λέγει καὶ τὰς ἄλλας τάξεις τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων.

Vers. 21. *Benedicite Domino, omnes virtutes ejus.* Cum de angelis dixit, nunc de aliis ordinibus dicit, de incorporeis nimirum virtutibus.

Λειτουργοὶ αὐτοῦ οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ. Οἱ ἐν διαφόροις τάξεσι λειτουργοῦντες αὐτῷ, ἤτοι, ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ · εἶτα προτρέπεται ἁπλῶς πᾶσαν κτίσιν.

Ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus. Qui in variis ordinibus ei inserviunt, quique ejus voluntatem perficiunt. Deinde in universum omnem exhortatur creaturam ad Dei benedictionem, dicens :

Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. Καὶ πῶς εὐλογοῦσι τὰ ἄλογα καὶ τὰ ἄψυχα; Ἢ πάντως ἀντὶ φωνῆς χρώμενα τῇ ὄψει, τῷ κάλλει, τῷ μεγέθει, τῇ θέσει, τῇ χρείᾳ, καὶ τοῖς τοιούτοις ἐμφαντικοῖς τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως θαυμασίοις. Ὑφ' ὧν οἱ λογικοὶ κινοῦνται πρὸς εὐφημίαν τοῦ Κτίσαντος. Εἰώθασι δὲ καὶ ἄλλως οἱ προφῆται καὶ τὴν ἄλογον καὶ ἄψυχον φύσιν πολλάκις παραλαμβάνειν εἰς εὐφημίαν τοῦ Θεοῦ · τοῦτο μὲν ἐμφαίνοντες, ὡς οὐκ ἀρκεῖ πρὸς εὐφημίαν ἡ λογικὴ κτίσις, τοῦτο δὲ καὶ τοὺς λογικοὺς ἐπὶ πλέον διεγείροντες. Εἰ γὰρ καλοῦνται πρὸς αἶνον τοῦ ποιήσαντος τὰ ἄλογα, πολλῷ μᾶλλον οἱ λογικοί.

C *Benedicite Domino, omnia opera ejus.* Verum quonam pacto Deo benedicent, quæ irrationabilia sunt, aut inanimata ? Dum nimirum pro voce, aspectu utuntur, pulchritudine, situ, utilitate, atque aliis hujusmodi. Quæ omnia admirabilia sunt, sapientiamque ac potentiam Dei indicant. Ab iis enim rationales creaturæ in Creatoris laudem moventur. Solent etiam prophetæ sæpenumero, ad divinas laudes concinendas, ipsam etiam irrationalem, atque inanimatam naturam advocare, denotare volentes quod rationalis creatura ad dicendas hujusmodi laudes non sufficit : quod si ipsa etiam (10) irrationalia ad divinas laudes excitantur, quanto magis a rationabilibus creaturis Deus laudandus est ?

Ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον. Καὶ ποῖος τόπος οὐκ ἔστι τῆς δεσποτείας αὐτοῦ ; Λοιπὸν οὖν ἔνθα ἂν τύχωμεν ὄντες, ἀδιαστόλως εὐλογῶμεν τὸν Κύριον. Τί δ' ἂν εἴποιεν οἱ μὴ δυνάμενοι ᾄδειν τὴν ᾠδὴν Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας, Ἰουδαῖοι, προδηλοῦντος τοῦ ῥητοῦ τὴν τῶν ἐθνῶν εὐαγγελικὴν λατρείαν καὶ αὐτὴν τῆς νομικῆς προτιμῶντος;

D *In omni loco dominationis ejus, benedic, anima mea, Domino.* Verum quisnam locus est, qui non sit sub dominio Dei ? Certe nullus, restat igitur ut ubicunque locorum fuerimus, illic indistincte Deum laudemus. Sed quid ad hæc dicent Judæi qui cantare nequeunt canticum Domini in terra aliena, cum Propheta evangelicum cultum ac religionem introducere manifeste videatur, eumque ipsi etiam legi præferre ?

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ἐπὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως.

Psalmus ipsi David pro mundi constitutione.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΓ'.

Διὰ μὲν τοῦ προλαβόντος ψαλμοῦ εὐλογεῖ τὸν Κύριον, εὐχαριστῶν περὶ τῶν εἰς ἡμᾶς γινομένων εὐεργεσιῶν · διὰ δὲ τοῦ παρόντος εὐλογεῖ πάλιν αὐτόν, ὑπερθαυμάζων μάλιστα τὴν ὑπ' αὐτοῦ γινομένην κτίσιν.

PSALMUS CIII.

In superiori psalmo benedixit Deo, gratias ei agens, pro beneficiis in nos collatis; in præsenti rursus ei benedicit, et creaturam omnem ab eo conditam admiratur.

Variæ lectiones.

(10) Expressius : *Tum denotantes*, etc., *tum etiam rationales ad hanc rem magis magisque excitantes. Si enim ipsa etiam*, etc.

Digitized by Google

VERS. 1. *Benedic, anima mea, Domino. Domine Deus meus, magnificatus es vehementer.* Magnus valde omnibus apparuisti, ob tuorum nimirum operum magnitudinem et ob summam providentiam, quam erga creaturam tuam indesinenter ostendis.

A *Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον· Κύριε ὁ Θεός μου, ἐμεγαλύνθης σφόδρα.* Μέγας σφόδρα ἐγνωρίσθης ἡμῖν ἀπὸ τῆς μεγαλουργίας καὶ προνοίας τῶν κτισμάτων.

Confessionem et magnificentiam induisti. Per confessionem quidem gratiarum actiones significat; per magnificentiam vero, honorem illum, qui magno atque excelso cuipiam debetur. Hæc duo, inquit, tibi circumposuisti. Ob magnitudinem quippe operum et creaturarum, ut dictum est, gratiæ Deo juges aguntur, quod propter humanum genus tot bona creaverit: honorque ei etiam summus habetur, tanquam rerum omnium opifici.

Ἐξομολόγησιν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἐνεδύσω. Ἐξομολόγησιν μὲν λέγει νῦν τὴν εὐχαριστίαν, μεγαλοπρέπειαν δὲ τὴν μεγαλοπρέπουσαν τιμήν. Ταύτας, φησὶ, περιέθου σεαυτῷ διὰ τῆς μεγαλουργίας, ὡς εἴρηται, τῶν κτισμάτων, εὐχαριστούμενος μὲν ὅτι τοιαῦτα δι' ἡμᾶς πεποίηκας, τιμώμενος δὲ, ὡς τοιοῦτος κτίστης.

VERS. 2. *Amictus lumine, quasi vestimento.* Ille, B qui amictus est luce, tegitur a luce. Simile quiddam de Deo ipse etiam Paulus dicit: *Qui habitat*, inquiens, *lucem inaccessibilem.* Ex his vero docemur, Deum invisibilem esse, et intellectu humano comprehendi non posse. Huic autem versiculo non adversatur, quod alibi Propheta dixit: *Qui posuit tenebras latibulum suum* [31]: quippe cum inaccessibilis lux idem efficiat quod efficiunt tenebræ; utrumque enim oculorum aciem non admittit. Quod si exterior Dei lux, et qua circumdatur inaccessibilis est, quanto magis id quod in ea tegitur, videri non poterit? Cæterum alii per lucem, munditiam, alii cogitationem et scientiam intellexerunt.

Ὁ ἀναβαλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον. Ἐνδυόμενος φῶς, ἐγκαλυπτόμενος φωτί. Ὅμοιον δὲ καὶ Παῦλος εἴρηκε· *Φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον.* Ἀφ' ὧν τὸ κατὰ φύσιν ἀόρατον καὶ ἀκατάληπτον τοῦ Θεοῦ διδάσκουσιν. Οὐκ εἰσὶ δὲ ταῦτα ἐναντία πρὸς τὸ, *Ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ.* Τὸ γὰρ ἀπρόσιτον φῶς ταυτὸν ποιεῖ τῷ σκότει, μὴ συγχωροῦν ἐνορᾶν αὐτῷ· εἰ δὲ τὸ ἐκτὸς φωτὸς ἀπρόσιτον, πολλῷ μᾶλλον τὸ ἐντὸς τοῦ τοιούτου φωτός· ἄλλοι δὲ φῶς νῦν τὴν καθαρότητα νενοήκασιν· ἕτεροι δὲ τὴν γνῶσιν.

VERS. 3. *Extendens cœlum quasi pellem.* Domine, inquit, Deus meus, magnificatus es vehementer, tu hæc atque illa operatus es; tu facile cœlum extendisti, nec secus ac si quis pellem extendat. Et David quidem hoc pacto nos docet, quam facile Deo fuerit cœlum creare. Isaias autem alia quadam atque eleganti translatione usus, illius etiam immobilitatem ac figuram demonstravit, dicens: *Qui statuit cœlum quasi cameram* [32]. Quod si pellem pro tabernaculo intellexeris, dicemus figuram cœli hoc sermone significari. Erat quippe tabernaculum instar fornicis. Dictio autem, *extendens*, quamvis præsentis sit temporis, tamen pro præterito posita est. Sæpenumero enim apud Scripturam tempus ponitur pro tempore, quemadmodum etiam in sequentibus fieri videbis.

C *Ὁ ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρριν.* Κύριε, φησὶν, ὁ Θεός μου, ἐμεγαλύνθης σφόδρα· σὺ ὁ ποιήσας τάδε καὶ τάδε· ὁ ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν οὕτω εὐχερῶς, ὡς ἐκτείνει τις δέρμα. Ἀλλὰ Δαβὶδ μὲν τὸ ῥᾴδιον τῆς τοῦ οὐρανοῦ παραγωγῆς οὕτως ἐδίδαξεν. Ἡσαΐας δὲ τὸ ἀκίνητον αὐτοῦ παρέστησε, καὶ τὸ σχῆμα, λέγων· *Ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν καμάραν.* Εἰ δέ γε τὴν δέρριν σκηνὴν ἑρμηνεύσεις, ἐμφαίνει τὸ σχῆμα Δαβίδ· καμαροειδὴς γὰρ ἡ σκηνή. Ἀδιάφορον δὲ τὸ *ἐκτείνων*, ἀντὶ, ὁ ἐκτείνας· τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ ἑφεξῆς, κατὰ ἀντιχρονίαν.

Qui tegis aquis superiora ejus. Qui tegis, inquit, et cooperis ejus cœli excelsa: ipsum scilicet secundum cœlum. *Et divisit*, inquit, *Deus inter medium aquæ quæ erat infra firmamentum, et inter medium aquæ, quæ erat supra firmamentum* [33]. Admirandum est igitur, quod fluida aquæ natura contineri potuerit supra firmamentum, quod curvum est, et non effluxerit. Nam et ipsum firmamentum fornicis figuram habet, quemadmodum aspectus docet.

D *Ὁ στεγάζων ἐν ὕδασι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ.* Ὁ σκεπάζων τὰ ὑψηλὰ ἑαυτοῦ, ἤτοι τὸν δεύτερον οὐρανόν. *Καὶ διεχώρισε*, φησὶν, *ὁ Θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος, ὃ ἦν ὑποκάτω τοῦ στερεώματος, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος, ὃ ἦν ἄνωθεν τοῦ στερεώματος.* Ὑπερθαύμαστον οὖν καὶ τὸ κρατεῖσθαι τὴν ῥυτὴν τοῦ ὕδατος φύσιν ἄνωθεν τοῦ κυρτοῦ στερεώματος ἀδιάλυτον. Καμαροειδὲς δὲ καὶ τοῦτο, καθὼς δείκνυσιν ἡ ὄψις.

Qui ponis nubi ascensum tuum. Qui ascendis super nubem, eaque ut vehiculo uteris: sicuti olim in monte Sina.

Ὁ τιθεὶς νέφει τὴν ἐπίβασιν αὐτοῦ. Ὁ ἐπιβαίνων νέφους, καὶ ὀχήματι τούτῳ χρώμενος ἐπὶ τοῦ Σινᾶ.

Qui ambulas super alas ventorum. Qui alis ventorum veheris: quibus verbis denotare videtur,

Ὁ περιπατῶν ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων. Ὁ ταῖς πτέρυξι τῶν ἀνέμων ἐποχούμενος, δι' οὗ τὸ παντα-

[31] Psal. XVII, 12. [32] Isa. XL, 22. [33] Gen. I, 7.

Digitized by Google

χοῦ παρεῖναι τοῦτον ἐμφαίνει. Ὀξυκίνητον γὰρ ὁ ἄνεμος, καὶ θᾶττον ἀπὸ περάτων εἰς πέρατα φθάνων, καὶ ταχέως τὸ πᾶν ἐπιπορευόμενος.

Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ φλέγον. Καὶ τῆς ἀοράτου κτίσεως ποιητὴν αὐτὸν ἀναπρύττει. Τοὺς αὐτοὺς δὲ καὶ πνεύματα καὶ πῦρ προσηγόρευσε, τὸ ὀξυκίνητον αὐτῶν καὶ δραστήριον· ἐντεῦθεν ὑποδηλῶν, ἢ καὶ ὑπογράφων αὐτῶν τὴν φύσιν· πνεύματα δὲ νοερὰ, καὶ πῦρ ἄϋλον.

Ὁ θεμελιῶν τὴν γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς. Ἐπὶ ποίαν; Ἢ δηλαδὴ τὸν ὄρον τοῦ Θεοῦ τὸν ἀντὶ ἕδρας αὐτῇ γενόμενον, καὶ αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς ἑδράζοντα.

Οὐ κλιθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Οὐ περιτραπήσεταί ποτε, εἰ καὶ σαλευθήσεται.

Ἄβυσσος ἱμάτιον τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ. Τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ τοῦ στοιχείου, ἤτοι τῆς γῆς, ἄβυσσός ἐστιν, ἤγουν πλῆθος ὑδάτων, ὅ ἐστι θάλασσα, ὡς ἱμάτιον περιβεβλημένη αὐτῷ. Νοεῖται δὲ καὶ περὶ τῆς ἀκαταληψίας τῆς σοφίας, καὶ δυνάμεως, καὶ προνοίας τοῦ Θεοῦ· ἐκπλαγεὶς γὰρ, φησὶν, ὅτι ἄβυσσος ἀκαταληψίας, ὡς ἱμάτιον, ἡ περιβολὴ αὐτοῦ, τουτέστιν, ἀκαταληψίαν ὡς ἱμάτιον περιεβάλετο, πανταχόθεν ἀκατάληπτος ὤν.

Ἐπὶ τῶν ὀρέων στήσονται ὕδατα. Ἐπὶ τῶν ὀρέων συναχθήσονται καὶ πηγάσουσι, καίτοι πεφυκότα καταῤῥέειν ἀπὸ τῶν ὑψηλοτέρων τόπων. Ἢ ἐπίσης τοῖς ὄρεσιν ἀντιστήσονται μετεωριζόμενα τὰ κύματα τῆς θαλάσσης, ἤτοι τὰ ὕδατα.

Ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου φεύξονται. Τὰ μὲν ἀπὸ τῶν ὀρέων πηγάζοντα ἀπὸ σφοδρᾶς σου κελεύσεως ξηρανθήσονται, τὰ δὲ μετεωριζόμενα κύματα τῆς θαλάσσης καταστηλήσονται. Καὶ *Ἐπετίμησε*, φησὶ, τῇ *Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ ἐξηράνθη.*

Ἀπὸ φωνῆς βροντῆς σου δειλιάσουσιν. Τρομάξουσι φυσικῷ τινι λόγῳ, ἢ καὶ πρὸς ὠφέλειαν ἡμῶν. Εἰ δὲ τὰ ὕδατα τρέμουσι φωνῆς γενομένης, οἷον ἀγαναχτήσεώς τινος αἰσθανόμενα, πολλῷ μᾶλλον τοὺς λογικοὺς ἡμᾶς τοῦτο πάσχειν χρὴ, καὶ συστέλλεσθαι.

Ἀναβαίνουσιν ὄρη, καὶ καταβαίνουσι πεδία εἰς τὸν τόπον, ὃν ἐθεμελίωσας αὐτοῖς. Ὑψώθησαν τὰ ὄρη, καὶ ἐταπεινώθησαν τὰ πεδία, εἰς τὸν τόπον ὃν ἥδρασας αὐτοῖς. Εἰ δὲ μὴ περὶ τῆς θέσεως τῶν ὀρέων καὶ τῶν πεδιάδων ταῦτα μὴ νοήσεις, εἴη ἂν τῶν ὑδάτων τῆς θαλάσσης, ὅτι ἀναβαίνουσι τὰ ὄρη ὑψούμενα, καὶ καταβαίνουσι τὰ πεδία ταπεινούμενα· λείποντος τοῦ ὡς.

illum ubique esse : quippe cum venti motu velocissimi sint, et citissime ab extremis terræ finibus ad alios fines perveniant, et totum orbem quasi momento circumeant.

Vers. 4. *Qui facis angelos tuos spiritus, et ministros tuos ignem urentem.* Illum etiam invisibilis naturæ factorem esse prædicat. Eosdem vero angelos et spiritus, et ignis nomine appellat, ut velocem illorum motum atque efficaciam exprimat, vel eorum naturam etiam hoc pacto describens. Angeli etenim spiritus intellectuales sunt, et ignis quidam immaterialis.

Vers. 5. *Qui fundasti terram super stabilitatem suam.* Sed quamnam intelligit terræ stabilitatem ? Dic quod divina dispositio pro stabilitate ei effecta est. Super seipsam enim eam stabilivit Deus.

Non inclinabitur in sæculum sæculi. Non pervertetur, etsi commovebitur aliquando.

Vers. 6. *Abyssus quasi vestimentum amictus ejus.* Amictus elementi ejus terrestris, abyssus est : ipsa videlicet aquarum moles, quam mare appellamus : quæ instar cujusdam vestimenti terram complectitur, atque expanditur super eam. Possunt etiam hæc Prophetæ verba intelligi de incomprehensibilitate sapientiæ, potentiæ, ac providentiæ Dei, cujus immensitatem admiratus, dicit, quod abyssus divinæ incomprehensibilitatis est quasi quoddam vestimentum. Nam cum ex omni parte Deus incomprehensibilis sit, incomprehensibilitate illa veluti indumento quodam amictus esse quodammodo videtur et circumdatus.

Super montes stabunt aquæ. Aquæ, inquit, in ipsis montibus congregantur, et fontes illic scaturiunt, quanquam alioqui suapte natura ab alto soleant ad inferiora defluere. Vel aliter : Aquæ ac fluctus adeo in altum tollentur, ut ipsa etiam montium æquent cacumina.

Vers. 7. *Ab increpatione tua fugient.* Ob auctoritatem et efficaciam mandatorum tuorum, aquæ quæ in montibus scaturiunt, exsiccabuntur, et sublimes etiam maris fluctus comprimentur. *Increpavit* enim, inquit, *Dominus, mare Rubrum, et exsiccatum est* [24].

A voce tonitrui tui formidabunt. Contremiscent naturali quadam ratione, vel ad utilitatem nostram. Quod si aquæ quæ ipso etiam sensu carent, facto tonitruo formidabunt, quanto magis nobis, qui rationales sumus, id accidere debet ? ut scilicet timore corripiamur.

Vers. 8. *Ascendunt montes, et descendunt campi in locum, quem fundasti eis.* Exaltati sunt montes, et depressi sunt campi in locum, quem illis stabilisti. Quod si de montium et camporum situ hæc intelligenda non censeas, dici etiam potest de aquis maris, quod fluctus ejus ascendunt, atque extolluntur in altum, quasi montes, et depressi, camporum instar, humiles descendunt. Juxta quem sensum subintelligenda est dictio, *veluti*.

[24] Psal. cv, 9.

Digitized by Google

VERS. 9. *Terminum posuisti, quem non transgredientur.* Montes scilicet vel fluctus maris. Terminus autem iste est mandatum divinum, quod omnia suis sedibus continet et coercet.

Neque convertentur operire terram. Non mutabuntur a statuto ordine. Neque enim montes devolventur, aut fluctus terminos pertransibunt.

VERS. 10. *Qui emittis fontes in convallibus.* Qui fontes tribuis ad commodum animalium, in montibus degentium.

Inter medium montium pertransibunt aquæ. Illuc enim pertranseunt flumina. Et deinde causam addit, dicens :

VERS. 11. *Bibent omnes feræ agri.* Agri, id est montis, seu saltus. Neque enim frustra Deus ejusmodi aquas emisit, sed per illas ignobiliuin etiam animalium salutem procurat.

Assument onagri in siti sua. Accipient has aquas, ob suam sitim. Est autem onager natura aridum ac valde sitibundum animal ; quod docet Jeremias eo in loco, ubi siccitatem quamdam describit, dicens inter cætera : *Onagri steterunt in saltibus suis, traxerunt ventum, ut animarentur* [33].

VERS. 12. *In eis volucres cœli habitabunt.* Apud aquas fluminum et in eorum ripis habitabunt aves, quæcunque scilicet aquas incolunt.

De medio petrarum dabunt vocem. Aquæ nimirum, quæ cum impetu ac strepitu exeunt de petris, et suavi quodam susurro animalia ad potum vocare videntur, ipsosque homines ad cantum et divinas laudes movere : cum admirandum omnino videatur, quod ex aridissimis petris, natura hujusmodi, humida scilicet, tam copiose ac perpetuo profluat.

VERS. 13. *Qui rigas montes de cœnaculis tuis.* De nubibus scilicet ; illinc enim montes irrigantur. Quod si montes ab eo irrigantur, consequenter et campi et tota terra, subministratis videlicet superne pluviis, et cum mensura.

A fructu operum tuorum satiabitur terra. Per terram, animalia intelligit, quæ ex terra sunt, seu quæ terram habitant ; per fructus autem operum Dei, omnes fructus intelligendi sunt, non tantum ea ratione quod illius mandato facti sunt, sed etiam quia plantæ, quæ fructus producunt, ab eodem sunt creatæ. Quidam vero præcedentem versiculum de montibus tantummodo intelligentes, præsentem intelligunt de reliqua parte terræ, quæ irrigatur a fructu operum Dei, dicentes per fructum operum Dei hoc in loco pluviam intelligi tanquam fructum divinarum administrationum, quibus nubes creat. Deinde addit pluviarum utilitatem.

VERS. 14. *Qui producis herbam pecoribus, et olus servituti hominum.* (Per dictiones χόρτον et χλόην, quæ hic in Græco habentur, non fenum et herbam simpliciter significare voluit Propheta, ut Latinus reddidit interpres, sed per χόρτον (quæ magis proprie *herba* dicitur, quam *fenum*), illam herbam, ut aliqui sentiunt, quæ incultis in locis

[33] Jerem. XIV, 6.

A Ὅριον ἔθου, ὃ οὐ παρελεύσονται. Τὰ ὄρη, ἢ τὰ κύματα. Ὅριον δὲ τὸ θεῖον πρόσταγμα συνέχον αὐτά.

Οὐδὲ ἐπιστρέψουσι καλύψαι τὴν γῆν. Οὐδὲ μετακινηθήσονται τῆς τάξεως· τὰ μὲν ὄρη κατακυλιόμενα, τὰ δὲ κύματα ἐκτρέχοντα.

Ὁ ἐξαποστέλλων πηγὰς ἐν φάραγξιν. Ὁ διδοὺς ; εἰς χρείαν τῶν ἐν αὐταῖς ζώων.

Ἀνὰ μέσον τῶν ὀρέων διελεύσονται ὕδατα Διέρχονται ποταμοί. Εἶτα προστίθησι καὶ τίνος ἕνεκεν.

Ποτιοῦσι πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ. Τοῦ ὄρους· οὐ μάτην ῥέοντα, ἀλλ' ἐπὶ προνοίας καὶ τῶν B εὐτελεστάτων.

Προσδέξονται ὄναγροι εἰς δίψαν αὐτῶν. Ἀποδέξονται ὀναγροι ταῦτα διὰ τὴν δίψαν αὐτῶν· κατάξηρον γὰρ τὸ ζῶον τοῦτο καὶ διψῶδες. Δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ Ἱερεμίας περὶ τῆς ἀνομβρίας διηγούμενος· Ὄνοι ἄγριοι, φησὶν, ἔστησαν ἐπὶ νάπας αὐτῶν, εἵλκυσαν ἄνεμον, ἐψυχέσθαι.

Ἐπ' αὐτὰ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσει. Παρὰ τοῖς ὕδασι τῶν ποταμῶν, ἐν ταῖς ὄχθαις τὰ πετεινά, ὅσα φλυδρα, κατασκηνώσει.

Ἐκ μέσου τῶν πετρῶν δώσουσι φωνήν. Τὰ ὕδατα δηλονότι· ἐκ πετρῶν γὰρ ἐκπορευόμενα μετὰ ῥύμης καὶ ἤχου, μονονουχὶ τὰ ζῶα μὲν εἰς πόσιν C καλοῦσι, τοὺς ἀνθρώπους δὲ κινοῦσιν εἰς ὕμνον τοῦ ἐκ πετρῶν ξηρῶν φύσιν ὑγρὰν εἰς πλῆθος προχέοντος.

Ποτίζων ὄρη ἐκ τῶν ὑπερῴων αὐτοῦ. Ἐκ τῶν νεφελῶν· ἐκεῖθεν γὰρ τὰ ὄρη ποτίζεται. Εἰ δὲ τὰ ὄρη, καὶ τὰ πεδία, καὶ ἁπλῶς πᾶσα ἡ γῆ, συμμέτρως ἄνωθεν ἐπιχορηγουμένων τῶν ὑετῶν.

Ἀπὸ καρποῦ τῶν ἔργων σου χορτασθήσεται ἡ γῆ. Τὰ ἐκ τῆς γῆς ζῶα· ἤτοι τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Καρποὶ δὲ τῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ οἱ καρποὶ σύμπαντες, οὐ μόνον ἐν τῷ προστάγματι τοῦ Θεοῦ γινόμενοι, ἀλλὰ καὶ ὡς τῶν φυόντων αὐτοὺς, ἐργασθέντων ὑπὸ Θεοῦ. Τινὲς δὲ, τὸ προηγούμενον ῥητὸν περὶ D μόνων τῶν ὀρέων νοοῦντες, ἐκλαμβάνουσι τὸ παρὸν περὶ τῆς ἄλλης γῆς· ὅτι Ἀρδευθήσεται ἀπὸ καρποῦ τῶν ἔργων σου· καρπὸν τῶν ἔργων αὐτοῦ τὸν ὑετὸν ἐνταῦθα προσαγορευθῆναι λέγοντες, ὡς καρπὸν τῶν οἰκονομιῶν αὐτοῦ, καθ' ἃς ἐργάζεται τὰς νεφέλας· εἶτα προστίθησι καὶ τὴν χρείαν τῶν ὑετῶν.

Ἐξανατέλλων χόρτον τοῖς κτήνεσι, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων. Χόρτον μέν τινές φασι τὸν ἐν τοῖς ἀγεωργήτοις τόποις φυόμενον, χλόην δὲ τὴν ἐν τοῖς γεωργουμένοις, ὧν τὸν μὲν τοῖς ἐλευθέροις κτήνεσιν ἀπονενεμῆσθαι, τοῖς ποηφάγοις, τὸν δὲ τοῖς δουλεύουσι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, οἷον βουσὶν, ἵπποις, ὄνοις, προβάτοις, αἰξὶ,

Digitized by Google

καὶ τοῖς τοιούτοις, ἅπερ ὁμοῦ πάντα δουλείαν τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἀνθρώποις δουλεύοντα προσαγορευθῆναι. Τινὲς δὲ πάλιν ἑτέρως ἡρμήνευσαν, χόρτον μὲν νοήσαντες τὸν μὴ φέροντα καρπὸν χρήσιμον εἰς βρῶσιν ἀνθρώπων, χλόην δὲ τὴν καρποφοροῦσαν εὔχρηστον· κἀκεῖνον μὲν ἐξανατέλλεσθαι τοῖς κτήνεσι, ταύτην δὲ τοῖς ἀνθρώποις· τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ὡς τῆς γῆς δουλευούσης τοῖς ἀνθρώποις, δι' οὓς καὶ γέγονε.

A nascitur; per χλόην vero illam quam nos, tametsi minus proprie, vocabuli inopia *olus* diximus, et ex cultis percipitur locis: quorum alteram datam esse dicunt liberis pecoribus quæ herbis vescuntur, alterum iis quæ humano generi deserviunt, veluti bobus, equis, ovibus, et similibus, quæ animalia Propheta servitutem hominum appellavit, quod hominibus serviunt. Alii vero per χλόην omnem herbam intellexerunt, quæ humano usui in cibum deservit, qua ratione olus eam appellavimus: et per herbam, quidquid hominibus in cibi usum non venit. Hanc igitur pecoribus productam dicit Propheta, illud vero hominibus. *Servituti* etiam *hominum* dixit, quia terra hominum usibus inservit, ob quos a Deo fuit creata.

Τοῦ ἐξαγαγεῖν ἄρτον ἐκ τῆς γῆς. Χορτασθήσεται, φησίν, ἡ γῆ, ἕνεκα τοῦ ἐξαγαγεῖν ἄρτον ἐξ αὐτῆς, ἀπὸ σίτου κατασκευαζόμενον.

VERS. 15. *Ad educendum panem de terra.* Satiabitur, inquit, terra ut educatur ex ea panis, qui de frumento in terra nato conficitur.

Καὶ οἶνος εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου. Καὶ ὁ οἶνος καρπὸς τῆς γῆς ὤν, καὶ ἐξ αὐτῆς ἀναδιδόμενος, εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπων, θεραπεύων, καὶ ἀνιεὶς αὐτήν.

Et vinum lætificat cor hominis. Ipsum etiam vinum terræ fructus est, et lætificat cor hominis: quippe cum et robur præstet, et sollicitudines remittat.

Τοῦ ἱλαρῦναι πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ. Καὶ ἕνεκα πάλιν τοῦ ἁπαλῦναι, καὶ φαιδρῦναι ἐν ἐλαίῳ γεωργουμένῳ ἀπὸ φυτοῦ αὐτῆς πρόσωπον σκληραγωγηθὲν ἀνθρώπου.

Ad exhilarandum faciem in oleo. Et rursus ea ratione, ut aridam antea atque asperam hominis faciem hilarem reddat, idque efficiat in oleo, quod a terræ planta producitur.

Καὶ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει. Ὁ μὲν οἶνος εὐφραίνει αὐτήν. Οὗτος δὲ δυναμοῖ κεκμηκυῖαν, καρπὸς ὢν καὶ αὐτὸς τῆς γῆς· πάντων γὰρ ἔθετο πρόνοιαν ὁ Δημιουργὸς, καὶ ἀλόγων, καὶ λογικῶν, χορτάζων τὴν γῆν, ἵνα πιανθεῖσα, τούτοις ἀνήσει τὰ ἐπιτήδεια.

Et panis cor hominis confirmat. Vinum quidem lætificat cor, panis autem vires fatigatis præstat, et ipsius etiam terræ fructus est. Omnium igitur creaturarum providentiam habuit Deus, tam irrationalium, quam ratione præditarum: terramque ipsam satiavit, ut pinguefacta, opportuna omnibus alimenta tribueret et necessaria.

Χορτασθήσεται τὰ ξύλα τοῦ πεδίου. Ἀρδευθήσεται, πιανθήσεται τὰ φυτὰ τῆς γῆς, τὰ παντοῖα δένδρα.

VERS. 16. *Saturabuntur ligna campi.* Irrigabuntur et pinguescent plantæ omnes terræ, et universæ arbores.

Αἱ κέδροι τοῦ Λιβάνου, ἃς ἐφύτευσας. Διὰ τούτων ὡς ἐπισημοτέρων πάσας ὑπεδηλοῖ· *Ἐφύτευσας* δὲ ἀντὶ τοῦ, ἐξανέτειλας προστάγματι.

Cedri Libani quas plantasti. Per cedros, veluti insigniores arbores, cæteras etiam significavit. *Plantasti* autem, hoc est, e terra eduxisti mandato tuo.

Ἐκεῖ στρουθία ἐννοσσεύσουσιν. Ἐν τοῖς φυτοῖς, ἐν τοῖς δένδροις, ἐν ταῖς κέδροις. Διὰ δὲ τῶν στρουθίων καὶ τἆλλα νόησον ὄρνεα. Οὐ μόνον γὰρ ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὄρνεσι χρήσιμος ἡ ἀνάδοσις τῶν δένδρων.

Ibi passeres nidificabunt. Ibi, in plantis scilicet, et arboribus, in cedris. Per passeres simili modo omne aliud volucrum genus intellige. Neque enim hominibus tantum, sed ipsis etiam avibus utilissima fuit arborum creatio.

Τοῦ ἐρωδιοῦ ἡ κατοικία ἡγεῖται αὐτῶν. Ὁ ἐρωδιὸς εἶδος ὄρνεου πρώτου πηγνύντος τὴν καλιάν.

VERS. 18. *Erodii domus præcedit eas.* Erodius genus est avis, quæ prima avium omnium nidum figit.

Ὄρη τὰ ὑψηλὰ ταῖς ἐλάφοις· πέτρα καταφυγὴ τοῖς λαγωοῖς. Ὅρα καὶ τῶν ὑψηλῶν ὀρέων, τῶν πετρῶν τὸ χρήσιμον· πάντων γὰρ, ὡς εἴρηται, πρόνοιαν ἔσχε, μέχρι καὶ τῶν σμικροτάτων ζώων, ὁ Κτίστης. Εἰ γὰρ μὴ τὰ ὄρη μηδ' αἱ πέτραι γεγόνασιν, ἐπέλειψαν ἂν πάλαι τὰ ῥηθέντα γένη τῶν ζώων, ὑπὸ τῶν σαρκοφάγων ἐκδαπανηθέντα.

Montes excelsi cervis, petra refugium leporibus. Vide ipsorum etiam montium ac petrarum utilitatem, et quomodo vel infirmorum etiam animantium summus Opifex curam habeat. Nam si montes nulli essent, nec ullæ petræ, defecissent sane olim omnia, quæ diximus animantia, et ab immitioribus feris fuissent consumpta.

Ἐποίησε σελήνην εἰς καιρούς. Τοὺς τῆς νυκτὸς δηλονότι. Τὴν σελήνην γὰρ καὶ τοὺς ἀστέρας, εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτὸς, ἐπὶ τῷ φωτίζειν αὐτήν.

VERS. 19. *Fecit lunam in tempora.* In tempora scilicet noctis. Lunam enim et stellas in præfecturas noctis creavit, ut eam illuminarent.

Ὁ ἥλιος ἔγνω τὴν δύσιν αὐτοῦ. Ἔγνω ταύτην, οὐχ ὡς ἔμψυχος, ἀλλὰ κατὰ τὸν θεῖον ὅρον, ὃν οὐχ ὑπερβαίνει, καθάπερ τις λογικὸς, εἰδὼς τὸ προστε-

Sol cognovit occasum suum. Cognovit occasum suum sol, non veluti is qui animam aut sensum habeat, sed veluti is qui divinam determinationem

Digitized by Google

non transgreditur. Quocirca Creatoris mandatum non secus videtur cognovisse, ac si rationem haberet. Est autem sermo hic metaphoricus, et significat quod ipse etiam sol mandato Dei operatur, et constitutum ab eo occasus sui ordinem observat.

A ταγμένον. Μεταφορικὸν δὲ τὸ ἔγνω· δηλοῖ δὲ τὸ ἐνεργεῖ, ἢ τὸ ἀσπάζεται.

Vers. 20. *Posuisti tenebras, et facta est nox.* Determinasti, inquit, tenebras, quæ post solis et diei lucem succedunt, et facta est nox. *Tenebras* enim, inquit [36], *appellavit noctem.*

Ἔθου σκότος, καὶ ἐγένετο νύξ. Ὥρισας σκότος, παρυφιστάμενον, ὑποχωροῦντος τοῦ ἡμερινοῦ καὶ ἡλιακοῦ φωτός, καὶ ἐγένετο νύξ· Καὶ τὸ σκότος γάρ, φησὶν, ἐκάλεσε νύκτα.

In ipsa pertransibunt omnes feræ silvæ. Considera etiam noctis utilitatem: quæ non tantum hominibus requiem adducit, et diurnis fessos laboribus fortiores reddit, sed ipsis etiam feris liberam prodeundi facultatem præstat.

Ἐν αὐτῇ διελεύσονται πάντα τὰ θηρία τοῦ δρυμοῦ. Σκόπει καὶ τῆς νυκτὸς τὸ χρήσιμον. Οὐ μόνον γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ἐπάγει (11), καὶ παραλαβοῦσα κεκμηκότας τοῖς μεθημερινοῖς πόνοις, ἀκμαίους ἐργάζεται, ἀλλὰ καὶ τοῖς θηρίοις παῤῥησίαν εἰς τὸ βαδίζειν χαρίζεται.

Vers. 21. *Catuli leonum rugientes, ut rapiant, et quærant a Deo escam sibi.* Catuli leonum frendentes, ut rapiant et parent sibi cibos, qui a Deo eis ministrantur. Ab eo etenim cunctis cibus præbetur animantibus: *Qui dat* enim, inquit, *escam omni carni* [37]. Vel, ut quærant et petant cibos a Deo. Nam et multi homines sæpenumero, famis aut sitis tempore, animalia conspexerunt cœlum ipsum intueri, et ineffabili quodam quasi sermone Factorem suum invocare.

B Σκύμνοι ὠρυόμενοι τοῦ ἁρπάσαι, καὶ ζητῆσαι παρὰ τῷ Θεῷ βρῶσιν αὐτοῖς. Σκύμνοι λεόντων ὠρυόμενοι, χάριν τοῦ ἁρπάσαι καὶ πορίσασθαι βρῶσιν αὐτοῖς, παρὰ τῷ Θεῷ οὖσαν, ἢ παρὰ τοῦ Θεοῦ χορηγουμένην· ἐκεῖθεν γὰρ ἡ τροφὴ πᾶσι τοῖς ζώοις· Ὁ διδοὺς γὰρ τροφὴν πάσῃ σαρκί· ἢ καὶ ζητῆσαι παρὰ τοῦ Θεοῦ. Πολλοὶ γὰρ πολλάκις πολλὰ τῶν ζώων εἶδον, ἐν καιρῷ λιμοῦ καὶ δίψης ἀνατεινόμενα πρὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἀπορρήτῳ λόγῳ τὸν Ποιητὴν ἐπικαλούμενα

Vers. 22. *Ortus est sol et congregatæ sunt, et in cubilibus suis decumbent.* Naturali enim quodam instinctu feræ omnes cognoscere videntur illud tempus, quod eis ad perambulandum tributum est.

Ἀνέτειλεν ὁ ἥλιος, καὶ συνήχθησαν, καὶ εἰς τὰς μάνδρας αὐτῶν κοιτασθήσονται. Φυσικῶς εἰδότα τὸν ἀποκεκληρωμένον αὐτοῖς εἰς τὸ διοδεύειν καιρόν.

Vers. 23. *Exibit homo ad opus suum.* Ad opus scilicet diurnum. Dies namque homini et aliis mansuetis animalibus destinata est, ne immitia simul et mitia in unum convenientia, mutuo læderentur.

Ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐπὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ. C Τῆς ἡμέρας αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἡμέροις ζώοις ἀπονεμηθείσης, ἵνα μὴ τὰ ἄγρια συνελθόντα λύμην ἀλλήλοις ἐργάζωνται.

Et ad operationem suam usque ad vesperam. Per opus et operationem Propheta æque idem appellat. Inter hujusmodi autem sermones dum potentiam Dei admiratur, veluti stupore quodam correptus exclamavit, dicens:

Καὶ ἐπὶ τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ ἕως ἑσπέρας. Ἔργον καὶ ἐργασίαν ἐκ παραλλήλου τὸ αὐτὸ δηλοῖ· εἶτα μεταξὺ τῶν λόγων ἐκπλαγεὶς ἀνεβόησεν·

Vers. 24. *Quam magnificata sunt opera tua, Domine!* Valde admirabilia esse apparuerunt, alio nimirum opere ad aliud optime se habente, et omnibus in universum inter se ad unius mundi perfectionem tendentibus.

Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε! Λίαν ἐθαυμαστώθησαν, ἄλλο πρὸς ἄλλο τι καλῶς ἔχοντα, καὶ πάντων πρὸς ἅπαντα, εἰς ἑνὸς κόσμου συμπλήρωσιν.

Omnia in sapientia perfecisti. Cum nihil, vel minimum, sit frustra aut superflue a te creatum, D sed omnia rationem habeant, ob quam facta sunt, tametsi interea a nobis ea percipi non possint, veluti incomprehensibilia.

Πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. Οὐδὲ τοῦ σμικροτάτου μάτην καὶ περιττῶς γεγονότος, ἀλλὰ πάντων λόγους ἐχόντων, δι' οὓς παρήχθησαν, εἰ καὶ ἡμῖν πέως ἀκαταλήπτους.

Impleta est terra creatione tua. Hoc est, rebus a te creatis.

Ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς κτίσεώς σου. Ἐπληρώθη τῶν κτισμάτων σου.

Vers. 25. *Hoc mare magnum et spatiosum.* Ipsum etiam mare creatione tua plenum est.

Αὕτη ἡ θάλασσα μεγάλη καὶ εὐρύχωρος. Καὶ αὐτὴ ἡ θάλασσα.

Ibi reptilia, quorum non est numerus. In ipso mari, inquit, nantia atque aquatilia degunt animantia, quæ numerum pene excedunt.

Ἐκεῖ ἑρπετὰ, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. Ἐν αὐτῇ νηκτὰ ἀναρίθμητα.

[36] Gen. I, 5. [37] Psal. CXXXV, 25.

Variæ lectiones.

(11) Videtur deesse aliquid, puta ἡσυχίαν.

Digitized by Google

Ζῶα μικρὰ μετὰ μεγάλων. Τοῦτο δῆλον.

Ἐκεῖ πλοῖα διαπορεύονται. Ἐν τῇ θαλάσσῃ δηλονότι.

Δράκων οὗτος ὃν ἔπλασας ἐμπαίζειν αὐτῷ. Καὶ ὁ δράκων οὗτος, ἤτοι τὸ κῆτος, ὃν ἔκτισας, ἐνσκιρτᾷν αὐτῷ, φημὶ δὲ τῷ ὕδατι. Δράκοντα δὲ τὸ κῆτος ὠνόμασεν, ὡς ὑπερμεγεθέστατον ἐν τοῖς ἐναλίοις· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ δράκων ἐν τοῖς χερσαίοις.

Πάντα πρὸς σὲ προσδοκῶσι δοῦναι τὴν τροφὴν αὐτῶν εἰς εὔκαιρον. Πάντα τὰ ζῶα εἰς σὲ ἐλπίζουσιν· ἀλλὰ τὰ ἄλογα, φυσικῷ τινι λόγῳ, καθὼς ἀνωτέρω δεδήλωται. Ἔνθα τὸ, *Καὶ ζητῆσαι παρὰ τῷ Θεῷ βρῶσιν αὐτοῖς*· προσδοκῶσι δὲ δοῦναι τὴν τροφὴν αὐτοῖς ἐν καιρῷ χρείας.

Δόντος σου αὐτοῖς συλλέξουσι. Τὴν τροφήν.

Ἀνοίξαντος δέ σου τὴν χεῖρα, τὰ σύμπαντα πλησθήσονται χρηστότητος. Χεῖρα μὲν λέγει χορηγὸν δύναμιν χρηστότητα δὲ τὴν πρόνοιαν.

Ἀποστρέψαντος δέ σου τὸ πρόσωπον, ταραχθήσονται. Πρόσωπον τὴν ἐπισκοπήν φησιν.

Ἀντανελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν, καὶ ἐκλείψουσι, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν. Ἀφελεῖς. Περὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων ὁ λόγος.

Ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται. Τὸ πνεῦμά σου ζωοποιὸν, καὶ κτισθήσονται ἐκ γῆς ἀναστήσοντες. Ἢ τὸ Πνεῦμά σου, τὸ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἐπιφοιτῶν, καὶ κτισθήσονται εἰς καινὴν κτίσιν, εἰς νέον λαὸν, ὡς νοεῖσθαι τὸ μὲν περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, τὸ δὲ περὶ τῆς ἐκ βαπτίσματος παλιγγενεσίας.

Καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. Τὸ κάλλος τῆς γῆς, ὅπερ εἰσὶν οἱ ἄνθρωποι. Καὶ ἀλλως δέ· *Ἡ γῆ ἀπαλλαγήσεται*, κατὰ τὸν Ἀπόστολον.

Ἔστω ἡ δόξα Κυρίου εἰς τοὺς αἰῶνας. Τοῦ τὰ μὲν τῶν εἰρημένων ποιήσαντος, τὰ δὲ ποιοῦντος, τὰ δὲ ποιήσοντος.

Εὐφρανθήσεται Κύριος ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Τοῖς διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ κατορθωθησομένοις· ἢ, τοῖς διὰ τῆς κτίσεως τοῦ κόσμου.

Ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν. Ὡς ἐπὶ τῶν σεισμῶν· ἐπιβλέπει γὰρ τὸ ὀργίλον· ἡ δὲ, μὴ φέρουσα, τρέμει κατά τινα φυσικὴν, ἢ μᾶλλον ἀπόῤῥητον συναίσθησιν.

Ὁ ἁπτόμενος τῶν ὀρέων, καὶ καπνίζονται. Ὡς

A VERS. 26. *Animalia pusilla cum magnis.* Hoc per se clarum est.

Ibi naves pertranseunt. In mari scilicet.

Draco iste quem plasmasti ad ludendum in eo. Ipsum etiam cete quod creasti, ad subsiliendum in mari. Draconem enim cete appellavit. Veluti inter pelagi animantia vastæ cujusdam magnitudinis animal, quemadmodum draco inter terrena.

VERS. 27. *Omnia a te exspectant, ut des eis cibum in tempore.* Omnia animalia, inquit, in te sperant, tametsi bruta ipsa, nulla animi ratione, cujus expertia sunt, sed naturali quodam instinctu id faciunt, quemadmodum supra diximus in versiculo:
B *Quærunt a Deo escam sibi.* Exspectant autem ut des eis cibum, in tempore scilicet indigentiæ.

VERS. 28. *Dante te eis, colligent.* Cibum scilicet.

Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Per manum, tribuendi potentiam, et per bonitatem, providentiam intellige.

VERS. 29. *Avertente autem te faciem tuam, turbabuntur.* Faciem Dei, custodiam et protectionem divinam appellat.

Auferes spiritum eorum, et deficient, et in pulverem suum convertentur. Auferes (12) animam eorum, et morientur, atque ita demum resoluti, revertentur in terram suam, a qua desumpti sunt.
C Est autem sermo de hominibus.

VERS. 30. *Emittes spiritum tuum, et creabuntur.* Emittes, inquit, vitalem spiritum tuum, et creabuntur iterum, resurgentes e terra; vel, Emittes Spiritum tuum, qui per sanctum baptisma venturus est, et creabuntur, in novam nimirum creaturam, atque in novum populum. Intelligi enim hoc potest de resurrectione a mortuis, vel de regeneratione baptismatis.

Et renovabis faciem terræ. Hoc est, pulchritudinem terræ, per quam ipsos homines intelligere possumus, vel ipsum etiam terræ elementum; quia *terra* tunc, ut inquit Apostolus, *liberabitur a corruptione*[37].

VERS. 31. *Sit gloria Domini in sæcula.* Cum alia
D eorum, quæ dicta sunt, jam effecerit Deus, alia nunc efficiat, alia deinceps effecturus sit.

Lætabitur Dominus in operibus suis. In operibus, inquam, quæ divinæ incarnationis gratia effecta fuerint, vel in operibus creationis mundi.

VERS. 32. *Qui respicit terram, et facit eam tremere.* Terræ motu nimirum. Iracunde enim terram aspicit, cum libet; quæ illius aspectum ferre non valens, contremiscit, naturali, vel potius ineffabili quodam sensu.

Qui tangit montes, et fumigant. Quemadmodum

[37] Rom., VIII. 21.

Variæ lectiones.

(12) Explanatio non necessaria, ut animadversio.

Digitized by Google

accidit in monte Sina. Tacti autem a Domino montes fumigant, instar herbæ, quæ igni propinquior sit facta. Illud vero animadvertendum est, ne verba illa, *qui respicit*, et, *qui tangit*, humano more, sed digne Deo intelligamus.

ἐπὶ τοῦ Σινᾶ. Καπνίζονται γὰρ δίκην χόρτου, πλησιάσαντος πυρί· θεοπρεπῶς δὲ νοητέον, καὶ τὸ *ἐπιβλέπων*, καὶ τὸ *ὁ ἁπτόμενος*.

Vers. 33. *Cantabo Domino in vita mea.* Donec vixero.

Ἄσω τῷ Κυρίῳ ἐν τῇ ζωῇ μου. Ἕως ἂν ζῶ

Psallam Deo meo, quandiu sum. Eumdem repetit sermonem, clarioris intelligentiæ gratia.

Ψαλῶ τῷ Θεῷ μου ἕως ὑπάρχω. Παλιλλογεῖ, σαφηνείας ἕνεκεν.

Vers. 34. *Jucundum sit ei eloquium meum.* Placebit ei sermo meus, quem offeram in psalmis et canticis; vel, Sermo meus et conversatio mea illi erit grata.

Ἡδυνθείη αὐτῷ ἡ διαλογή μου. Ἀρέσει αὐτῷ ἡ διάλεξίς μου, ἡ διὰ τῶν ᾠδῶν καὶ τῶν ψαλμῶν, ἤγουν, ἡ πρὸς αὐτὸν ὁμιλία μου, οἱ διαλογισμοί μου.

Ego vero lætabor in Domino. Quod sermo meus ac conversatio mea, ut diximus, ei placeat.

Ἐγὼ δὲ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ. Ἡδυνθείσης αὐτῷ τῆς διαλογῆς μου, καθὼς εἴρηται.

Vers. 35. *Deficiant peccatores a terra, et iniqui, ita ut non sint.* Deficiant, inquam, effecti pro peccatoribus justi, pro iniquis æqui, ita ut amplius non sint quales fuere, sed mutentur. Optat itaque Propheta, non ut homines, sed ut vitia deleantur. Vel, iniquos et peccatores, ipsos appellat dæmones, aut eos qui immedicabili vitio laborant, quique alios non secus ac pestis quædam inficiunt et lædunt. (Illud prædictis addi potest, quod quemadmodum is qui preces ad Deum fundit, petens nullos esse ægrotos, nullos pauperes, non hominum, sed ægritudinum et paupertatis interitum cupit, ita et beatus David his verbis, non hominum, sed vitiorum ac scelerum expetivit interitum.)

Ἐκλίποιεν ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἄνομοι, ὥστε μὴ ὑπάρχειν αὐτούς. Ἐκλίποιεν, γινόμενοι οἱ μὲν ἁμαρτωλοὶ δίκαιοι, οἱ δὲ ἄνομοι εὔνομοι, ὥστε μὴ ὑπάρχειν αὐτοὺς, οἷοί εἰσιν, ἀλλὰ μεταβληθῆναι. Εὔχεται οὖν οὐ τοὺς ἀνθρώπους ἀφανισθῆναι, ἀλλὰ τὴν κακίαν αὐτῶν. Ἢ ἁμαρτωλοὺς καὶ ἀνόμους τοὺς δαίμονάς φησιν, ἢ τοὺς ἀνιάτους τὴν κακίαν ἔχοντας, ὡς λύμην τῶν ὀγιαινόντων.

Benedic, anima mea, Domino. Finem psalmo apponit consimilem principio. Non me latet præterea, quosdam allegorice hunc psalmum exposuisse: verum hujusmodi expositionem libenter omisi, tanquam violentam quodammodo, et quæ non facile ab omnibus recipiatur.

Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον. Ἔοικε τῇ ἀρχῇ τὸ τέλος ἐπέθηκεν. Οὐκ ἠγνόησα δὲ τάς τινων εἰς τὸν παρόντα ψαλμὸν ἀλληγορίας· ἀλλ' ἐκὼν παρῆκα ταύτας, ὡς βεβιασμένας τε καὶ δυσπαραδέκτους.

Alleluia.

Ἀλληλούϊα.

PSALMUS CIV.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΔ'.

Abunde dictum est in Prœmio operis de psalmis, quibus inscriptum est, *Alleluia*. Significat autem hæc dictio, *Laudate eum qui est*, vel, *Laudate Dominum*. Hortatur itaque nos in præsenti psalmo Propheta, ut hymnos et laudes Deo concinamus. Privatim vero multa connumerat beneficia in priorem populum Dei olim collata, atque inter cætera, quomodo pro exiguo ac tenui populo, ut olim erant, amplum ac numerosissimum constituerit.

Εἴρηται ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν περὶ τῶν ἐχόντων ἐπιγραφὴν τὸ *ἀλληλούϊα*. Ἑρμηνεύει δὲ τοῦτο, *Αἰνεῖτε τὸν ὄντα*, ἤτοι *τὸν Κύριον*. Προτρέπεται δὲ ὁ ψαλμὸς ὑμνεῖν τὸν Θεόν, καὶ διδάσκει τὰ ἔθνη περὶ ὧν εὐηργέτησεν ὁ Θεὸς τὸν πάλαι λαόν· καὶ οἷον ἀφ' οἵου τοῦτον ἐποίησεν.

Vers. 1. *Confitemini Domino, et invocate nomen ejus.* Simile est dictum illud Prophetæ: *Confitemini ei, laudate nomen ejus*, quod exposuimus in psalmo XCIX.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐπικαλεῖσθε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ὅμοιόν ἐστι τὸ, *Ἐξομολογεῖσθε αὐτῷ, αἰνεῖτε τὸ ὄνομα αὐτοῦ*, ὅπερ ἡρμηνεύσαμεν ἐν τῷ ρθ' ψαλμῷ.

Annuntiate in gentibus opera ejus. In psalmo XCV dixit: *Annuntiate in gentibus gloriam ejus*, idem æque dicens, quod nunc. Gloria enim Dei ea est, quam in consequentibus declarabit.

Ἀπαγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ἐν δὲ τῷ ρε' ψαλμῷ φησιν· *Ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν δόξαν αὐτοῦ*· τὸ αὐτὸ λέγων. Δόξα γὰρ αὐτοῦ, ἃ προλὼν ἐρεῖ.

Cantate et psallite ei. In Prœmio operis, et multis aliis in locis abunde docuimus de differentia inter canticum et psalmum (quodque sæpenumero idem significant, quanquam hujusmodi dictiones geminatæ, aut invicem conjunctæ intentionem quamdam sermonis efficere soleant).

Ἄσατε αὐτῷ, καὶ ψάλατε αὐτῷ. Καὶ ἐν τῷ ῥηθέντι προοιμίῳ τῆς παρούσης βίβλου καὶ ἐν πολλοῖς τῶν ψαλμῶν εἴρηται περὶ διαφορᾶς ᾠδῆς καὶ ψαλμοῦ.

Narrate omnia mirabilia ejus. In prædicto etiam

Διηγήσασθε πάντα τὰ θαυμάσια αὐτοῦ. Καὶ ἐν

Digitized by Google

τῷ προειρημενῳδέντι ιε' ψαλμῷ εἰρηκεν· Ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τὰ θαυμάσια αὐτοῦ.

Ἐπαινεῖσθε ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ. Μέγα φρονεῖτε καὶ καυχᾶσθε ἐν τῷ ὀνομάζεσθαι Χριστιανοί. Ὑμῖν γὰρ τοῦ ἀποστόλους ὁ λόγος, καὶ τοὺς διαδόχους αὐτῶν.

Εὐφραινθήτω καρδία ζητούντων τὸν Κύριον. Τῶν ἐπικαλουμένων αὐτὸν εἰς βοήθειαν· βοηθήσονται γάρ.

Ζητήσατε τὸν Κύριον, καὶ κραταιώθητε. Κραταιώθητε εἰς τὸ ζητῆσαι αὐτὸν, καὶ μὴ χαυνοῦσθε.

Ζητήσατε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ διὰ παντός. Τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, τουτέστιν αὐτὸν περιφραστικῶς· ἢ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ· ἢ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, τὸν Χριστὸν, ὃς ἐστιν ἀπαράλλακτος εἰκὼν τοῦ Πατρὸς, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· Ὁ ἑωρακὼς γάρ, φησὶ, *μὲ ἑώρακε καὶ τὸν Πατέρα.*

Μνήσθητε τῶν θαυμασίων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησε. Μνήσθητε τούτων, διδάσκοντες τὰ ἔθνη, καὶ ἀναγγέλλετε αὐτά.

Τὰ τέρατα αὐτοῦ καὶ τὰ κρίματα τοῦ στόματος αὐτοῦ. Μνήσθητε δηλονότι. Ἀδιάφορος δὲ ἡ σύνταξις. Τέρατα μὲν οὖν αἱ ὑπερφυεῖς θεοσημεῖαι, κρίματα δὲ αἱ ἀποφάσεις αὐτοῦ αἱ διὰ τοῦ νόμου αὐτοῦ.

Σπέρμα Ἀβραὰμ, δοῦλοι αὐτου. Ὦ σπέρμα Ἀβραὰμ. Καλεῖ δὲ τοὺς ἀποστόλους.

Υἱοὶ Ἰακὼβ ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ. Οὗ τοιαῦτα πάντα (13). Καὶ δοῦλοι μὲν κατὰ τὸ, *Εἰ οὖν ἐγὼ ὁ Κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος ἔνιψα ὑμῶν τοὺς πόδας·* ἐκλεκτοὶ δὲ κατὰ τὸ, *Οὐχ ὑμεῖς μὲν ἐξελέξασθε, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς.*

Αὐτὸς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν. Αὐτὸς ὁ Χριστός.

Ἐν πάσῃ τῇ γῇ τὰ κρίματα αὐτοῦ. Οὐκ ἐν Ἰουδαίοις μόνον πανταχοῦ γὰρ διεδόθησαν.

Ἐμνήσθη εἰς τὸν αἰῶνα διαθήκης αὐτοῦ. Τῆς εἰς τὸν αἰῶνα διαθήκης αὐτοῦ, τῆς αἰωνίου, ἤτοι τῆς ἀμεταχινήτου καὶ ἀναλλοιώτου. Καταλέγει δὲ λοιπὸν ἐντεῦθεν ὁ προφήτης τὰς εἰς Ἑβραίους εὐεργεσίας, ἄνωθεν ἀπὸ Ἀβραὰμ ἀρξάμενος.

Λόγου οὗ ἐνετείλατο εἰς χιλίας γενεάς. Τὸ αὐτὸ

A psalmo XCV legimus : *In omnibus gentibus mirabilia ejus.*

Vers. 3. *Laudamini in nomine sancto ejus.* Exsultate, inquit, ac valde gloriamini in hoc Christiano nomine. Ad apostolos enim est sermo, et ad eorum successores.

Lætetur cor quærentium Dominum. Hoc est, invocantium eum in auxilium : præsto quippe eis aderit. Vel, lætetur cor hominum accedentium ad Deum per mandatorum semitam, quæ illuc perducit : invenient enim eum.

Vers. 4. *Quærite Dominum et roboramini.* Constantes estote et fortes in perquirendo eum, omnemque animi mollitiem ac languorem depellite.

B *Quærite faciem ejus.* Per faciem Dei, Deum ipsum circumloquitur, vel divinam indicat custodiam ac protectionem erga homines : aut ipsum fortassis unigenitum Dei Filium, Christum intelligit, qui incommutabilis est imago Patris, et character substantiæ ejus : *Qui* enim, inquit, *vidit me, vidit et Patrem meum* [38].

Vers. 5. *Mementote mirabilium ejus quæ fecit.* Quando salutarem ejus doctrinam annuntiabitis, tunc admirabilia etiam cuncta quæ fecerit, prædicate.

Prodigia ejus et judicia oris ejus. Repete verbum, *Mementote.* Abutitur autem hic quarto casu, pro secundo; quem loquendi modum dictio etiam C Græca servavit. Prodigia autem, ea sunt quæ a Deo præter omnem naturæ legem fiunt; judicia vero ea quæ Deus, data per Moysem lege, decrevit.

Vers. 6. *Semen Abrahæ servi ejus.* Vos, inquit, o semen Abrahæ, qui servi ejus estis. Ad apostolos autem sermo est.

Filii Jacob electi ejus. Apostoli nimirum, qui duobus his a Deo insigniti sunt nominibus. Nam servi ex eo videri possunt, quod dixit ad eos Christus : *Si ego Dominus et magister lavi pedes vestros* [39]; et electi, quia idem alibi ait : *Non vos elegistis me, sed ego elegi vos* [40].

Vers. 7. *Ipse Dominus Deus vester.* Ipse scilicet Christus.

D *In omni terra judicia ejus.* Non in Judæa tantum, sed ubique locorum divulgata sunt ejus judicia. Universo quippe orbi sunt tradita.

Vers. 8. *Memor fuit in sæculum testamenti sui.* Testamenti sui, quod in sæculum est, hoc est, æterni atque incommutabilis. Incipit autem Propheta ex hoc loco connumerare beneficia in Hebræorum populum collata, et ab ipso exorditur Abraham.

Verbi quod mandavit in mille generationes. Idem

[38] Joan. XIV, 9. [39] Joan. XIII, 14. [40] Joan. XV, 16.

Variæ lectiones.

(13) Græce *cujus sunt hæc omnia* : quæ porro ? an, *prodigia et judicia ?* Latina interpretatio fortasse minus exacta, certe commodior.

Digitized by Google

repetit. Per testamentum enim et per verbum, promissionem a Deo Abrahæ factam intelligit. Memor etiam, inquit, fuit Deus, sermonis quem mandavit in mille generationes, hoc est, qui ad multas nationes pervenit. *Mille* enim posuit pro Multis, et *Mandavit* pro Pollicitus est.

A λέγει πάλιν, διαθήκην ἢ λόγον τὴν ὑπόσχεσιν τῆς εἰρημένης γῆς ὀνομάζων. Ἐμνήσθη γάρ, φησί, τοῦ λόγου, οὗ ἐνετείλατο, τοῦ εἰς χιλίας γενεάς, τοῦ μέχρι πολλῶν γενεῶν ἐξικνουμένου· χιλίας γὰρ νῦν ἁπλῶς τὰς πολλὰς καλεῖ, καὶ τὸ *ἐνετείλατο* δὲ ἀντὶ τοῦ ἐπηγγείλατο τέθεικεν.

Vers. 9. *Quod disposuit ad Abraham.* Quod verbum scilicet.

Ὃν διέθετο τῷ Ἀβραάμ. Ὃν λόγον δηλονότι.

Et juramenti sui ad Isaac. Memor item fuit juramenti sui, quod juravit filio Abrahæ Isaac. Eadem etenim promissio filio, quæ patri facta est, tam de regione, quam de multitudine seminis. Quid autem sit juramentum Dei, diximus in psalmo LXXXVIII. ibi : *Juravi David servo meo.*

Καὶ τοῦ ὅρκου αὐτοῦ τῷ Ἰσαάκ. Καὶ ἐμνήσθη πάλιν τοῦ ὅρκου αὐτου τοῦ ὁμοσθέντος τῷ Ἰσαάκ. Τὸ αὐτὸ γὰρ καὶ τῷ Ἰσαὰκ ἐπηγγείλατο περί τε τῆς γῆς καὶ τοῦ πληθυσμοῦ τοῦ σπέρματος. Τί δέ ἐστιν ὅρκος Θεοῦ, εἴρηται ἐν τῷ πη' ψαλμῷ· ἔνθα τὸ, *Ὤμοσα Δαβὶδ τῷ δούλῳ μου.*

Vers. 10. *Et statuit illud Jacob in præceptum.* Adeo ut ipse Jacob certus jam esset, mandatum illud Dei violari non debere.

Καὶ ἔστησεν αὐτὸν τῷ Ἰακὼβ εἰς πρόσταγμα. B Τὸ εἶναι πρόσταγμα ἀπαράβατον.

Et Israel in testamentum æternum. Ut esset ipsi Israel incommutabile æque ac sempiternum testamentum.

Καὶ τῷ Ἰσραὴλ εἰς διαθήκην αἰώνιον. Εἰς τὸ εἶναι διαθήκην ἀμεταχίνητον, ἀναλλοίωτον, ὡς εἴρηται.

Vers. 11. *Dicens : Tibi dabo terram Chanaan.* Palæstinam scilicet, quam Chananæi populi habitabant.

Λέγων· Σοὶ δώσω τὴν γῆν Χαναάν. Τὴν Παλαιστίνην, ἣν κατῴκουν οἱ Χαναναῖοι.

Funiculum hæreditatis vestræ. Hoc est mensuram ac portionem vestram.

Σχοινισμα κληρονομίας ὑμῶν. Μέτρημα, μέρισμα.

Vers. 12. *Cum essent numero breves.* Hæc, inquam, ita disposuit et pollicitus est Deus, cum adhuc pauci essent, Abraham nimirum, Isaac et Jacob atque eorum liberi.

Ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἀριθμῷ βραχεῖς. Λέγων ταῦτα καὶ διατιθέμενος, καὶ ὑπισχνούμενος, ὅτε ἦσαν ἀριθμῷ βραχεῖς οἱ περὶ τὸν Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ.

Paucissimi et peregrini in ea. Quin imo paucissimi cum essent et derelicto paulo ante patrio solo, in Chananæorum terra, veluti hospites atque extranei morarentur : *Abraham* enim, ut inquit Scriptura, *peregrinatus est in terra Chanaan* [61].

Ὀλιγοστοὺς καὶ παροίκους ἐν αὐτῇ. Μετανάσται γὰρ παρῴκησαν εἰς τὴν γῆν τῶν Χαναναίων οἱ περὶ τὸν Ἀβραάμ· καὶ *Ὁ Ἀβραὰμ* γάρ, φησὶ, *παῴκησεν ἐν γῇ Χαναάν.* C

Vers. 13. *Et pertransierunt de gente in gentem.* Per multas nationes vagati sunt, et plurimas sedes commutarunt, quæ omnia in libro Geneseos exponuntur.

Καὶ διῆλθον ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος. Πολλὰ ἔθνη διερχόμενοι, καὶ τόπους ἐκ τόπων ἀμείβοντες, περὶ ὧν ἁπάντων ἡ βίβλος τῆς Γενέσεως ἱστορεῖ.

Et de regno in populum alterum. Aliæ enim regiones ad regis imperium administrabantur, aliæ vero communi populorum concilio, more reipublicæ.

Καὶ ἐκ βασιλείας εἰς λαὸν ἕτερον. Τινὲς μὲν γὰρ χῶραι ἐβασιλεύοντο, τινὲς δὲ ἐδημοκρατοῦντο.

Vers. 14. *Non permisit hominem nocere eis.* Neminem, inquit, permisit injuria eos afficere. Pharaonem quippe ob Sarram uxorem magnis cruciatibus torsit ; ipsi quoque Abimelech, Palæstinorum regi, consimili de causa iratus, et noctu imminens, horrenda quædam comminatus est supplicia, nisi Sarram restitueret : illud etiam addens : *Quoniam propheta est Abraham, et si pro te oraverit, vives* [62]. Ab iratis præterea atque infensis animis Esau, et Laban dilectum sibi protexit Jacob, multosque alios simili modo prohibuit, ne patriarchis injuriam inferrent.

Οὐκ ἀφῆκεν ἄνθρωπον ἀδικῆσαι αὐτούς. Ἄνθρωπον, ἤτοι τινά· τὸν μὲν γὰρ Φαραὼ ἤτασεν ἐτασμοῖς μεγάλοις καὶ πονηροῖς, καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ διὰ Σάῤῥαν γυναῖκα Ἀβραάμ· τῷ δὲ Ἀβιμέλεχ ἐπιστὰς νυκτὸς, εἶπεν ἄλλα τε φοβερὰ, καὶ ὅτι Ἀπόδος τὴν γυναῖκα τῷ ἀνθρώπῳ. Εἶτα ἐπήγαγεν ὅτι *Προφήτης ἐστὶ, καὶ εὔξεται περὶ σοῦ, καὶ ζήσῃ.* D Τὸν Ἡσαῦ δὲ καὶ τὸν Λάβαν οὐκ ἀφῆκεν ἀδικῆσαι τὸν Ἰακὼβ, καὶ ἄλλους πολλοὺς οὐ συνεχώρησε βλάψαι τοὺς εἰρημένους τρεῖς πατριάρχας.

Et redarguit pro eis reges. Redarguit eos, confudilque ac perterruit cum injusti essent, veluti Pharaonem Ægypti, et Abimelech Palæstinæ reges.

Καὶ ἤλεγξεν ὑπὲρ αὐτῶν βασιλεῖς. Ἤλεγξεν αὐτοὺς τοὺς ἀδίκους, ἔσχυνεν, ἐφόβησεν· ὡς τὸν Φαραὼ βασιλέα Αἰγύπτου, καὶ τὸν Ἀβιμέλεχ βασιλέα Γεράρων.

[61] Gen. xxxv, 27. [62] Gen. xx, 7

Digitized by Google

Μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε. Λέγων καὶ ταῦτα δηλονότι. *Χριστοὺς* μὲν αὐτοὺς ὠνόμασεν, ὡς κεχρισμένους τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ἢ τῷ προφητικῷ χαρίσματι· *προφήτας* δὲ, ὡς πολλὰ προφητεύσαντας. Καὶ γὰρ καὶ πρὸς τὸν Ἀβιμέλεχ εἶπεν ὁ Θεὸς, ὡς εἴρηται, περὶ τοῦ Ἀβραὰμ, ὅτι προφήτης ἐστίν. Ῥητῶς μὲν οὐ κεῖνται ταῦτα ἐν τῇ προρρηθείσῃ βίβλῳ, τὸ *Μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου*, καὶ τὰ ἑξῆς· ἕτερα δὲ εἰς τὴν αὐτὴν διάνοιαν τείνοντα.

A

Vers. 15. *Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari.* Redarguit, inquam, eos, dicens hujusmodi verba. *Christos* autem patriarchas appellavit, veluti sancto Spiritu vel gratia prophetandi unctos; prophetas vero, quia futura multa prædixerunt. Quocirca Deus ipse, cum loqueretur, ut diximus, ad Abimelech, attestatus est de Abraham, quod propheta esset. Quod si quis dicat verba præsentis versiculi, ut hic jacent, in libro Geneseos non haberi satis esse arbitramur, quod quæ ibi dicuntur ad hujusmodi sensum tendant.

Καὶ ἐκάλεσε λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν. Ἔταξεν, ἔπεμψε, προοδοποιῶν εὐμηχάνως περὶ τὸν Ἰακὼβ εἰς τὴν Αἴγυπτον κάθοδον, ὅτε τὰ ἑπτὰ ἔτη τῆς εὐθηνίας ἐπτὰ ἔτερα διεδέξαντο.

B

Vers. 16. *Et vocavit famem super terram.* Hoc est, ordinavit, seu misit, summo ipse artificio iter præparans Jacob et filiis ejus, ut descenderent in Ægyptum, quando septem fertilitatis annos, et totidem famis sustinuerunt.

Πᾶν στήριγμα ἄρτου συνέτριψε. Πᾶσαν ἰσχὺν τροφῆς συνέτριψε, πᾶσαν ὑπόστασιν βρώσεως ἠφάνισεν.

Et omne firmamentum panis contrivit. Esculenta omnia consumpsit, et quidquid famis solatium est, delevit.

Ἀπέστειλεν ἔμπροσθεν αὐτῶν ἄνθρωπον. Ἔμπροσθεν τῶν περὶ τὸν Ἰακὼβ τὸν Ἰωσὴφ, τῇ πονηρίᾳ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ χρησάμενος εἰς δέον, καὶ τὴν εἰς δουλείαν ἀπαγωγὴν ἀποστολὴν ποιησάμενος. Διότι καὶ πρὸς αὐτοὺς εἴρηκεν· ὅτι *Εἰς ζωὴν ἀπέσταλκέ με ὁ Θεὸς ἔμπροσθεν ὑμῶν.*

Vers. 17. *Misit ante eos nominem.* Fecit Deus ut Joseph præiret familiam Jacob, et impiorum fratrum malignitate ipse usus est in bonum. Unde nefarium eorum delictum, quo ille in servitutem actus est, Propheta hic mitiori vocabulo Dei missionem atque apostolatum nuncupat, dicens quod Deus eum præmiserit. Quamobrem ipse etiam Joseph fratribus suis dicebat: *In vitam misit me Deus ante vos* [49].

Εἰς δοῦλον ἐπράθη Ἰωσήφ. Παρὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ τοῖς Ἰσμαηλίταις, καὶ παρὰ τῶν Ἰσμαηλιτῶν αὖθις εἰς Αἴγυπτον τῷ Πεντεφρῇ.

In servum venundatus est Joseph. A fratribus venundatus est Ismaelitis, et ab Ismaelitis rursus in Ægypto, Pentephræ Pharaonis eunucho

C

Ἐταπείνωσαν ἐν πέδαις τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ἐκάκωσαν οἱ περὶ τὸν κύριον αὐτοῦ, βάλλοντες εἰς τὸ δεσμωτήριον.

Vers. 18, 19. *Humiliaverunt in compedibus pedes ejus.* Afflictus quippe fuit Joseph a domino suo in Ægypto, missusque ab eo in carcerem.

Σίδηρον διῆλθεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Τουτέστιν αὐτός. Σίδηρον δὲ λέγει τὸν σιδηροῦν κλοιόν· ἢ σίδηρον, ἤτοι τὸ ξίφος διέφυγεν, ἄχρι τοῦ ἐλθοῦσα.

Ferrum pertransiit anima ejus. — *Anima ejus*, hoc est, ipse Joseph pertransiit ferrum. Per ferrum vero ferreum quoddam supplicii genus intelligit. Vel, *Pertransiit ferrum*, pro Effugit gladium. Ad ipsum enim pene gladium devenerat.

Μέχρι τοῦ ἐλθεῖν τὸν λόγον αὐτοῦ. Ἢ τὴν σοφίαν αὐτοῦ, καθ' ἣν ἔλυσε τοὺς ὀνείρους τῶν συνδεσμίων· ἢ τὴν φρονῆσιν, ἣν ἐφρόντισεν αὐτοῦ ὁ Θεὸς, θέλων αὐτὸν δοξάσαι, καὶ τὸ γένος αὐτοῦ.

Donec veniret verbum ejus. Hoc est, donec veniret sapientia illa, qua somnia convinctorum comitum dissolvit; vel, donec veniret consilium, quod disposuerat Deus de Joseph, volens eum et genus ejus clarum ac celebre reddere apud omnes.

Τὸ λόγιον (14) *Κυρίου ἐπύρωσεν αὐτόν.* Ὁ ἐνδιάθετος λόγος ὁ παρὰ Θεοῦ δοθεὶς ἡμῖν, καθ' ὃν λογικοὶ λεγόμεθα. Ὁ φυσικὸς νόμος πυρωθῆναι αὐτὸν παρεσκεύασεν ἐν τῇ καμίνῳ τῶν πειρασμῶν, καὶ ἔδειξε καθαρὸν καὶ δόκιμον, ὡς χρυσόν· ἐδίδασκεν γὰρ αὐτὸν ὁ λόγος οὗτος, ὅτι οὐ χρὴ γυναικὸς ἀλλοτρίας ἅπτεσθαι.

D

Eloquium Domini inflammavit eum. (Græca lectio pro *eloquio*, λόγιον habet, quæ dictio a dictione λόγος, deducitur, quæ non verbum tantum aut sermonem, sed rationem etiam significat. Unde et λόγιον non *eloquium* simpliciter, sed *rationale eloquium* significabit.) Sensus erit igitur quod intima illa atque innata cuique homini ratio, quam Deus nobis largitus est, ut per eam rationales et dicamur, et simus, quod hæc, inquam, natura homini

[49] Gen. XLV, 5.

Variæ lectiones.

(14) Ad verbum: *Ingenita ratio quæ a Deo nobis data est unde rationales dicimur, naturalis nimirum lex, effecit ut is se velut igne explorandum præberet in tentationum fornace, atque inde purus probatusque, tanquam aurum egrederetur. Edocuit enim eum hæc ipsa ratio, nefas esse alienam mulierem contingere.* Latinus interpres explicuit dictionem λόγιον, in qua vis est, sensumque concinniorem reddidit. Quod satagit fere semper.

Digitized by Google

insita rationis flammula, eum in afflictionum, et calamitatum fornace tentatum, constantem atque invictum reddidit, ac veluti igne examinatum purgatissimi auri instar summa eum munditia et puritate conspicuum demonstravit, atque effecit ut castitatis zelo succensus, non modo alienam uxorem non appeteret, sed ut dominæ eum etiam appetentis, laqueos relicta veste præterfugeret.

Vers. 20. *Misit rex, et solvit eum.* Pharao scilicet, quemadmodum in libro Geneseos omnia aperte sunt tradita.

Princeps populi et dimisit eum. Idem repetit, ut facit sæpenumero.

Vers. 21. *Constituit eum dominum domus suæ et principem omnis possessionis suæ, ut erudiret principes ejus sicut seipsum, et seniores ejus sapientiam doceret.* Deo scilicet omnia hæc ita dispensante.

Vers. 23. *Et ingressus est Israel in Ægyptum.* Per modum autem compendii, brevibus verbis historiam narrat.

Et Jacob peregrinatus est in terra Cham. Idem rursus repetit. Per terram vero Cham, Ægyptum intelligit: Ægyptus enim fuit filius Cham; unde ab utroque eorum nomen desumpsit.

Vers. 24. *Et auxit populum suum vehementer.* Deus nimirum, qui auxit populum Israel. Populum vero Dei ideo eos appellavit, quia soli Judæi rite Deum colere videbantur.

Et roboravit eum super inimicos ejus. Supra Ægyptios scilicet, qui Israelitas pariter, et ipsum Deum oderant.

Vers. 25. *Convertit cor ejus, ut odio haberet populum ejus.* Cor scilicet Pharaonis, non illius dico qui amabat Joseph, sed alterius qui eum non noverat. *Indurarit* enim inquit, *Deus cor Pharaonis* [46], hoc est, obdurari permisit ut afflicti scilicet Israelitæ cum ardore animi ad Ægypti exitum contenderent, et acerbissimam Ægyptiorum pressuram evaderent.

Et dolum faceret in servis ejus. Ut scilicet struceret insidias. Dixit enim Pharao Ægyptiis: *Ecce nunc gens ista valde multiplicatur, et invalescit super nos* [47]. Quapropter universos, qui ex Judæis mares nascerentur, occidi jussit, aut necari.

Vers. 26. *Misit Moysem servum suum.* Deus scilicet misit.

Aaron, quem elegit sibi. Fratrem Moysi.

Vers. 27. *Posuit in eis verba signorum suorum.* Mandata scilicet divina, quibus efficerent miracula. Vel, docuit eos causas signorum suorum, atque eorum modos. (Græca enim dictio λόγους, ut diximus, non solum verba sed rationes etiam et causas significat.)

Et prodigiorum suorum in terra Cham. De signis et prodigiis dictum est psalmo LXXVII ibi: *Quem-*

A Ἀπέστειλεν βασιλεὺς καὶ ἔλυσεν αὐτόν. Ὁ Φαραώ. Ἐν τῇ δηλωθείσῃ δὲ βίβλῳ τῆς Γενέσεως πάντα σαφῶς ἱστόρηται.

Ἄρχων λαοῦ καὶ ἀφῆκεν αὐτόν. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν, ὡς εἴωθε πολλάκις ποιεῖν.

Κατέστησεν αὐτὸν κύριον τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ ἄρχοντα πάσης τῆς κτήσεως αὐτοῦ, τοῦ παιδεῦσαι τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ, ὡς ἑαυτόν, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους αὐτοῦ σοφίσαι. Τοῦ Θεοῦ ταῦτα οἰκονομοῦντος.

Καὶ εἰσῆλθεν Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυπτον. Κατ' ἐπιτομὴν τὴν ἱστορίαν διέξεισι.

Καὶ Ἰακὼβ παῴκησεν ἐν γῇ Χάμ. Τὸ αὐτὸ
B λέγει πάλιν· γῇ γὰρ Χὰμ ἡ Αἴγυπτος· ἐπεὶ ὁ Αἴγυπτος ἔκγονος ἦν τοῦ Χάμ, ὧν καὶ ἄμφω τὰς κλήσεις αὕτη ἔσχεν ἡ γῆ.

Καὶ ηὔξησε τὸν λαὸν αὐτοῦ σφόδρα. Τοῦ Ἰσραὴλ ὁ Θεὸς, ἤ, τὸν ἑαυτοῦ (15)· μόνοι γὰρ οὗτοι τὸν Θεὸν ἐσέβοντο.

Καὶ ἐκραταίωσεν αὐτὸν ὑπὲρ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. Ὑπὲρ τοὺς Αἰγυπτίους, οἵτινες ἐμίσουν καὶ τοὺς Ἰσραηλίτας καὶ τὸν Θεόν.

Μετέστρεψε τὴν καρδίαν αὐτοῦ, τοῦ μισῆσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ. Τὴν καρδίαν τοῦ Φαραὼ, οὐ τοῦ φιλοῦντος τὸν Ἰωσὴφ, ἀλλ' ἑτέρου μὴ εἰδότος αὐτόν· Ἐσκλήρυνε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τὴν καρδίαν Φαραώ· τουτέστι σκληρυνθῆναι παρεχώρησεν, ἵνα,
C κακούμενοι οἱ Ἰσραηλῖται, θερμῶς ἐπιθυμήσουσιν ἐξελθεῖν ἐκ τῆς Αἰγύπτου, καὶ φυγεῖν τὴν λύμην αὐτῶν.

Τοῦ δολιοῦσθαι ἐν τοῖς δούλοις αὐτοῦ. Τοῦ ἐπιβουλεύειν. Εἴρηκε γὰρ ὁ Φαραὼ πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους· Ἰδοὺ νῦν πολυπληθεῖ τὸ ἔθνος, καὶ ἰσχύει ὑπὲρ ἡμᾶς· καὶ λοιπὸν προσέταξεν ἀναιρεῖσθαι τὰ ἄῤῥενα τῶν τικτομένων βρεφῶν.

Ἐξαπέστειλε Μωσῆν τὸν δοῦλον αὐτοῦ. Ὁ Θεός.

Ἀαρὼν ὃν ἐξελέξατο ἑαυτῷ. Τὸν ἀδελφὸν Μωϋσέως.

Ἔθετο ἐν αὐτοῖς τοὺς λόγους τῶν σημείων αὐτοῦ. Τὰ προστάγματα τὰ περὶ τῶν σημείων αὐτοῦ, ὥστε διὰ αὐτῶν ἐνεργεῖσθαι ταῦτα· ἢ ἐγνώ-
D ρισεν αὐτοῖς τὰς αἰτίας τῶν σημείων αὐτοῦ, καὶ τοὺς τρόπους αὐτῶν.

Καὶ τῶν τεράτων αὐτοῦ ἐν γῇ Χάμ. Περὶ σημείων καὶ τεράτων εἴρηται ἐν τῷ οζ' ψαλμῷ· ἔνθα

[46] Exod. IX, 12 et passim. [47] Exod. I, 10.

Variæ lectiones.

(15) Fidelius *auxit Deus populum ejus, hoc est populum suum* (αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ) *soli enim Judæi Deum colebant.*

Digitized by Google

τὸ, Ὅς ἔθετο ἐν Αἰγύπτῳ τὰ σημεῖα αὐτοῦ, καὶ τὰ τέρατα αὐτοῦ ἐν πεδίῳ Τάνεως· καὶ ἐν ἐκείνῳ γὰρ τῷ ψαλμῷ τὰς εἰς τοὺς Ἰσραηλίτας εὐεργεσίας ἱστόρησεν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἐξόδου μόνον ἀρξάμενος τῆς ἐξ Αἰγύπτου καὶ τρόπον ἕτερον.

And admodum posuit in Ægypto signa sua, et prodigia sua in campo Taneos; in quo psalmo etiam beneficia Dei in Israeliticum populum commemoravit, quanquam illic ab exitu Ægypti tantum initium faciat, et diverso ordine ea prosequatur.

Ἐξαπέστειλε σκότος καὶ ἐσκότασεν. Καὶ μὴν πρὸ τοῦ σκότους ἑτέρας πληγὰς τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπήγαγε· τίθεικε δὲ τοῦτο πρῶτον ὁ Δαβὶδ ἀδιαφόρως. Ἢ καὶ ἐπὶ κάλλιστον ὁμοῦ καὶ ἀναγκαιότατον τοῖς ἀνθρώποις τὸ φῶς, τὴν διὰ τοῦ σκότους τιμωρίαν ὡς βαρυτάτην προέταξε. Καὶ ἐν τῷ οὖ ψαλμῷ ἀπαρατηρήτως διηγεῖται τὰς τοιαύτας μάστιγας, ὡς εἰρήκαμεν· ἔνθα τὸ, Ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς κυνόμυιαν.

Misit tenebras, et obscuravit. Atqui ante tenebras, alias Ægyptiis plagas intulit: sed beatus David indifferenter hanc plagam primo loco commemorat. Vel, ut gravissimam omnium præposuit, cum lux, quæ per tenebras aufertur, rerum omnium sit pulcherrima et in hominibus maxime opportuna. In prædicto etiam psalmo LXXVII, nullo ordine hujusmodi plagas commemoravit, ut ibi diximus, in versiculo: *Misit cynomyiam.*

Ὅτι παρεπίκραναν τοὺς λόγους αὐτοῦ. Ὅτι, φησὶν, οἱ Αἰγύπτιοι παρώξυναν τὰ προστάγματα αὐτοῦ, κελεύσαντος ἀπολῦσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ· παρεπίκρανον δὲ αὐτοὺς ἀπιθοῦντες. Καταχρηστικὸν δὲ ἐπὶ τῶν λόγων τὸ παρεπίκρανεν. Ἢ καὶ ἄλλως· διὰ τῶν λόγων τὸν λαλήσαντα ἐνέφηνε. Τινὲς δὲ τὸ παρεπίκρανεν, παρέβησαν ἑρμηνεύουσιν, ὡς καὶ τοῦτο δηλούσης παρ' Ἑβραίοις ἔστιν ὅτε τῆς τοιαύτης λέξεως. Ἔνια δὲ τῶν ἀντιγράφων οὐ παρεπίκρανεν γράφουσιν, ὡς ἀναφέρεσθαι τοῦτο πρὸς Μωϋσῆν καὶ Ἀαρών.

Quoniam exacerbaverunt sermones ejus. Quoniam, inquit, Ægyptii irritaverant ejus mandata, eo tempore, quo jusserat dimitti eorum populum. Exacerbaverunt autem sermones Dei, eis non credentes. Improprie autem atque abusive dictum est de sermonibus Dei, quod exacerbaverint eos. Vel aliter, per sermones ejus illum significat, qui sermones protulerat. Aliqui etiam verbum *Exacerbaverunt*, exponunt pro *Transgressi sunt*, quod apud Hebræos aliquando hujusmodi significationem habeat. Quædam vero exemplaria negandi dictionem habent: *Et non exacerbaverunt*, ita ut referatur ad Moysem et Aaron.

Μετέστρεψε τὰ ὕδατα αὐτῶν εἰς αἷμα. Καὶ ἀπέκτεινε τοὺς ἰχθύας αὐτῶν. Ζήτησον ἐν τῷ εἰρημένῳ ψαλμῷ· Καὶ μετέστρεψαν εἰς αἷμα τοὺς ποταμοὺς αὐτῶν.

Convertit aquas eorum in sanguinem, et occidit pisces eorum. Vide in prædicto psalmo, ibi: *Et convertit in sanguinem flumina eorum.*

Ἐξεῖρψεν ἡ γῆ αὐτῶν βατράχους (16). Ἐν ἐκείνῳ καὶ περὶ τούτων ἡρμήνευται· Ἐξεῖρψε, ἀντὶ ἐξέβλυσεν ἐρπυστικά. Ἢ καὶ ἄλλως· ἐκ τῶν ὑδάτων μὲν οἱ βάτραχοι γεγόνασιν, ὡς ἡ βίβλος τῆς Γενέσεως παρίστησι· τὸ δὲ ἐξεῖρψεν ἡ γῆ, ἀντὶ τοῦ Ἐξείρφθη, ἐκαλύφθη κατὰ βατράχους· ἐνεργητικὸν παθητικὴν ἔχον σημασίαν· ἢ καὶ βατράχους ἀντὶ τοῦ βατράχοις ἀνείπτωσις.

Et ebullivit terra eorum ranas. Ibi etiam de hoc dictum est. *Ebullivit* autem, hoc est, Repente ranas edidit. Ex aquis enim ortæ sunt ranæ ut in Genesi legimus [46], quarum tanta fuit copia, ut ranarum quasi fontes emittere terra videretur: et quanquam Græca dictio, ἐξεῖρψεν, quæ hoc in loco habet, proprie, non tam *ebullire*, quam *repentes edere* significet, quod verbum reptili ranarum naturæ convenientissimum fuit; tamen hoc pacto, satis commode sensum reddi arbitrati sumus, postquam unico Latino verbo, ut par erat, sensum apte reddere non sperabamus.

Ἐν τοῖς ταμείοις τῶν βασιλείων αὐτῶν. Οὐ μόνον ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις τόποις, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς εἰς τὰ βασίλεια ταμείοις, ἔνθα πολλὴ φυλακὴ καὶ ἀσφαλής.

In penetralibus regiarum ipsorum. Non tantum omnibus aliis in locis sed in ipsis quoque regiis domibus, atque in penitioribus eorum locis, quo tutissimum solet esse confugium.

Εἶπε καὶ ἦλθε κυνόμυια καὶ σκνῖπες ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῶν. Ἐκεῖ καὶ περὶ τούτων ἐρρήθη, ἔνθα τὸ, Ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς κυνόμυιαν.

Dixit et venit cynomyia et sciniphes in omnibus finibus eorum. Illic etiam de his dictum est, ibi: *Misit in eos cynomyiam.*

Ἔθετο τὰς βροχὰς αὐτῶν χάλαζαν, πῦρ καταφλέγον ἐν τῇ γῇ αὐτῶν. Καὶ ἐπάταξε τὰς ἀμπέλους αὐτῶν καὶ τὰς συκᾶς αὐτῶν, καὶ συνέτριψε πᾶν ξύλον ὁρίου αὐτῶν. Εἶπε καὶ ἦλθεν ἀκρὶς καὶ βροῦχος, οὗ οὐκ ἦν ἀριθμός· καὶ

Posuit pluvias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum, et percussit vineas eorum, et ficulneas eorum, et contrivit omne lignum finium eorum. Dixit et venit locusta, et bruchus cujus non erat numerus: et comedit omnem

[46] Gen. I, 20

Variæ lectiones.

(16) Græca interpretatio pendet ab ipso versiculo, cujus verba ita sonant: *Prorepsit terra eorum ranas.* His autem verbis Græcus interpres consonam animadversionem addidit, Grammaticum agens, more suo. Latinus, retento sensu, aptissime reddidit *Ebullivit;* quocirca Græca animadversione nihil opus habuit.

Digitized by Google

herbam in terra eorum, et comedit omnem fructum terræ eorum. Et percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum. De his etiam illic dictum est.

A κατέφαγε πάντα χόρτον ἐν τῇ γῇ αὐτῶν, καὶ κατέφαγε πάντα καρπὸν τῆς γῆς αὐτῶν. Καὶ ἐπάταξε πᾶν πρωτότοκον ἐν τῇ γῇ αὐτῶν, ἀπαρχὴν παντὸς πόνου αὐτῶν. Ὁμοίως καὶ περὶ τούτων ἐκεῖ.

Vers. 37. *Et eduxit eos in argento et auro.* Quod mutuo acceperant ab Ægyptiis, Deo id jubente, et reputatum est hoc in mercedem ministerii, quod impenderant fabricando lateres, et aliis operibus inserviendo.

Καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ. Ἃ ἐχρήσαντο παρὰ τῶν Αἰγυπτίων, οὕτω τοῦ Θεοῦ κελεύσαντος, ὥστε λογισθῆναι ταῦτα μισθὸν τῆς πλινθοποιίας καὶ τῆς ἄλλης ὑπηρεσίας.

Et non erat in tribubus eorum infirmus. Ea autem ratione ita a Deo provisum est, ne aliquis ob ægritudinem in itinere relinqueretur, et quanquam Moyses id specialiter non scripserit, satis tamen ex eo intelligi potest, quod aliquem eorum ægrotasse nusquam traditur; et fortassis beatus David aliunde hoc didicit. Vel aliter: Qui Deum sequuntur, non infirmantur; quin imo omnia possunt in Christo, qui eis vires ac robur suggerit. Potuit etiam beatus David id scivisse, ex aliquo non celebrato libro, veluti ex his quos apocryphos nominant, aut ex seniorum sermone, aut etiam a divino Spiritu edoctus, a quo multa perdidicit

Καὶ οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν. Ἵνα μηδεὶς ἀπολειφθείη διὰ νόσον. Μωσῆς μὲν ῥητῶς οὐκ ἀνέγραψεν, νοεῖται δὲ διὰ τὸ μηδαμοῦ μνημονευθῆναί τινα νοσήσαντα. Καὶ ἑτέρως δέ· Οἱ ἀκολουθοῦντες τῷ Θεῷ οὐκ ἀσθενοῦσι, πάντα ἰσχύοντες ἐν τῷ δυναμοῦντι αὐτοὺς Χριστῷ· ἴσως δὲ καὶ ἑτέρωθεν ἐδιδάχθη περὶ τοῦ Δαβίδ, ἢ ἐξ ἀποκρύφου βιβλίου, ἢ ἐκ παραδόσεως, ἢ ἐκ τοῦ θείου Πνεύματος, ὡς περὶ ἑτέρων πολλῶν.

B

Vers. 38. *Lætata est Ægyptus in profectione eorum, quia incubuit timor eorum super eos.* Incubuerat timor, ob flagella a Deo Ægyptiis immissa, Judæorum gratia. Per Ægyptum autem, Ægyptios homines intelligit. Cum autem hujusmodi flagella compendio quodam percurrerit, redit rursum ad beneficia in Hebræos collata.

Εὐφράνθη Αἴγυπτος ἐν τῇ ἐξόδῳ αὐτῶν, ὅτι ἐπέπεσεν ὁ φόβος αὐτῶν ἐπ' αὐτούς. Ἐπέπεσεν ὁ φόβος αὐτῶν διὰ τὰς ὑπὲρ αὐτῶν θεηλάτους μάστιγας. Αἴγυπτον δὲ λέγει τοὺς ὑπολειφθέντας Αἰγυπτίους. Διεξελθὼν δὲ τὰς κατὰ τῶν Αἰγυπτίων πληγὰς ἐπιτομώτερον, ἤδη μεταβαίνει καὶ ἐπὶ τὰς εἰς τοὺς Ἑβραίους εὐεργεσίας.

Vers. 39-41. *Expandit nubem in protectione eorum, et ignem ut luceret eis per noctem: petierunt et venit coturnix, et pane cœli saturavit eos: dirupit petram, et fluxerunt aquæ, et abierunt in sicco flumina.* De his omnibus etiam in prædicto psalmo dictum est. Abiisse autem dicit in sicco flumina; quia aquæ, quæ a petra manarunt, per aridas regiones devolutæ sunt. Hujusmodi vero aquæ rivulos, flumina appellavit, ob aquarum copiam.

Διεπέτασεν νεφέλην εἰς σκέπην αὐτοῖς, καὶ πῦρ τοῦ φωτίσαι αὐτοῖς τὴν νύκτα. Ἤτησαν καὶ ἦλθεν ὀρτυγομήτρα, καὶ ἄρτος οὐρανοῦ ἐνέπλησεν αὐτούς. Διέῤῥηξε πέτραν, καὶ ἐῤῥύησαν ὕδατα, καὶ ἐπορεύθησαν ἐν ἀνύδροις ποταμοί. Ἐν ἐκείνῳ τῷ ψαλμῷ καὶ περὶ τούτων ἐῤῥήθη. Ἐπορεύθησαν, φησὶν, ἐν ἀνύδροις τόποις ποταμοὶ ῥέοντες ἀπὸ τῆς διαῤῥαγείσης ἐκείνης πέτρας. Ποταμοὺς δὲ τοὺς ὀχετοὺς ἐκάλεσε διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὑδάτων.

C

Vers. 42. *Quoniam memor fuit verbi sui, quod habuit ad Abraham puerum suum.* Illius nimirum promissionis, quod multiplicaturus esset semen ejus, et quod daturus eis esset terram Chanaan, hoc est, Palæstinam regionem.

Ὅτι ἐμνήσθη τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου αὐτοῦ, τοῦ πρὸς Ἀβραὰμ τὸν δοῦλον αὐτοῦ. Τοῦ λόγου τῆς ἐπαγγελίας, ὅτι πληθυνεῖ τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ ὅτι δώσει αὐτῷ τὴν γῆν Χαναάν, ἤτοι τὴν Παλαιστίνην.

Vers. 43. *Et eduxit populum suum in exsultatione.* Gaudentem, scilicet, et lætantem post Ægyptiorum demersionem.

Καὶ ἐξήγαγε τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει, Χαίροντα μετὰ τὴν τῶν Αἰγυπτίων καταπόντισιν.

D

Et electos suos in lætitia. Eumdem populum electos appellat, tanquam Deo dicatum.

Καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐν εὐφροσύνῃ. Τὸν αὐτὸν λαὸν λέγει καὶ ἐκλεκτοὺς, ὡς ἐξῃρημένον τῷ Θεῷ.

Vers. 44. *Et dedit illis regiones gentium.* Eorum quæ incolebant Palæstinam.

Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς χώρας ἐθνῶν. Τῶν κατοικούντων τὴν Παλαιστίνην.

Et labores populorum hæreditarunt. Gentium nimirum illarum quas jam commemoravimus.

Καὶ πόνους λαῶν κατεκληρονόμησαν. Τῶν εἰρημένων ἐθνῶν.

Vers. 45. *Ut custodiant justificationes ejus, et legem ejus exquirant.* Hæc autem fecit exhortans ad observationem mandatorum suorum, atque ad exquisitionem legis suæ. Per exquisitionem autem, summum desiderium intellige. Nam quod quis valde desiderat, illud etiam summo studio exquirit.

Ὅπως ἂν φυλάξωσι τὰ δικαιώματα αὐτοῦ, καὶ τὸν νόμον αὐτοῦ ἐκζητήσωσι. Ταῦτα δὲ ἐποίησεν αὐτοῖς, προτρεπόμενος αὐτοὺς εἰς φυλακὴν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ, ἤτοι πρὸς ἐκζήτησιν τοῦ νόμου αὐτοῦ. Ὃ ἐκζήτησιν δὲ νόει τὸν πόθον· ὃ γάρ τις ποθεῖ, τοῦτο καὶ ἐκζητεῖ.

Digitized by Google

Ἀλληλούϊα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΕ'.

Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς ὅμοιος τῷ προλαβόντι, τὰ τοῦ Θεοῦ θαυμάσια διηγούμενος· ἔτι δὲ καὶ τὴν τῶν Ἑβραίων μὲν ἀχαριστίαν καὶ πονηρίαν, αὐτοῦ δὲ μακροθυμίαν καὶ φιλανθρωπίαν, ὁμοίαν ἐκείνῳ φέρει καὶ τὴν ἐπιγραφήν.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι χρηστός. Ἐξομολογεῖσθε αὐτῷ τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν, ὅτι ἀγαθὸς καὶ ἀμνησίκακος τοῖς ἐξομολογουμένοις.

Ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦτον τὸ ἔλεος αὐτοῦ, τοῖς μετανοοῦσιν· εἰς δὲ τὸν μέλλοντα ἡ κρίσις αὐτοῦ· διὸ χρὴ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦτον ἐξομολογεῖσθαι. Ἢ ὅτι ἀεὶ ἐλεεῖ, καὶ προσῆκον ἀεὶ ἐξομολογεῖσθαι· ἢ ὅτι αἰώνιον τὸ ἔλεος αὐτοῦ τοῖς ἀξίοις.

Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου; Τὰς μεγαλοδυνάμους εὐεργεσίας, τὰς εἰς τὸν λαὸν αὐτοῦ· ὄντως οὐδείς, ὡς ἀνεῴκτους· ἢ ἁπλῶς τὰς μεγαλουργίας· *Ὁ Θεὸς γὰρ, φησὶν, ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ πάντα ὅσα ἠθέλησεν, ἐποίησεν.* Ἢ τὰς θεοπρεπεῖς δυνάμεις, ἃς ἐργάσεται πολιτευόμενος ἐν σαρκὶ, ὡς εἶναι τοῦτο προφητείαν περὶ αὐτῶν.

Ἀκουστὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτου; Τίς ἐπαγγελεῖ τὰς ἐφ' ἑκάστῳ τούτων ἁρμοζούσας αἰνέσεις;

Μακάριοι οἱ φυλάσσοντες κρίσιν. Οἱ τηροῦντες νόμον Θεοῦ· ἢ οἱ ἔχοντες κρίσιν εἰς τὸ κρίνειν ὀρθῶς, μὴ μόνον ἑτέροις, ἀλλὰ καὶ πρὸ τούτων ἑαυτοῖς· ὥστε μὴ παραχωρεῖν κατεξανίστασθαι τὸ χεῖρον ὑπὸ τοῦ κρείττονος, μηδὲ νικᾶσθαι τὸ καλὸν ὑπὸ τοῦ κακοῦ.

Καὶ ποιοῦντες δικαιοσύνην ἐν παντὶ καιρῷ. Ἑαυτοῖς, ὡς εἴρηται, καὶ ἑτέροις

Μνήσθητι ἡμῶν, Κύριε, ἐν τῇ εὐδοκίᾳ τοῦ λαοῦ σου. Προϊδὼν ὁ Δαβὶδ τὰ κατὰ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν, καὶ τὸν νέον λαὸν, ἱκετεύει μνημονευθῆναι τότε καὶ αὐτὸν, εὐδοκίαν λέγων τὴν ἐκλογὴν τοῦ τοιούτου λαοῦ· Μνήσθητι, φησὶν, ἡμῶν εἰς τὸ συντάξαι καὶ ἡμᾶς ἐκείνῳ· ἢ εὐδοκίαν, περὶ ἧς ἔλεγον οἱ ἄγγελοι· *Ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.*

Ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ἐν τῷ σωτηρίῳ σου. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν ἐπιτείνων τὴν αἴτησιν. Ἐν τῷ σωτηρίῳ, φησὶ, τῷ παρὰ σοῦ γενησομένῳ ἐν τῷ κόσμῳ, ὅπερ ἐστὶν ἐνανθρώπησις· Αὐτὸς γὰρ, φησὶ, *σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ.*

Τοῦ ἰδεῖν ἐν τῇ χρηστότητι τῶν ἐκλεκτῶν

Allelnia.

PSALMUS CV.

Hic Psalmus similiter, ut proxime præcedens, mirabilia Dei opera narrat, multaque in Judæorum populum collata a Deo beneficia : rursusque summam istorum ingratitudinem ac malignitatem, Deique ineffabilem longanimitatem et misericordiam exponit : similemque priori inscriptionem sortitus est.

Vers. 1. *Confitemini Domino, quoniam bonus.* Gratias agite ei, ut alibi dictum est. Vel confitemini ei peccata vestra, quoniam bonus est, injuriarumque ac delictorum immemor, si, qui ea perpetrarunt, scelus illi suum fateantur.

Quoniam in sæculum misericordia ejus. In præsenti sæculo misericordia ejus pœnitentibus præsto est, in futuro autem judicium reservatur : atque ideo oportet in hoc sæculo ei confiteri. Vel : Quia Deus semper miseretur, decet, ut nos etiam semper ei confiteamur. Vel: In sæculum misericordia ejus est, quia iis qui ea digni sunt, misericordia Dei semper patet.

Vers. 2. *Quis loquetur potentias Domini?* Hoc est, maxima ac potentissima ejus beneficia, quæ in populum suum contulit. Nemo quippe ea unquam narrabit. Ineffabilia enim sunt. Vel, simpliciter potentias expone, pro *Magna ejus opera. Deus* enim *noster*, alibi inquit, *in cœlo, omnia, quæcunque voluit, fecit* [47]. Vel potentias ejus divinas, quas operatus est, cum versaretur in carne, ita ut sit prophetia de operibus Christi.

Auditas faciet omnes laudes ejus? Quis in unaquaque re meritas ejus laudes annuntiabit?

Vers. 3. *Beati qui custodiunt judicium.* Qui servant legem Dei : vel, qui habent judicium ad recte judicandum, non solum aliis, sed sibi ipsis in primis, ita ut non permittant ea quæ deteriora sunt insurgere adversus potiora, neque bonum vinci a malo.

Et faciunt justitiam in omni tempore In seipsis, ut dixi, et in aliis.

Vers. 4. *Memento nostri, Domine, in beneplacito populi tui.* Prævidens beatus David incarnationis dispensationem, et futurum novum populum, supplicat sui tunc memoriam haberi, beneplacitum appellans hujusmodi populi electionem a Deo faciendam. Memor esto, inquit, nostri, ut cum eligendo illo a te populo, nos simul conjungas. Vel beneplacitum appellat bonam voluntatem, de qua angeli dicebant : *Hominibus bona voluntas* [48].

Visita nos in salutari tuo. Idem rursus repetit, petitionem suam magis intendens. In salutari, inquit, quod per te in mundo futurum est, hoc est, in incarnatione tua : *Ipse* enim inquit *salvabit populum suum* [49].

Vers. 5. *Ut videamus in bonitate electorum tua-*

[47] Psal. cxiii, 3. [48] Luc. II, 14. [49] Isa. xxxiii 22

rum. Ut videamus et nos in beneficiis populi tui, ea scilicet, quæ illi vident. Verum ad discipulos suos Christus dicebat : *Multi prophetæ et justi optaverunt videre, quæ vos videtis* [80].

Ut lætentur in lætitia gentis tuæ. Gentis Christianorum scilicet, de qua rursum angelus dixit : *Ecce evangelizo vobis gaudium magnum* [81].

Ut laudemur cum hæreditate tua. Per hæc omnia supplicat communionem et participationem quamdam habere in sorte atque in hæreditate novi populi : quasi et ipse beatus David jam omnia crederet, quæ de Christo credenda erant, et magnitudine fidei jam esset insignis.

VERS. 6. *Peccavimus cum patribus nostris, inique egimus, injustitiam fecimus.* Intelligi possunt verba hæc, et quæ sequuntur, prolata esse veluti in persona eorum qui ex circumcisione crediturі erant in Christum, ita ut beatus David revelatione sancti Spiritus futura prænoscens, illorum, ut diximus, personam inducens, confiteatur peccata, quæ ante hujusmodi fidem commiserant.

VERS. 7. *Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua.* Non intellexerunt miracula, quæ illic facta sunt.

Et non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ. Quæ in eos tunc facta est. Non intellexerunt autem, et memores non fuerunt, hoc est, omnium obliti sunt. Id vero accidit, quando appropinquantes mari Rubro, viderunt post se Ægyptiorum exercitum : *Tunc* enim, inquit, *perterriti valde, dixerunt ad Moysem : Quia sepulcra non erant in Ægypto, eduxisti nos ut occideremur in deserto?* item : *Dimitte nos, ut serviamus Ægyptiis, satius enim est eis servire, quam in deserto occumbere* [82].

Et exacerbaverunt ascendentes in mari Rubro. Hujusmodi verba dicentes, irritaverunt eum, secus mare Rubrum, cui vicinum est desertum : ubi castrametati murmurabant, vel ascendentes ad mare Rubrum. Ascendentes autem dixit, quia Ægypti regio unde ascendebant in Palæstinam, humilior est.

VERS. 8. *Et salvavit eos propter nomen suum.* Non conclusit eos in manus Ægyptiorum persequentium, ne blasphemaretur Deus, quasi infirmus esset, aut fallax. Nam alio qui ob propriam ingratitudinem indigni erant salute.

Ut notam faceret potentiam suam. Ut summas, inquit, vires suas, non Hebræis tantum, aut Ægyptiis, sed omnibus etiam nationibus notas redderet.

VERS. 9. *Et increpavit mare Rubrum, et exsiccatum est.* Statim ut præcepit, continuo in mar medium quoddam iter exaruit.

Et deduxit eos in abysso, tanquam in deserto. Quasi

σου. Τοῦ ἰδεῖν καὶ ἡμᾶς ἐν τῇ εὐεργεσίᾳ τοῦ λαοῦ σου, ἃ κἀκεῖνοι. Διὸ καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγε πρὸς αὐτοὺς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· ὅτι *Πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, ἃ εἴδετε.*

Τοῦ εὐφρανθῆναι ἐν τῇ εὐφροσύνῃ τοῦ ἔθνους σου. Τοῦ τῶν Χριστιανῶν. Περὶ ἧς εὐφροσύνης εἶπεν πάλιν ὁ ἄγγελος, ὅτι *Ἰδοὺ εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην.*

Τοῦ ἐπαινεῖσθαι μετὰ τῆς κληρονομίας σου. Διὰ τῶν εἰρημένων πάντων ἱκετεύει κοινωνίαν ἔχειν καὶ αὐτὸν ἐν τῷ κλήρῳ τοῦ νέου λαοῦ, ὡς ἤδη πιστεύσαντα.

Ἡμάρτομεν μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, ἠνομήσαμεν, ἠδικήσαμεν. Νοηθεῖεν ἂν τά τε ῥηθέντα, τά τε προκείμενα, καὶ προσώπῳ τῶν ἐκ περιτομῆς μελλόντων πιστεῦσαι εἰς Χριστὸν, ὡς ἀπὸ τούτων τοῦ Δαβὶδ ταῦτα φθεγγομένου κατὰ τὴν ὑφήγησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τὰς πρὸ τοῦ πιστεῦσαι αὐτοῦ ἁμαρτίας ἐξομολογουμένου.

Οἱ πατέρες ἡμῶν οὐ συνῆκαν τὰ θαυμάσιά σου. Οὐ συνῆκαν τὰ ἐκεῖ τερατουργηθέντα.

Οὐκ ἐμνήσθησαν τοῦ πλήθους τοῦ ἐλέους σου. Τοῦ εἰς αὐτοὺς γενομένου τότε. Οὐ συνῆκαν δὲ καὶ οὐκ ἐμνήσθησαν, τουτέστιν, ἐπελάθοντο πάντων τότε· ὅτι δηλαδὴ, πλησιάσαντες τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, εἶδον τοὺς Αἰγυπτίους στρατοπεδεύσαντας ὀπίσω αὐτῶν. *Τότε* γὰρ, φησὶν, *φοβηθέντες σφόδρα, εἶπον πρὸς Μωϋσῆν· Παρὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν μνήματα ἐν Αἰγύπτῳ, ἐξήγαγες ἡμᾶς ἀποκτεῖναι ἐν τῇ ἐρήμῳ;* Καὶ ἔτι· *Πάρες ἡμᾶς ὅπως δουλεύσωμεν τοῖς Αἰγυπτίοις· κρεῖσσον γὰρ ἦν ἡμᾶς δουλεύειν τοῖς Αἰγυπτίοις ἢ ἀποθανεῖν ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ.*

Καὶ παρεπίκραναν ἀναβαίνοντες ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Καὶ τοιαῦτα λέγοντες, παρώργισαν αὐτὸν παρὰ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν· πλησίον γὰρ αὐτῆς ἡ ἔρημος· ὅπου στρατοπεδεύσαντες τοιαῦτα ἐγόγγυζον, ἢ ἀναβαίνοντες πρὸς τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν. Ἀναβαίνοντες δὲ εἶπε, διότι χθαμαλή ἐστιν ἡ Αἴγυπτος, ὅθεν ἀνέβαινον.

Καὶ ἔσωσεν αὐτοὺς ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Οὐ συνέκλεισεν αὐτοὺς εἰς τὰς χεῖρας τῶν καταδιωκόντων Αἰγυπτίων, ἵνα μὴ βλασφημηθῇ, ὡς ἀσθενὴς ἢ ἀπατεών· αὐτοὶ γὰρ ἀνάξιοι ἦσαν σωτηρίας, ὡς ἀγνώμονες.

Τοῦ γνωρίσαι τὴν δυναστείαν αὐτοῦ. Τοῦ γνωσθῆναι τὸ μεγαλοδύναμον αὐτοῦ οὐ μόνον Ἑβραίοις καὶ Αἰγυπτίοις, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν.

Καὶ ἐπετίμησε τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ ἐξηράνθη. Ἐπέταξεν αὐτῇ, καὶ ἐξηράνθη κατὰ τὸ μέσον.

Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐν ἀβύσσῳ ὡς ἐν ἐρήμῳ.

[80] Matth. XIII 17. [81] Luc. II, 10. [82] Exod. XIV, 11, 12.

Digitized by Google

Ὡς ἐν ξηρᾷ. Ἐν ἀβύσσῳ δὲ εἶπε, διὰ τὸ ὁδεύειν μέσον τῆς θαλάσσης.

Καὶ ἔσωσεν αὐτοὺς ἐκ χειρὸς μισοῦντος. Τοῦ Φαραώ.

Καὶ ἐλυτρώσατο αὐτοὺς ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν. Τῶν Αἰγυπτίων.

Ἐκάλυψεν ὕδωρ τοὺς θλίβοντας αὐτούς, εἷς ἐξ αὐτῶν οὐχ ὑπελείφθη. Ὕδωρ τὸ τῆς θαλάσσης.

Καὶ ἐπίστευσαν τῷ λόγῳ αὐτοῦ. Ταῖς ἐπαγγελίαις αὐτοῦ.

Καὶ ᾖσαν τὴν αἴνεσιν αὐτοῦ. Ἦσαν τὴν ἐπινίκιον ᾠδὴν, ἣν ὑπηγόρευσεν αὐτοῖς Μωϋσῆς.

Ἔτάχυναν, ἐπελάθοντο τῶν ἔργων αὐτοῦ. Ταχέως ἐπελάθοντο πάλιν τῶν εἰς αὐτοὺς εὐεργεσιῶν· ὅτε, πεινάσαντες καὶ μνησθέντες τῶν λεβήτων τῶν κρεῶν, καὶ τῆς πλησμονῆς τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἄρτων, διεγόγγυζον.

Οὐχ ὑπέμειναν τὴν βουλὴν αὐτοῦ. Οὐκ ἀνέμειναν τὴν βουλὴν αὐτοῦ, βουλομένου οἰκονομῆσαί τι, καὶ διὰ τοῦτο παραχωρήσαντος πεινάσαι αὐτούς.

Καὶ ἐπεθύμησαν ἐπιθυμίαν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ἐπιθυμίαν, ὡς εἴρηται, κρεῶν καὶ ἄρτων.

Καὶ ἐπείρασαν τὸν Θεὸν ἐν ἀνύδρῳ. Ζήτησον ἐν τῷ οζ' ψαλμῷ τὸ, *Παρεπίκραναν τὸν Ὕψιστον ἐν ἀνύδρῳ, καὶ ἐξεπείρασαν τὸν Θεὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν.*

Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ αἴτημα αὐτῶν. Τὸ περὶ βρωμάτων· ἔτι δὲ καὶ τὸ περὶ ὕδατος. Αἴτημα δὲ λέγει τὴν ἐπιθυμίαν· οὐ γὰρ ᾐτήσαντο, ἀλλ' ἐπεθύμησαν καὶ ἐγόγγυσαν.

Ἐξαπέστειλε πλησμονὴν εἰς τὰς ψυχὰς αὐ-. Οὐχ ἁπλῶς αὐτοῖς ἔδωκε κρέας μὲν τὴν ὀρτυγομήτραν, ἄρτον δὲ τὸ μάννα, ὕδωρ δὲ τὸ ἐν μέρᾳ γλυκανθὲν καὶ τὸ ἐκ πέτρας ῥυὲν, ἀλλ' ἄχρι κόρου.

Καὶ παρώργισαν τὸν Μωϋσῆν ἐν τῇ παρεμβολῇ. Τῇ περὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρών· ἀντέστησαν γὰρ αὐτῷ, ὡς ἡ τῶν Ἀριθμῶν βίβλος ἱστορεῖ.

Τὸν Ἀαρὼν τὸν ἅγιον Κυρίου. Τὸν καθιερωμένον Κυρίῳ. Οἱ περὶ Κορὲ Λευῖται, φιλονεικοῦντες ἱερατεύειν.

Ἠνοίχθη ἡ γῆ, καὶ κατέπιε Δαθάν. Ζῶντα.

Καὶ ἐκάλυψεν ἐπὶ τὴν συναγωγὴν Ἀβειρών. Καὶ ἐκάλυψε τὴν συναγωγὴν Ἀβειρών. Περιττὴ γὰρ ἡ πρόθεσις. Ἡ μὲν οὖν εἰρημένη βίβλος ἅμα καὶ τὸν Δαθὰν καὶ τὸν Ἀβειρὼν, καὶ τὴν περὶ αὐτοὺς συναγωγὴν, καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν, καὶ τὰς σκηνὰς αὐτῶν, καὶ πάντα ὅσα ἦν αὐτοῖς, φησὶ συγκαταποθῆναι· Δαβὶδ δὲ διεῖλεν αὐτοὺς, αὔξων τὴν συμφορὰν αὐτῶν.

Καὶ ἐξεκαύθη πῦρ ἐπὶ τῇ συναγωγῇ αὐτῶν. Τῶν περὶ Κορέ· πῦρ γὰρ ἐξελθὸν παρὰ Κυρίου κατέκαυσε τοὺς διακοσίους καὶ πεντήκοντα ἄνδρας τοὺς προσφέροντας τὸ θυμίαμα.

A in arido aliquo solo. In *abysso*, autem dixit, quod per medium maris iter facerent.

VERS. 10. *Et salvavit eos de manu inimici.* Pharaonis scilicet, persequentis odio.

Et redimit eos de manu inimicorum. Ægyptiorum scilicet.

VERS. 11. *Et operuit aqua tribulantes eos, unus ex eis non remansit.* Aqua maris scilicet.

VERS. 12. *Et crediderunt verbo ejus.* Id est, promissionibus divinis.

Et laudaverunt laudem ejus. Cecinerunt enim canticum pro victoria, quod mandavit illis Moyses.

VERS. 13. *Acceleraverunt, obliti sunt operum ejus.* Cito iterum obliti sunt beneficiorum, quæ contulerat in eos Deus. Quando scilicet esurientes et reminiscentes lebetum, carnium, et saturitatis panum, quos in Ægypto habuerant, murmurarunt.

Non sustinuerunt consilium ejus. Non exspectarunt exitum divini consilii, quo mira providentia, ob eorum salutem auxilium a Deo serius demittebatur, et esurire permittebantur.

VERS. 14. *Et concupierunt concupiscentiam in deserto.* Concupiscentiam carnium et panum, ut dictum est.

Et tentaverunt Deum in inaquoso. Vide in psalmo LXXVII, ibi : *Exacerbaverunt in inaquoso, et tentaverunt Deum in cordibus suis.*

VERS. 15. *Et dedit illis petitionem ipsorum.* Cibos quippe, et aquam largissime præbuit. Per petitionem vero, desiderium hic intellige. Nihil enim aperte petierunt, sed secum taciti murmurantes ea concupiscebant.

Misit saturitatem in animas eorum. Non tenuiter eos aluit, sed ad satietatem alimentum exhibuit, pro carnibus quidem coturnices, et pro panibus manna : aquam præterea, tum eam quæ ex amara dulcis effecta est, tum eam quæ ex petra defluxit.

VERS. 16. *Et irritaverunt Moysem in castris.* Dathan nimirum et Abiron, qui restiterunt ei, ut in libro Numerorum traditur.

Aaron sanctum Domini. Sanctificatum et dedicatum Deo. Irritaverunt autem eum Core, et alii D ambientes fungi sacerdotio.

VERS. 17. *Aperta est terra, et deglutivit Dathan.* Eum quippe vivum absorbuit.

Et operuit super congregationem Abiron. Et operuit congregationem ipsius Abiron, superflua enim est præpositio *super*. In Numerorum autem libro ipsum Dathan, pariter et Abiron congregationemque et jumenta eorum et tabernacula, et omnia denique eorum bona una absorpta fuisse scriptum est : quæ beatus David disjunxisse arbitror, ut eorum calamitatem magis amplificaret.

VERS. 18. *Et exarsit ignis in congregatione eorum.* In congregatione Core scilicet et complicum. Ignis enim egressus a Domino, incendit CCL viros, qui offerebant incensum.

Digitized by Google

Flamma combussit peccatores. Superius commemoratos : atque hoc, quia indigne sacerdotium arripere conabantur.

A *Φλὸξ κατέφλεξεν ἁμαρτωλούς.* Τοὺς ῥηθέντας, ὡς ἀναξίως ἁρπάζειν τὴν ἱερωσύνην ἐπειχειροῦντας.

Vers. 19. *Et fecerunt vitulum in Choreb.* Ut traditur in Exodo. Ordinem autem historiæ Propheta nullum servavit, sed omnia antiqui illius populi scelera atque impietates, ut sese offerebant, narravit.

Καὶ ἐποίησαν μόσχον ἐν Χωρήβ. Ὡς ἡ βίβλος τῆς Ἐξόδου παρίστησιν. Οὐ κέχρηται δὲ τάξει περὶ τὴν ἱστορίαν· ἀλλ' ὡς ἔτυχε, καταλέγει τὰς ἁμαρτίας καὶ ἀσεβείας αὐτῶν.

Et adoraverunt sculptile. Ipsum scilicet vitulum.

Καὶ προσεκύνησαν τῷ γλυπτῷ. Τῷ μόσχῳ δηλονότι.

Vers. 20. *Et commutaverunt gloriam ejus in similitudinem vituli comedentis fenum.* Commutaverunt honorem Dei in similitudinem vituli, hoc est, in simulacrum atque in idolum vituli. Addidit autem *Comedentis fenum* (seu *herbam*, ut Græca dictio χόρτος verius significat), carpens Judæorum amentiam, qui irrationalia colerent animantia, cum ipsi ratione prædíti viderentur. Quædam vero exemplaria habent : *Gloriam suam*, ita ut gloria eorum intelligatur Deus esse, qui per beneficia superius connumerata, eos gloriücaverat; ut sit sensus, quod verum Deum deserentes, loco ejus assumpserant vituli simulacrum.

Καὶ ἠλλάξαντο τὴν δόξαν αὐτοῦ ἐν ὁμοιώματι μόσχου ἐσθίοντος χόρτον. Καὶ μετέστησαν τὴν τιμὴν τοῦ Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι μόσχου, εἰς εἴδωλον μόσχου. Τὸ δὲ *ἐσθίοντος χόρτον* προσέθηκε, διασύρων μάλιστα τὴν ἄνοιαν αὐτῶν· ὅτι λογικοὶ ὄντες, B ξόανα ἀλόγων ἐδόξαζον. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων *τὴν δόξαν αὐτῶν* γράφουσιν, ὡς νοεῖσθαι δόξαν αὐτῶν τὸν Θεὸν, τὸν δοξάσαντα αὐτοὺς διὰ τῶν προειρημένων εὐεργεσιῶν. Ἠλλάξαντο οὖν, φησὶ, τὸν Θεὸν εἰς ὁμοίωμα μόσχου.

Vers. 21-23. *Obliti sunt Dei, qui salvavit eos, qui fecit magnifica in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Rubro, et dixit, ut exterminaret eos.* Dixit enim Deus ad Moysem : *Dimitte me, et indignatus conteram eos* [83].

Ἐπελάθοντο τοῦ Θεοῦ, τοῦ σώζοντος αὐτοὺς, τοῦ ποιήσαντος ἐν Αἰγύπτῳ μεγάλα, θαυμάσια ἐν γῇ Χάμ, φοβερὰ ἐπὶ θαλάσσης Ἐρυθρᾶς, καὶ εἰπε, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι αὐτούς. Εἶπεν ὁ Θεὸς δηλονότι περὶ τοῦ ἐξολοθρεῦσαι αὐτούς. Εἶπεν γὰρ πρὸς Μωϋσῆν· *Ἔασόν με, καὶ θυμωθεὶς ὀργῇ εἰς αὐτούς, ἐκτρίψω αὐτούς.*

Nisi Moyses electus ejus stetisset in confractione in conspectu ejus, ut averteret iram ejus, ne exterminaret eos. Quando scilicet placaturus Dominum dicebat : *Precor, Domine, peccavit populus hic peccatum grande, et fecit sibi deos aureos : et nunc, si quidem dimittis eis peccatum, dimitte, si minus, dele me de libro quem scripsisti* [84]. Et aliqui dicunt, quod licet Scriptura de uno tantum vitulo loquatur, quod tamen plures tunc vitulos confecerant : quodque ideo Hebræi dicebant : *Hi sunt dii tui, Israel, qui deduxerunt te de terra Ægypti* [85]; et Moyses autem etiam deos dixit, ut dictum est. Alii vero pluralem numerum positum etiam dicunt pro singulari, more Hebraici idiomatis.

Εἰ μὴ Μωϋσῆς ὁ ἐκλεκτὸς αὐτοῦ ἔστη ἐν τῇ C *θραύσει ἐνώπιον αὐτοῦ, τοῦ ἀποστρέψαι τὸν θυμὸν αὐτοῦ, τοῦ μὴ ἐξολοθρεῦσαι αὐτούς.* Ὅτε δυσωπῶν ἔλεγε· *Δέομαι, Κύριε· ἡμάρτηκεν ὁ λαὸς οὗτος ἁμαρτίαν μεγάλην· καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς θεοὺς χρυσοῦς· καὶ νῦν εἰ μὲν ἀφῇς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ· ἐξάλειψόν με ἐκ τῆς βίβλου ἧς ἔγραψας.* Φασὶ δέ τινες ὅτι, εἰ καὶ μόσχον ἕνα φησὶν ἡ Γραφὴ, ἀλλ' οὖν πλείονες γεγόνασι· διὸ καὶ οἱ Ἑβραῖοι ἔλεγον· *Οὗτοι οἱ θεοί σου, Ἰσραὴλ, οἵτινες ἀνεβίβασάν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου·* καὶ ὁ Μωϋσῆς δὲ χρυσοῦς θεοὺς εἴρηκεν, ὡς εἴρηται. Ἄλλοι δὲ πάλιν καθ' Ἑβραΐδα συνήθειαν τὸ πληθυντικὸν ἀντὶ ἑνικοῦ ἐνήησαν.

Vers. 24. *Et spreverunt terram desiderabilem.* Promissam regionem spreverunt, quamvis optima esset, ut in libro Numerorum legitur. Deinde narrat, quo pacto eam spreverint. Verum, dices non sprevisse eos hanc terram, quin imo admiratos esse, sed Propheta intelligit quod, dum molles ac languidi fuere, et laborare noluerunt ut illam reciperent, sprevisse eam videantur.

Καὶ ἐξουδένωσαν γῆν ἐπιθυμητήν. Ἀπεπέμ- D ψαντο τὴν ἀγαθὴν γῆν τὴν τῆς ἐπαγγελίας, ὡς εὑρήσεις ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Ἀριθμῶν. Εἶτα λέγει, πῶς αὐτὴν ἐξουδένωσαν. Καὶ μὴν ἐθαύμαζον αὐτὴν, ἀλλὰ τῷ μαλακισθῆναι καὶ μὴ θελῆσαι πόνους ὑπὲρ αὐτῆς ἀναδέξασθαι, τούτῳ πάντως ἐξουδένωσαν.

Vers. 25. *Non crediderunt verbo ejus.* Quod daturus eam esset populo, quemadmodum promiserat.

Οὐκ ἐπίστευσαν τῷ λόγῳ αὐτοῦ. Ὅτι δώσει αὐτοῖς αὐτὴν· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἐπηγγείλατο.

Et murmuraverunt in tabernaculis suis. Omnis enim, inquit, *congregatio dedit vocem, et flebat populus nocte illa et murmurabant* [86] : quoniam scilicet exploratores reversi sunt, et annuntiarunt, quod

Καὶ ἐγόγγυσαν ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν. Ἐν ταῖς σκηναῖς αὐτῶν. *Πᾶσα* γὰρ, φησὶν, *ἡ συναγωγὴ ἔδωκε φωνὴν, καὶ ἔκλαιεν ὁ λαὸς τὴν νύκτα ἐκείνην, καὶ διεγόγγυζον.* Ὅτε δηλονότι οἱ ἀπο-

[83] Exod. xxxii, 10. [84] Ibid. 31, 3. [85] Ibid. 4. [86] Num. xiv, 1.

Digitized by Google

σταλέντες εἰς τὴν εἰρημένην γῆν κατάσκοποι ὑποστρέψαντες ἀνήγγειλαν περὶ τῆς ἰσχύος τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ διαφόρων ἐθνῶν.

Οὐκ εἰσήκουσαν τῆς φωνῆς Κυρίου. Τῆς, ὅτι δίδωσιν αὐτοῖς τὴν εἰρημένην γῆν. Οὐκ ἐπίστευσαν τῇ τοιαύτῃ φωνῇ.

Καὶ ἐπῆρε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' αὐτούς. Ἐλίνησε τὴν χεῖρα αὐτοῦ κατ' αὐτῶν, ἤτοι τὴν κολαστικὴν δύναμιν.

Τοῦ καταβαλεῖν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ. Τοῦ θανατῶσαι αὐτούς.

Καὶ τοῦ καταβαλεῖν τὸ σπέρμα αὐτῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι. Τοῦ καταφυτεῦσαι τὰ τέκνα αὐτῶν ἐν τῇ γῇ τῶν ἐθνῶν, τῶν Χαναναίων καὶ τῶν ἄλλων. Εἶπε γὰρ, φησί, Κύριος πρὸς Μωϋσῆν, ὅτι Πάντες οἱ ἄνδρες οἱ ἐπείρασάν με τοῦτο τὸ δέκατον, καὶ οὐκ εἰσήκουσαν τῆς φωνῆς μου, ἦ μὴν οὐκ ὄψονται τὴν γῆν, ἣν ὤμοσα τοῖς πατράσιν αὐτῶν, ἀλλ' ἢ τὰ τέκνα αὐτῶν ἃ ἐστι μετ' ἐμοῦ ὧδε.

Καὶ διασπορίσαι αὐτοὺς ἐν ταῖς χώραις. Ταῖς τῶν εἰρημένων ἐθνῶν.

Καὶ ἐτελέσθησαν τῷ Βεελφεγώρ. Τελετὴ γεγόνασι καὶ οἷον ἑορτὴ τῷ Βεελφεγώρ. Ἢ ἐμυήθησαν τῷ Βεελφεγὼρ, εἰδώλῳ τῶν Μωαβιτῶν, ἤτοι τῶν Μαδιανιτῶν· ὡς ἐν τῇ προμνημονευθείσῃ βίβλῳ τῶν Ἀριθμῶν ἱστόρηται, ὅτε, ἐπιθυμήσαντες τῶν θυγατέρων Μωάβ, ἀνεπείσθησαν ὑπ' αὐτῶν τοῦ προσκυνῆσαι τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν.

Καὶ ἔφαγον θυσίας νεκρῶν. Νεκρὰ λέγει τὰ εἴδωλα, ὡς ἀναίσθητα καὶ ἀνενέργητα.

Καὶ παρώξυναν αὐτὸν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν. Ἐν τοῖς τοιούτοις ἔργοις αὐτῶν.

Καὶ ἐπληθύνθη ἐν αὐτοῖς ἡ πτῶσις. Ἀποθνησκόντων πολλῶν.

Καὶ ἔστη Φινεὲς καὶ ἐξιλάσατο, καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις. Ἀνέστη ἐκ μέσου τῆς συναγωγῆς, καὶ ἐξιλεώσατο τὸν Θεὸν, ἐν τῷ λαβεῖν σειρομάστην, εἴτουν δόρυ, καὶ ἀποκεντῆσαι τὸν Ἰσραηλίτην ἅμα καὶ τὴν Μαδιανίτιν· καὶ ἐκόπασεν ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ, εἴτουν ἡ πτῶσις τοῦ λαοῦ. Ἦν δὲ Φινεὲς υἱὸς Ἐλεαζάρου τοῦ υἱοῦ Ἀαρών.

Καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Εἰς ἀρετήν. Διὸ καὶ ἄθλον ἔλαβεν ἀπὸ Θεοῦ τὴν ἱερωσύνην, βιώνιον ἑαυτῷ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ.

Εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἕως τοῦ αἰῶνος. Ἀεὶ γὰρ διὰ τὸν ζῆλον ἐκεῖνον εὐφημεῖται, τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας γενόμενον.

Καὶ παρώργισαν αὐτὸν ἐπὶ ὕδατος ἀντιλογίας. Ἐν τῇ ἐρήμῳ Κάδης. Ἐκεῖ γὰρ διψήσας ὁ λαὸς, ἀδεινοπάθει, καὶ διεγόγγυζε, καὶ ἀντέλεγε. Διὸ τὸ ἐκ πέτρας καὶ τότε ῥυὲν ὕδωρ ἐκλήθη ὕδωρ ἀντιλογίας.

Καὶ ἐκακώθη Μωϋσῆς δι' αὐτούς. Παρὰ Θεοῦ γὰρ κελευσθεὶς λαβεῖν τὴν ῥάβδον αὐτοῦ καὶ ἐκκλη-

A potentissimi essent illi populi, qui promissionis terram incolerent.

Non exaudierunt vocem Domini. Vocem illam scilicet, qua dixerat daturum se eis illam terram. Hujusmodi quippe voci non crediderunt.

Vers. 26. *Et elevavit manum suam super eos.* Movit manum suam adversus eos, hoc est, puniendi ac castigandi potentia in eos commotus est.

Ut destrueret eos in deserto. Ut eos scilicet occideret.

Vers. 27. *Ut constitueret semen eorum in gentibus.* Ut plantaret filios eorum in terra gentium. Chananæorum scilicet et aliorum populorum: *Dixit* enim, inquit, *Dominus ad Moysem: Omnes viri,* B *qui jam decies tentaverunt me, et non audierunt vocem meam, certe non videbunt terram, quam juravi patribus eorum, sed filii eorum, qui sunt mecum hic* [57].

Et dispergeret eos in regionibus. Prædictarum gentium.

Vers. 28. *Et initiati sunt Beelphegor.* Beelphegor Moabitarum seu Madianitarum idolo, initiasse sese Judæi ac dicasse visi sunt, dum solemnes ac festivos ei dies celebrarent, ut in Numerorum libro traditur, quando Moabitidarum puellarum pulchritudine deliniti, persuasi sunt, ut illorum colerent simulacra.

Vers. 29. *Et comederunt sacrificia mortuorum.* C Mortua appellat idola, tanquam quæ sine sensu sunt, et sine aliqua operandi potestate.

Et irritaverunt eum in adinventionibus suis. In hujusmodi eorum operibus.

Et multiplicata est in eis ruina. Multi quippe eorum perierunt

Vers. 30. *Et stetit Phinees et placavit, et cessavit quassatio.* Surrexit de media congregatione, et placavit Deum, quando accepto jaculo Israelitem, virum, una cum Madianitide muliere transfixit: quam ob causam cessavit ira Dei, id est, populi ruina. Erat autem Phinees filius Eleazari, filii Aaron.

Vers. 31. *Et reputatum est ei ad justitiam.* Hoc D est, in virtutem. Atque ideo præmium a Deo ei et semini ejus datum est, sacerdotium æternum.

In generationem et generationem usque in seculum. Perpetuo quippe ab omnibus laudatur, pro illata illa nece, quam religionis ac pietatis zelo patravit.

Vers. 32. *Et irritaverunt eum ad aquas contradictionis.* In deserto Cades. Illic enim populus sitim perpeti ægre tulit. Quocirca murmuravit, et contradixit: unde aqua, quæ de petra illa effluxit, contradictionis aqua appellata est.

Et afflictus est Moyses propter eos. A Deo enim jussus est accipere virgam suam et congregare

[57] Num. XIV, 22.

Digitized by Google

populum, petramque alloqui, quæ illic erat, et jubere ut aquam daret : *Accepta itaque Moyses virga, et congregato populo, dixit : Audite me, o incredduli, numquid ex hac petra educemus vobis aquam ? deinde virga petram bis percussit, et emanavit aqua* [88]. Quia igitur non allocutus est Moyse petram, ut jusserat Deus, in gloriam suam, sed pusillanimitate ductus, ad populum cum indignatione verba direxit, idcirco afflictus est a Deo, qui ei postmodum, ac fratri Aaron dixit : *Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Israel, propterea non inducetis vos congregationem hanc in terram, quam dedi vobis* [89]. *Sanctificaretis* enim dixit, pro Glorificaretis.

Vers. 33. *Quia exacerbaverunt spiritum ejus.* Animum Moysi Israelitæ exacerbaverunt, murmurantes et maledicentes ei. Docemur autem his verbis, quemadmodum ipse etiam Moyses, angustiis pressus, pusillanimis effectus est.

Vers. 34. *Et distinxit in labiis suis.* Ambiguo quippe ac flexiloquo sermone locutus est, hæsitans, an aqua flueret. Puto etenim quod ob frequentes Judæorum ingratitudines adversus Deum, qui tanta eis præstiterat beneficia, suspicatus sit Moyses, aquas emanaturas non esse.

Non exterminarunt gentes, quas dixit illis. Hoc traditur in libro Judicum.

Vers. 35, 36. *Et commisti sunt in gentibus, et didicerunt opera eorum, et servierunt sculptilibus eorum.* Opera iniqua nimirum et impia. Vide in psalmo LXXVII, ibi : *Et aversi sunt, et spreverunt quemadmodum et patres eorum.*

ἐν αὐτῇ, καὶ λοιπὸν ἐμμελετήσω καὶ ἐνδιατρίψω eam incedere, et de cætero meditabor, et ver-
τοῖς θαυματουργηθεῖσι παρὰ σοῦ, μελέτην ταῦτα sabor in admirabilibus operibus, quæ a te facta
ποιούμενος. sunt, faciens ea esse argumentum meditationis
meæ.

Ἐνύσταξεν ἡ ψυχή μου ἀπὸ ἀκηδίας, βε- D Vers. 28. *Dormitavit anima mea præ tædio, con-*
βαίωσόν με ἐν τοῖς λόγοις σου. Ἐχαυνώθην ἀπὸ *firma me in verbis tuis.* Lassus, inquit, ac remis-
ἀκηδίας, ἣν ἐμποιεῖν εἴωθεν ἡ μέριμνα τῶν βιωτι- sus effectus sum, præ tristitia, quam aut sæcula-
κῶν πραγμάτων, ἢ καὶ ὁ συνεχὴς πόλεμος τῶν rium rerum sollicitudo afferre mihi solet, aut
δαιμόνων. Στήριξόν με ἐν τοῖς λόγοις σου, τουτέστιν, perpetuum, quod mihi est cum dæmone, certamen.
εἰς τὴν μελέτην τῶν ἐντολῶν σου, ἵνα μὴ ἀποστῶ Firmum me igitur, ac stabilem redde, in verbis
ταύτης, δι' ἧς ἀπορρίψαι δυνήσομαι τὸν νυσταγμὸν tuis, hoc est, in meditatione mandatorum tuorum,
τῆς ἀκηδίας. ne ab ea meditatione discedam, quæ abjicere a me
potest omnem dormitationem tristitiæ.

Ὁδὸν ἀδικίας ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τῷ Vers. 29. *Viam injustitiæ amove a me, et lege tua*
νόμῳ σου ἐλέησόν με. Ὁδὸς ἀδικίας ἡ πρᾶξις ἡ *miserere mei.* Via injustitiæ est omnis actio injusta,

[29] Deut. XXVII, 27. [30] Isa. XLIII, 26 sec. LXX

Variæ lectiones.

(30) Apparet deesse aliquid : puta ὠφέλειαν.

Digitized by Google

quæ auctorem suum ad injustitiam deducit. Per eam enim viam omnes ambulant, qui injusti sunt. Hanc, inquit, viam amove a me, et miserere mei, lege misericordiæ tuæ, quæ eorum omnium semper misereri solet, qui ex corde ad te preces fundunt.

ἄδικος, καὶ πρὸς ἀδικίαν φέρουσα, ἣν ὁδεύουσιν οἱ ἄδικοι· ἣν ἀπέλασον ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τῷ νόμῳ τῆς φιλανθρωπίας σου ἐλέησόν με· νόμος γὰρ αὐτῆς ἐλεεῖν τὸν ἐκ ψυχῆς δεόμενον.

Vers. 30. *Viam veritatis elegi, judicia tua non sum oblitus.* Vera dogmata, viæ atque itinera sunt veritatis; per ea etenim ad Deum quis recta incedit. Vel, quia Christus est veritas (*Ego* enim, inquit, *sum veritas et via*[21]), dicere possumus quod via veritatis, est via Christi: evangelica nimirum conversatio, quam fidelibus statuit. Hanc viam Propheta, veluti sibi præcognitam dicit se amasse: similiter et judicia Dei, evangelica nimirum præcepta, quæ asserit se non ignorasse.

Ὁδὸν ἀληθείας ᾑρετισάμην, καὶ τὰ κρίματά σου οὐκ ἐπελαθόμην. Ὁδὸν ἀληθείας, τὰ ἀληθῆ δόγματα, δι' ὧν ὁδεύει τις ὀρθῶς, ἐπεὶ ἀλήθεια μέν ὁ Χριστός· Ἐγὼ γάρ, φησὶν, *εἰμὶ ἡ ἀλήθεια*· ὁδὸς δὲ αὐτοῦ, ἡ εὐαγγελικὴ πολιτεία, ἣν ἔτεμε τοῖς πιστοῖς. Ταύτην λέγει τὴν ὁδὸν ἀγαπῆσαι, προγνωσθεῖσαν αὐτῷ· ὁμοίως δὲ καὶ κρίματα τὰς ἐντολὰς, ἃς, φησὶν, οὐκ ἠγνόησα.

Vers. 31. *Adhæsi testimoniis tuis, Domine, noli me confundere.* Indissolubili, inquit, quodam vinculo eis affixus sum. Rogo igitur ne me confundas, permittens me ab hostibus superari.

Ἐκολλήθην τοῖς μαρτυρίοις σου, Κύριε, μή με καταισχύνῃς. Δυσαποσπάστως ἔχω τούτων, τρόπον τινὰ προσηλώθην αὐτοῖς· διὸ μή με καταισχύνῃς παραχωρήσας ἡττηθῆναι τῶν ἐχθρῶν.

Vers. 32. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.* Quando liberasti, inquit, animam meam a tentationibus, atque ab angustiis, tunc cucurri viam mandatorum tuorum, hoc est, studiose per eam incessi, versans in eis, et in lege tua.

Ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον, ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου. Ὅταν ἀπήλλαξας τὴν ψυχήν μου τῆς ἀπὸ τῶν πειρασμῶν στενοχωρίας, τότε τὴν ὁδὸν τῶν ἐντολῶν σου ἔδραμον, ἤτοι σπουδαίως ἐβάδισα, βαίνων ἐν αὐταῖς, καὶ πολιτευόμενος ἐν τῷ νόμῳ σου.

Vers. 33. *Legem pone mihi, Domine, viæ justificationum tuarum, et exquiram eam semper.* Sed quomodo ait: *Legem pone*, cum lex viæ justificationum Dei jam diu esset data? Dicendum est igitur, dixisse eum: *Legem pone mihi*, pro Doce me; juxta quem sensum Symmachus pro, *Legem pone*, dixit, *Ostende*. Nam qui docet, videtur quodammodo de novo statuere, ac legem ponere, dum ignaros exhortatur ad bona, et avertere eos studet a vitiis. In præcedentibus etiam dixit: *Doce me justificationes tuas*; vel, Declara mihi viam justificationum tuarum, et exquiram eam semper. Occulta enim est multis illa via, eo quod obscura esse videtur.

Νομοθέτησόν με, Κύριε, τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου, καὶ ἐκζητήσω αὐτὴν διὰ παντός. Καὶ μὴν αὕτη νενομοθετημένη ἦν· ὥστε τὸ, *Νομοθέτησον*, ἀντὶ Δίδαξον· καὶ γὰρ καὶ ὁ Σύμμαχος, Ὑπόδειξον ἐξέδωκεν. Ὁ γὰρ διδάσκων νομοθετεῖ τρόπον τινὰ προτρέπων ἐπὶ τὰ χρηστὰ, καὶ τῶν φαύλων ἀποτρέπων. Καὶ γὰρ καὶ προλαβὼν εἴρηκε· *Δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου*· ἢ Φανέρωσόν μοι, τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου, καὶ ἐκζητήσω αὐτὴν διὰ παντός. Κέκρυπται γὰρ τοῖς πολλοῖς, ἀσαφὴς αὐτοῖς φαινομένη.

Vers. 34. *Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam, et custodiam illam in toto corde meo.* Scrutabor quidem magno studio, et diligenter considerans, eam servabo. Dictum est autem alibi, quod legis custodia esse dicitur, quando quis adimplet legis mandata.

Συνέτισόν με, καὶ ἐξερευνήσω τὸν νόμον σου, καὶ φυλάξω αὐτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. Ἐξερευνήσω μετ' ἐπιστασίας, καὶ ἀκριβῶς κατανοήσας, φυλάξω. Εἴρηται δὲ καὶ ἀλλαχοῦ, ὅτι φυλακὴ νόμου ἐστὶ τὸ πληροῦν τὰ τοῦ νόμου, καὶ πληροῦν αὐτόν.

Vers. 35. *Deduc me in semitam mandatorum tuorum, quia ipsam volui.* Deduc me, inquit, in eam. Solet enim Deus omnes eos illuc deducere, qui animo erga eum prompti sunt. Per semitam autem, quam Græci τρίβον, appellant, quasi *tritam*, viam hanc intelligit, veluti non novam viam, sed tritam, ut dixi, eo quod justi per eam ambulant, et solent eam frequentare.

Ὁδήγησόν με ἐν τῇ τρίβῳ τῶν ἐντολῶν σου, ὅτι αὐτὴν ἠθέλησα. Ὁδήγησόν με ἄγων εἰς αὐτήν· τοὺς γὰρ προθυμουμένους ὁδηγεῖ ὁ Θεός. Τρίβον δὲ τὴν ὁδὸν ταύτην ὠνόμασεν, ὡς οὐ ξένην, ἀλλὰ συνήθη καὶ τετριμμένην, ὑπὸ τῶν προοδευσάντων αὐτὴν δικαίων.

Vers. 36. *Inclina cor meum in testimonia tua, et non in avaritiam.* Converte, inquit, cor meum ad dilectionem mandatorum tuorum, et illius promptitudinem adjuva; et noli permittere, ut in ava-

Κλῖνον τὴν καρδίαν μου εἰς μαρτύριά σου, καὶ μὴ εἰς πλεονεξίαν. Τρέψον αὐτὴν εἰς ἀγάπην τῶν μαρτυρίων σου, βοηθήσας τῇ προθυμίᾳ αὐτῆς· καὶ μὴ εἰς πλεονεξίαν τραπῆναι ἐάσῃς, ἡττωμένην

[21] Joan. XIV, 6.

Digitized by Google

ζως τῶν βιωτικῶν. Ἐκ Θεοῦ δὲ πάντα αἰτεῖ, διδάσκων ὅτι τὸ πᾶν αὐτὸς κατορθοῖ· Χωρὶς γὰρ, φησὶν, ἐμοῦ, οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. Τοῦτο καθολικὸς ἔστω σοι κανὼν ἐπὶ τῶν ἑφεξῆς ὁμοίων. Βοηθεῖ δὲ οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀξίοις, καὶ τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἅπαν εἰσενεγκοῦσιν.

Ἀπόστρεψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, τοῦ μὴ ἰδεῖν ματαιότητα. Ἀπόστρεψον αὐτοὺς ἀπὸ τῶν βλαβερῶν θεαμάτων, ὥστε μὴ ἰδεῖν ματαίαν θεωρίαν. Ὀφθαλμοὺς δὲ νῦν, καὶ τοὺς σωματικοὺς, καὶ τοὺς ψυχικούς.

Ἐν τῇ ὁδῷ σου ζῆσόν με. Ἐν τῷ νόμῳ σου ζωοποίησόν με· οὗτος μὲν γὰρ ζωὴν ἀληθῆ προξενεῖ τοῖς ἐμπολιτευομένοις· ὁ δὲ παρὼν βίος θάνατος.

Στῆσον τῷ δούλῳ σου τὸ λόγιόν σου, εἰς τὸν φόβον σου. Στήριξον ἐν ἐμοὶ τῷ δούλῳ σου τὸ πρόσταγμά σου, τὸ Δεσποτικὸν, εἰς τὸν φόβον σου· λόγιον λέγων τὸν νόμον, τουτέστιν, Ἐβραίωσον ἐν ἐμοὶ τὸ λόγιόν σου εἰς τὸν φόβον σου, ἵνα γένηταί μοι τοῦτο λόγιον ἔμφοβον.

Περίελε τὸν ὀνειδισμόν μου, ὃν ὑπώπτευσα. Τὸν προστριβέντα μοι ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ὃν ἐφοβήθην, προσαγόμενον μοι παρὰ τῶν δαιμόνων· ἢ τὸν ἀπὸ τῶν ἐπιβουλευόντων μοι, ὃν ὑπώπτευσα αἰσθανόμενος ἐμαυτοῦ ταλαιπωροῦντος.

Ὅτι τὰ κρίματά σου χρηστά. Ὅτι κρίνεις δίκαια, γινώσκων ὅπως μετενόησα καὶ ὅπως ἐπὶ σοὶ, Κύριε, ἤλπισα, σοὶ ὅλον ἐμαυτὸν ἀναθείς.

Ἰδοὺ ἐπεθύμησα τὰς ἐντολάς σου, ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ζῆσόν με. Πεινῶ καὶ διψῶ τὰς ἐντολάς σου. Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ζῆσόν με. Ἴσον δὲ τοῦτο τῷ, *Ἐν τῷ νόμῳ σου ζῆσόν με*, ὅπερ εἴρηκεν ἀνωτέρω.

Καὶ ἐλθοί ἐπ' ἐμὲ τὸ ἔλεός σου, Κύριε, τὸ σωτήριόν σου κατὰ τὸν λόγον σου. Ἵνα ἐλεηθῶ καὶ σωθῶ. Τέλος γὰρ τοῦ ἐλέους, ἡ σωτηρία· ἐλθοι δὲ, κατὰ τὴν ὑπόσχεσίν σου. Ἐπηγγείλω γὰρ ἐν τῷ νόμῳ ἐλθεῖν, καὶ σώζειν τοὺς φυλάσσοντας τὰ προστάγματά σου.

Καὶ ἀποκριθήσομαι τοῖς ὀνειδίζουσί μοι λόγον. Τοῖς ὀνειδίζουσί μοι τὴν ὑπὲρ ἀρετῆς κακοπάθειαν, ἀποκριθήσομαι τοῦτον τὸν λόγον.

Ὅτι ἤλπισα ἐπὶ τοῖς λόγοις σου. Τοῦτο αὐτοῖς ἀποκριθήσομαι, ὅτι ἤλπισα ἐπὶ τοῖς λόγοις τοῦ Θεοῦ, ὑποσχομένου πολλὰ ἀγαθὰ τοῖς φυλάττουσι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ· καὶ διὰ τοῦτο κακοπαθῶ, τρεφόμενος ἀγαθαῖς ἐλπίσι.

Καὶ μὴ περιέλῃς ἐκ τοῦ στόματός μου λόγον ἀληθείας ἕως σφόδρα. Μὴ περιέλῃς ἀπ' ἐμοῦ τὸ προφητικὸν χάρισμα ἐπὶ πολύ· ἀλλ' εἰ καὶ κατ' οἰκονομίαν ἐπισχεθῇ, πάλιν ἀποκαταστήτω μοι. Ἢ μὴ περιαιρεθῆναι παραχωρήσῃς ἐπὶ πολὺ ἐκ τοῦ

ritiam convertar, et a sæculi hujus negotiis vincar. Petit autem omnia a Deo, docens illum omnia efficere : Sine me, inquit, nihil potestis facere. Hæc igitur deinceps sit tibi norma in sequentibus, ubi similia invenias. Adjuvat autem Deus, non omnes promiscue, sed dignos se et qui totum intulerint, quod in se fuerit.

Vers. 37. *Averte oculos meos, ne videant vanitatem.* Averte eos a noxiis spectaculis, ita ut inania non videant. Oculos autem non corporis tantum, sed animæ etiam intelligit.

In via tua vivifica me. Hæc etenim via veram iis vitam præstat, qui in ea versati fuerint. Præsens etenim vita vera vita non est, cum mortem secum ferat.

Vers. 38. *Statue servo tuo eloquium tuum, in timore tuo.* In me, inquit, servo tuo Dominicum mandatum tuum, quod hic eloquium appellat, firmum ac stabile efficito in timore, ita ut divina eloquia tua verenda mihi sint, ac timenda.

Vers. 39. *Aufer opprobrium meum, quod suspicatus sum.* Quod inflictum mihi est a peccato, quodque ego jamdiu infligi mihi timebam a dæmone, seu ab insidiatoribus meis. Vel quod suspicatus sum, cum in ærumnis, atque in miseriis me constitutum cernerem.

Quia judicia tua benigna. Quoniam juste judicas, cognoscens, quod pœnitentia ducor, quodque in te speravi, ac me tibi totum prorsus obtuli.

Vers. 40. *Ecce concupivi mandata tua, in justitia tua vivifica me.* Esurio, inquit, et sitio mandata tua. Vivifica me igitur in tua justitia : quod fere idem est cum iis verbis, quæ superius dixit : *In lege tua vivifica me.*

Vers. 41. *Et veniat super me misericordia tua, Domine, salutare tuum secundum eloquium tuum.* Ut scilicet misericordiam consequar, et salutem. Misericordiæ enim finis est, ut salutem consequamur. Veniat autem hæc salus, juxta promissionem tuam. Pollicitus enim es in lege tua, te omnes salvaturum, qui custodiunt mandata tua.

Vers. 42. *Et respondebo exprobrantibus mihi verbum.* Iis qui afflictionem et calamitatem meam mihi exprobrant, respondebo verbum hoc quod sequitur.

Quod speravi in sermonibus tuis. Hoc est, quod ego illis respondebo, sperasse me in Dei verbis, qui multa bona omnibus pollicitus est, qui illius servaverint mandata : quam ob causam afflictiones et calamitates omnes facile sustineo, optima nimirum in spe educatus.

Vers. 43. *Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usque valde.* Ne auferas a me in perpetuum propheticam gratiam ; sed, si ex dispensatione ad tempus illam abstuleris, rursus precor mihi eam restitue ; vel, Ne permittas diu ex ore meo verita-

Digitized by Google

tem auferri, si quando, ut accidere potest, ab ea me decidere contigerit ; vel, Ne valde eam auferas, hoc est, nunquam auferas.

Quoniam in judiciis tuis supersperavi. Quoniam in lege tua valde speravi, confidens si legem tuam servavero, conservandam in me esse veritatis tuæ gratiam.

VERS. 44. *Et custodiam legem tuam semper, in sæculum et in sæculum sæculi.* Semper legem tuam custodiam, hoc est, in omni negotio. Illa autem verba : *In sæculum et in sæculum sæculi*, idem significant quod semper, tametsi ad majorem perpetuitatis atque æternitatis intensionem dicta etiam esse possunt. Vel : Custodiam hanc legem tuam, non in hoc tantum sæculo, sed etiam in futuro, quod sæculum sæculi appellatur, tanquam præsenti sæculo honoratius. His autem verbis promptitudinis vehementiam demonstravit, quam habebat, ut legem observaret.

VERS. 45. *Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisivi.* Prospere dirigebar ad omnia quæ agenda erant. Causa autem hujus rei fuit, quia mandata tua dilexi. Vel cum calamitatibus circumdarer, animo non angebar, quia inter afflictiones illud mihi saltem delectationi et solatio erat, quod conscius mihi essem, diligenter me exquisisse omnia mandata tua. Solet autem bona conscientia maximum semper solamen præstare.

VERS. 46. *Et loquebar in testimoniis tuis coram regibus, et non confundebar.* Loquebar legem coram regibus, et bonum inde nomen reportabam. Libere enim loquebar in mandatis tuis, et timore nullo cohibebar. Congruunt etiam hæc verba sanctis Christi martyribus.

VERS. 47, 48. *Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi valde. Et levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi.* Meditabar quidem in eis, legens ea, levabam autem manus meas ad mandata tua, operibus videlicet ea adimplens et perficiens. *ἠγάπησα*, καὶ τὸ Ἃς *ἠγάπησα*. Τὸ μὲν κατὰ τὸ, Ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου ἀποδοθέν · τὸ δὲ κατὰ τὸ Πρὸς τὰς ἐντολάς σου.

Et meditabar in justificationibus tuis. Pro *Meditabar* in Græco legimus Ἠδολέσχουν de cujus significatione superius dictum est.

VERS. 49. *Memor esto verbi tui servo tuo, in quo mihi spem dedisti.* Erga me servum tuum, inquit, memor esto illius verbi, in quod me sperare jussisti. Verbum autem hoc tuum illud est, quo dixisti te misericordem esse, atque ideo omnes eos etiam salvaturum, qui mandata tua custodierint, quemadmodum alibi declaravimus. Debemus etiam digne Deo intelligere sermonem hunc : *Memor esto :* pro, Perfice et ad finem deducito. Neque enim ulla in Deum cadit oblivio, aut reminiscentia.

VERS. 50. *Hæc me consolata est in humilitate mea.* Hæc spes scilicet me consolata est, hoc est, spes ista recreavit ac refovit me, in humilitate ac miseria illa constitutum, in quam assiduæ tentationes et calamitates me deduxerant.

Quia eloquium tuum vivificavit me. Verbum, in-

στόματός μου τὸ ἀληθεύειν, εἰκὸς γὰρ ψεύσασθαί με · καὶ μὴ περιέλῃς ἐπιπολύ, τουτέστι μηδέποτε.

Ὅτι ἐπὶ τοῖς κρίμασί σου ἐπήλπισα. Ὅτι ἐπὶ τὸν νόμον σου σφόδρα ἤλπισα, θαρρῶν, ὅτι συντηρηθήσεταί μοι τὸ τῆς ἀληθείας χάρισμα, φυλάττοντι τοῦτον.

Καὶ φυλάξω τὸν νόμον σου διαπαντὸς εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Διὰ παντὸς, ἤγουν ἐν παντὶ πράγματι. Τὸ δὲ *Εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος*, ἐπίτασίς ἐστι τοῦ Ἀεί · ἢ ὁμοῦ πάντα, τὸ *ἀεὶ* σημαίνουσιν, ὡς εἶναι τὸ μὲν *διαπαντὸς*, ἀντὶ τοῦ *ἀεί* · τὰ δὲ ἐφεξῆς ἑρμηνευτικὰ τοῦ *ἀεί*, ἢ καὶ ὅτι φυλάξω τοῦτον, οὐ μόνον ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, ὃς ἐστὶν αἰὼν τοῦ αἰῶνος τούτου, ὡς τιμιώτερος · δι' οὗ ἐμφαίνει τὸ σφόδρα πρόθυμον τῆς περὶ τοῦ νόμου φυλακῆς αὐτοῦ.

Καὶ ἐπορευόμην ἐν πλατυσμῷ, ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐξεζήτησα. Εὐωδούμην εἰς πάντα, ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἠγάπησα. Ἢ καὶ θλιβόμενος, οὐκ ἐστενοχωρούμην · τὸ γὰρ συνειδέναι ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐξεζήτησα, ἐν θλίψει ἐπλάτυνέ με · παρηγορεῖ γὰρ τὸ ἀγαθὸν συνειδός.

Καὶ ἐλάλουν ἐν τοῖς μαρτυρίοις σου, ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ᾐσχυνόμην. Ἐλάλουν τὸν νόμον σου, ἐνώπιον βασιλέων, καὶ εὐδοκίμουν · ἐπαρρησιαζόμην ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου, καὶ οὐχ ὑπεστελλόμην · ἁρμόζει δὲ τοῦτο, καὶ τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ μάρτυσι.

Καὶ ἐμελέτων ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου, αἷς ἠγάπησα σφόδρα · καὶ ἦρα τὰς χεῖράς μου πρὸς τὰς ἐντολάς σου, ἃς ἠγάπησα. Ἐμελέτων μὲν ἐν αὐτοῖς, ἀναγινώσκων αὐτάς · ἦρα δὲ τὰς χεῖράς μου πρὸς αὐτὰς, πράττων αὐτάς. Ἀδιάφορον δὲ τὸ *Αἷς ἠγάπησα*, καὶ τὸ *Ἃς ἠγάπησα*. Τὸ μὲν κατὰ τὸ, Ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου ἀποδοθέν · τὸ δὲ κατὰ τὸ Πρὸς τὰς ἐντολάς σου.

Καὶ ἠδολέσχουν ἐν τοῖς δικαιώμασί σου. Εἴρηται περὶ τούτων, ἤγουν, περὶ ἀδολεσχίας.

Μνήσθητι τὸν λόγον σου τῷ δούλῳ σου, ὃν ἐπήλπισάς με. Ἐπ' ἐμοὶ τῷ δούλῳ σου μνήσθητι τὸν λόγον σου, ἐφ' ὃν λόγον σου, ἐλπίζειν με ἐποίησας. Τίς δὲ ὁ λόγος σου ; ὅτι ἐλεήσεις καὶ σώσεις τοὺς φυλάσσοντας τὰ προστάγματά σου, καθὼς καὶ ἀνωτέρω δεδήλωται · *Μνήσθητι τῷ δούλῳ σου τὸν λόγον σου.* Θεοπρεπῶς δὲ νοητέον, ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὸ *Μνήσθητι* · ἀντὶ τοῦ Περάτωσον · ἀδιάφορος δὲ ἡ σύνταξις τοῦ *Μνήσθητι*.

Αὕτη με παρεκάλεσεν ἐν τῇ ταπεινώσει μου. Αὕτη · τίς; Ἡ ἐλπὶς δηλονότι. Αὕτη με παρηγόρησεν, αὕτη με ἀνεκλήσατο, ἐν τῇ ταπεινώσει μου, τῇ ἀπὸ τῶν πειρασμῶν, ἐν τῇ κακοπαθείᾳ μου.

Ὅτι τὸ λόγιόν σου ἔζησέ με. Ὁ δηλωθεὶς

Digitized by Google

ἀνωτέρω λόγος μου, οὗτος ἐζωοποίησε. Σχεδὸν ἀπονεκρωθέντα τῇ ἐγχόνῃ τῶν θλίψεων.

quit, illud tuum de quo paulo ante diximus, cum præ tantis afflictionibus angerer, ac pene mortuus essem, iterum me ad vitam revocavit.

Ὑπερήφανοι παρηνόμουν ἕως σφόδρα, ἀπὸ δὲ τοῦ νόμου σου οὐκ ἐξέκλινα. Ἐκεῖνοι μὲν παρέβαινον τὸν νόμον σου ἐπὶ πολύ· ἐγὼ δὲ οὐ συναπήχθην αὐτοῖς. Ἢ παρηνόμουν διαγελῶντές με, τῷ νόμῳ πάντοτε προσκείμενον· ἐγὼ δὲ οὐκ ἀπίστην τῆς μελέτης αὐτοῦ. Ὑπερηφάνους δὲ λέγει τοὺς ὑπερόπτας τοῦ νόμου. Τοιοῦτοι δὲ πάντες οἱ ἐπηρμένοι.

Vers. 51. *Superbi inique agebant usque valde, a lege autem tua non declinavi.* Illi quidem in multis legem tuam transgrediebantur, ego vero illis non me adjunxi. Vel : Inique agebant, deridentes me, quod legi tuæ semper incumberem, et ab illius meditatione nunquam recederem. Superbos autem appellat, legis contemptores. Tales enim esse solent elati omnes ac superbi.

Ἐμνήσθην τῶν κριμάτων σου ἀπ' αἰῶνος, Κύριε, καὶ παρεκλήθην. Τῶν κριμάτων σου τῶν ἀπ' αἰῶνος, τῶν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ εἰς τὸ ἑξῆς. Ὅπως τοὺς μὲν ἀρετῇ κακοπαθοῦντας δοξάζει, τοὺς δὲ κακίᾳ εὐημεροῦντας ἀτιμάζει.

Vers. 52. *Memor fui judiciorum tuorum a sæculo, Domine, et consolatus sum.* Quæ a sæculo, hoc est, quæ ab initio sunt, et in futurum erunt. In his autem judiciis continetur, quod virtute præditos homines, tametsi ad tempus affligi permittas, tamen glorificabis. Quodque eos inhonorabis, qui pravis imbuti sunt moribus, quanquam interea tranquillam, ac felicem vitam degere videantur.

Ἀθυμία κατέσχε με, ἀπὸ ἁμαρτωλῶν τῶν ἐγκαταλιμπανόντων τὸν νόμον σου. Ἠθύμησα δι' αὐτούς· τοῦτο μὲν ὀργιζόμενος, ὅτι ἀθετοῦσι τὸν νόμον σου· τοῦτο δὲ λυπούμενος, ὅτι ἀπόλλυνται.

Vers. 53. *Tristitia detinuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.* Tristis fui, inquit, propter peccatores, partim quidem iratus, quod legem tuam adeo contemnant, partim etiam dolens, quod ipsi perituri sint.

Ψαλτὰ ἦσάν μοι τὰ δικαιώματά σου ἐν τόπῳ παροικίας μου. Ψαλλόμενα, τουτέστι μελετώμενά μοι, ἵνα παρῴκουν, ἐν οἵῳ ἂν τόπῳ διῆγον. Ἢ καὶ ἄλλως· Ἐν ψαλμοῖς ἦσάν μοι· ψαλμοὺς αὐτὰ ἐποιούμην, καὶ ψάλλων αὐτὰ εὐφραινόμην.

Vers. 54. *Cantabiles mihi erant justificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ.* Cantandæ, hoc est, meditandæ a me sunt; ubicunque habitavero, ubicunque vitam degero. Vel aliter : Loco canticorum mihi erant, et in psalmos eas mihi constituebam, atque eas psallendo, delectabar.

Ἐμνήσθην ἐν νυκτὶ τοῦ ὀνόματός σου, Κύριε, καὶ ἐφύλαξα τὸν νόμον σου. Ἐν νυκτί, ὅτε μᾶλλον οἱ δαίμονες τῆς ἀκαθαρσίας ἐνοχλοῦσι, διὰ μνήμης σε ποιούμενος, ἐσωφρόνουν τῷ φόβῳ σου· ἢ ἐν νυκτὶ τῶν παθῶν ὅτε ὑπ' αὐτῶν ἐζοφούμην.

Vers. 55. *Memor fui nocte nominis tui, Domine, et custodivi legem tuam.* Nocturno, inquit, tempore quando immundi dæmones plures solent perturbationes afferre, ego te in memoria semper habebam, et præ timore tuo sapientior reddebar. Vel, in nocte passionum atque affectuum, et quando ab illis obtenebrabar

Αὕτη μοι ἐγενήθη, ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐξεζήτησα. Αὕτη ἡ μνήμη· εἴωθε γὰρ πολλάκις εἰς ὄνομα τὸ ῥῆμα μεταλαμβάνειν, ὡς τὸ, Αὕτη με παρεκάλεσεν, ἐν τῇ ταπεινώσει μου. Λέγει γοῦν, ὅτι αὕτη ἡ μνήμη γέγονέ μοι, ἀπὸ τοῦ σφόδρα ζητεῖν τὰ δικαιώματά σου. Ἐκεῖθεν γὰρ τὸν φόβον ἔλαβον.

Vers. 56. *Hæc facta est mihi, quia justificationes tuas exquisivi.* Hæc memoria scilicet. Solet enim Propheta aliquando verbum mutare in nomen; juxta illud : *Hæc me consolata est in humilitate mea.* Hæc memoria, inquit, ideo mihi facta est, quia valde exquisivi justificationes tuas. Illinc enim ego timorem accepi.

Μερίς μου εἶ, Κύριε· εἶπα τοῦ φυλάξασθαι τὸν νόμον σου. Μερίς μου εἶ, κληρονομία μου, πλοῦτός μου, καταφρονήσαντος τῆς ἐπὶ γῆς μερίδος· διὰ τοῦτο λοιπὸν εἶπα· Συνεθέμην, ἐπηγγειλάμην, περὶ τοῦ φυλάξασθαι τὸν νόμον σου ἀπαράβατον.

Vers. 57. *Portio mea, Domine : dixi custodire legem tuam.* Tu, portio mea es; hæreditas, inquam, mea, et divitiæ meæ. Alia enim terrena omnia despicio. Atque ideo *Dixi*, hoc est, Pollicitus sum, *custodire legem tuam*, et nullo pacto eam transgredi.

Ἐδεήθην τοῦ προσώπου σου ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου, ἐλέησόν με κατὰ τὸ λόγιόν σου. Ἐδεήθην ὁλοκαρδίως, περὶ τῆς ἁμαρτίας μου· ἐλέησόν με, κατὰ τὸ λόγιόν σου· γέγραπται γὰρ ἐν τῷ νόμῳ ἐλεεῖσθαι τοὺς μετανοοῦντας· ἢ κατὰ τὴν ὑπόσχεσίν σου· ἢ κατὰ τὴν διάκρισίν σου· Τοῦ προσώπου δέ, ἀντὶ τοῦ Σοῦ, κατὰ περίφρασιν.

Vers. 58. *Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo, miserere mei secundum eloquium tuum.* Te, inquit, pro delictis meis ex toto corde deprecatus sum; miserere ergo mei juxta eloquium tuum. Scriptum est enim in lege tua, quod delinquentium misereberis. Vel, Secundum promissionem, aut distinctionem tuam; per faciem autem Dei, ipsum Deum circumloquitur.

Διελογισάμην τὰς ὁδούς σου, καὶ ἐπέστρεψα τοὺς πόδας μου εἰς τὰ μαρτύριά σου. Διελογιζόμην

Vers. 59. *Cogitavi vias tuas, et converti pedes meos in testimonia tua.* Legem tuam meditatus sum, con-

Digitized by Google

versationisque, ac vitæ meæ semitam direxi ad mandata tua. Quædam autem exemplaria habent : *Cogitavi vias meas*, hoc est, prius consideravi, quid agendum mihi esset, aut quid dicendum : atque ideo ambulavi intra mandata tua.

A τὸν νόμον σου, ἰθύνων τὴν ὁδὸν τῆς πολιτείας μου πρὸς τὰς ἐντολάς σου. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, *Διελογισάμην τὰς ὁδούς μου*, γράφουσι, τουτέστι, πρῶτον διεσκεπτόμην καὶ τὸ πρακτέον μοι, καὶ τὸ λαλητέον· διὸ καὶ εἴσω ἐβάδιζον τῶν ἐντολῶν σου.

Vers. 60. *Paratus sum, et non sum turbatus, ut custodiam mandata tua.* Paratus sum ad custodiendum ea, atque ideo ab eorum difficultate, aut severitate turbatus non sum. Malum enim quod quis prius considerat, atque exspectat, tolerabilius efficitur. Vel dæmonibus, seu tentationibus me invadentibus, turbatus non sum, sciens, quod impetum in me facturi erant. Quam ob causam ad tolerantiam me præparavi.

Ἡτοιμάσθην καὶ οὐκ ἐταράχθην, τοῦ φυλάξασθαι τὰς ἐντολάς σου. Ἡτοιμάσθην, εἰς τὸ φυλάξαι τὰς ἐντολάς σου· διὸ καὶ οὐκ ἐταράχθην ὑπὸ τῆς τραχύτητος καὶ βαρύτητος αὐτῶν· τὸ γὰρ μελετηθὲν καὶ προσδοκηθὲν, εὐμεταχειριστότερον. Ἢ οὐκ ἐταράχθην, ἐπιθεμένων μοι τῶν δαιμόνων, ἢ τῶν πειρασμῶν, εἰδὼς ὅτι προβαλοῦσι, καὶ παρασκευασθεὶς εἰς ὑπομονήν.

B

Vers. 61. *Funes peccatorum circumplexi sunt mihi, et legem tuam non sum oblitus.* Funes peccatorum, pravæ sunt dæmonum cogitationes, quibus, ceu vinculis quibusdam, nectere, atque alligare omnes conantur, quibuscum certant. Hi, inquit, funes mihi circumplexi sunt, nec tamen ideo oblitus sum legis tuæ. Illius enim timore, omnibus peccatorum vinculis, veluti gladio quodam incisis, liberatus aufugi.

Σχοινία ἁμαρτωλῶν περιεπλάκησάν μοι· καὶ τοῦ νόμου σου οὐκ ἐπελαθόμην. Σχοινία ἁμαρτωλῶν δαιμόνων, οἱ πονηροὶ λογισμοὶ, δι' ὧν πειράζειν ἐπιχειροῦσι τοὺς ἀγωνιζομένους. Ταῦτα, φησὶ, τὰ σχοινία περιεπλάκησάν μοι, καὶ οὐδ' οὕτως ἐπελαθόμην τοῦ νόμου σου. Τῷ φόβῳ δὲ τῷ τούτου, καθάπερ τινὶ διακόψας ξίφει, αὐτὰ διέφυγον.

Vers. 62. *Media nocte surgebam ut confiterer tibi, ad judicia justitiæ tuæ.* Media nocte quando dæmones adversum homines magis insurgunt, et alios quidem ad pravas cogitationes, alios vero ad ipsa urgent facinora. Vel aliter : Eo, inquit, tempore surgebam e lecto, ut tibi confiterer, quando somnus quiescentibus suavior videri solet ; surgebam dico, ut confiterer, hoc est, ut gratias tibi agerem, propter judicia justitiæ tuæ. Hæc autem judicia tu nobis parcens, mandasti lege tua observari, ut dum tui timorem addiscimus, moderatiores efficiamur, ne intemperantiam secuti, majoribus damnemur suppliciis. Vel : Surgebam, ut confiterer tibi peccata mea, propter judicia justitiæ tuæ, hoc est, timens propter ea.

Μεσονύκτιον ἐξηγειρόμην, τοῦ ἐξομολογεῖσθαί σοι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. Μεσονύκτιον, ὅτε μᾶλλον οἱ δαίμονες ἐπιτίθενται· τοὺς μὲν εἰς πονηρὰν μελέτην, τοὺς δὲ πρὸς ἁμαρτίαν ἀλείφοντες. Ἢ καὶ ὅτε γλυκύτερος ὁ ὕπνος ἐπιῤῥεῖ, Τότε, φησὶν, ἐξηγειρόμην ἐκ τῆς κοίτης, ἐπὶ τῷ ἐξομολογεῖσθαί σοι, ἐπὶ τῷ εὐχαριστεῖν σοι, διὰ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου· ὅτι ταῦτα φειδόμενος ἡμῶν, ἐνομοθέτησεν, ἵνα φοβούμενοι σωφρονῶμεν, καὶ μὴ ἀκολασθαίνοντες, κολασθῶμεν. Ἢ ἐξηγειρόμην ἐπὶ τῷ ἐξαγορεύειν σοι τὰς ἁμαρτίας μου, διὰ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου, τουτέστι φοβούμενος δι' αὐτά.

C

Vers. 63. *Particeps ego sum omnium timentium te, et custodientium mandata tua.* Æque ego, inquit, atque illi, te timeo, æque etiam mandata tua observo. Unus etenim ex illorum numero sum, qui te maxime venerantur, atque observant.

Μέτοχός εἰμι ἐγὼ πάντων τῶν φοβουμένων σε, καὶ τῶν φυλασσόντων τὰς ἐντολάς σου. Μέτοχος, ἤτοι κοινωνὸς τοῦ ἴσου φόβου, καὶ τῆς ὁμοίας φυλακῆς, ἤγουν εἷς αὐτῶν.

D

Vers. 64. *Misericordia tua, Domine, plena est terra, justificationes tuas doce me.* Tu totius orbis misereris, tu omnes nutris, tu omnium curam ac providentiam habes, tu patiens es ad omnes. Miserere igitur mei, et doce me justificationes tuas, ita ut altius et perfectius eas intelligam. Hujusmodi autem verbis utitur beatus David, non quod procul esset a misericordia Dei, sed ut illum sibi magis benevolum redderet, et ut ampliorem erga se misericordiam conciliaret.

Τοῦ ἐλέους σου, Κύριε, πλήρης ἡ γῆ, τὰ δικαιώματά σου δίδαξόν με. Πᾶσαν τὴν γῆν ἐλεεῖς, τρέφων πάντας, προνοούμενος πάντων, μακροθυμῶν ἐπὶ πᾶσιν. Ἐλέησον κἀμὲ, καὶ δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου, ὑψηλότερον, καὶ βεβαιότερον· καὶ μὴν καὶ αὐτὸς μετὰ πάντων ἠλεεῖτο· ἀλλὰ τοῦτο, δυσωπητικώτερον, εἴρηκεν.

Vers. 65. *Bonitatem fecisti cum servo tuo, Domine, secundum verbum tuum.* Beneficio, inquit, affecisti servum tuum ; ita enim Symmachus reddidit. Secundum autem verbum tuum, quod in lege scriptum esse diximus. Ibi enim expresse pollicitus es,

Χρηστότητα ἐποίησας μετὰ τοῦ δούλου σου, Κύριε, κατὰ τὸν λόγον σου. Εὐηργέτησας τὸν δοῦλόν σου· οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκε· κατὰ τὸν λόγον σου δὲ, τὸν ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένον, περὶ τοῦ εὐεργετεῖσθαι τοὺς εὐαρεστοῦντας· ἢ *Κατὰ*

Digitized by Google

τὸν λόγον σου, ἀντὶ τοῦ Κατὰ τὸ πρέπον σοι. Εὐχαριστεῖ δὲ, ἐφ' οἷς εὐηργέτηται.

te affecturum beneficio eos, qui tibi placere studuerint. Vel aliter (quia Græca dictio λόγος, non *Verbum* tantum, sed *rationem* etiam significat) : Secundum rationem, inquit, fecisti hanc bonitatem, hoc est, secundum id quod divinitatem tuam decet. Continet autem hic sermo gratiarum actiones, pro acceptis beneficiis.

Χρηστότητα, καὶ παιδείαν, καὶ γνῶσιν δίδαξόν με, ὅτι ταῖς ἐντολαῖς σου ἐπίστευσα. Χρηστότητα μὲν πρὸς τοὺς ὁμογενεῖς, παιδείαν δὲ, τὴν ἐν τῇ πρακτικῇ, γνῶσιν δὲ, τὴν ἐν τῇ θεωρητικῇ. Συνέτισόν με, φησὶ, πρὸς ταύτας, ἀνθ' ὧν ἐπείσθην ταῖς ἐντολαῖς σου· ἢ διότι ἐπίστευσα αὐταῖς, ὅτι συνετίσουσί με.

VERS. 66. *Bonitatem et disciplinam, et scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi.* Doce me, inquit, bonitatem erga amicos et cognatos, disciplinam in actionibus, et scientiam in contemplando. Instrue me igitur in his omnibus, quia mandatis tuis obtemperavi, vel quia credidi, quod instrui deberem a mandatis tuis, atque ab illis sapientior reddi.

Πρὸ τοῦ με ταπεινωθῆναι, ἐγὼ ἐκλημμέλησα, διὰ τοῦτο τὸ λόγιόν σου ἐφύλαξα. Πρὸ τοῦ κακοπαθῆσαί με ἥμαρτον· ἁμαρτήσας πρότερον, εἶτα ἐπαιδεύθην. Διὰ τοῦτο τὸν νόμον σου ἐφύλαξα, ἵνα μὴ πάλιν ἁμαρτήσας, πειρασθῶ. Ἕπεται γὰρ τῇ πλημμελείᾳ ταπείνωσις ἐκ πειρασμοῦ. Ἢ καὶ ταπείνωσιν ὑποληπτέον, τὴν ἀνάρετον, τὴν ἐκ συναισθήσεως ἁμαρτίας, τοῖς προσέχουσιν ἐπιγινομένην, ἵνα καὶ νοήσωμεν ὅτι ἡ πλημμέλεια γέγονεν αὐτῷ πρόξενος ταπεινοφροσύνης.

VERS. 67. *Priusquam humiliarer ego deliqui : propterea eloquium tuum custodivi.* Antequam affligerer ego peccavi; et quia post peccatum castigatus sum, de cætero legem tuam custodivi : timens ne, si rursus mihi peccare contingeret, rursus pari modo afflictione aliqua castigandus essem. Solet enim post peccatum afflictio consequi, atque humiliatio. Fortassis etiam, de ea loquitur humilitatis virtute, quæ cordatis hominibus de conscientia innascitur peccati, ita ut sensus sit, quod peccatum sibi fuit causa humilitatis.

Χρηστὸς εἶ σὺ, Κύριε, καὶ ἐν τῇ χρηστότητί σου δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. Ὡς ἀγαθὸς, καὶ φιλάνθρωπος, καὶ φιλάγαθος, δίδαξόν με τραπώτερον, ἵνα κἀγὼ τοῦτο γένωμαι· τὸ αὐτὸ δὲ λέγει πολλάκις ἐπιτείνων τε τὴν δέησιν, καὶ σφόδρα τῆς παρὰ Θεοῦ διδασκαλίας ὀρεγόμενος.

VERS. 68. *Bonus es tu, et in bonitate tua doce me justificationes tuas.* Tanquam bonus, et misericors doce me sincerius, ut ego etiam bonus fiam. Sæpius vero idem repetit, orationem intendens, ac veluti divinæ doctrinæ avidus.

Ἐπληθύνθη ἐπ' ἐμὲ ἀδικία ὑπερηφάνων, ἐγὼ δὲ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου ἐξερευνήσω τὰς ἐντολάς σου. Ἐκεῖνοι μὲν ἀδικοῦσί με, ἐγὼ δὲ, οὐδ' οὕτως ἀποστήσομαι ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου, οὐδὲ μιμήσομαι τούτους, ἀλλ' ἐξερευνήσω ταύτας, καὶ τὴν παραμυθίαν ἐκεῖθεν ἀρύσομαι. Ὑπερηφάνους δὲ νόησον, καὶ τοὺς δαίμονας, καὶ τοὺς ὑπερόπτας τοῦ νόμου.

VERS. 69. *Multiplicata est super me injustitia superborum, ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.* Illi, inquit, summa me afficiunt injuria, ego tamen propterea a mandatis tuis non recedam, nec superbos imitabor : quinimo scrutabor mandata tua, in quibus consolationem capio. Per superbos autem et dæmones intelligi, et legis contemptores.

Ἐτυρώθη ὡς γάλα ἡ καρδία αὐτῶν, ἐγὼ δὲ τὸν νόμον σου ἐμελέτησα. Ἐσκληρύνθη κατ' ἐμοῦ. Τὸ γάλα γὰρ εἰς τυρὸν πηττόμενον, σκληρύνεται. Ἢ ἐλιπάνθη ἐνευθηνουμένη ταῖς ἀδικίαις. Τὸ γάλα γὰρ εἰς τυρὸν πηττόμενον λιπωδέστερον γίνεται.

VERS. 70. *Coagulatum est sicut lac cor eorum, ego vero legem tuam meditatus sum.* Induratum est, inquit, eorum cor adversum me. Lac enim coagulatum in caseum obdurescit. Vel (quia Græca dictio, ἐτυρώθη, non tam *coagulatum* quam *caseatum* significat) : Caseatum est, inquit, hoc est, pingue effectum, et abundans iniquitatibus. Effici enim solet pinguius, lac, ubi in caseum concreverit.

Ἀγαθόν μοι ὅτι ἐταπείνωσάς με· ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου. Συμφέρον, ὠφέλιμόν μοι γέγονεν, ὅτι ἐπαίδευσάς με πειρασμοῖς, ἵνα μάθω τὸ δίκαιόν σου, ὅτι κολάζεις τοὺς ἁμαρτάνοντας· καὶ ὅτι εἰ ἐνταῦθα κολάζεις, πολλῷ μᾶλλον ἐκεῖ.

VERS. 71. *Bonum mihi, quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas.* Utile quidem mihi fuit corripi a te, variis afflictionibus, ut justitiam tuam addiscerem : quod scilicet tu peccantes castigas. Quod si in præsenti vita punis peccatores, quanto magis id facies in futura?

Ἀγαθός μοι ὁ νόμος τοῦ στόματός σου, ὑπὲρ χιλιάδας χρυσίου καὶ ἀργυρίου. Ὁ νόμος ὃν ὑπηγόρευσας τῷ Μωϋσῇ, ἀγαθός μοι, ὥσπερ παιδαγωγῶν τὸ σῶμα, καὶ ῥυθμίζων τὰ ἤθη, καὶ συνετίζων τὴν ψυχήν.

VERS. 72. *Bona mihi lex oris tui, super millia auri et argenti.* Lex, quam Moysi tradidisti, bona mihi est, eo quod instruit, atque erudit me. Nam et corpus castigat, et mores dirigit, et sapientiorem animam reddit.

Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με, σύνέτισόν με, καὶ μαθήσομαι τὰς ἐντολάς σου.

VERS. 73. *Manus tuæ fecerunt me et plasmaverunt me, da mihi intellectum, ut discam manda*

Digitized by Google

tua. Tu me, inquit, plasmasti, tu mihi prudentiam præsta, tu me doce, et ego addiscam mandata tua, quæ hominem ad rectam semitam dirigunt. Aliqui etiam dicunt, quod Filius et sanctus Spiritus dici possunt manus Patris : eo quod per eos omnia fecit.

A Σύ με ἔπλασας, σύ με συνέτισον, σύ με δίδαξον. καὶ μαθήσομαι κατορθοῦν τὰς ἐντολάς σου. Τινὲς δὲ χεῖρας τοῦ Πατρὸς νοοῦσι τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, δι' ὧν τὰ πάντα ἐποίησεν.

Vers. 74. *Qui timent te, videbunt me, et lætabuntur, quia in verba tua supersperavi*. Videbunt me proficere, si mihi intellectum præstiteris; et lætabuntur, quod in mandatis tuis valde sperarerim et non in aliis sæculi hujus auxiliis.

Οἱ φοβούμενοί σε ὄψονταί με, καὶ εὐφρανθήσονται, ὅτι εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα. Ὄψονταί με προκόπτοντα, εἰ συνετίσῃς με, καὶ εὐφρανθήσονται, ὅτι εἰς τὰς ἐντολάς σου ἐπήλπισα, καὶ οὐκ εἰς ἄλλοτι βιωτικόν.

Vers. 75. *Cognovi, Domine, quod justitia judicia tua, et veritate tua humiliasti me*. Experientia cognovi, quod judicia tua justa sunt, quodque merito multis me afflictionibus depressisti, ut prudentior fierem : in te enim deliqueram.

Ἔγνων, Κύριε, ὅτι δικαιοσύνη τὰ κρίματά σου, καὶ ἀληθείᾳ ἐταπείνωσάς με. Ἔγνων τῇ πείρᾳ, ὅτι δίκαιαι αἱ κρίσεις σου, καὶ εὐλόγως καὶ δικαίως ἐταπείνωσάς με πειρασμοῖς, ἵνα σωφρονισθῶ· ἥμαρτον γάρ.

B

Vers. 76. *Fiat mihi misericordia tua, ut consoletur me secundum eloquium tuum, servo tuo*. Fiat mihi servo tuo misericordia tua, ut me calamitatibus afflictum refrigeret. Fiat autem hoc mihi, juxta promissionem tuam. Pollicitus enim es in lege tua, opem te laturum esse omnibus pœnitentibus.

Γενηθήτω δὴ τὸ ἔλεός σου τοῦ παρακαλέσαι με. Γενηθήτω μοι τῷ δούλῳ σου τὸ ἔλεός σου, ἐπὶ τῷ ψυχαγωγῆσαί με κακωθέντα· γενηθήτω δὲ τοῦτο, κατὰ τὴν ὑπόσχεσίν σου. Ἐπηγγείλω γὰρ ἐν τῷ νόμῳ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν μετανοούντων.

Vers. 77. *Veniant mihi miserationes tuæ, et vivam*. Mihi, inquam, qui modo tristitia ac mœrore pene eram suffocatus.

Ἐλθέτωσάν μοι οἱ οἰκτιρμοί σου, καὶ ζήσομαι. Ἤδη ταῖς λύπαις ἀποπνιγομένῳ.

Quia lex tua meditatio mea est. Veniant mihi, inquit, illæ miserationes tuæ, quia deinceps, præ cæteris omnibus, lex tua erit meditatio mea.

Ὅτι ὁ νόμος σου μελέτη μου ἐστίν. Ἐλθέτωσάν μοι, διότι ὁ νόμος σου μελέτη μου ἐστὶν, ὡς οὐδὲν ἕτερον.

Vers. 78. *Confundantur superbi, quia injuste iniquitatem fecerunt in me*. Erubescant, quod nihil potuerunt perficere, eo quod superati et profligati sunt. Ipsos autem dæmones intelligit, seu divinæ legis contemptores, ut diximus. Injuste autem fecerunt iniquitatem in me, quia propter invidiam me aggressi sunt.

C

Αἰσχυνθήτωσαν ὑπερήφανοι, ὅτι ἀδίκως ἠνόμησαν εἰς ἐμέ Αἰσχυνθήτωσαν, τῷ μηδὲν ἀνύσαι, τῷ ἡττηθῆναι· λέγει δὲ τοὺς ἀνωτέρω δηλωθέντας. Ἀδίκως δὲ ἠνόμησαν εἰς ἐμὲ, διὰ μόνον φθόνον ἐπιθέμενοι.

Ego autem meditabor in mandatis tuis. De hoc jam alibi sæpe dictum est.

Ἐγὼ δὲ ἀδολεσχήσω ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου. Περὶ τούτου εἴρηται.

Vers. 79. *Convertant me timentes te, et qui cognoscunt testimonia tua*. Ii, inquit, qui timent te convertant me, si aliquando seductus a mandatis tuis aberravero.

Ἐπιστρεψάτωσάν με οἱ φοβούμενοί σε, καὶ οἱ γινώσκοντες τὰ μαρτύριά σου. Ἐπιστρεψάτωσάν με οἱ τοιοῦτοι, εἴποτε ἀποπλανηθῶ τῶν ἐντολῶν σου.

Vers. 80. *Fiat cor meum irreprehensibile, in justificationibus tuis, ut non confundar*. Irreprehensibile fiat cor meum, dum in justificationibus tuis meditatur, et utinam timore eorum purgatus, non confundar, turpe aliquid committens.

D

Γενηθήτω ἡ καρδία μου ἄμωμος ἐν τοῖς δικαιώμασί σου, ὅπως ἂν μὴ αἰσχυνθῶ. Γενηθήτω ἄμωμος, ἐμμελετῶσα τοῖς δικαιώμασί σου, καὶ τῷ φόβῳ τούτων καθαιρομένη, ὅπως ἂν μὴ αἰσχυνθῶ, πράξας ἔργον αἰσχύνης.

Vers. 81. *Deficit in salutare tuum anima mea*. Abit quodammodo, atque dissolvitur anima mea, desiderii vehementiam non ferens. Per salutare autem salutarem Christi incarnationem intelligit ; ait igitur se illius salutaris desiderio maxime teneri.

Ἐκλείπει εἰς τὸ σωτήριόν σου ἡ ψυχή μου. Ἀποδημεῖ τρόπον τινὰ, ἢ ἐκλύεται, μὴ φέρουσα τὴν σφοδρότητα τοῦ πόθου. Σωτήριον δὲ λέγει τὴν σωτήριον ἐνανθρώπησιν τοῦ Χριστοῦ· φησὶν οὖν· ὅτι, Σφόδρα ποθῶ τὸ σωτήριον τοῦτο.

In verba tua supersperavi. In verbis tuis confido, futurum esse quod cupio : in ejus dico verbis,

Εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα. Τοῖς λόγοις σου θαῤῥῶ ὅτι γενήσεται [51], τοῖς λόγοις σου τοῖς ἐν

Variæ lectiones.

(51) Subaudi τὸ σωτήριον.

Digitized by Google

τῷ νόμῳ γεγραμμένης περὶ αὐτοῦ. Τινὲς δὲ νοοῦσι, περὶ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας ταῦτα λέγειν αὐτόν· ὅτι Ποθῶ τὴν παρὰ σοῦ σωτηρίαν, καὶ εἰς τὰς ἐντολάς σου θαρρῶ, ὅτι σωθήσομαι, φυλάττων αὐτάς· ἀδιάφορον δέ, εἴτε *λόγους* εἴτε *λόγον*.

A quæ in lege de ipso salutari scripta sunt. Aliqui vero intelligunt beatum David hæc verba dixisse de sua salute: Opto, inquit, eam consequi salutem, quæ a te provenit: et in mandata tua valde confido, quod scilicet ea observans salvabor. Illud etiam admonendum duximus, quod indifferenter Propheta nunc singulari sermone, *verbum* dicit, nunc *verba* in plurali.

Ἐξέλιπον οἱ ὀφθαλμοί μου εἰς τὸ λόγιόν σου, λέγοντες, *Πότε παρακαλέσεις με;* Ἐξελύθησαν, ἠτόνησαν οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς ψυχῆς μου, εἰς τὸν νόμον σου ἀτενίζοντες· ἐξέλιπον δὲ ζητοῦντες, πότε ψυχαγωγήσεις με, συνετίσας, καὶ τὸν ἐγκεκρυμμένον πλοῦτον ἀνακαλύψας.

VERS. 82. *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes: quando consolaberis me?* Debiles effecti sunt animæ meæ oculi, aspicientes in legem tuam. Defecerunt autem quærentes, quando consolaberis me: instruens scilicet et docens me, et occultos in lege tua thesauros revelans.

Ὅτι ἐγενήθην ὡς ἀσκὸς ἐν πάχνῃ, τὰ δικαιώματά σου οὐκ ἐπελαθόμην. Φασὶ τὸν ἀσκὸν ἐν πάχνῃ ψυχόμενον συσφίγγεσθαι· τοιοῦτο ἐγένετο καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς πειρασμοῖς συσταλεὶς, καὶ σωφρονισθεὶς· καὶ διὰ τοῦτο τοῦ λοιποῦ, τὰ δικαιώματα τοῦ Θεοῦ μὴ ἐπιλαθόμενος, ἵνα μὴ πάλιν περιπέσοι πειρασμοῖς. Ἕτεροι δὲ λέγουσι τὸν ἀσκὸν ἐν πάχνῃ συρόμενον μαλακίζεσθαι, καὶ χαυνοῦσθαι. Τοιοῦτος, φησὶ, γέγονα· τοῖς πειρασμοῖς γὰρ ἐνσυρόμενος, ἠτόνησα, καὶ ἐχαυνώθην· ἀλλ' ὅμως, τὰ δικαιώματά σου οὐκ ἐπελαθόμην, ὥστε καὶ παῆσαί τι παράνομον. Ἢ καὶ ἑτέρως· Ἐγενήθην ὡς ἀσκὸς, νεκρὸς μὲν πρὸς τὰ πάθη, χωρητικὸς δὲ τῶν θείων λογίων. Ἐγενήθην δὲ τοῦτο ἐν τῇ πάχνῃ τῆς θείας χάριτος, τῇ ἄνωθεν κατελθούσῃ, καὶ ψυχρανάσῃ τὴν εἴσοδον τῶν παθῶν. Διὸ καὶ οὐκ ἀπέστην τοῦ νόμου σου, γινώσκων ὅτι δι' αὐτοῦ ταύτης τετύχηκα τῆς χάριτος.

B Vers. 83. *Quia factus sum sicut uter in pruina, justificationes tuas non sum oblitus.* Aiunt utrem pruina frigefactum constringi. Talem se beatus David effectum esse dicit, constrictum nimirum et castigatum calamitatibus. Qua de causa negat se ullo unquam tempore justificationum Dei futurum immemorem, ne rursum in tentationes deferri eum contingat. Alii utrem dicunt tractum in pruina molliorem ac laxiorem fieri. Talis, inquit, ego effectus sum, quia multis calamitatibus distractus, tandem etiam debilitatus, ac dissolutus sum: attamen neque ideo justificationes tuas oblitus sum. Vel aliter: Factus sum sicut uter, mortuus nimirum quantum ad animi affectus, verumtamen capax eloquiorum Dei. Effectus autem sum hujusmodi, in pruina divinæ gratiæ, quæ C ab eo descendit, et passionum mearum flammam refrigeravit; atque ideo non recessi a lege tua, sciens quod per illam ego gratiam etiam a te consecutus sum.

Πόσαι εἰσὶν αἱ ἡμέραι τοῦ δούλου σου; πότε ποιήσεις μοι ἐκ τῶν καταδιωκόντων με κρίσιν; Πόσαι εἰσί; πάντως ὀλίγαι· πότε οὖν ποιήσεις μοι κρίσιν ἐκ τῶν καταδιωκόντων με ἀοράτων, καὶ ὁρατῶν ἐχθρῶν; Ποιήσεις δὲ ταύτην ἀποστρέψας αὐτοὺς, καὶ πόρρω διώξας.

Vers. 84. *Quot sunt dies servi tui? quando facies mihi de persequentibus me judicium?* Quot sunt? Pauci prorsus. Quando igitur facies mihi justitiam de persequentibus me invisibilibus seu etiam visibilibus inimicis? Facies autem hoc judicium, si illos in fugam converteris, et procul a me eos insecutus fueris.

Διηγήσαντό μοι παράνομοι ἀδολεσχίας, ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ νόμος σου, Κύριε. Διηγήσαντό μοι φλυαρίας δογμάτων, ἀλλὰ ἐναντίας τῷ νόμῳ σου. Ἢ διηγήσαντό μοι ληρωδίας, ἑρμηνεύοντες δῆθεν τὸν νόμον σου, ἀλλ' οὐ συνεφθέγγοντο τούτῳ· λέγοιτο δ' ἂν τοῦτο περὶ πάντων ὁμοῦ τῶν αἱρετικῶν.

Vers. 85. *Narraverunt mihi iniqui garrulitates, sed non ut lex tua.* Narraverunt mihi dogmatum quorumdam nugacitates legi tuæ contrarias. Vel ii, qui legem tuam interpretabantur, narraverunt mihi garrulitates; legi tamen consonum aliquid D non dicebant. Possunt autem hæc verba generaliter adversus omnes hæreticos accommodari.

Πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου ἀλήθεια, ἀδίκως κατεδίωξάν με, βοήθησόν μοι. Πᾶσαι ἀληθεῖς, ἐν αἷς ἐκέλευσας μὴ ἀδικεῖν. Ἀδικουμένῳ οὖν βοήθησόν μοι, τοὺς σοὺς μάλιστα νόμους ἐκδικῶν παραβαινομένους· ἐνταῦθα δὲ περὶ τῶν αἰσθητῶν ἐχθρῶν ὁ λόγος.

Vers. 86. *Omnia mandata tua æquitas: injuste persecuti sunt me, adjuva me.* Ea, inquit, mandata omnia vera sunt, in quibus nemini inferendam esse injuriam mandasti. Adjuva me igitur affectum injuria, et vindictam sume de iis omnibus, qui legem tuam transgrediuntur. Est autem hic sermo de visibilibus inimicis.

Παρὰ βραχὺ συνετέλεσάν με ἐν τῇ γῇ, ἐγὼ δὲ οὐκ ἐγκατέλιπον τὰς ἐντολάς σου. Παρ' ὀλίγον ἀνεῖλόν με. Συντέλεια γὰρ λέγεται καὶ ἡ Συμπλήρωσις τῆς ζωῆς. *Συνετέλεσαν* οὖν, ἀντὶ τοῦ Συντελέσαι τὴν ζωὴν παρεσκεύασαν· ἢ, Συν-

Vers. 87. *Paulo minus consummaverunt me in terra, ego autem non dereliqui mandata tua.* Pene inquit, interemerunt me. Consummare dixit, pro *Vitam finire*. Consummaverunt me igitur, hoc est, Præparaverunt ut meam vitam consummarent. Vel

Digitized by Google

Concluserunt me in terra, seu Everterunt me in terram; ego tamen a meditatione aut ab observatione mandatorum tuorum non recessi.

A ἐκλεισάν με ἐν τῇ γῇ, ἢ Κατέστρεψάν με εἰς τὴν γῆν. Ἐγὼ δὲ οὐδ' οὕτως ἀπέστην τῆς μελέτης καὶ φυλακῆς τῶν ἐντολῶν σου.

Vers. 88. *Secundum misericordiam tuam vivifica me, et custodiam testimonia oris tui.* In misericordia tua vivifica me, tanquam misericors. Et de his verbis : *Vivifica me*, jam superius dictum est. Testimonia vero oris tui, ea dico, quæ Moysi mandasti.

Κατὰ τὸ ἔλεός σου ζῆσόν με, καὶ φυλάξω τὰ μαρτύρια τοῦ στόματός σου. Ἐν τῷ ἐλέει σου ζῆσόν με, ὡς ἐλεήμων περὶ τοῦ *Ζῆσόν με* προείρηται. Τὰ μαρτύρια δὲ τοῦ στόματός σου, ἃ ὑπηγόρευσας τῷ Μωϋσεῖ.

Vers. 89. *In sæculum, Domine, verbum tuum permanet in cœlo.* Mandatum tuum incommutabile in cœlo semper permanet. Illud, inquam, mandatum, quo cœlum in suo semper ordine continetur.

Εἰς τὸν αἰῶνα, Κύριε, ὁ λόγος σου διαμένει ἐν τῷ οὐρανῷ. Ἀεὶ τὸ πρόσταγμά σου ἀσάλευτον διαμένει ἐν τῷ οὐρανῷ· τὸ περὶ τῆς τάξεως αὐτοῦ, συνέχον αὐτὸν ἐν αὐτῇ.

Vers. 90. *In generationem et generationem veritas tua.* Veritas hujus mandati in omni semper generatione constans permanet : et ordo semel constitutus, in diversa non mutatur.

Εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἡ ἀλήθειά σου. Ἀεὶ ἡ ἀλήθεια τοῦ προστάγματός σου διὰ πάσης γενεᾶς ἀληθεύει, μὴ μετακινηθείσης τῆς ὁρισθείσης τάξεως.

B

Vers. 91. *Fundasti terram, et permanet ordinatione tua.* Hæc etiam permanet ordinatione tua, hoc est, quemadmodum tu disposuisti.

Ἐθεμελίωσας τὴν γῆν, καὶ διαμένει τῇ διατάξει σου. Διαμένει καὶ αὕτη ἐν τῇ διατάξει σου, ὡς διετάγη.

Perseverat dies, quoniam omnia serviunt tibi. Permanet dies, ut ordinasti. Antiquum enim atque a te statutum ordinem conservat. Hujus autem perseverantiæ causa est, quia hæc, et alia omnia simul tibi serviunt, et mandato tuo, non secus ac servi domino suo, obtemperant. Altius etiam intelligendo : Verbum tuum in cœlo semper permanet, apud angelos. *Facientes* enim inquit, *verbum ejus.* In generationem etiam et generationem antiqui et novi populi est veritas tua : illa, inquam, veritas, quæ est in lege. Apud utramque enim generationem verbum tuum verum esse prædicatur. Fundasti etiam Ecclesiam, et in evangelica eam fide stabilisti : Ecclesiam dico, quæ antea terra merito dici poterat, quia terrena sapiebat, et in terrenis versabatur. Ideoque permanet, ut ordinasti. Et quanquam multa tentationum, ac persecutionum maria, ut ita dicam, quasi oceanus quidam, undique in eam irruerint, non tamen adversus eam prævaluerunt. Perseverat etiam dies, hoc est, pietatis ac religionis lumen, quod simul ac ex Evangelii prædicatione ortum atque accensum est, ab adversarii potentia nunquam exstingui potuit. Prophetice autem hæc dicta sunt.

Διαμένει ἡ ἡμέρα, ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλα σά. Διαμένει ἡ ἡμέρα, ὡς προσέταξας, τηροῦσα τὴν ἰδίαν τάξιν. Αἴτιον δὲ τῆς τοιαύτης διαμονῆς, ὅτι καὶ ταῦτα καὶ ὁμοῦ πάντα δοῦλα σά. Διότι καὶ πείθονται τῷ προστάγματι τοῦ Δεσπότου, καθάπερ τινὲς δοῦλοι· κατὰ δὲ ὑψηλοτέραν θεωρίαν, ἀεὶ διαμένει ἐν τῷ οὐρανῷ παρὰ τοῖς ἀγγέλοις ὁ λόγος σου. *Ποιοῦντες γάρ*, φησὶ, *τὸν λόγον αὐτοῦ.* Ἐν γενεᾷ δὲ καὶ γενεᾷ, τῇ τε τοῦ παλαιοῦ καὶ τῇ τοῦ νέου, ἡ ἀλήθειά σου ἡ ἐν τῷ νόμῳ. Παρ' ἀμφοτέροις γὰρ ἀληθὴς οὗτος ὁμολογεῖται. Ἐθεμελίωσας δὲ τὴν Ἐκκλησίαν καὶ ἠδραίωσας αὐτὴν ἐν τῇ πίστει τοῦ Εὐαγγελίου· γῆν πρότερον οὖσαν, καὶ γήϊνα φρονοῦσαν, καὶ περὶ τὰ γήϊνα συρομένην· διὸ καὶ διαμένει, ὡς διετάξω· πολλῶν μὲν πειρασμῶν αὐτῇ προσρηξάντων, οὐδενὸς δὲ ταύτης κατισχύσαντος. Διαμένει δὲ ἡ ἡμέρα, τουτέστι, τὸ φῶς τῆς εὐσεβείας, ὅπερ ἀνέτειλε, διὰ τοῦ κηρύγματος, μὴ τεμνόμενον ἢ σβεννύμενον ὑπὸ τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως. Προφητικῶς δὲ ταῦτα.

C

Vers. 92. *Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte periissem in humilitate mea.* Nisi, inquit, ea de causa fuissem liberatus, quia assidue meditor legem tuam, procul dubio calamitatibus tunc majori in me cum impetu irruentibus, periissem in afflictione mea.

Εἰ μὴ ὅτι ὁ νόμος σου μελέτη μου ἐστι, τότε ἂν ἀπωλόμην ἐν τῇ ταπεινώσει μου. Εἰ μὴ διότι ὁ νόμος σου μελέτη μου ἐστὶν ἀπηλλάγην, τότε ἂν ἀπέθανον ἐν τῇ κακοπαθείᾳ μου, σφοδρότερον ἐπιθεμένων μοι τῶν πειρασμῶν.

B

Vers. 93. *In sæculum non obliviscar justificationes tuas : quia in ipsis vivificasti me.* Per totum sæculum, justificationum tuarum memoriam non amittam : quoniam per ea tu me jam pene exspirantem vivificasti. Ideo autem liberatus sum, quia legem tuam meditabar.

Εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ ἐπιλάθωμαι τῶν δικαιωμάτων σου, ὅτι ἐν αὐτοῖς ἐζησάς με. Παρ' ὅλον τὸν αἰῶνα οὐ μὴ ἐπιλάθωμαι αὐτῶν. Ὅτι δι' αὐτὰ ἐζωοποίησάς με ἀποπνιγόμενον. Διότι γὰρ μελέτην εἶχον τὸν νόμον σου, ἀπηλλάγην.

Vers. 94. *Tuus sum ego, et salvum me fac, quia justificationes tuas exquisivi.* Scriptum est enim in lege tua, quod qui fecerit eas justificationes, vivet in eis. Quoniam igitur ego tuus sum, salva me ab insidiatoribus meis. Tuus autem sum, veluti qui justificationes tuas toto corde exquiro.

Σός εἰμι ἐγὼ, σῶσόν με, ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐξεζήτησα. Γέγραπται γὰρ ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι ὁ ποιήσας αὐτὰ, ζήσεται ἐν αὐτοῖς· ἐπεὶ οὖν σός εἰμι, σῶσόν με ἀπὸ τῶν ἐπιβουλευόντων μοι· σὸς γὰρ ἐγὼ, ὡς τὰ σὰ δικαιώματα ἐκζητῶν.

Digitized by Google

Ἐμὲ ἐπέμειναν ἁμαρτωλοί, τοῦ ἀπολέσαι με. Ἐμὲ ἐνέδρευσαν. Ὁ γὰρ ἐνεδρεύων περιμένει τὸν ἐνεδρευόμενον.

VERS. 95. *Me exspectaverunt peccatores, ut perderent me.* Mihi, inquit, insidiati sunt. Nam qui insidiantur exspectare eum solent, cui insidias tendunt.

Τὰ μαρτύριά σου συνῆκα. Συνετισθεὶς παρὰ σοῦ· διὰ τοῦτο ψυχαγωγοῦμαι.

Testimonia tua intellexi. Prudentior a te effectus, atque ideo in illis refrigeror et consolor.

Πάσης συντελείας εἶδον πέρας, πλατεῖα ἡ ἐντολή σου σφόδρα. Πάσης σπουδῆς καὶ ἀνθρωπίνης καὶ διαβολικῆς ἔγνων πέρας. Πλατεῖα γὰρ ἡ ἐντολή σου σφόδρα, μὴ στενοχωροῦσα τὸν νοῦν, ἀλλὰ πλατύνουσα πρὸς γνῶσιν· ὑφ' ἧς κἀγὼ πλατυνθείς, ἔγνων ἐκάστης συντελείας πέρας. Ἢ καὶ ἑτέρως· Πάσης καταστροφῆς ἔγνων πέρας, οἷόν μέν ἐστι τὸ πέρας τῆς τελευτῆς τοῦ ἀσεβοῦς, οἷόν δέ τι τῆς τοῦ ἁμαρτωλοῦ. Εἶτα τὸ ἑξῆς· *Πλατεῖα ἡ ἐντολή σου σφόδρα*· πλατύνουσα ἐν στενοχωρίᾳ θλίψεως τὸν ἐμπολιτευόμενον. Νόμον δὲ νόει τὰς ἐντολάς. Ἢ πλατεῖα, τῷ μὴ στενοχωρεῖν, μηδὲ ταλαιπωρίαν ἐπάγειν εἰ καὶ δεκτὴ τοῖς ῥᾳθυμοτέροις ἐπίπονος.

VERS. 96. *Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum valde.* Finem, inquit, cognovi esse in humano quolibet aut diabolico studio. *Latum enim mandatum tuum valde:* neque enim humanam mentem arctat, quinimo ad cognitionem atque ad intelligentiam eam dilatat. Ab eo enim ego dilatatus sum, et finem omnis consummationis cognovi. Vel aliter: *Omnis consummationis*, hoc est, omnis destructionis finem novi: P qualis nimirum mortis finis sit justo homini, et qualis peccatori. Sequitur: *Latum mandatum tuum valde*, quia eos omnes recreat, et eorum corda dilatat, qui in angustiis atque afflictionibus versantur. Per mandatum vero legem intellige. Vel: Latum est mandatum tuum, eo quod angustias et strumeas nullas præstat, tametsi inertibus ac pigris hominibus laboriosum id esse videatur.

Ὡς ἠγάπησα τὸν νόμον σου, Κύριε! ὅλην τὴν ἡμέραν μελέτη μού ἐστιν. Λίαν ἠγάπησα τὸν νόμον σου, καὶ ὅλην τὴν ἡμέραν ἐμελέτων ἐν αὐτῷ· θηλυνόητι καθ' ἑκάστην, ποτὲ μὲν ἀναγινώσκων αὐτὸ, ποτὲ δὲ πράττων, ποτὲ δὲ διανοούμενος.

VERS. 97. *Quam dilexi legem tuam, Domine! tota die meditatio mea est.* Valde, inquit, amavi legem tuam, atque ideo tota die meditor in ea: quacunque scilicet die, modo illam legens, modo mente contemplans, modo etiam operibus omnia perficiens, quæ in ea mandantur.

Ὑπὲρ τοὺς ἐχθρούς μου ἐσόφισάς με τὴν ἐντολήν σου, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ἐμοί ἐστιν. Ἐχθροὶ τῶν φυλασσόντων τὸν νόμον, οἱ μὴ τοῦτον φυλάσσοντες. Ὑπὲρ τούτους, φησὶν, σοφώτερον ἐδίδαξάς C με τὴν ἐντολήν σου. Διότι ἀεὶ ἠγαπημένη μοί ἐστιν. Ὅθεν ἐκεῖνοι μὲν ἀδικοῦσί με· ἐγὼ δὲ αὐτοὺς οὐκ ἀντιδικῶ, σοφώτερον ἐκείνων δεδιδαγμένος.

VERS. 98. *Super inimicos meos instruxisti me mandato tuo, quia in sæculum mihi est.* Omnes qui legem non observant, inimici illorum sunt, qui eam observant. Super eos, inquit, docuisti me mandatum tuum, quia illud semper dilexi. Quocirca illi quidem me injuria afficiunt; ego vero eos minime, quia majorem scilicet a te sapientiam edoctus sum.

Ὑπὲρ πάντας τοὺς διδάσκοντάς με συνῆκα, ὅτι τὰ μαρτύριά σου μελέτη μού ἐστιν. Καὶ αὐτῶν τῶν διδασκάλων γέγονα συνετώτερος, διότι μελέτην ἔχω συνεχῆ τὸν νόμον σου, ὃς φωτίζειν οἶδε καὶ σοφίζειν τὸν νοῦν.

VERS. 99. *Super omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est.* Ipsis etiam doctoribus meis sapientior effectus sum, quia assidue meditor legem tuam, quæ illuminare atque instruere solet mentes hominum.

Ὑπὲρ πρεσβυτέρους συνῆκα, ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐξεζήτησα. Ὑπὲρ τοὺς παλαιοτέρους μου καὶ τῷ χρόνῳ προειληφότας· δηλοῖ δὲ καὶ τὸν Σαούλ. Τοιοῦτος γέγονε καὶ ὁ Δανιὴλ, συνεὶς τὴν κρίσιν τῆς Σωσάννης ὑπὲρ τοὺς πρεσβυτέρους τοῦ λαοῦ. Αἴτιον δὲ τῆς πλείονος συνέσεως ἡ ἐκζήτησις τῶν θείων ἐντολῶν, ἡ ἀκριβὴς ἔρευνα καὶ φυλακή. Δύνανται δὲ ταῦτα λέγεσθαι καὶ ἀπὸ τοῦ νέου λαοῦ· τούτου γὰρ ἐχθροὶ μὲν οἱ Ἰουδαῖοι, ὡς διὰ παντὸς ἐχθραίνοντες· διδάσκαλοι δὲ, ὡς αὐτοὶ πρῶτοι τὰ ἔθνη περὶ τοῦ μόνου Θεοῦ διδάξαντες καὶ τὰς βίβλους παρασχόμενοι· πρεσβύτεροι δὲ, ὡς πρῶτος λαός. Υἱὸς γάρ, φησὶ, πρωτότοκός μου Ἰσραήλ. Ὑπὲρ τούτους οὖν ἐσοφίσθημεν τὸν νόμον, σοφώτερον αὐτῶν, κατὰ τὸ κεκρυμμένον, νοοῦντες· διότι καὶ πλεῖον ἀγαπῶμεν αὐτά· τά τε ἄλλα, καὶ ὡς τὰ περὶ Χριστοῦ προμηνύοντα.

tuorum, sed erravi in montibus, errabundus illic degens, huc atque illuc pertransiens, dum persecutionem sustineo. Quære igitur me, et iterum ad priorem habitationem reducito, persecutores meos compescens, quia mandata tua non neglexi. Vel sermo est ex novi populi persona : Erravi, inquit, quasi ovis perdita per rectam religionis semitam non ambulans, sed per obliquas quasdam atque ambiguas vias, quæ ad perd tionem ferunt. Quære servum tuum : *Omnia enim*, inquit, *serviunt tibi*. Quære eum igitur tu, o pastor bone, qui juxta evangelicam deperditæ ovis parabolam, animam posuisti pro ovibus tuis, et me perditam ovem ad ovile tuum congrega. Verum quod sequitur, adversari videtur huic sensui. Neque enim oblivisci dicitur mandatorum Dei is qui nondum ea didicit, sed qui ea olim edoctus est, nisi quis fortasse tempus hoc in loco positum esse dicat pro tempore : Non sum oblitus, hoc est, Non obliviscar.

A τολῶν σου, ἀλλ' ἐν τοῖς ὄρεσι διαιρόμενος, καὶ τῇ κἀκεῖσε μεταβαίνων, ἐν τῷ καταδιώκεσθαι. Ζήτησόν με, καὶ ἐπανάγαγε εἰς τὴν προτέραν κατοικίαν, φιμώσας τοὺς καταδιώκοντας, ὅτι οὐκ ἠμέλησα τῶν ἐντολῶν σου. Ἢ καὶ προσώπῳ τοῦ νέου λαοῦ ποιεῖται τὸν λόγον· Ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλὸς, μὴ τὴν ὀρθὴν τρίβον τῆς εὐσεβείας βαδίζων, ἀλλὰ σκολιάς τινας καὶ πολυσχιδεῖς καὶ φερούσας εἰς ὄλεθρον ἑαυτῷ τεμνόμενος. Ζήτησον τὸν δοῦλόν σου· *Τὰ σύμπαντα* γὰρ, φησὶ, *δοῦλά σά*. Ζήτησον, ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων, κατὰ τὴν ἐν Εὐαγγελίοις παραβολὴν τοῦ ἀπολωλότος προβάτου, καὶ συνάγαγε εἰς τὴν μάνδραν σου. Τὸ δὲ ἑξῆς ἀντιλέγειν δοκεῖ. Ἐπιλανθάνεται γὰρ οὐχ ὁ μήπω μαθὼν τὰς ἐντολὰς, ἀλλ' ὁ πάλαι ταύτας μεμαθηκὼς, εἰ μή τις ἀντιχρονικῶς ἑρμηνεύῃ τὰ ῥητά. Οὐκ ἐπιλαθόμην, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐπιλήσομαι.

B

Canticum ascensuum.
PSALMUS CXIX.

Quindecim hæc cantica eamdem prorsus inscriptionem habent, videlicet *Canticum ascensuum* vel juxtaalium interpretem, *Canticum ascensionum*. Hujusmodi autem inscriptionem sortita sunt, quia captivos in Babylone Judæos ascensuros esse prædicunt in Jerusalem. Continent namque hujusmodi materiam, et tradunt quomodo illi tunc in captivitate constituti, Deum rogaverint, ac tandem ab eo exauditi, suam patriam receperint. Et incipiunt quidem a clamore atque a precibus, quas ad Deum fundebant, cum ea calamitate premerentur : finem vero habent qui ad illud tempus pertinet, quo integre in patriam restituti fuerunt. Et hoc quidem secundum historiam. Juxta anagogen vero, hujusmodi inscriptionem habent hæc cantica, quia inter cæteros psalmos hujusmodi præcipue, Dei populum a Babylone, hoc est, a sæculi hujus confusione, ubi in passionum atque in affectuum servitute captivus detinebatur, ad supernam deducunt Jerusalem. Quicunque enim legerit atque intellexerit, quanto antiquus ille populus terrestris Jerusalem teneretur desiderio, et quomodo lamentabatur, et quales ad Deum emittebat voces, quænam etiam diceret verba, cum illuc reduceretur, atque ea denique omnia, quæ in his canticis continentur : ardentior profecto et ipse reddetur, et vehementiori amore flagrabit supernæ ac cœlestis Jerusalem.

C

Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.
ΨΑΛΜΟΣ ΡΙΘ'.

Πεντεκαίδεκα μὲν αὗται αἱ ᾠδαί. Μίαν δὲ πᾶσαι τὴν ἐπιγραφὴν ἔχουσιν· *Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν*, ἢ καθ' ἕτερον ἑρμηνευτὴν, *Ὠδὴ τῶν ἀναβάσεων*· τινὲς δὲ *τῶν ἀναβαθμῶν* ἀναγινώσκουσι, περισπῶντες. Ἔλαχον δὲ τὴν αὐτὴν ἐπιγραφὴν, ὅτι περὶ τῆς ἐκ Βαβυλῶνος πρὸς Ἱερουσαλὴμ ἀναβάσεως τῶν ἐκεῖ κατασχεθέντων αἰχμαλώτων προφητεύουσι· πῶς ἐν θλίψει ὄντες ἱκέτευσαν τὸν Θεόν· καὶ εἰσακουσθέντες ἀπέλαβον τὴν ἑαυτῶν πατρίδα. Καὶ ἄρχονται μὲν ἀπὸ τῆς ἐν τῷ θλίβεσθαι κραυγῆς καὶ δεήσεως πρὸς Θεόν· συμπερατοῦνται δὲ ἐπὶ τὴν τελείαν εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀποκατάστασιν. Καὶ οὕτω μὲν καθ' ἱστορίαν· κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, ἔχον τοιαύτην ἐπιγραφὴν, ὡς μάλιστα τῶν ἄλλων ψαλμῶν ἀνάγουσαι τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῆς Βαβυλῶνος, ἤτοι τῆς τοῦ παρόντος βίου συγχύσεως, αἰχμάλωτον, εἰς δουλείαν τῶν παθῶν ἐνταῦθα κατεχόμενον, πρὸς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. Ἀναγινώσκων γὰρ ταύτας καὶ διαγινώσκων, οἷον εἶχεν ἐκεῖνος ὁ λαὸς ἔρωτα τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὅπως ἐθρήνει, καὶ οἵας ἠφίει πρὸς Θεὸν φωνὰς, καὶ οἷα ἔλεγεν ἀναγόμενος, καὶ ὅσα τῶν ᾠδῶν τούτων, διαθερμαίνεται καὶ αὐτὸς πρὸς ἔρωτα σφοδρὸν τῆς ἄνω Ἱερουσαλήμ.

D

Vers. 1. *Ad Dominum cum tribularer clamavi, et exaudivit me.* In captivitatis scilicet calamitate, quam in Babylone sustinui. Clamorem autem non oris intelligi, sed animæ valde dolentis, et contritæ, atque ad solum Deum intentæ, qui solus eripere hominem potest a periculis. Hujusmodi enim animæ clamorem statim exaudit Deus. Verba autem hæc ex fidelium etiam persona dicta esse possunt.

Πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐκέκραξα, καὶ εἰσήκουσέ μου. Ἐν τῇ θλίψει τῆς αἰχμαλωσίας καὶ τῆς ἐκεῖθεν κακοπαθείας. Κραυγὴν δὲ λέγει τὴν ἐκ κατωδύνου ψυχῆς καὶ συντετριμμένης καὶ τεταμένης πρὸς μόνον τὸν δυνάμενον ῥύεσθαι, ἧς εὐθέως ἐπακούει Θεός. Προσώπῳ δὲ τοῦ σὺσεβεστέρου μέρους οἱ λόγοι.

Ver. 2. *Domine, eripe animam meam a labiis injustis, et a lingua dolosa.* Hoc est, quod a Deo petiit cum clamaret. Vel hoc una cum aliis, quæ inferius postulasse eum videbimus. Per labia au-

Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ χειλέων ἀδίκων καὶ ἀπὸ γλώσσης δολίας. Κράζων τοῦτο ηὔξατο· ἢ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο. Χείλη δὲ ἄδικα τὰ ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλοῦντα, ὡς ἐν τῷ οβ'

Digitized by Google

ψαλμῷ γέγραπται, ἔνθα τὸ Ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος ἐλάλησαν, καὶ τὰ τῶν συκοφαντῶν, καὶ ἁπλῶς τῶν παρανόμων πάντων. Γλῶσσα δὲ δολία ἡ αὐτῶν τούτων, ἢ τῶν ἐπιβουλευόντων.

tem injusta, ea intelligit, quæ injustitiam in alto loquuntur, quemadmodum in LXXII psalmo scriptum est; vel calumniantium, et iniquorum hominum labia. Linguam etiam dolosam eorumdem linguam appellat, vel speciatim insidiatorum linguam.

Τί δοθείη σοι, καὶ τί προστεθείη σοι πρὸς γλῶσσαν δολίαν; Ἕτερος δὲ φησιν ἑρμηνευτής, *Τί δοθήσεταί σοι, καὶ τί προστεθήσεταί σοι πρὸς γλῶσσαν δολίαν;* Πρὸς γὰρ τὸν ἱκετεύοντα ὁ προφήτης ἀποκρίνεται συνθανόμενος· Τί δοθήσεταί σοι καὶ τί προστεθήσεταί σοι ἀμυντήριον πρὸς γλῶσσαν δολίαν; Ἐμφαίνει δὲ ὁ λόγος ἢ ὅτι δυσκαταγώνιστος αὕτη διὰ πονηρίας ὑπερβολὴν, ἢ ὅτι οὐ χρεία σοι ἀμυντηρίου· αὕτη γὰρ ἡ δολιότης ἀρκοῦσα τοῦ δολίου τιμωρία.

Vers. 3. *Quid detur tibi et quid apponatur tibi ad linguam dolosam?* Alius interpres reddidit: *Quid dabitur tibi, et quid apponetur?* Ad ipsum enim supplicantem Propheta sermonem convertit interrogans, quænam ei defensio, seu quænam dabitur vindicta adversus dolosam linguam illam. Et significare nobis videtur hoc sermone, vel quod hujusmodi lingua ob summam suam malignitatem difficillime poterit superari, vel quod nulla ei defensione aut vindicta adversus talem linguam opus est: cum doloso homini dolus ipse satis ampla sit pœna.

Τὰ βέλη τοῦ δυνατοῦ ἡκονημένα σὺν τοῖς ἄνθραξι τοῖς ἐρημικοῖς. Καὶ τοῦτο πρὸς παρηγορίαν τοῦ ἱκετεύοντος, μὴ ἀθυμεῖν ὑποτιθέμενον. Καὶ γὰρ τὰ βέλη τοῦ δυνατοῦ Θεοῦ ἠκονημένα κατὰ παρανόμων καὶ δολίων μετὰ ἀνθράκων ἐρημοποιῶν, ὥστε τέμνειν, καὶ καίειν, καὶ ἀφανίζειν αὐτούς. Βέλη δὲ καὶ ἄνθρακας τὰς διαφόρους τιμωρίας ὠνόμασεν. Ἐνόησαν δέ τινες δυνατὸν μὲν τὸν διάβολον, ὡς κατισχύοντα τῶν ῥᾳθυμούντων· βέλη δὲ αὐτοῦ ἠκονημένα μετ' ἀνθράκων ἀφανιστικῶν τοὺς ἐμπαθεῖς λογισμοὺς, ὀξέως εἰσδύνοντας, καὶ ἐμπιμπρῶντας, καὶ ἀφανίζοντας τὴν ἀρετήν· οὓς καὶ ὁ Ἀπόστολος βέλη πεπυρωμένα ἐκάλεσεν. Εἶτα πάλιν ὁ λόγος ἀπὸ τοῦ ἱκετεύοντος.

Vers. 4. *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis.* Hoc etiam a Propheta ad supplicantis populi consolationem dictum est, cui his verbis suadere nititur, tristandum ei minime esse, cum potentis Dei sagittæ acutæ effectæ sint adversus iniquos et dolosos, et cum desolatoriis pariter carbonibus paratæ, ita ut iniqui ferro cædendi, atque igne exurendi, et penitus delendi sint. Per sagittas autem et carbones varia suppliciorum ac pœnarum genera intelligit. Quidam vero per potentem hoc in loco diabolum significari dixerunt, tanquam invalescentem adversus negligentes atque inertes, et per sagittas cum carbonibus desolatoriis, cogitationes quascunque passionum atque affectuum plenas. Nam et cito sagittarum instar penetrant, et carbonum, hoc est, ardentium prunarum instar incendunt, et virtutem delent: quasque ipse etiam Apostolus carbones ignis appellavit [46]. Deinde rursus sermo est ex persona supplicantis populi (sequitur enim):

Οἴμοι, ὅτι ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη. Ἡ ἐν Βαβυλῶνι, ἢ ἐν αἰχμαλωσίᾳ· ἀποδύρεται γὰρ τὸ πλυσιτὲς αὐτῆς.

Vers. 5. *Heu mihi, quia peregrinatio mea prolongata est.* In Babylone nimirum, seu in captivitate, cujus nunc diuturnitatem deplorat.

Κατεσκήνωσα μετὰ τῶν σκηνωμάτων Κηδάρ. Μέσον τῶν σκηνωμάτων Κηδάρ· ἀποκλαίεται γὰρ καὶ τοῦτο. Κηδὰρ δὲ χώρα τίς ἐστι παρακειμένη Βαβυλωνίοις, οἰκήτορας ἔχουσα βδελυροὺς· ἐν οἷς καὶ αὐτοὺς οἱ Βαβυλώνιοι σκηνοῦν ἔταξαν. Ἐπεὶ δὲ Κηδὰρ *σκοτασμὸς* ἑρμηνεύεται, εἰκότως θρηνοῦσιν οἱ κατασκηνοῦντες ἐν τοῖς σκηνώμασι τοῦ σκοτασμοῦ. Σκηνώματα δὲ σκοτασμοῦ ἡ ἐν τοῖς πάθεσι διατριβὴ, τοῖς σκοτίζουσι τὸν νοῦν.

Habitavi cum tabernaculis Cedar. Habitavi, inquit, in medio tabernaculorum Cedar. Hanc etenim miseriam etiam deplorat. Cedar autem regio quædam est Babyloni proxima, quæ habitatores pravos habebat. Inter hos vero Babylonii Judæos habitare statuerant. Et quia Cedar interpretatur *obtenebratio*, merito ii qui inter tenebrarum tabernacula habitant, lamentantur. Possumus autem tenebrarum tabernaculum appellare, moram illam, ac consuetudinem, quam quis inter animi affectus et passiones ducit, quæ mentem obtenebrant.

Πολλὰ παῴκησεν ἡ ψυχή μου. Πολλὰ ἔτη, πολὺν παῴκησεν καιρὸν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ.

Multum peregrinata est anima mea. Multis annis ac longo tempore in captivitate peregrina fuit.

Μετὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην, ἤμην εἰρηνικός. Μετὰ τῶν φιλονείκων ἐκείνων, τῶν τῆς Κηδὰρ εἰρήνευον, οὐκ ἀνθιστάμενος αὐτοῖς περὶ βιωτικοῦ τινος πράγματος, ἀλλὰ παραχωρῶν, ὡς αἰχμάλωτος. Παιδεύει δὲ καὶ ἡμᾶς ὁ λόγος τοιούτους γίνεσθαι, καὶ μετὰ πάντων εἰρηνεύειν· εἰ γὰρ μετὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην, πολλῷ μᾶλλον

Vers. 6. *Cum iis qui oderant pacem, eram pacificus.* Cum contentiosis illis hominibus Cedar, pacem agebam, nec pro mundana aut temporali re ulla eis adversabar: quinimo, ut captivus omnia illis permittebam. Docemur autem his verbis tales fieri et nos, cum omnibus scilicet pacem habere. Nam si cum iis etiam, qui pacem ipsam oderunt, pacificos

[46] Rom. XII, 20.

Digitized by Google

nos esse decet, quanto magis cum iis qui pacem amaverint ! Erimus autem tales, si veluti hospites atque exteri in hoc mundo vixerimus, si tanquam peregrini conversabimur, non contendentes pro præsentibus hujus sæculi rebus, neque animum in eis quasi in permanentibus ac perpetuis rebus ponentes.

A μετὰ τῶν ἀγαπώντων αὐτήν. Ἐσόμεθα δὲ τοιοῦτοι, ἐὰν ὡς ξένοι διατρίβωμεν, ἐὰν ὡς πάροικοι πολιτευώμεθα, μὴ σφόδρα τῶν παρόντων ἀντεχόμενοι, μηδ' ὡς παραμένουσι προστρέχοντες τούτοις.

Cum loquebar illis, oppugnabant me gratis. — *Gratis* dixit pro *sine causa*, nullam nimirum occasionem habentes, sed temere omnia administrantes : quod ex eo perspicere licet, quod nec tunc parcebant mihi, quando ego pacifice agebam cum eis.

Ὅταν ἐλάλουν αὐτοις, ἐπολέμουν με δωρεάν. Ὅταν ἐλάλουν αὐτοῖς εἰρηνικά, ἐπολέμουν με μάτην, μηδεμίαν ἀφορμὴν ἔχοντες, καὶ οὐδὲ τότε ἐφείδοντο· ἐγὼ δὲ καὶ οὕτως εἰρήνευον.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXX.

ὨΙδὴ τῶν Ἀναβαθμῶν.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚ'.

VERS. 1. *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi.* Hoc cantico ea verba prædicuntur a Propheta, quæ dicturi erant Judæorum captivi, cum ex Babylone discessuri essent, et ascensuri in Jerusalem. Per montes autem cœlos intelligit, ob summam scilicet eorum altitudinem. Illinc etenim sperabant adventurum sibi esse consuetum Dei auxilium, quo ducente illæsi in patriam pervenirent. Deinde sermonem suum magis declarat, dicens :

B Ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς τὰ ὄρη, ὅθεν ἥξει ἡ βοήθειά μου. Αὕτη ἡ ᾠδὴ προφητεύει ἃ ἔλεγον, ἀρξάμενοι ἀναβαίνειν. Ὄρη δὲ λέγει τοὺς οὐρανούς· διὰ τὸ ὕψος. Ἐκεῖθεν γὰρ ἤλπιζον ἐλθεῖν αὐτοῖς τὴν συνήθη τιμίαν, παραπέμπουσαν ἀβλαβεῖς. Εἶτα καὶ σαφηνίζει τὸν λόγον.

VERS. 2. *Auxilium meum a Domino, qui fecit cœlum et terram.* Ab eo qui vere Dominus est. Proprium enim Dei est, ut omnium creator dicatur, cum ipse solus sit, qui possit creare. Et nos igitur si animæ oculos in cœlum levaverimus, eosque a terrenis rebus omnibus dimoverimus, divinum simili modo consequemur auxilium.

Ἡ βοήθειά μου παρὰ Κυρίου τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Τοῦ ἀληθῶς Κυρίου. Ἴδιον γὰρ τὸ δημιουργικὸν τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἡμῖν οὖν, ἐὰν ἄρωμεν τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς εἰς τὸν οὐρανόν, ἀποστήσαντες αὐτοὺς τῶν γηΐνων πραγμάτων, ἡ βοήθεια παρὰ Κυρίου ἔσται.

VERS. 3. *Ne des in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui custodit te.* Hoc ad fraternum amorem pertinet, ut unusquisque pro altero effundere ad Deum preces addiscat. Ne des, inquit, pedem tuum in commotionem, hoc est, in fluctuationem : neque a recta virtutum via avertaris, ne idcirco ipse etiam Deus, qui te custodire solebat, dormitet, hoc est, ne ipse etiam negligens videri possit in iis quæ ad custodiam tuam pertinent : eo quod inadvertenter sis lapsus. Vel, ne des iter tuum in fluctuantia et lubrica negotia, sed tutam legis ac mandatorum semitam conscende, quæ rectum iter incedentibus præstat.

C *Μὴ δῴης εἰς σάλον τὸν πόδα σου, μηδὲ νυστάξῃ ὁ φυλάσσων σε.* Τοῦτο φιλαδελφίας, ἕκαστον ἑκάστου ὑπερεύχεσθαι. Μὴ δῴης εἰς παρατροπὴν τὸν πόδα σου, μηδὲ παρατραπείης τῆς εὐθείας, ἥτις ἐστὶν ἡ ἀνάρτιος ὁδός· μηδὲ διὰ τοῦτο νυστάξαι ὁ φυλάσσων σε Θεὸς, μὴ διὰ τοῦτο ῥαθυμήσαι περὶ τὴν φυλακήν σου, ὡς ἐξ ἀπροσεξίας ὀλισθήσαντος. Ἢ, μὴ δῴης εἰς σαλευόμενα καὶ ὀλισθηρὰ πράγματα τὴν πορείαν σου, ἀλλ' ἐπιβαίνοις τρίβου ἀσφαλοῦς, ἥτις ἐστὶν ἡ ἔννομος, εὐθυπορεῖν σε παρασκευάζουσα.

VERS. 4. *Ecce non dormitabit, neque soporabitur, qui custodit Israel.* Deus eum non negliget, nec negligenter aliquid erga illum aget, qui per tutam, quam diximus, viam incesserit, et a lubrico sæculi calle abstinuerit. Possumus et nos fideles omnes, dici novus Israel, quemadmodum sæpe alibi diximus, præcipue in psalmo XLIII, ibi : *Exsurge, quare obdormis, Domine ?*

Ἰδοὺ οὐ νυστάξει, οὐδὲ ὑπνώσει ὁ φυλάσσων τὸν Ἰσραήλ. Εἰ ἀπέχεται δηλονότι τῶν ὀλισθηρῶν, εἰ ἀσφαλῶς βαίνει, οὔτε ῥαθυμήσει, οὔτε ἀμελήσει (32). Ἰσραὴλ δὲ καὶ ἡμεῖς νέος, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν. Ζήτησον καὶ ἐν τῷ μγ' ψαλμῷ, *Ἐξεγέρθητι, ἵνα τί ὑπνοῖς, Κύριε ;*

VERS. 5. *Dominus custodiet te, Dominus protectio tua ad manum dexteram tuam.* Dominus te hoc pacto incedentem custodiet, Dominus protectio tibi erit, juxta manum dexteram tuam, hoc est,

Κύριος φυλάξει σε, Κύριος σκέπη σοι, ἐπὶ χεῖρα δεξιάν σου. Κύριος φυλάξει σε οὕτως βαδίζοντα, Κύριος σκέπη σοι παρὰ τὴν δεξιάν σου χεῖρα, τουτέστι παραστάτης, σκεπαστὴς, σκέπων σε πρὸ-

Variæ lectiones.

(32) Nimirum Θεὸς, εἰ ἀπέχεται Ἰσραήλ.

Digitized by Google

τοντα ἀγαθά· ἢ, σκέπη σοι διὰ πράξεις σου δεξιάς.

A adjutor tibi erit in bello. (Solent enim, qui aliquem protegunt illius dexteræ assistere.) Vel : Protectio tua ad dexteras actiones tuas : protegens nimirum te bona opera facientem.

Ἡμέρας ὁ ἥλιος οὐ συγκαύσει σε, οὐδὲ ἡ σελήνη τὴν νύκτα. Τοσαύτην σου πεπήξεται πρόνοιαν, ὡς μηδὲ ταῦτα ἐᾶσαι παρενοχλῆσαί σοι. Πρὸς ἔμφασιν δὲ τοῦτο εἶπε τῆς ἄκρας ἐπιμελείας. Εἰκὸς δὲ αὐτοὺς καὶ τοιαύτης ἀπολαῦσαι χάριτος. Συγκαίειν δὲ λέγουσι καὶ τὴν σελήνην τὰ σώματα, οὐ μόνον ὑγρὰν οὖσαν, ἀλλὰ καὶ θερμήν· ἢ, ὁ ἥλιος οὐ συγκαύσει σε, οὐδὲ ἡ σελήνη, βλάψει δηλονότι.

Vers. 6. *Per diem sol non urcet te, neque luna per noctem.* Tantam tui curam habebit, ut neque solem, aut lunam permittat tibi perturbationem aliquam inferre : quod dixit, ut summum erga hominem Dei studium esse demonstraret. Verisimile est autem antiquum populum prædicto tempore hanc gratiam a Deo fuisse consecutum. Lunam autem urere dixit, juxta aliquos, eo quod non humida sit tantum, sed etiam calida. Vel sol non uret te, neque etiam luna lædet te. Urere enim dixit pro lædere.

Κύριος φυλάξει σε ἀπὸ παντὸς κακοῦ, φυλάξει τὴν ψυχήν σου ὁ Κύριος. Πολλάκις τοῦτο λέγει, βεβαιῶν τὸν λόγον καὶ ὑποτρεπόμενος εἰς τὸ βαίνειν ὀρθῶς πόθῳ τῆς ἐκ Θεοῦ φυλακῆς· ἢ, φυλάξει τὸ σῶμά σου ἀπὸ παντὸς κινδύνου, καὶ τὴν ψυχήν σου.

B Vers. 7. *Dominus custodiet te ab omni malo, custodiet animam tuam Dominus.* Eamdem sæpius repetit sententiam, sermonem confirmans, et divinæ protectionis desiderio nos exhortans, ut per rectam, quam diximus, virtutum semitam incedamus. Vel : Custodiet corpus tuum et animam tuam ab omni periculo.

Κύριος φυλάξει τὴν εἴσοδόν σου καὶ τὴν ἔξοδόν σου. Τὴν ἀναστροφήν σου, τὴν πολιτείαν σου, τὸν βίον σου· ἢ καὶ ἄλλως, τήν τε εἰς τὸν βίον τοῦτον εἴσοδον, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ ἔξοδον· ἢ καὶ πάντα τὸν βίον. Ἐν εἰσόδοις γὰρ οὗτος καὶ ἐξόδοις καθορᾶται.

Vers. 8. *Dominus custodiet introitum tuum et exitum tuum.* Hoc est, conversationem et vitam tuam. Vel ingressum in hanc vitam, et exitum ex ea. Vel omnem vitam, quæ in ingressu atque in exitu perspicitur.

Ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. Καὶ εἰς τὸ ἐξῆς· ἢ καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος τῆς ζωῆς σου.

Ex nunc et usque in sæculum. Hoc est et in futurum vel usque in sæculum vitæ tuæ.

Ὠδὴ τῶν Ἀναβαθμῶν.
ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΑ'.

Canticum ascensuum.
PSALMUS CXXI.

C

Εὐφράνθην ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι μοι, Εἰς οἶκον Κυρίου πορευσόμεθα. Τοῦτο ἔλεγον ὑδεύοντες, καὶ προκόπτοντες μετὰ περιχαρείας.

Vers. 1. *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, In domum Domini ibimus.* Hujusmodi verba dicebant, cum incederent, et proficiscerentur cum gaudio.

Ἑστῶτες ἦσαν οἱ πόδες ἡμῶν ἐν ταῖς αὐλαῖς σου, Ἰερουσαλήμ. Ἀκουσάντων ἡμῶν, εὐθὺς ἑστῶτες ἦσαν ἐν ταῖς αὐλαῖς σου τῇ δοκήσει· ἔδοξα μὲν γὰρ ἑστάναι ἐν αὐταῖς, οὕτω τῆς σφοδρᾶς ἐπιθυμίας παρασκευασθείσης.

Vers. 2. *Stantes erant pedes nostri in aulis tuis, Jerusalem.* Cum prædicta audissemus verba, pedes nostri illico stantes erant in aulis Jerusalem, opinione scilicet, seu reputatione nostra. Visus enim mihi sum illic consistere, ita animo imaginatus, ob vehemens patriæ desiderium.

Ἰερουσαλὴμ οἰκοδομουμένη ὡς πόλις. Ὦ Ἰερουσαλὴμ οἰκοδομουμένη ὡς πόλις πάλαι κυρίως.

Vers. 3. *Jerusalem ædificata, ut civitas.* O Jerusalem, quæ olim, ut vera civitas constructa es.

Ἧς ἡ μετοχὴ αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό. Καθ' ἕτερον δὲ ἑρμηνευτήν, *Ἧς ἡ συνάφεια ὁμοῦ*, τουτέστιν, Ἧς τὰ μετόχια, τὰ συναφῆ οἰκοδομήματα ὁμοῦ, διὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκούντων.

D *Cujus participatio ejus in idipsum.* Vel juxta alium interpretem : *Cujus contiguitas simul est*, hoc est, Cujus participationes atque habitationes ob inhabitantium multitudinem contiguæ atque in unum connexæ sunt. (Nam quod ait : *in idipsum*, idem est, quod *una*, aut *simul*.)

Ἐκεῖ γὰρ ἀνέβησαν αἱ φυλαί, φυλαὶ Κυρίου. Τοῦτο μέγιστον ἐγκώμιον αὐτοῦ ποιεῖται. Οὐχ οὕτω γὰρ ἐκοσμεῖτο τῷ μεγέθει καὶ τοῖς οἰκοδομήμασιν, ὡς τῷ πάσας τὰς φυλὰς Ἰσραὴλ τρὶς ἐκεῖ συλλέγεσθαι ἑκάστου ἔτους ἐν ταῖς δημοτελέσι πανηγύρεσιν, ἐν τῷ Πάσχα, ἐν τῇ Πεντηκοστῇ, καὶ ἐν τῇ Σκηνοπηγίᾳ. Ἐκεῖ γάρ, φησὶν, ἀνέβησαν πάλαι πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας, ἐκεῖ συνελέγοντο. Φυλὰς δὲ Κυρίου

Vers. 4. *Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini.* Hoc ad maximam Jerusalem laudem dictum est. Neque enim adeo magnitudine sua, aut ædificiorum structuris ornata erat, quantum una hac re, quod universæ tribus populi Israel, ter in anno, illuc congregabantur, quando totus populus in unum convenichat ; in Paschate nimirum, in Pentecoste, atque in Scenopegiis. Illuc igitur ea

Digitized by Google

ante captivitatem ascenderunt tribus Israel, illuc congregabantur. Domini autem tribus eas appellavit, tanquam peculiarem Dei populum, vel tanquam tribus a Deo ordinatas.

A ταύτας ὠνόμασεν, ὡς λαὸν αὐτοῦ, ὡς ὑπ' αὐτοῦ τεταγμένας.

Testimonium ipsi Israel. Quæ res, inquit, demonstratio quædam est non vulgaris ipsi Israelitico populo, divinæ promissionis, quæ finem suum jam est consecuta. Nam et multiplicatum est semen Abrahæ, et promissionis terram obtinuit. Vel contestatio hæc fuit populo Israel. Contestatus est autem Deus, quod aliquando, et certis temporibus illic essent congregandi. Ordo est: *Illuc ascenderunt tribus*, et quæ sequuntur, ita ut abundet dictio *enim* (et quod ait: *Testimonium ipsi Israel*, defectivus est sermo. Subintelligenda enim est dictio, *juxta*), ut sit sensus, quod illuc ascenderunt juxta

Μαρτύριον τῷ Ἰσραήλ. Ἀπόδειξις τῷ λαῷ τῆς περατωθείσης ὑποσχέσεως τοῦ λαοῦ, ὅτι ἐπληθύνθη τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ἐκληρονόμησεν. Ἢ διαμαρτυρία τῷ λαῷ. Διεμαρτύρατο γὰρ αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐκεῖσε συλλέγεσθαι κατὰ τοὺς εἰρημένους καιρούς. Ἡ δὲ σύνταξις οὕτως· *Ἐκεῖ ἀνέβησαν φυλαί, περιττεύοντος τοῦ γάρ.* Ἀνέβησαν, φησὶν, διὰ μαρτύρια καὶ κέλευσιν, ἤγουν, κατὰ κέλευσιν Θείαν.

contestationem et divinum mandatum, a Deo olim factum ipsi populo.

Ad confitendum nomini Domini. Hoc est, ut per B divinum cultum a lege ordinatum, condignas Deo gratias agerent.

Τοῦ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματι Κυρίου. Ἐπὶ τῷ εὐχαριστῆσαι διὰ τῆς νενομοθετημένης λατρείας.

Vers. 5. *Quia illic collocatæ sunt sedes in judicium.* Ecce alia laus urbis Jerusalem: Illic etenim stabiliti sunt, inquit, regales throni ad populum judicandum.

Ὅτι ἐκεῖ ἐκάθισαν θρόνοι εἰς κρίσιν. Ἰδοὺ καὶ ἄλλο τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐγκώμιον. Ἐκεῖ γὰρ, φησὶν, ἱδρύνθησαν θρόνοι βασιλείας, εἰς τὸ κρίνειν τὸν λαόν.

Sedes super domum David. Hoc est, In domo, seu in palatio David; vel primo loco sedes sacerdotum dixit, secundo autem loco regias sedes.

Θρόνοι ἐπ' οἶκον Δαβίδ. Ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ, ἐν τοῖς ἀνακτόροις Δαβίδ· ἢ τὸ πρῶτον μὲν θρόνοι ἱερέων, τὸ δεύτερον δὲ θρόνοι βασιλέων.

Vers. 6. *Interrogate quæ ad pacem sunt ipsam Jerusalem.* Ad ipsam, inquit, Jerusalem pacifica loquimini verba. Pax scilicet sit tibi; pax populo. Deinceps etenim immensam, atque, ut ita dicam, profundam pacem habebit et gaudium. Alius vero interpres: *Salutate eam*, dixit.

Ἐρωτήσατε δὴ τὰ εἰς εἰρήνην τὴν Ἱερουσαλήμ. Προσαγορεύσατε αὐτὴν εἰρηνικὰ, ὅτι Εἰρήνη σοι, εἰρήνη τῷ λαῷ σου· τοῦ λοιποῦ γὰρ εἰρήνην ἕξει βαθεῖαν καὶ χαράν. Ἕτερος δὲ ἑρμηνεὺς, *Ἀσπάσασθε αὐτὴν*, εἶπε.

C

Et abundantia diligentibus te. Et abundabunt non tui tantum cives, sed vicinæ etiam gentes, quæ te diligunt. Prophetiam autem continent hæc verba.

Καὶ εὐθηνία τοῖς ἀγαπῶσί σε. Καὶ εὐθηνήσουσιν οὐχ οἱ πολῖταί σου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πέριξ ἐθνῶν οἱ ἀγαπῶντές σε. Προφητεία δὲ καὶ τοῦτο.

Vers. 7. *Fiat pax in virtute tua.* Alius autem interpres in futuro dixit, *Fiet.* Per virtutem autem, ipsos Judaici populi milites intelligit, quibus certissima erit pax, si bellum, aut hostem nullum habuerint.

Γενέσθω δὴ εἰρήνη ἐν τῇ δυνάμει σου. Καθ' ἕτερον ἑρμηνευτὴν, *Γένοιτο ἡ γενήσεται.* Δύναμιν δὲ αὐτῆς λέγει τοὺς στρατιώτας αὐτῆς, ὧν εἰρήνη τὸ μὴ μάχεσθαι, μηδὲ ἔχειν πολέμιον.

Et abundantia in turribus tuis. Alius etiam interpres, *Et divitiæ in regiis tuis*, dixit; et alius: *In septis tuis.* Illud etiam sciendum est, quod in Græca lectione non *in turribus* simpliciter legimus, sed in πυργοβάρεσι: qua dictione hoc in loco mœnia turribus circumsepta ac munita intelligimus.

Καὶ εὐθηνία ἐν τοῖς πυργοβάρεσί σου. Ἕτερος δέ φησι. *Καὶ πλοῦτος ἐν τοῖς βασιλείοις σου.* Ἄλλος δὲ, *Ἐν τοῖς περιβόλοις σου.* Πυργόβασις γὰρ τὸ ὀχυρώτατον τείχισμα.

D

Vers. 8. *Propter fratres meos, et proximos meos loquebar pacem de te.* Prophetæ verba sunt ad ipsam Jerusalem. Propter cognatos, inquit, meos Israelitas, et propter tribus ejusdem populi, rogabam pacem pro te: ut illi nimirum in pace degentes et Deum suum colerent, et pro acceptis beneficiis condignas ei gratias agerent.

Ἕνεκα τῶν ἀδελφῶν μου καὶ τῶν πλησίων μου ἐλάλουν δὴ εἰρήνην περὶ σοῦ. Τοῦτο πρὸς αὐτὸν ὁ προφήτης φησίν· ὅτι Διὰ τοὺς συγγενεῖς μου τοὺς Ἰσραηλίτας, διὰ τὰς φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ, ηὐχόμην εἰρήνην ὑπὲρ σοῦ· ἵνα, ἐν εἰρήνῃ διάγοντες, λατρεύωσι καὶ εὐχαριστῶσι τῷ Θεῷ.

Vers. 9. *Propter domum Domini Dei nostri, quæsivi bona tibi.* Propter sacrum Dei templum, quod in te constructum est, tranquillitatem atque abundantiam tibi studiose quæsivi: ut proprium

Ἕνεκα τοῦ οἴκου Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐξεζήτησα ἀγαθά σοι. Διὰ τὸν ναὸν τὸν ἐν σοὶ ἐξεζήτησάμην σοι γαλήνην καὶ εὐστηρίαν· ἵνα τὴν οἰκείαν ἀπολάβῃς εὐπρέπειαν, καὶ νενομισμένην λατρείαν.

ilicet atque antiquum decorem recuperares et vinum cultum lege constitutum.

Digitized by Google

Ὠδὴ ἀνιόντων βαθμῶν.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΒ'.

Πρὸς σὲ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οὐρανῷ. Καὶ οὗτοι ἔτι ὁδευόντων οἱ λόγοι. Κατοικεῖν δὲ ὁ Θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ λέγεται, ὡς ταῖς ἐκεῖ καθαραῖς καὶ ἁγίαις δυνάμεσιν ἐπαναπαυόμενος. Καὶ γὰρ καὶ περὶ τῶν ἐπὶ γῆς ἁγίων εἴρηκεν· Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω.

Ἰδοὺ ὡς ὀφθαλμοὶ δούλων εἰς χεῖρας τῶν κυρίων αὐτῶν, ὡς ὀφθαλμοὶ παιδίσκης εἰς χεῖρας τῆς κυρίας αὐτῆς· οὕτως οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, ἕως οὗ οἰκτειρήσαι ἡμᾶς. Διὰ τοῦ τοιούτου παραδείγματος τῶν δούλων καὶ τῆς δούλης τοῦτό δηλοῦσιν, ὅτι καὶ πρὸς αὐτὸν ὁρῶσι, καὶ διηνεκῶς, καὶ οὐδαμόθεν ἑτέρωθεν ἔχουσιν ἀντιλήψεως ἐλπίδα, καὶ οὐκ ἀποστήσονται ἕως οὗ οἰκτειρηθῶσι. Τὸ δὲ, Οἰκτειρήσαι εὐκτικοῦ μὲν ἔχει σχῆμα, σημασίαν δὲ μέλλοντος, ἀντὶ τοῦ Οἰκτειρήσῃ. Τινὲς δέ φασι προσπαρειλῆφθαι τῆς δούλης τὸ παράδειγμα εἰς ἐπίτασιν διαθέσεως· πλέον γὰρ τῶν δούλων αἱ δοῦλαι τοῦτο ποιοῦσιν, ὡς ἀσθενέστεραι.

Ἐλέησον ἡμᾶς, Κύριε, .. ον ἡμᾶς, ὅτι ἐπὶ πολὺ ἐπλήσθημεν ἐξουδενώσεως. Φαυλισμοῦ, ὀνειδισμοῦ, παρά τε τῶν αἰχμαλωτευσάντων, καὶ τῶν γειτόνων ἡμῖν, πονηρῶν, ἐφηδομένων ταῖς συμφοραῖς ἡμῶν· ἢ τῶν ἄλλων ἐθνῶν δι' ὧν ἐβάδιζον· θερμότητος δὲ ὁ διπλασιασμὸς τοῦ Ἐλέησον. Ἱκετεύουσιν οὖν ἐλεηθῆναι διὰ τοῦτο, καὶ τάχιον ἀποκατασταθῆναι εἰς τὴν πατρίδα.

Ἐπὶ πλεῖον ἐπλήσθη ἡ ψυχή μου. Τῆς εἰρημένης ἐξουδενώσεως.

Τὸ ὄνειδος τοῖς εὐθηνοῦσι, καὶ ἡ ἐξουδένωσις τοῖς ὑπερηφάνοις. Ἀντιστραφείη, δηλονότι, εἰς ταπείνωσιν καὶ παίδευσιν, ἵνα μὴ διὰ τὸ εὐπραγεῖν καὶ ὑπερηφανεύεσθαι κατεπαίρωνται τῶν δυσπραγούντων, καὶ τεταπεινωμένων. Ἁρμόζει δὲ ὁ ψαλμὸς καὶ τοῖς ὁδεύουσι πρὸς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐπηρεαζομένοις ὑπὸ ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν.

Ὠδὴ ὁμοίως.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΓ'.

Εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἦν ἐν ἡμῖν, εἰπάτω δὴ Ἰσραήλ, εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἦν ἐν ἡμῖν· ἐν τῷ ἐπαναστῆναι ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς, ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς. Ταῦτα ἤδη ἐπανελθόντων εἰς τὴν πατρίδα τὰ ῥήματα· εὐχαριστοῦντες γὰρ παραχελεύονται τῷ λαῷ λέγειν· ὅτι ἐν τῷ ἐπαναστῆναί τινας καθ' ἡμῶν ἐπανελθόντων· τὰ πλησιόχωρα γὰρ

[10] Levit. xxvi, 12; II Cor. vi, 16.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXII.

Vers. 1. *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cœlo.* Ex ejusdem populi persona proficiscentis in patriam, legenda sunt hæc verba. Habitare autem Deus dicitur in cœlo, veluti qui in sanctis ac mundissimis angelicis virtutibus, illic in cœlo habitantibus, requiescit. Nam et de sanctis, qui in terra sunt, dictum legimus : *Inhabitabo in eis, et inambulabo*[10].

Vers. 2. *Ecce sicut oculi servorum ad manus dominorum suorum, sicut oculi ancillæ ad manus dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.* Hac servorum atque ancillarum comparatione, seu exemplo, illud significare voluit, quod ad Deum assidue et constanter aspiciunt, quodque nullam aliunde habent auxilii spem, quinimo et quod nunquam desistent, donec misericordiam consequentur. Verbum autem, *Misereatur*, tametsi optantis modum teneat, futuri tamen significationem habet pro, *Miserebitur*. Quidam etiam dicunt ancillæ comparationem ideo appositam fuisse, ut majorem affectionis intensionem in Deum ostenderent. Magis etenim id fieri solet ab ancillis, utpote infirmiori sexu, quam a servis.

Vers. 3, 4. *Miserere nostri, Domine, miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione.* Contemptu, inquit, atque opprobrio ab iis afficimur, qui nos fecere captivos, atque a pravis etiam vicinis, qui calamitatibus nostris delectantur : vel ab aliis gentibus per quarum regiones in patriam incedebant. Repetitio autem illa verbi *Miserere*, ardorem quemdam animi demonstrat ; supplicant igitur ea ratione misericordiam a Deo consequi, et celerius in patriam restitui.

Amplius repleta est anima nostra. Prædicta scilicet despectione.

Opprobrium abundantibus, et despectio superbis. Subaudi verbum *Obveniat*. Obveniat igitur opprobrium et despectio ad humiliationem scilicet atque eruditionem eorum, ne, dum prospere omnia eis succedunt et superbi sunt, extollantur inde, atque eleventur adversus humiliores atque infortunatos homines. Congruit etiam hic psalmus iis omnibus qui ad supernam ambulant Jerusalem, quique a visibilibus atque ab invisibilibus lædundur inimicis.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXIII.

Vers. 1-4. *Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat sane Israel, nisi quia Dominus erat in nobis, cum exsurgerent homines in nos, sane vivos deglutissent nos.* Hæc verba ex eorum persona prolata sunt, qui jam reversi erant in Jerusalem. Agunt enim gratias Deo, atque hortantur universum populum, ut cum eis dicat : quod cum quidam ho-

Digitized by Google

sles adversus eos, modo ex captivitate reversos, consurrexissent (vicinæ enim gentes contra eos bellum moverant, cum nondum munita esset Jerusalem), Nisi erepti, inquiunt, fuissemus a periculo, ea ratione quia Dominus erat in nobis, præ summa sane tunc invidia, vivos nos omnes deglutissent. Hoc autem figurato sermone Propheta summam imminentis ruinæ celeritatem denotavit. Quidam etiam aiunt dictionem, *quia*, hoc in loco abundare.

A ἔθνη τούτων ἐπεστράτευσαν, μήπω τειχισθείσης τῆς Ἱερουσαλήμ· εἰ μή, διότι Κύριος ἦν ἐν ἡμῖν, ἐρρύσθημεν, ἄρα ζῶντας ἂν ἡμᾶς κατέπιον ὑπὸ φθόνου. Ἐμφαίνει δὲ ὁ λόγος τὴν ἄγαν ταχύτητα τῆς πανωλεθρίας· τινὲς δὲ τὸ, ὅτι παρέλκον ἑρμηνεύουσιν.

Cum irasceretur furor eorum in nos, sane aqua demersisset nos. Per aquam vehementem hostium impetum intelligit, qui idcirco ira ac furore perciti erant, quod Judæorum populus fuisset in patriam restitutus. Dictionem autem *sane*, posuit, pro *cæterum*, seu etiam pro *vere*.

Ἐν τῷ ὀργισθῆναι τὸν θυμὸν αὐτῶν ἐφ' ἡμᾶς, ἄρα τὸ ὕδωρ ἂν κατεπόντισεν ἡμᾶς. Ὕδωρ λέγει τὴν ῥύμην αὐτῶν, καὶ σφοδρὰν κίνησιν ὀργισθέντων, διότι πάλιν ἀπέλαβον τὴν πατρίδα. Τὸ δὲ ἄρα, συλλογιστικὸν ἀντὶ τοῦ λοιπὸν, ἢ ὄντως.

VERS. 5. *Torrentem pertransivit anima nostra.* Vehementem atque inordinatum hostium impetum momentaneumque et omne obvium secum rapientem, turgido torrenti comparat, quemadmodum et superius aquæ comparavit. *Pertransisse* autem dixit pro Prætergressam esse atque effugisse. *Anima* etiam *nostra* dixit, pro Ipsi nos, veluti a parte totum significans.

B Χειμάρρουν διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν. Χειμάρρῳ παρεικάζει τὴν ὀξεῖαν καὶ ἄτακτον καὶ πᾶν τὸ προστυχὸν παρασύρουσαν καὶ πρόσκαιρον φθορὰν αὐτῶν, ὥσπερ καὶ ἀνωτέρω ὕδατι. Διῆλθε δὲ, ἀντὶ Διεπέρασε, διέφυγεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν, ἤγουν ἡμεῖς, ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον.

Sane pertransiit anima nostra aquam intolerabilem. Vere eam prætergressi sumus, atque in securitate nunc consistimus.

Ἄρα διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον. Οὕτως διεπεράσαμεν, ἐν ἀσφαλεῖ γεγόναμεν.

VERS. 6. *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in prædam dentibus eorum.* Per dentes, et feritatem et potentiam hostium denotavit; quasi avidi viderentur, ut ipsos etiam vivos homines deglutirent.

Εὐλογητὸς Κύριος, ὃς οὐκ ἔδωκεν ἡμᾶς εἰς θήραν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν. Διὰ τῶν ὀδόντων τὴν θηριωδίαν καὶ δύναμιν αὐτῶν ἐνέφηνε, μονονουχὶ καταπιεῖν ζῶντας γλιχομένων.

VERS. 7. *Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium : laqueus contritus est, et nos liberati sumus.* Quemadmodum hostium vires ac feritatem denotavit, indignationeque et potentia armatos eos esse docuit, ita etiam populi debilitatem declarat, passeri illum comparans. Est etenim passer infirmissimum quoddam animal, et captu facillimum. Per laqueos vero insidias eorum varias, ac machinationes intelligit, quas omnes contritas esse dicit ac dissolutas.

C Ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὡς στρουθίον ἐρρύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων· ἡ παγὶς συνετρίβη, καὶ ἡμεῖς ἐρρύσθημεν. Ὥσπερ ἐκείνων ἐνέφηνε τὴν ἰσχὺν, καὶ θηριωδίαν, θυμῷ καὶ δυνάμει καθωπλισμένων, οὕτω καὶ τὴν τούτων ἀσθένειαν. Ἀσθενὲς γὰρ καὶ εὐάλωτον τὸ στρουθίον. Παγίδα δὲ λέγει τὰς ἐνέδρας καὶ μηχανὰς αἳ συνετρίβησαν, καὶ διελύθησαν.

VERS. 8. *Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum et terram.* — Non in curribus, neque in equis, aut in hujusmodi viribus, quemadmodum in psalmo XIX prædictum est, sed *in nomine Domini*, qui vere Deus est. Hoc est, adjutorium nostrum in sola Dei invocatione consistit : dum scilicet vel Deum illum appellamus, aut alio modo eum invocamus. Vel, *in nomine Domini* circumloquendo dixit, pro In Domino. Congruit etiam hic psalmus iis omnibus qui divina providentia a tentationibus et a calamitatibus fuerint liberati.

D Ἡ βοήθεια ἡμῶν ἐν ὀνόματι Κυρίου, τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Οὐκ ἐν ἅρμασι, καὶ ἵπποις, καὶ τοιαύτῃ δυνάμει, ὡς ἐν τῷ ιϛ' ψαλμῷ προείρηται, ἀλλ' ἐν τῷ ὀνόματι Θεοῦ, τοῦ ὄντως Θεοῦ, ἐν τῷ ὀνομάζειν καὶ ἐπικαλεῖσθαι αὐτόν· ἢ ἐν τῷ Κυρίῳ κατὰ περίφρασιν. Ἁρμόζει δὲ ὁ ψαλμὸς καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ θείαν πρόνοιαν ἐλευθερουμένοις πειρασμῶν.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXIV.

ὨΙδὴ ἀναβαθμῶν.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΔ'.

VERS. 1, 2. *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion.* Hic psalmus optime consequitur ad præcedentes, et gratiarum actiones continet, pro liberatione ab inimicis. Ii, inquit, qui confidunt in Domino, erunt sicut mons Sion : constantes inimicum, incommutabiles, et securi.

Οἱ πεποιθότες ἐπὶ Κύριον, ὡς ὄρος Σιών. Ἀκόλουθα τοῖς προλαβοῦσι τὰ τοῦ προόντος ψαλμοῦ καὶ ὑπὲρ τῆς ἀπαλλαγῆς τῶν πολεμίων εὐχαριστήρια. Ὡς τὸ ὄρος τὸ Σιὼν, ἀπερίτρεπτοι, ἀκαταίρετοι, ἀσφαλεῖς.

Non commovebitur in sæculum, qui habitat in

Οὐ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα ὁ κατοικῶν

Digitized by Google

Ἰερουσαλήμ. Οὐ περιτραπήσονται, οὐκ ἐκπεσοῦνται οἱ κατοικοῦντες Ἰερουσαλὴμ εἰς τὸν αἰῶνα, ἀντὶ τοῦ, παρ' ὅλον τὸν αἰῶνα τὸν ἀφωρισμένον. Κυρίως δὲ λέγει περὶ τῶν κατοικούντων τὴν ἄνω Ἰερουσαλήμ· ἐκεῖνοι γὰρ οὐδέποτε σαλευθήσονται· ἕως δὲ τοῦ αἰῶνος τοῦ ὁρισθέντος εἰς σωτηρίαν αὐτῆς, ὡς εἴρηται.

Ὄρη κύκλῳ αὐτῆς, καὶ ὁ Κύριος κύκλῳ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος.

A *Jerusalem.* Qui habitant in Jerusalem, in sæculum, hoc est per totum sæculum determinatum, non evertentur, nec decident. Proprie autem hæc Prophetæ verba ad eos pertinent, qui in superna ac cœlesti habitant Jerusalem. Illi etenim nunquam commovebuntur.

Montes in circuitu ejus, et Dominus in circuitu populi sui, ex nunc et usque in sæculum. Maximam etiam, inquit, securitatem habet ob montes qui in circuitu ejus sunt, verum illa præcipua est omnium securitas, quod Dominus eam custodit. Idcirco, qui illic habitant non commovebuntur, usque in sæculum. *In sæculum*, inquam, quod ad ipsius Jerusalem salutem jam a Deo determinatum est, ut

B diximus.

Deest in MS. Græca ad versiculum animadversio.

Ὅτι οὐκ ἀφήσει Κύριος τὴν ῥάβδον τῶν ἁμαρτωλῶν ἐπὶ τὸν κλῆρον τῶν δικαίων. Αἰτίαν λέγει τῆς ἐκ Θεοῦ φυλακῆς. Ἁμαρτωλοὺς δὲ λέγει τοὺς ἀσεβεῖς καὶ παρανόμους, ἁπλοῖ εἰσι καὶ οἱ δαίμονες· ῥάβδον δὲ αὐτῶν τὴν βασιλείαν αὐτῶν, ἢ τὰ ὅπλα· δικαίους δὲ τοὺς ἐν νόμῳ βιοῦντας.

Vers. 3. *Quia non dimittet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum.* Causam reddit divinæ custodiæ. Per peccatores autem, impios atque iniquos omnes intelligit, quales etiam ipsi sunt dæmones. Per virgam vero, eorumdem regnum aut potentiam intelligit; justos vero eos appellat, qui secundum legem vivunt.

Ὅπως ἂν μὴ ἐκτείνωσιν οἱ δίκαιοι ἐν ἀνομίαις χεῖρας αὐτῶν. Ἵνα, τοιαύτης ἀπολαύοντες παρὰ Θεοῦ φυλακῆς, μὴ ἅψωνται παρανομίας, ἀλλὰ θεραπεύσωσι τὸν εὐεργέτην.

Ne extendant justi ad iniquitatem manus suas. Justos Deus sua hac custodia et protectione frui voluit, ut iniquum aliquid non attingant, sed benefactorem colant.

Ἀγάθυνον, Κύριε, τοῖς ἀγαθοῖς καὶ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ. Εἰς εὐχὴν τὸν λόγον ὁ προφήτης κατέκλεισε λέγων· Ἀγαθὰ ποίησον, Κύριε, ἀγαθὰ δὸς τοῖς ἀγαθοῖς ἀνθρώποις, καὶ τοῖς ἁπλουστέροις τὴν καρδίαν, τοῖς ἀδόλοις, καὶ ἀπονήροις.

Vers. 4. *Benefac, Domine, bonis, et rectis corde.* Sermonem suum Propheta in orationem concludit. Bona, inquit, facito, Domine, et bona dato hominibus bonis et rectis, qui non perverso aut doloso, sed simplici sunt corde.

C

Τοὺς δὲ ἐκκλίνοντας εἰς τὰς στραγγαλιὰς ἀπάξει Κύριος μετὰ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν. Εἰς διεστραμμένα, εἰς σκολιότητας· τοὺς τοιούτους ἀπάξει εἰς κόλασιν· παραδώσει τιμωρίᾳ· ἢ ἀπώσεται ὡς ἴσους τοῖς παρανομοῦσι.

Vers. 5. *Declinantes autem in tortuositates, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem.* In tortuositates, hoc est, in perversa atque obliqua. Hujusmodi enim homines adducet Deus ad pœnas, et perpetuis eos tradet suppliciis; vel repellet eos tanquam iniquis hominibus similes.

Εἰρήνη ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ. Εὐη θελώσει. Ἁρμόζει δὲ καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τοῖς κατοικοῦσι τὴν ὑψηλὴν καὶ ἀκαθαίρετον Ἐκκλησίαν, ἧς κύκλῳ οἱ ὑψηλοὶ διδάσκαλοι περιέχουσιν αὐτὴν, καὶ φυλάττουσιν, καὶ ὁ Χριστὸς κύκλῳ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.

Pax super Israel. Subaudiendum est verbum, *sit.* Congruit etiam hic psalmus iis qui in excelsa atque incommutabili Ecclesia habitant, in cujus circuitu sunt sublimes doctores, munientes nimirum et custodientes eam, et Christus etiam in circuitu populi sui.

Ὠδὴ ἀναβάσεων.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΕ'.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXV.

Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι Κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν Σιὼν, ἐγενήθημεν ὡσεὶ παρακεκλημένοι. Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς ἀκόλουθα τῷ πρὸ αὐτοῦ φθέγγεται· ἐπιστροφὴν μὲν λέγων, τὴν εἰς τὴν πατρίδα Σιὼν, ἀποκατάστασιν αὐτῆς τῶν τέκνων· οὗτοι γὰρ ἡ αἰχμαλωσία αὐτῆς· παράκλησιν δὲ τὴν ἀνάπλασιν καὶ φυλακωγίαν. Ἐπιστραφέντες, φησὶν, εἰς τὴν πατρίδα, ἐγενόμεθα λίαν παρακεκλημένοι· τὸ γὰρ ὡσεὶ ἐπίτασίς ἐστι τῆς παρακλήσεως· ὡς τὸ, Ὡς ἀγαθὸς ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραήλ. Ἢ ἐγενήθημεν ὥσπερ οἱ παρακεκλημένοι, τουτέστιν ἐν εὐθυμίᾳ.

Vers. 1. *Cum converteret Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati.* Hic psalmus etiam consequentem ad præcedentes materiam continet. Per conversionem enim Propheta reditum ac restitutionem intelligit in patriam, : cujus patriæ filios, hoc est, cujus populum in captivitate olim constitutum, captivitatem Sion appellavit. Per consolationem vero, refrigerium intelligit. Reversi, inquit, in patriam valde refrigerati sumus. Nam Græca dictio *ὡσεί*, pro qua interpres reddidit, *sicut*, non solum hanc significationem habet, sed interdum ponitur pro *quam*, id est, pro *valde*, quemadmodum et alibi: *Quam bonus Deus Israel* [a.a], ,

[a.a] Psal. LXXII, 1.

Digitized by Google

utrobique enim eadem habetur dictio. Vel, Facti sumus quemadmodum consolati, hoc est, in gaudio fuimus atque in lætitia.

VERS. 2. *Tunc repletum est gaudio os nostrum.* Hoc est, jucundis ac lætis verbis, quæ summum animæ gaudium significabant.

A *Τότε ἐπλήσθη χαρᾶς τὸ στόμα ἡμῶν.* Χαρμοσύνων ῥημάτων, δηλούντων τὴν χαρὰν τῆς ψυχῆς.

Et lingua nostra exsultatione. Idem repetit; prædicit autem quæ futura erant, veluti jam facta.

Καὶ ἡ γλῶσσα ἡμῶν ἀγαλλιάσεως. Τὸ αὐτὸ λέγει· προαγορεύει δὲ τὰ μέλλοντα, ὡς ἤδη γενόμενα.

Tunc dicent inter gentes. Tunc ii qui in gentibus sunt, dicent; vel simpliciter, gentes visa admiranda populi restitutione cum admiratione dicent:

Τότε ἐροῦσιν ἐν τοῖς ἔθνεσι. Ἐροῦσιν οἱ ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Ἢ ἁπλῶς ἐροῦσι τὰ ἔθνη, ἐωρακότα τὴν παράδοξον ἀποκατάστασιν ἡμῶν, καὶ θαυμάσαντα.

Magnificavit Dominus facere cum eis. Hæc sunt verba quæ finitimæ gentes dicent, loquentes de nobis Judæis: *Magnificavit Dominus facere cum eis*, eo quod magnam in eis fecit misericordiam. Deinde iterum sermonem profert ex populi persona, dicens:

Ἐμεγάλυνε Κύριος τοῦ ποιῆσαι μετ' αὐτῶν. Ἐροῦσιν ὅτι *Ἐμεγαλούργησεν ὁ Θεὸς, διὰ τοῦ ποιῆσαι ἔλεος ἐν αὐτοῖς*· περὶ ἡμῶν ταῦτα λέγοντες· εἶτα τρέπει τὸν λόγον προσώπῳ τῶν τὰ προῤῥηθέντα λεγόντων.

B *Ἐμεγάλυνε Κύριος τοῦ ποιῆσαι μεθ' ἡμῶν.* Οὕτως ἐμεγαλούργησεν, ὡς εἰρήκαμεν· ἰδίωμα δὲ τοῦτο τῆς Ἑβραΐδος, τὸ λέγειν· *Ἐποίησαν μετὰ τοῦ δεῖνος*· λείπει γὰρ τὸ *ἔλεος*.

VERS. 3. *Magnificavit Dominus facere nobiscum.* Verum magnificavit, ut diximus; est etiam proprium hoc idioma Hebraicæ linguæ, dicere: *Dominus fecit cum illo*; subintelligitur enim dictio, *misericordiam*.

Facti sumus lætantes. Et quia restituti sumus in patriam, et quia Dei potentia nota facta est vicinis gentibus.

Ἐγενήθημεν εὐφραινόμενοι. Ὅτι ἀποκατέστημεν εἰς τὴν πατρίδα, καὶ ὅτι ἐγνώσθη τοῖς πέριξ ἔθνεσιν ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις.

VERS. 4. *Converte, Domine, captivitatem nostram sicut torrentes in Austro.* Supplicant deinceps pro iis qui in captivitate remanserant; multi enim in Babylone relicti fuerant, quibus pari modo reditum in patriam præstari petunt: Converte, inquit, Domine, reliquias nostræ captivitatis, ipsamque captivitatem urge atque impelle, non secus ac urgere atque impellere soles torrentem per Austrum. Solet enim hic ventus, disjecta ac liquefacta nubium densitate, pluviam adducere, et torrentes magno cum impetu movere. Vel hujusmodi metaphora usus est, optans captivitatem, torrentis instar, cito ferri, ita ut quam primum cesset, et tota prorsus evacuetur, Judæorum nemine in Babylone amplius relicto. Cito etenim exsiccantur torrentes. Vel per Austrum, seu Notum, ipsam intelligit Jerusalem, hoc nomine a prophetis persæpe alibi appellatam, tanquam situ suo vergentem ad Austrum. Converte, inquit, eam captivitatem in Austro, hoc est, in Jerusalem.

Ἐπίστρεψον, Κύριε, τὴν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν, ὡς χειμάῤῥους ἐν τῷ Νότῳ. Περὶ τῶν ἐναπομεινάντων τῇ αἰχμαλωσίᾳ λοιπὸν ἡ δέησις. Πολλοὶ γὰρ ὑπελείφθησαν, οὓς καὶ αὐτοὺς ἐπανελθεῖν ἱκετεύουσιν· Ἐπίστρεψον, Κύριε, τὴν ὑπολειφθεῖσαν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν, οὕτως ὠθῶν καὶ κατεπείγων αὐτὴν, C ὡς τοὺς χειμάῤῥους διὰ τοῦ Νότου. Οὗτος γὰρ ὁ ἄνεμος τήκων τὰς παχύτητας τῶν νεφῶν, καὶ ὑετοὺς κατάγων, κινεῖ τοὺς χειμάῤῥους μετὰ πολλῆς ῥύμης καὶ σφοδρότητος. Ἢ ὡς χειμάῤῥους εἶπεν, εὐχόμενος χειμάῤῥοις αὐτὴν φέρεσθαι παραπλησίως, ἵνα καὶ ταχέως παυθῇ, πᾶσα ἐκκενωθεῖσα, μηδενὸς ἔτι ὑπολειφθέντος ἐν Βαβυλῶνι· ταχέως γὰρ οἱ χειμάῤῥοι ξηραίνονται. Ἢ Νότον λέγει τὴν Ἱερουσαλὴμ, οὕτω πολλάκις ὑπὸ προφητῶν καλουμένην, ὡς ἐν τῷ Νότῳ κειμένην. Ἐπίστρεψον αὐτὴν, φησὶν, ἐν τῷ Νότῳ, ἤγουν εἰς Ἱεροσόλυμα.

VERS. 5. *Qui seminant in lacrymis, in exsultatione metent.* Qui seminant spem salutis in orationum lacrymis, hujusmodi spei fructum metent in exsultatione. Fructus autem erit liberatio a pressura. Totus autem hic sermo iis congruit, qui in tentationibus sunt.

D *Οἱ σπείροντες ἐν δάκρυσιν ἐν ἀγαλλιάσει θεριοῦσι.* Οἱ σπείροντες ἐλπίδα σωτηρίας ἐν δάκρυσιν ἱκεσίας ἐν ἀγαλλιάσει θεριοῦσι τὸν καρπὸν αὐτῆς, ὅστις ἐστὶν ἡ ἀπαλλαγὴ τοῦ πιέζοντος. Καθολικὸς δὲ ὁ λόγος, πᾶσι τοῖς ἐν πειρασμοῖς ἁρμόζων.

VERS. 6. *Euntes ibant, et flebant, mittentes semina sua.* Ab universalibus ad particularia pertransiit, de iis loquens, qui in captivitate fuerant, et dicit quod, cum irent in captivitatem, in itinere ibant, et flebant, spem illam seminantes, ut diximus.

Πορευόμενοι ἐπορεύοντο, καὶ ἔκλαιον βάλλοντες τὰ σπέρματα αὐτῶν. Ἀπὸ τοῦ καθολικοῦ πρὸς τὸ μερικὸν μετέβη, περὶ τῶν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ λέγων, ὅτι, πορευόμενοι εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν, ἐπορεύοντο, καὶ ἔκλαιον, σπείροντες, ὡς εἴρηται, τὴν ἐλπίδα.

Venientes autem venient in exsultatione, tollentes manipulos suos. Verum in eorum reditu venient

Ἐρχόμενοι δὲ ἥξουσιν ἐν ἀγαλλιάσει, αἴροντες τὰ δράγματα αὐτῶν. Ἐρχόμενοι δὲ ἐκεῖθεν, ἥξουσιν

Digitized by Google

ἐν ἀγαλλιάσει, κομιζόμενοι τὸ θέρος, ἤτοι τὸν εἰρημένον καρπὸν τῆς καταβληθείσης ἐλπίδος. Ὥσπερ γὰρ τὸ σπέρμα τοῦ σίτου δεῖται ὑετῶν, οὕτως καὶ τὸ σπέρμα τῆς ἐλπίδος χρῄζει δακρύων εἰς καρποφορίαν. Καὶ καθάπερ ἄρουρα χρείαν ἔχει τοῦ τέμνεσθαι, καὶ ἀναῤῥήγνυσθαι, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ δεῖται πειρασμῶν καὶ θλίψεων, ἵνα μαλαχθῇ τὸ σκληρὸν αὐτῆς, καὶ μὴ βλαστήσῃ ἀκάνθας καὶ τριβόλους, καὶ τοιαύτας βλαβερὰς βοτάνας.

illinc exsultantes, et messem, hoc est, seminatæ spei fructum ferentes : quem ideo in lacrymis seminarunt, quia quemadmodum frumenti semen indiget pluviis, ita et hujusmodi spei semen ad ferendos fructus indiget lacrymis : et quemadmodum terrenus ipse ager aratri ferro indiget, ut concreta terra scindatur atque incidatur, ita et anima afflictionibus indiget et tentationibus, quæ majori quadam duritie illius duritiem molliant, ne spinas germinent, aut tribulos, aut hujusmodi alias noxias herbas.

Ὠδὴ ὁμοίως.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚϚ'.

Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες. Ἐπανελθόντες οἱ ἐν αἰχμαλωσίᾳ, καὶ οἰκοδομεῖν ἀρξάμενοι τὸν ναὸν καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν, ἐκωλύοντο παρὰ τῶν γειτόνων ἐθνῶν, φθονούντων ἅμα καὶ δεδοικότων τὴν εἰς αὖθις εὐημερίαν αὐτῶν. Καὶ πολὺς ἐτρίβη χρόνος, ἄχρι καὶ τεσσαράκοντα ἐτῶν, τῶν μὲν προθύμως ἐπιχειρούντων κτίζειν, τῶν δὲ πᾶσι τρόποις ἐμποδιζόντων· οὓς παιδεύων ὁ προφήτης ἐπὶ τὸν Θεὸν καταφεύγειν, καὶ αὐτὸν ἐπικαλεῖσθαι συνεργὸν, ταῦτα διέξεισιν· Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον διὰ συνεργίας τῆς παρ' αὐτοῦ, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες. Ἀνεβάλλετο δὲ ἐν τοσούτοις ἔτεσι τὴν συνεργίαν, ἵνα κατὰ μικρὸν ἀφυπνίζωνται, καὶ μὴ τῇ ἀνέσει ῥᾳθυμότεροι γένωνται, καὶ πρὸς τὴν προτέραν πάλιν δρομήσωσι πονηρίαν, τῇ ταχίστῃ τῶν κακῶν ἀπαλλαγῇ· ἔλαβε μὲν οὖν ὁ λόγος οὗτος τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως ταύτης. Εἴρηται δὲ καθολικωτέρως ἐπὶ πᾶσιν ἁρμόζων λέγεσθαι πράγμασιν.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXVI.

Vers. 1. *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui ædificant eam.* Cum reversi essent Judæi ex captivitate, templumque et civitatem rursum ædificare cœpissent, prohibebantur a vicinis gentibus ob invidiam pariter et timorem, ne eorum res prospere ac feliciter succederent. Et multum quidem temporis fuit, annorum ferme quadraginta, quo et Judæi ædificare, et illi contra modis omnibus impedire eos nitebantur. Hos igitur erudiens Propheta noster docet, ut ad Deum confugiant, et coadjutorem incepto operi invocent, atque in hanc prorumpit sententiam : Nisi Dominus cooperatione sua astiterit, et domum ipse construendam ædificaverit, frustra omnes ædificantes laborant. Distulerat autem aliquot annis Deus suum Judæis auxilium impendere, ut paulatim a somno, ut ita dicam, excitarentur, et ne diuturna quiete inertiores fierent, atque ad priorem redirent pravitatem, veluti quos celeriter ac de facili Deus liberasset a malis. In universum etiam hic sermo multis potest casibus ac propositis accommodari.

Ἐὰν μὴ Κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων. Καὶ τί λέγω περὶ οἰκοδομῆς; Ἀλλ' οὐδὲ οἰκοδομηθεῖσαν καὶ ἀπαρτισθεῖσαν πάλιν φυλάξαι δυνήσεταί τις, μὴ συνεργοῦντος ἐκείνου.

Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Sed quid dico, inquit, de civitatis ædificatione, cum neque constructam ac jam perfectam civitatem custodire, aut conservare quis possit, absque illius auxilio ?

Εἰς μάτην ὑμῖν ἐστι τὸ ὀρθρίζειν· ἐγείρασθε μετὰ τὸ καθῆσθαι οἱ ἐσθίοντες ἄρτον ὀδύνης. Λοιπὸν, ὦ ἐσθίοντες ἄρτον ὀδύνης, οἱ μηδὲ τὸν ἄρτον χωρὶς ὀδύνης ἐσθίοντες, οἱ ζῶντες ἐν θλίψεσιν, εἰς μάτην ὑμῖν γίνεται τὸ ὀρθρίζειν εἰς τὴν οἰκοδομὴν, καὶ ἐγείρεσθαι εὐθὺς, μετὰ τὸ καθῆσθαι, καὶ ταχύνειν εἰς τὸ ἔργον, καὶ μήτε ἐν νυκτὶ ὕπνου κορέννυσθαι, μήτε ἐν ἡμέρᾳ ἀπολαύειν ἀνέσεως. Ὠδυνηροὺς δὲ αὐτοὺς εἶπε διά τε ταῦτα, καὶ διότι οὐ μόνον ἐκοπίων οὕτως, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἐμάχοντο· καὶ ᾠκοδόμουν ὡπλισμένοι, καὶ ἔκτιζον ἅμα, καὶ ἐπολέμουν τοῖς διακωλύουσι, καὶ διπλῆν ὑφίσταντο τελαιπωρίαν.

Vers. 2. *Vanum est vobis ante lucem vigilare, surgite postquam sedistis, qui manducatis panem doloris.* Cæterum, inquit, vos, o Judæi, qui doloris panem manducatis, hoc est, qui nec panem ipsum absque dolore comeditis, qui in afflictionibus vitam ducitis, admoneo, frustra id a vobis fieri, ut ante lucem summo mane operi atque ædificationi incumbatis. Frustra etiam a vobis fit ut, postquam sedistis, statim ad accelerandum ipsum opus surgatis, hoc est, quod et noctu somno non vacatis, et interdiu nulla fruimini quiete. Quibus verbis dolore illos atque angustiis plenos esse ostendit, ea nimirum ratione, quia non solum fatigabantur laborando, sed etiam adversus hostes eis pugnandum erat. Armati etenim mœnia construebant, et adversus impedientes pariter bellum gerebant, duplicem hoc pacto ærumnam sustinentes.

Ὅταν δῷ τοῖς ἀγαπητοῖς αὐτοῦ ὕπνον. Ἰδοὺ ἡ κληρονομία Κυρίου, υἱοί. Ὅταν ὁ Θεὸς δῷ τοῖς ἀγαπητοῖς αὐτοῦ ὕπνον ἡδὺν, ὕπνον φροντίδος ἀπηλλαγμένον, ἤγουν ἄνεσιν καὶ ἐλευθερίαν τῶν ἐνοχλούν-

Vers. 3. *Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini, filii.* Cum dilectis suis Deus suavem somnum dederit, somnum dico curis ac sollicitudinibus vacuum, hoc est, cum quietem a

Digitized by Google

perturbationibus præstiterit. Dabit autem hanc quietem tunc cum utile ac bonum fuerit eam dari. Tunc non templum tantum, aut civitatis mœnia ædificari vobis concedetur, sed dabuntur etiam et filii, qui ita Deo grati erunt, ut illius hæreditas atque illius populus appellari mereantur. Hoc autem dixit tanquam bonorum omnium caput. Liberorum enim procreationi Judæi studebant quam maxime. Verum hæc nostra expositio ad Judæos tantum, et privatim pertinet; ut autem magis in universum dicam, cum Deus dederit dilectis suis somnum, ut prædiximus, tunc non tantum ea perficientur, quæ cum studio acta fuerint, sed addentur etiam perpetui, ut ita dixerim, quidam filii: filii, inquam, hæreditas Domini. Ac si diceret hæredes studiorum, hæredes virtutum, hæredes dati a Domino.

A των. Δίδωσι δὲ ταύτην ὅτε συμφέρει· τότε οὐ μόνον οἰκοδομηθήσεται καὶ ὁ ναὸς καὶ ἡ πόλις, ἀλλὰ καὶ οἱ υἱοὶ ὑμῖν ἔσονται ὁ κλῆρος Κυρίου. Κλῆρος γὰρ αὐτοῦ χρηματίσουσι, καὶ λαὸς οἰκεῖος· ὡς κεφάλαιον δὲ τῶν ἀγαθῶν τοῦτο τέθεικε· περισπούδαστον γὰρ Ἑβραίοις ἡ παιδοποιία. Ἀλλ' οὕτω μὲν ἰδικῶς περὶ αὐτῶν· καθολικωτέρως δὲ εἰπεῖν, ὅταν δῷ τοῖς ἀγαπητοῖς αὐτοῦ ὕπνον, ὡς προειρήκαμεν, τότε οὐ μόνον τὰ σπουδαζόμενα ἀπαρτίζονται, ἀλλὰ καὶ ἀδιάδοχοι προσγίνονται υἱοί· ἡ κληρονομία ἡ παρὰ Κυρίου· κληρονόμοι τῆς σπουδῆς καὶ ἀρετῆς οἱ παρὰ Κυρίου δοθέντες.

Merces fructus ventris. Merces illa, quæ de ventris provenit fecunditate, pietatis est merces. Retributio siquidem illa quæ in liberorum, ac prolis datur copia, retributio plerumque solet esse virtutum. Juxta anagogen vero, ii qui a Deo in filios per regenerationis lavacrum adoptantur, merces sunt incarnationis Christi: Christi, inquam, qui vere ac proprie est fructus ventris beatæ Virginis, veluti qui ex ea absque ullo viri semine natus est.

B *Μισθὸς τοῦ καρποῦ τῆς γαστρός.* Ὁ μισθὸς τῆς θεοσεβείας ὁ ἀπὸ τῆς καρπογονίας τῆς γαστρός· ἡ ἀμοιβὴ τῆς ἀρετῆς ἡ ἀπὸ τῆς πολυτοκίας δοθεῖσα. Κατὰ ἀναγωγὴν δὲ οἱ υἱοθετηθέντες τῷ Θεῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος τῆς παλιγγενεσίας, μισθοὶ ἦσαν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστι κυρίως καρπὸς γαστρὸς τῆς Θεομήτορος, ὡς ἐκ ῥόπης αὐτῆς, ἄνευ σπέρματος ἀνδρὸς, γεννηθείς.

Vers. 4. *Sicut sagittæ in manu potentis, ita filii excussorum.* Quemadmodum, inquit, sagittæ quæ in manu robusti alicujus viri sunt, ob illius vires ac fortitudinem, terribiliores esse videntur, ita et filii eorum, qui a Babylonica excussi fuerint captivitate, hostibus suis timendi ac terribiles videbuntur, propter insuperabilem nimirum adjutoris Dei potentiam. Tales etiam sunt spirituales fidelium doctorum filii, qui a dæmonum captivitate excussi sunt: ipsis scilicet dæmonibus terribiles, ac timendi.

C *Ὡσεὶ βέλη ἐν χειρὶ δυνατοῦ, οὕτως οἱ υἱοὶ τῶν ἐκτετιναγμένων.* Ὥσπερ τὰ βέλη ἐν τῇ χειρὶ τοῦ δυνατοῦ φαίνεται φοβερὰ διὰ τὴν ἐκείνου ῥώμην, οὕτως ἄρα καὶ οἱ υἱοὶ τῶν ἐκτετιναγμένων ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἔσονται φοβεροὶ τοῖς ἐχθροῖς διὰ τὴν ἄμαχον ἰσχὺν τοῦ Θεοῦ. Τοιοῦτο δὲ καὶ τὰ κατὰ πνεῦμα υἱοὶ τῶν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τῶν δαιμόνων, ἐκτετιναγμένων διδασκάλων ἡμῶν, φοβεροὶ τοῖς δαίμοσιν.

Vers. 5. *Beatus vir, qui implebit desiderium suum ex eis.* Sed quibusnam *eis*? Ex eis dico bonis, quæ superius commemoravimus. Ex hoc videlicet, quod perficiatur templi et civitatis constructio; quod requies detur, et liberatio ab omnibus perturbationibus; quod multam ac pulchram prolem suscipiant; quodque alia hujusmodi Dei dona consequantur.

Μακάριος, ὃς πληρώσει τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ ἐξ αὐτῶν. Ἐξ αὐτῶν· ποίων, δηλαδὴ τῶν προειρημένων· ἤγουν, ἐκ τοῦ ἀπαρτισθῆναι τὸν ναὸν καὶ τὴν πόλιν· ἐκ τοῦ δοθῆναι ἄνεσιν καὶ ἐλευθερίαν τῶν ἐνοχλούντων, ἐκ τῆς πολυτεκνίας, ἐκ τῆς καλλιτεκνίας, καὶ τῶν τοιούτων ἐκ Θεοῦ χαρίτων.

Non confundentur cum loquentur inimicis suis in portis. Ii qui desiderium suum impleverint, ut dictum est, non confundentur quasi imbecilles, cum in portis civitatis hostes suos allocuti fuerint. Omnes etenim eorum res, ac negotia bene se habebunt. Vel non confundentur quasi infirmum ac debilem habeant Deum, quemadmodum ante civitatis instaurationem, hostes eis exprobrabant, sed multa loquentur cum libertate. Antiquis autem mos fuit, ut hostium nuntiis, aut legatis, ante portas civitatis loquerentur.

D *Οὐ καταισχυνθήσονται, ὅταν λαλῶσι τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν ἐν πύλαις.* Οἱ πληρώσαντες τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῶν ἐκ τούτων, ὡς εἴρηται, οὐ καταισχυνθήσονται ἐπὶ ἀσθενείᾳ τινὶ, ὅταν διαλέγωνται τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν ἐν πύλαις τῆς πόλεως, ὡς πάντων αὐτοῖς εὖ ἐχόντων· ἢ οὐ καταισχυνθήσονται ἔτι, ὡς ἀσθενῆ Θεὸν ἔχοντες, ὅπερ ὠνειδίζοντο, πρὸ τοῦ ἀπαρτισθῆναι τὴν πόλιν, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς παῤῥησίας διαλεχθήσονται. Ἔθος δὲ ἦν πρὸ τῶν πυλῶν τῆς πόλεως διαλέγεσθαι τοῖς τῶν ἐχθρῶν ἀγγελιαφόροις.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXVII.

Ὠδὴ ἐμοίως.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΖ'.

Vers. 1. *Beati omnes, qui timent Dominum.* Recte consequitur hic psalmus ad præcedentem. Nam cum illic beatum eum dixerit Propheta qui imple-

Μακάριοι πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον. Ἀκολουθεῖ τῷ πρὸ αὐτοῦ καὶ οὗτος ὁ ψαλμός. Μακαρίσας γὰρ ἐκεῖ τὸν πληρώσαντα τὴν ἐπιθυμίαν

Digitized by Google

αὐτοῦ, ὡς προδεδήλωται, νῦν καθολικώτερον καὶ τελειότερον ποιεῖται τὸν μακαρισμόν. Μακάριοι γὰρ κυρίως καὶ ἀληθῶς οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον. Τὸ *Πάντες* δὲ προσέθηκεν, ἐμφαίνων καὶ δούλους καὶ πένητας, καὶ ἀναπήρους τοὺς φοβουμένους τὸν Κύριον, οὐδὲν ἐμποδίζειν πρὸς μακαρισμόν. Ὁ μὲν γὰρ μὴ φοβούμενος τὸν Κύριον, κἂν πάντα ἔχῃ τὰ παρ' ἀνθρώποις μακαριστά τε καὶ ζηλωτά, πάντων ἐστὶν ἀθλιώτερος· ὁ δὲ φοβούμενος αὐτὸν, κἂν πάντα ἔχῃ τὰ παρ' ἀνθρώποις ἄπευκτα καὶ βδελυκτά, πάντων ἐστὶ μακαριώτερος. Καὶ ἕτερον δὲ· κάλλος, καὶ ῥώμη, καὶ πλοῦτος, καὶ δόξα, καὶ εὐπαιδία, καὶ καλλιτεκνία, καὶ τὰ τοιαῦτα, οὐκ εἰσὶ κυρίως μακαριστὰ διὰ τὸ ἄστατον αὐτῶν καὶ ῥευστόν. Εἶτα σαφηνίζει καὶ τίνες εἰσὶν οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, λέγων·

A verit desiderium suum ex eis, ut declaratum est, hoc in loco universalem magis et perfectiorem beatitudinem describit. Beati enim vere sunt, qui timent Dominum. Universalem autem dictionem addidit dicens: *Beati omnes*, ut denotaret pauperes, aut servos, aut alioqui mancos, aut membris mutilatos hac beatitudine non privari, modo Deum timuerint. Nam si hoc unum adfuerit, nihil ejus modi impedimento illis esse potest ad beatitudinem. Contra, qui Deum non timet, tametsi omnibus potiatur bonis, quæ alioquin hominibus amanda atque appetenda esse videntur et beata, omnium tamen est miserrimus: cum tamen is qui Deum timet, si omnia ei adversa contingant, quæ abominabilia hominibus, atque exsecranda esse videntur, omnium beatissimus sit. Et aliter: Pul-

B chritudo, fortitudo, divitiæ, gloria, multorum item atque elegantium filiorum copia, et alia hujusmodi, non proprie beatum quem faciunt, ob hujusmodi scilicet bonorum incertitudinem, atque instabilitatem. Deinde declarat quinam ii sint qui Dominum timent, dicens:

Οἱ πορευόμενοι ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. Ταῖς νενομοθετημέναις, ταῖς ὑποδειχθείσαις διὰ τῶν ἐντολῶν.

Qui ambulant in viis ejus. In viis ab eo statutis et per divina præcepta demonstratis.

Τοὺς πόνους τῶν καρπῶν σου φάγεσαι. Διδάξας τίς ἐστι κυρίως μακάριος, καὶ δείξας τίς ἐστιν ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, κάντεῦθεν τὸν λαὸν εἰς τὸ περιέσεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς τοῦ Θεοῦ προτρεψάμενος, λοιπὸν τείνει τὸν λόγον, πρὸς τὸν φοβούμενον τὸν Θεὸν, προφητεύων αὐτῷ ἀγαθά. Τινὲς μὲν οὖν καρποὺς τὰς χεῖρας ἐνόησαν ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν· μέρος γὰρ τῆς χειρὸς ὁ καρπός· ἑρμηνεύοντες, ὅτι τοὺς πόνους τῶν χειρῶν σου δρέψῃ· κερδανεῖς, μηδενὸς κωλύοντος. Οὕτω γὰρ Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος ἐξεδεδώκεισαν· ἕτεροι δὲ ἀντισημασίαν τὸ ῥητὸν τοῦτο, οἷον *Τοὺς καρποὺς τῶν πόνων σου φάγεσαι.*

Vers. 2. *Labores palmarum tuarum manducabis.* Cum docuerit quisnam vere sit beatus, et ostenderit illum vere beatum dici, qui Deum timet, atque ex hoc adhortatus fuerit populum ad ambulandum in viis Dei, deinceps ad hunc timentem Deum sermonem dirigit, futura ei bona prædicens. Quidam vero palmas dici intellexerunt pro manibus, veluti a parte totum. Est etenim palma pars manus. Et sensum hujusmodi esse dicunt: quod C timens Deum, manuum suarum labores percipiet, et nullo impediente lucrum componet. Atque hoc pacto Aquila et Symmachus reddidere. Aliqui vero figuram hic contineri dixerunt quam Græce ἀντισημασίαν, vocant, hoc est, *significationem contrariam.* (Ad cujus declarationem animadvertendum est primo, quod Græca dictio καρπός non solum *palmam*, seu potius *junctura manus* significat, sed etiam *fructum.* Juxta quem sensum, præsentis versiculi littera legenda esset: *Labores fructuum suorum manducabis.*) Exponunt igitur hoc pacto ut *labores fructuum*, dictum esse affirment, pro, Fructus laborum, et sensus sit, quod manducabit fructus laborum suorum quisquis timuerit Dominum.

Μακάριος εἶ. Εἰ φοβῇ τὸν Θεόν. Πάλιν δὲ τοῦτο λέγει, βεβαιῶν τὸν λόγον.

Beatus es. Si times scilicet Deum. Ad majorem enim sermonis sui confirmationem, iterum repetit beatitudinem.

Καὶ καλῶς σοι ἔσται. Καὶ εὐπραγήσεις.

Et bene tibi erit. Et prospere tibi cuncta succedent.

Ἡ γυνή σου, ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα, ἐν τοῖς κλίτεσι τῆς οἰκίας σου. Ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα βότρυσιν, οὕτως εὐθηνοῦσα τέκνοις. *Εὐθηνοῦσα* δὲ, ἀντὶ Κομῶσα, βρίθουσα. Κλίτη δὲ οἰκίας τὰ μέρη· τουτέστιν ἐν τῇ περιοχῇ τῆς οἰκίας σου. Ἄλλος ἑρμηνεύς, *Ἐν τοῖς ἐσωτάτοις τοῦ οἴκου σου, ἐξέδωκεν, ἤγουν, Ἐν τοῖς θαλάμοις· ἔνθα τὸ κλίνεσθαι πρὸς ἀνάπαυσιν.*

Vers. 3. *Uxor tua, sicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ.* Quemadmodum vitis abundat racemis, ita et ipsa filiis abundabit. Abundantem autem eam filiis dixit, hoc est, ornatam ac stipatam. Latera autem, seu potius, ut in Græca lectione habetur, κλίτη, pars quædam domus sunt. Quo sermone idem sibi vult ac si diceret: In circuitu domus tuæ. Alius vero interpres reddidit: *In penetralibus domus*, hoc est, in thalamis, ubi recumbere ac requiescere solemus.

Οἱ υἱοί σου, ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν, κύκλῳ τῆς τραπέζης σου. Εὐθαλεῖς, ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν.

Filii tui, sicut novellæ olivarum, in circuitu mensæ tuæ. Florentes nimirum atque in summo vigore, tanquam novæ olivarum plantæ.

Digitized by Google

VERS. 4. *Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.* Hujuscemodi divina benedictione fruetur. Per benedictionem vero gratiam et beneficium intelligit, tanquam laude dignum, et de quo bene ab omnibus dicendum sit. Quod si quis quæstionem moveat, dicens, Quomodo iis qui timent Deum, non majora promittantur bona, sed hæc tantum temporalia, illud in primis dicendum est, Prophetam ad eos sermonem suum dirigere, qui talium bonorum amore detinentur : deinde illud etiam addemus, quod ex abundanti, Propheta hæc etiam bona pollicetur, veluti una cum æternis bonis Deus hæc temporalia etiam sit præstiturus ; secundum quod alibi scriptum legimus : *Quærite primum regnum Dei, et hæc omnia adjicientur vobis* [52]. Juxta anagogen vero, uxor pii ac religiosi viri est anima, quæ conjugis instar corpori conjuncta, virtutibus iis delectatur, quæ corpori insunt ; filii vero illius animæ, discipuli sunt, et ejusdem religionis imitatores, seu successores ; qui etiam in spiritualis ætatis augmento florent, ac vigent, et ipsum doctorem circumdant, rationalibus eos cibis pascentem.

A *Ἰδοὺ οὕτως εὐλογηθήσεται ἄνθρωπος, ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον.* Τοιαύτης εὐλογίας ἀπολαύσει παρὰ Θεοῦ. Εὐλογία δὲ νῦν τὴν χάριν καλεῖ, τὴν εὐεργεσίαν, ὡς εὐφημίας ἀξίαν. Τί λέγεις, τοιαύτη, χάριτος ἀπολαύσει ; Ναί, φησὶ, πρὸς γὰρ ἐρῶντας ἔτι τοιούτων ἀγαθῶν διαλέγομαι. Ἄλλως τε δὲ καὶ ἐκ περιουσίας ὁ λόγος, ὅτι μετὰ τῶν ἰδίων ἀγαθῶν καὶ ταῦτα δώσει · *Ζητεῖτε γὰρ, φησὶν, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.* Κατὰ δὲ ἀναγωγὴν γυνὴ μὲν τοῦ θεοσεβοῦς ἡ σύζυγος ψυχὴ νομῶσα ταῖς ἀρεταῖς ἐν τῷ σώματι · υἱοὶ δὲ αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ καὶ μιμηταὶ, καὶ διάδοχοι τῆς εὐσεβείας, θάλλοντες ἐν αὐξήσει πνευματικῆς ἡλικίας, καὶ κυκλοῦντες αὐτὸν διδάσκοντα, καὶ ἑστιῶντα αὐτοὺς ἐδέσμασι λογικοῖς.

B

VERS. 5. *Benedicat te Dominus ex Sion.* Laudet te, et gratias etiam tibi tribuat. Quem enim suscipit Deus, eum etiam laudat, et quem laudat, eumdem gratiis ac donis multiplicibus solet cumulare : *Dominum* vero dixit *ex Sion*, pro Qui habitat in Sion, hoc est, in ea domo, seu in templo, quod est in Sion. Illic etenim habitare dicebatur Deus, eo quod ibidem sacerdotibus responsum dabat, atque ad eos loquebatur.

Εὐλογήσαι σε Κύριος ἐκ Σιών. Ἐπαινέσαι, χαριτώσαι· ὃν γὰρ ἀποδέχεται, ἐπαινοῖ · καὶ ὃν ἐπαινοῖ, χαριτοῖ. Κύριος δὲ ὁ ἐν Σιὼν οἰκῶν, ἐν τῷ οἴκῳ τῷ ἐν Σιών. Ἐκεῖσε γὰρ οἰκεῖν ἐλέγετο, διὰ τὸ ὁμιλεῖν ἐν τῷ ναῷ τοῖς ἱερεῦσι.

Et videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ. Bona quidem inferioris ac terrestris hujus Jerusalem hæc sunt : opes, divitiæ, potentia, exercitus, victoria de inimicis, gloria apud omnes, atque alia hujusmodi : bona vero supernæ ac cœlestis Jerusalem ea sunt, quæ *nec oculus vidit, neque auris audivit*, et quæ *in cor hominis non ascenderunt* [53].

C *Καὶ ἴδοις τὰ ἀγαθὰ Ἰερουσαλὴμ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου.* Ἀγαθὰ τῆς μὲν κάτω Ἱερουσαλὴμ πλοῦτος ἐν χρήμασι, δύναμις ἐν στρατεύμασι, νίκη κατ' ἐχθρῶν, δόξα παρὰ πᾶσι, καὶ τὰ τοιαῦτα· τοῖς δὲ ἄνω, *ἃ οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη.*

VERS. 6. *Et videas filios filiorum tuorum.* Juxta historiam quidem generis tui successores ; juxta anagogen vero per filios filiorum, hæredes ac successores in religione ac pietate intelligit : te nimirum eos docente, et spiritualiter regnante.

Καὶ ἴδοις υἱοὺς τῶν υἱῶν σου. Αἰσθητῶς μὲν διαδόχους γένους σου · ἀναγωγικῶς δὲ διαδόχους εὐσεβείας · τούτους ἐκείνου διδάσκοντος καὶ πνευματικῶς ἀναγεννῶντος.

Pax super Israel. Hujusmodi etiam verba habuimus in psalmo CXXIV. Per Israelem vero, non solum antiquum populum, sed novum etiam intelligimus, ut alibi sæpe dictum est. Quod si pax intercisa est aliquando, id illorum gratia effectum est, qui se indignos præstiterunt. Neque enim comminante Deo desperandum nobis est, sed per pœnitentiam confitendum, ut illius a nobis iram avertamus, sicuti fecerunt Ninivitæ : nec rursus eodem Deo bona pollicente, nobis pigrescendum est : quinimo majori tunc studio nobis est contendendum, ut promissiones illius ad finem perducamus. Siquidem et Judæ Dominum promisisse novimus quod simul cum allis apostolis consessurus esset super thronum, et judicaturus duodecim tribus Israel : verumtamen promissionem hujusmodi tandem repulit, et se ea indignum esse omnibus probavit.

D *Εἰρήνη ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ.* Τοῦτο εἶπε καὶ ἐν τῷ τέλει τοῦ ρκδ' ψαλμοῦ. Ἰσραὴλ δὲ οὐ μόνον ὁ παλαιὸς λαὸς, ἀλλὰ καὶ ὁ νέος, ὡς διαφόρως εἰρήκαμεν. Εἰ δὲ διεκόπη τὰ τῆς εἰρήνης, ἀλλὰ παρὰ τὴν αἰτίαν τῶν φανέντων ἀναξίων αὐτῆς · καὶ γὰρ οὔτε ἀπειλοῦντος τοῦ Θεοῦ χρὴ ἀπογινώσκειν, ἀλλὰ διὰ μετάνοιαν τὴν ὀργὴν ἀποκρούεσθαι, καθάπερ οἱ Νινευῖται · οὔτε ἀγαθὰ ἐπαγγελλομένου προσήκει ἀναπίπτειν, καὶ ῥᾳθυμεῖν, ἀλλὰ πλεῖον ἐπιμελείᾳ βίου εἰς ἔργον προκαλεῖσθαι τὰς ἐπαγγελίας. Καὶ γὰρ καὶ τὸν Ἰούδαν ὁ Χριστὸς ἐπηγγείλατο, ὅτι καθιεῖται ἐπὶ θρόνου, καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν ἁμώμων μαθητῶν καὶ κρινεῖ τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ · ἀλλ' αὐτὸς διεκρούσατο τὴν ἐπαγγελίαν ἀνάξιον αὐτῆς ἑαυτὸν παρασχόμενος.

[52] Matth. VI, 33. [53] Isa. LXIV, 4 ; I Cor. II, 9.

Digitized by Google

Ὠδὴ ὁμοίως.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΗ'.

Πλεονάκις ἐπολέμησάν με ἐκ νεότητός μου. Προσώπῳ τοῦ λαοῦ καὶ ταῦτα, πολλάκις πολεμηθέντος παρὰ τῶν πλησιοχώρων ἐθνῶν, ὡς προείρηται, κωλυόντων τὴν οἰκοδομήν. Νεότητα δὲ λέγει τὴν ἀρχὴν τῆς ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπανόδου· εἰ δὲ περὶ τοῦ τῶν δαιμόνων πολέμου λάβῃς τὸ ῥητὸν, νεότητα νοήσεις τὴν καθ' ἡλικίαν· εὐθὺς ἐκ πρώτης ἡλικίας ἐπιθεμένων ἡμῖν.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXVIII.

VERS. 1, 2. *Sæpe oppugnaverunt me a juventute mea.* Hæc verba etiam ex populi persona dicta sunt, cui sæpenumero, ut diximus, bellum illatum est a finitimis illis gentibus, quæ et templi et civitatis instaurationem impedire nitebantur. Per juventutem vero, hoc in loco Propheta primum illud tempus intelligit, quo populus e Babylone in patriam reversus est. Quod si hæc verba de dæmonum impugnatione intelligenda esse dicas, per juventutem expones primam ætatem; in ea etenim a dæmonibus statim nobis bellum infertur.

Εἰκάτω δὴ Ἰσραήλ· Πολλάκις ἐπολέμησάν με ἐκ νεότητός μου. Εἰπάτω δὴ τοῦτο διαῤῥήδην, ὅπως γνῶσι πάντες ἀφ' οἵων κινδύνων ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ὁ Θεός.

Dicat sane Israel, Sæpe oppugnaverunt me a juventute mea. Aperte hoc et palam dicat, ut omnibus innotescat, a quantis nos Deus liberavit periculis.

Καὶ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησάν μοι. Οὐκ ἠδυνήθησαν ἐν ἐμοί· οὐ κατίσχυσάν μου τέλεον, τοῦτο τοῦ Θεοῦ μὴ συγχωροῦντος. Διὸ καὶ συνεχέστερον ἐπολέμουν με, ἐκτρῖψαί με φιλονεικοῦντες.

Etenim non potuerunt mihi. In me aliquid non potuerunt, seu non prorsus prævaluerunt adversum me, Deo scilicet illud non permittente. Atque ideo frequentius me impugnabant contendentes subvertere.

Ἐπὶ τὸν νῶτόν μου ἐτέκτηναν οἱ ἁμαρτωλοί. Ἐπὶ τὸν νῶτόν μου κατεσκεύαζον τὰ κακὰ οἱ ἀσεβεῖς, οἱ πονηροί· τουτέστιν, οὐ μόνον ἐμπροσθέν μου, ἀλλὰ καὶ ὄπισθεν, οὐ μόνον φανερῶς, ἀλλὰ καὶ ἀφανῶς μηχανώμενοι· ἢ σύνεγγύς μου, ἢ καὶ αὐτῶν ἀπτόμενοι τῶν σαρκῶν μου.

VERS. 3. *Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores.* Impii, inquit, ac pravi homines multa mala machinati sunt supra dorsum meum, hoc est, non tantum coram me, atque in conspectu meo aut palam, sed retro etiam et clam, ac latenter plurima in me moliti sunt: vel mihi appropinquantes corpori meo et carnibus meis etiam non parcentes.

Ἐμάκρυναν τὴν ἀνομίαν αὐτῶν. Ἐπὶ μακρὸν χρόνον πολεμοῦντές μοι.

Prolongaverunt iniquitatem suam. Dum diu scilicet me impugnant.

Κύριος δίκαιος. Ὄντως δίκαιος, ἐμὲ μὲν πάσχειν παρεχωρῶν, ἵνα σωφρονέστερος γένωμαι, ἐκείνους δὲ κολάζων, ὡς ἀδίκως ἐπιθεμένους, καὶ φθονερῶς.

VERS. 4. *Dominus justus.* Vere justus est, me quidem pati permittens, ut moderatior fiam, illos vero injuste in me irruentes, tanquam invidos castigans.

Συνέκοψεν αὐχένας ἁμαρτωλῶν. Διέκοψε τὴν ὑψαυχενίαν τῶν πολεμίων, ἀφεῖλε τὴν ἔπαρσιν αὐτῶν, ἐπικρατεστέρους ἡμᾶς ποιήσας.

Concidit cervices peccatorum. Elatas hostium cervices, hoc est, arrogantiam et superbiam illorum abstulit, dum illis nos superiores facit.

Αἰσχυνθήτωσαν, καὶ ἀποστραφήτωσαν πάντες οἱ μισοῦντες Σιών. Ἢ εὐκτικῶς, ἀντὶ τοῦ Αἰσχυνθείησαν, ἢ προφητικῶς ἀντὶ τοῦ Αἰσχυνθήσονται, καὶ τὰ ἑξῆς ὁμοίως. Ἁρμόζουσι δὲ τὰ τοῦ ψαλμοῦ νοεῖσθαι καὶ λέγεσθαι καὶ περὶ τῆς νέας Σιὼν τῆς Ἐκκλησίας τῶν πιστῶν.

VERS. 5. *Confundantur et convertantur retrorsum, omnes qui oderunt Sion.* Optantis sunt verba (tametsi, ut ex Græca lectione manifeste dignoscitur, imperantis modum habeant). Vel prophetico more imperativo modo usus est, pro futuro, ac si diceret: Confundentur et convertentur, quam loquendi figuram in sequentibus etiam observabis. Possumus etiam hunc psalmum de nova Sion, et de futura fidelium Ecclesia intelligere.

Γενηθήτωσαν ὡσεὶ χόρτος δωμάτων. Μὴ ὡς χόρτος; ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς χόρτος ἐπὶ δωμάτων φυόμενος· εὐμαραντότερος γὰρ οὗτος, καὶ ταχὺ διαφθειρόμενος. Γενηθήτωσαν εὐκατάπτωτοι, ὠκύμοροι, ἄκαρποι. Εἶτα ἐνδιατρίβει τῇ εἰκόνι τοῦ τοιούτου χόρτου, καταλέγων, ὅσα τούτῳ παρακολουθεῖ.

VERS. 6. *Fiant sicut herba tectorum.* Non simpliciter dixit, *Sicut herba;* sed, Sicut herba quæ supra domos in tectis nascitur. Tanescit enim hæc facilius, et citius deperditur. Fiant igitur caduci et faciles ad ruinam; cito etiam pereant, ac sine fructu. Deinde in hac herbæ similitudine immoratur, narrans quænam ei accidant.

Ὃς πρὸ τοῦ ἐκσπασθῆναι ἐξηράνθη. Ἄωρος ἐξηράνθη. Ὁ γὰρ ἄλλος χόρτος μετὰ τὸ καρποφορῆσαι ξηραίνεται, εἶτα ἀνασπᾶται.

Quæ priusquam evellatur, exaruit. Immatura, atque intempestiva exaruit. Aliæ etenim non prius arescunt, quam fructum dederint, et post datum fructum evelluntur.

Οὗ οὐκ ἐπλήρωσε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ὁ θερίζων Ἴγουν, ὃν οὐκ ἐθέρισέ τις, ὡς προδιαφθαρέντα.

VERS. 7. *De qua non implevit manum suam qui metit.* Id est, quam nemo metit, eo quod jam antea periit.

Digitized by Google

Nec sinum suum, qui manipulos co'ligit. Et sinum suum non implevit, quemadmodum fieri solet in tempestiva ac matura herba.

Καὶ τὸν κόλπον αὐτοῦ, ὁ τὰ δράγματα συλλέγων. Καὶ οὗ πάλιν οὐκ ἐπλήρωσε τὸν κόλπον αὐτοῦ, ἅπερ γίνονται ἐπὶ τοῦ ὡρίμου χόρτου, καὶ καρποφόρου.

Vers. 8. *Et non dixerunt prætereuntes : Benedictio Domini super vos.* Et super qua herba viatores non benedixerunt, ut benedici solet metentibus. Per benedictionem vero, ut diximus, divinam gratiam intelligit.

Καὶ οὐκ εἶπον οἱ παράγοντες· *Εὐλογία Κυρίου ἐφ' ὑμᾶς.* Καὶ ἐφ' οὗ χόρτου οὐκ εὐλόγησαν, ὡς ἔθος τοὺς θερίζοντας, οἱ παροδεύοντες. Εὐλογίαν δὲ λέγει τὴν χάριν.

Benediximus vobis in nomine Domini. Ista etiam verba ex prætereuntium viatorum persona dicta sunt. *Benediximus* autem *vobis* dixit, pro Benedictionem vobis precati sumus, *In nomine Domini*, pro Invocando ipsum Dominum.

Εὐλογήκαμεν ὑμᾶς ἐν ὀνόματι Κυρίου. Καὶ οὗτος τῶν παροδευόντων ὁ λόγος. *Εὐλογήκαμεν* δὲ, ἀντὶ τοῦ Εὐλογίαν ὑμῖν ηὐξάμεθα, ἐν τῷ ὀνομάσαι τὸν Κύριον, ἐν τῷ ἐπικαλέσασθαι αὐτόν.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXIX.

ὨΙδὴ ὁμοίως.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΘ'.

Vers. 1. *De profundis clamavi ad te, Domine.* Hunc psalmum conscripsit Propheta, modum narrans, quem ipse servabat quando in tentationibus atque in calamitatibus constitutus ad Deum orabat; et docet eos pariter, qui ex Babylonica captivitate in patriam reversuri erant, se imitari, et sperare in Domino : Ex profundo, inquit, corde clamavi ad te, non ex summis labiis. Alter enim clamor ardentissimus est, et alter frigidissimus. Et ille quidem inferne intensus ex intimo corde ascendit, et cum labore; hic vero superne ab ore et remissus ac maxima cum facilitate. Ille etiam orantem prorsus trahit ad Deum, alter vero sola vocis organa commovet. Per clamorem igitur, emissam vocem intelligit, non cum exteriori hac spirationis vehementia, sed cum interiori affectus intentione.

Ἐκ βαθέων ἐκέκραξά σοι, Κύριε. Τὸν παρόντα ψαλμὸν ἔγραψεν ὁ προφήτης, διεξιὼν μὲν, ὅπως ἐν πειρασμοῖς προσηύχετο, καὶ οἷα προσηύχετο· παιδεύει δὲ καὶ τοὺς ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανελθόντας μιμεῖσθαι αὐτὸν ἐν τοῖς ὁμοίοις, καὶ ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν Κύριον. Ἐκ βάθους, φησὶ, τῆς καρδίας ἐκέκραξά σοι, καὶ οὐκ ἐξ ἄκρων χειλέων. Τὸ μὲν γὰρ θερμοτάτης ἐστὶ κραυγῆς, τὸ δὲ ψυχροτάτης. Καὶ τὸ μὲν, κάτωθεν εὐτόνως ἅμα καὶ ἐμπόνως ἀνιούσης· τὸ δὲ ἄνωθεν ἀτόνως καὶ ἀπόνως. Καὶ τὸ μὲν ὅλον τὸν εὐχόμενον κατατεινούσης· τὸ δὲ μόνα τὰ τῆς φωνῆς ὄργανα συγκινούσης. Κραυγὴν δὲ λέγει τὴν μεγάλην βοὴν οὐ τῇ σφοδρότητι τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ τῇ συντονίᾳ τῆς διαθέσεως.

Vers. 2. *Domine, exaudi vocem meam.* Ex profundo scilicet emissam.

Κύριε, εἰσάκουσον τῆς φωνῆς μου. Ἐκ βάθους ἀναπεμφθείσης.

Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ. — Aures, dixit, pro Audiendi potentia. Intende, inquit, ad preces meas, veluti rationabiles et decenter factas, ex ardentissimo nimirum atque intentissimo corde.

Γενηθήτω τὰ ὦτά σου προσέχοντα εἰς τὴν φωνὴν τῆς δεήσεώς μου. Ἡ ἀκουστική σου δύναμις προσέχουσα εἰς ταύτην, ὡς εὔλογον, θερμῶς καὶ εὐτόνως.

Vers. 3. *Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit?* Si exquisiveris, et diligenter investigare volueris delicta omnia, quis, quæso, inquisitionem hujusmodi tuam sustinere poterit? Vel : Quisnam inultus relinquetur? Certe nullus. *Quis* enim, inquit, *gloriabitur mundum se habere cor? vel quis vere dicere poterit se mundum esse a peccato* [51]? *Omnes*, inquit Paulus, *peccarerunt* [52]. Et rursus de seipso : *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum* [53]. Illud autem : *Domine, Domine*, admirantis in modum dictum est : admirantis dico summam Dei misericordiam et benignitatem.

Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς, Κύριε, Κύριε, τίς ὑποστήσεται; Ἐὰν ἀνομίας πάσας ἐξετάσῃς καὶ ἀκριβῶς ἐρευνήσῃς, τίς ὑπομενεῖ τὴν ἐξέτασιν ταύτην; Ἢ τίς ὑπολειφθήσεται; Οὐτωσὶ οὐδείς. Τίς γὰρ, φησὶ, *καυχήσεται ἔχειν καρδίαν; ἢ τίς παρρησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτίας;* καὶ, *Πάντες ἥμαρτον*, φησὶν ὁ Παῦλος. Καὶ αὖθις περὶ ἑαυτοῦ· *Οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι.* Τὸ δὲ, *Κύριε, Κύριε*, θαυμάζοντός ἐστι τὴν πολλὴν φιλανθρωπίαν, καὶ ἀγαθότητα.

Vers. 4. *Quia apud te propitiatio est.* Vere, inquit, apud te vera illa est propitiatio et misericordia : quoniam, parcendo ac remittendo semper exquiris.

Ὅτι παρὰ σοὶ ὁ ἱλασμός ἐστιν. Οὕτως παρὰ σοί ἐστιν ὁ Κύριος ἱλασμὸς, ὁ ἀληθὴς Ἱλεὼς, διὰ μετὰ φειδοῦς ἐξετάζεις.

Propter nomen tuum sustinui te, Domine. Non ob mea virtutum opera, salvatorem te mihi adfu-

Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ὑπέμεινά σε, Κύριε. Οὐ διὰ τὰ κατορθώματά μου προτεδόκησά σε σω-

[51] Prov. xx, 9. [52] Rom. III 23. [53] I Cor. IV. 4.

Digitized by Google

τῆρα· ἁμαρτωλὸς γάρ εἰμι καὶ αὐτός, ὡς εἴρηται· ἀλλὰ διὰ τὸ ὄνομά σου, ἵνα μὴ ἐξουδενωθῇ παρὰ τῶν πολεμίων, ὡς μὴ δυναμένου σου σώζειν τὸν λαόν σου. Λέγει γὰρ καὶ διὰ τοῦ Ἰεζεκιήλ· *Οὐ δι' ὑμᾶς ἐγὼ ποιῶ, ἀλλὰ διὰ τὸ ὄνομά μου, ἵνα μὴ βεβηλωθῇ ἐν τοῖς ἔθνεσιν.*

A turum speravi: peccator etenim ipse etiam sum, ut dictum est; sed id futurum speravi propter nomen tuum, ne scilicet contemneretur nomen tuum ab inimicis, quasi qui populum tuum a calamitatibus eripere ac salvare non possis. Unde dixisse Deum legimus apud Ezechielem: *Non propter vos hæc facio, sed propter nomen meum, ne despiciatur in gentibus* [97].

Ὑπέμεινεν ἡ ψυχή μου εἰς τὸν λόγον σου. Προσεδόκησεν, ἠλπισεν εἰς τὴν ἐπαγγελίαν σου, τὴν πρὸς τοὺς πατριάρχας, τὴν πρὸς τοὺς προγόνους ἡμῶν, ὅτι κληρονομήσομεν τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας· καὶ ὅτι ἐὰν εἰσακούσωμέν σου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φαγόμεθα· ἢ καὶ τὴν ὑπόσχεσιν τὴν ὅτι σώσεις τοὺς εὐαρεστοῦντάς σοι, καὶ τοὺς μετανοοῦντας.

Sustinuit anima mea in verbo ejus. Expectavi et speravi in divina illa promissione, quæ ad patriarchas et progenitores nostros facta est, quod scilicet promissionis terram hæreditabimus: et quod si audiverimus te, bona terræ comedemus. Vel etiam promissionem illam, quod tu eos omnes salvabis, qui placere tibi studuerint, atque eos qui B pœnitentiam egerint peccatorum.

Ἤλπισεν ἡ ψυχή μου ἐπὶ τὸν Κύριον. Εἰς τὸν Κύριον μόνον, οὐκ εἰς ἄλλο τι τῶν ἁπάντων.

VERS. 5. *Speravit anima mea in Domino.* In solo scilicet Deo, et nulla alia in re.

Ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας μέχρι νυκτός, ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας ἐλπισάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸν Κύριον. Τὸν μόνον δυνάμενον ῥύεσθαι καὶ σώζειν. Φυλακὰς δὲ τὰ μέρη τῆς νυκτὸς ἐκάλουν οἱ παλαιοί· εἰς τέσσαρα γὰρ ταύτην διαιροῦντες οἱ νυκτοφύλακες ἐν τοῖς στρατοπέδοις, τὸ τεταρτημόριον αὐτῆς, ἤτοι τὴν ὄρθριον φυλακήν, πρωΐας ὠνόμαζον, ὡς τὴν πρωΐαν ἤδη μηνῦον. Παρεσκεύ τοίνυν ὁ προφήτης πάντα Ἰσραὴλ ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν Κύριον μόνον παρ' ὅλην ζωήν· διὰ γὰρ τοῦ ἡμερονυκτίου πᾶσαν τὴν ζωὴν ὑπεδήλωσεν, ἀρξάμενος ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας, καὶ μέχρι νυκτὸς ἐλθών. Εἶτα πάλιν εἰς C τὴν φυλακὴν τῆς πρωΐας καταντήσας, τὴν κυκλοφορικὴν ἐμφήσατο τοῦ ἡμερονυκτίου περίοδον, ἀπὸ πρωΐας εἰς πρωΐαν ἐπανερχομένην.

VERS. 6. *A custodia matutina usque ad noctem, a custodia matutina speret Israel in Domino.* In eo nimirum, qui a periculis solus eripere eum potest, et salvare. Custodias autem antiqui certas noctis partes appellabant, eo quod milites in exercitibus noctem in quatuor solent partes dividere, quibus alternatim vigilantes reliquum exercitum ab hostium insidiis custodiunt. Quartam igitur noctis vigiliam, matutinam custodiam appellabant, veluti quæ mane ipsum jamjam adfore significaret. Admonet igitur Propheta universum populum Israel, ut toto vitæ tempore, in solo Domino spem suam collocet. Per diem enim et noctem, omnem prorsus vitam significavit. Nam qui inceperit a matutina custodia et pervenerit ad noctem, et rursum ad matutinam redierit custodiam, hic circularem diei et noctis ambitum peraget; a mane etenim incipiens redibit ad mane.

Ὅτι παρὰ τῷ Κυρίῳ τὸ ἔλεος. Τὸ ἀληθῶς ἔλεος, τὸ ταχινὸν, καὶ ἰσχυρὸν καὶ ἀδιάπτωτον, εἰς τοὺς ἀξίους αὐτοῦ.

VERS. 7. *Quia apud Dominum misericordia.* Vera nimirum misericordia quam et celerem et validam et illabentem iis omnibus præstat, qui Deo digni sunt.

Καὶ πολλὴ παρ' αὐτῷ λύτρωσις. Πηγὴ γὰρ παρ' αὐτῷ λυτρώσεως, πέλαγος σωτηρίας.

et multa apud eum redemptio. enim Fons apud eum redemptionis, pelagus salutis.

Καὶ αὐτὸς λυτρώσεται τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πασῶν τῶν ἀνομιῶν αὐτοῦ. Εὐαρεστοῦντα δηλονότι, καὶ κατὰ νόμους πολιτευόμενον. Ἁρμόζει δὲ ψαλμὸς καὶ τῷ νέῳ Ἰσραήλ.

VERS. 8. *Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus ejus.* Populum Israel, Deo scilicet placere studentem, ac juxta legis præcepta conversantem. Congruit autem hic psalmus novo etiam D populo Israel.

ὨΙδὴ ὁμοίως.

Canticum ascensuum.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΑ'.

PSALMUS CXXX.

Κύριε, οὐχ ὑψώθη ἡ καρδία μου, οὐδὲ ἐμετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου. Καὶ τοῦτον τὸν ψαλμὸν εἰς ἑαυτὸν μὲν ἔγραφε, διεξιὼν οἵαν εἶχεν ἐν ἀνέσει καὶ ἀπαλλαγῇ τῶν πειρασμῶν μετριοφροσύνην. Παιδεύει δὲ τὸν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανελθόντα ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας λαὸν ὁμοίως ταπεινοφρονεῖν, καὶ μὴ θαρρεῖν ἐπὶ κατορθώμασιν, ἀλλ' ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον. Οὐχ ὑψώθη, φησίν, ἡ καρδία μου τῇ ἐπάρσει τῆς οἰήσεως, οὐδὲ μετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου τῷ νοσήματι τῆς ὑπερηφανίας· τί οὖν; κεκραύγασι νῦν ὁ Προφήτης; Ναί· καιρῷ γὰρ καλοῦντος χρεία κευ-

VERS. 1. *Domine, non exaltatum est cor meum, neque elevati sunt oculi mei.* Hunc psalmum etiam conscripsit in seipsum beatus David, narrans qualem animi moderationem haberet, quando a tentationibus atque a calamitatibus liberatus, quietam vitam agebat. Instruit tamen et populum e Babylonica reversum captivitate, eamdem secum humilitatem, atque animi moderationem sectari: docens in factis etiam atque virtutibus propriis non confidere, sed in unico tantum Deo sperare. Non exaltatum est, inquit, cor meum, elatione

[97] Ezech. xx, 9, 14, 22.

Digitized by Google

aliqua, aut temeraria existimatione ; neque oculi mei superbiæ morbo elevati sunt. Sed dicet aliquis : Nonne hoc in loco Propheta gloriatur? quod elationis ac superbiæ vitium est. Profecto gloriatur. Verum, exigente id tempore, gloriari etiam nos decet de virtute : quando nimirum non ad ostentationem gloriamur, sed ad audientium commodum, hoc est, quando illi hujuscemodi gloriatione ad virtutum imitationem invitantur. Et cum dixerit : *Non exaltatum est cor meum*, atque addiderit : *Neque elevati sunt oculi mei*, docuisse videtur quod ubi primum cor exaltatum in nobis fuerit, oculi etiam deinceps elevantur.

A χᾶσθαι τοῖς κατορθώμασιν· ὅταν μὴ δι' ἐπίδειξιν, ἀλλὰ δι' ὠφέλειαν τῶν ἀκροωμένων τὸ πρᾶγμα γίνεται, πρὸς μίμησιν ἐνάγον αὐτούς. Εἰπὼν δὲ ὅτι *Οὐχ ὑψώθη ἡ καρδία μου*, καὶ προσθεὶς, *Οὐδὲ μετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου*, ἔδειξεν ὅτι ταύτης πρῶτον ὑψουμένης, εἶτα οὗτοι μετεωρίζονται.

Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me. Non ambulavi, inquit, cum hominibus majoribus, et supra me admirandis. Cum hujuscemodi enim viris conversatus non sum, indignum me illorum conversatione esse reputans ; nisi illi fortassis me invitum coegissent. Vel per magnos B et admirandos, eos forte intelligit, qui sibi ipsis magni atque admirabiles esse videbantur, hoc est, qui animo elati essent, et superbi. Ac si diceret : Non tantum ego superbiam evitavi, sed cum hominibus eo vitio laborantibus etiam non conversabar.

Οὐδὲ ἐπορεύθην ἐν μεγάλοις, οὐδὲ ἐν θαυμασίοις ὑπὲρ ἐμέ. Οὐδὲ ἐπορεύθην μετὰ ἀνδρῶν μειζόνων καὶ θαυμασιωτέρων μου· οὐ συνανεστράφην τοῖς ὑπὲρ ἐμὲ, ἀνάξιον ἐκείνων ἐμαυτὸν ἡγούμενος· εἰ μή που ἄκοντα κατηνάγκασαν. Ἢ μεγάλους καὶ θαυμασίους λέγει τοὺς δοκοῦντας τοιούτους παρ' ἑαυτοῖς, ἤτοι τοὺς ἐπηρμένους καὶ ὑψαύχενας, ὡτανεὶ λέγων, ὅτι οὐ μόνον ἔφευγον τὸ νόσημα τῆς ὑπερηφανίας, ἀλλ' οὐδὲ συνεδιαιτώμην τοῖς νοσοῦσιν αὐτό.

Vers. 2. *Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam, sicut ablactatus in matrem suam, ita retribues animæ meæ.* Si humilia, inquit, non sum sectatus, sed animo elevatus sum, cum humilis tamen atque abjectus essem, et veluti infans, qui a matris papilla abstinuit. Vel, quia Græca dictio, ὡς, non solum *ita*, sed *valde* etiam significat, alio modo expone : Tu valde retribues animæ meæ. Utitur etiam hoc in loco Propheta C futuro indicativi, pro optativo, quemadmodum sæpe hujuscemodi abusus apud Scripturam reperimus. Vel vere retribues, retributionem scilicet superbiæ. Quidam vero ita construunt : *Si non humiliter sentiebam, tanquam ablactatus erga matrem suam*, etc.

Εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν, ἀλλὰ ὕψωσα τὴν ψυχήν μου, ὡς τὸ ἀπογεγαλακτισμένον ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, ὡς ἀνταποδώσεις ἐπὶ τὴν ψυχήν μου. Εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν, ἀλλὰ ἐπήρθην ὡς ταπεινὸς, καὶ ὡς τὸ νήπιον εὐθὺς τὸ ἀποσχόμενον δὴ τῆς θηλῆς παρὰ τῇ μητρὶ αὐτοῦ, οὕτως ἀνταποδώσεις. Ἢ λίαν ἀνταποδώσεις εἰς τὴν ψυχήν μου. Μέλλοντι δὲ ἐχρήσατο εὐκτικὴν ἔχοντι σημασίαν· πολλὰ γὰρ τοιαῦτα τοῖς παλαιοῖς. Ἢ ὄντως ἀποδώσεις ἀμοιβὴν τῆς ὑπερηφανίας. Τινὲς δὲ οὕτω συνάπτουσιν· *Εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν, ὡς τὸ ἀπογεγαλακτισμένον ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ.*

Vers. 3. *Speret Israel in Domino ex nunc, et usque in sæculum.* Me scilicet imitatus qui in calamitatibus, in otio et quiete, et in omni denique tempore in Deum spero. Congruit etiam hic psalmus novo populo Israel. Fortasse etiam beatus David et præsentem et proxime præcedentem psalmum ex eorum persona conscripsit, qui, inter reversos e Babylonica captivitate, pii magis et religiosi erant : narrans scilicet quas inter afflictiones emitterent ad Deum preces, et qualem, D postquam ab eis liberati sunt, animi moderationem haberent : atque hoc ad utilitatem et eruditionem nostram qui a sæviori dæmonum captivitate liberati sumus.

Ἐλπισάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸν Κύριον ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. Ἐμὲ μιμούμενος τὸν ἐν θλίψει καὶ ἐν ἀνέσει, καὶ κατὰ πάντα καιρὸν, ἐλπίζοντα ἐπὶ Κύριον. Ἁρμόζει δὲ καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τῷ νέῳ Ἰσραήλ. Ἴσως δὲ καὶ τὸν προλαβόντα ψαλμὸν καὶ τὸν παρόντα προσώπῳ τοῦ εὐσεβεστέρου μέρους τῶν ἐπανελθόντων, συνέγραψεν ὁ Προφήτης, διεξιόντος, οἷα μὲν προσηύχετο ἐν πειρασμοῖς, οἵαν δὲ μετριοφροσύνην εἶχεν ἐν ἀπαλλαγῇ πειρασμῶν, εἰς ὠφέλειαν καὶ παίδευσιν ἡμῶν τῶν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τῶν δαιμόνων ἐπανελθόντων.

Canticum ascensuum.

PSALMUS CXXXI.

Ὠδὴ ὁμοίως

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΑ'.

Vers. 1, *Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus.* Hunc etiam psalmum Propheta ex populi persona conscripsit supplicantis templi constructionem exsurgere, atque id impetrare optantis, si non propter se, saltem propter illud studium, quod eorum progenitor David rex in Deum habuisse perspicitur : utpote qui ante primam templi constructionem, locum ei idoneum multa

Μνήσθητι, Κύριε, τοῦ Δαβὶδ, καὶ πάσης τῆς πραότητος αὐτοῦ. Προσώπῳ τοῦ ῥηθέντος λαοῦ καὶ τὸν παρόντα ψαλμὸν ἀνέγραψε, ἱκετεύοντος, ἀναστῆναι τὸν ναὸν· εἰ καὶ μὴ δι' αὐτοὺς, ἀλλά γε διὰ τὴν σπουδὴν, ἣν εἶχε ὁ Δαβὶδ, ὁ πρόγονος βασιλεὺς αὐτῶν, ἐκζητῶν πρὸ τῆς οἰκοδομῆς τὸν τόπον τοῦ τοιούτου ναοῦ ἐπιμελῶς. Πραότητα δὲ λέγει τὴν ἀνεξικακίαν, ἣν ἐνεδείκνυτο εἰς τὸν Σαοὺλ, καὶ

Digitized by Google

τοὺς περὶ αὐτόν· ἔτι δὲ καὶ εἰς τὸν Σεμεΐ, τὸν ἐβρίζοντα αὐτόν, καὶ εἰς πολλοὺς ἄλλους. Περὶ μόνης δὲ τῆς πραότητος αὐτοῦ λέγουσιν, ὡς ταύτην διαφερόντως καταρθώσαντος· ἢ καὶ ὡς διὰ ταύτης δηλωμένων καὶ τῶν λοιπῶν. Μνήσθητι τοῦ Δαβίδ, τοῦ πραοτάτου, τοῦ διὰ τῆς πραότητος εὐαρεστήσαντός σοι.

A cum diligentia perquisivit. Per mansuetudinem vero, patientiam intelligit, quam habuit erga Saulem et socios, erga Semei qui contumelia eum affecerat, atque erga omnes alios hostes suos summam ostendit. Solius autem mansuetudinis meminit, quia in hac virtute pra cæteris excelluit. Vel per hanc virtutem cæteras quoque intellexit. Memento, inquit, David mitissimi hominis, atque ob mansuetudinem suam tibi olim charissimi.

Ὃς ὤμοσε τῷ Κυρίῳ, εὔξατο τῷ Θεῷ Ἰακώβ. Μνήσθητι αὐτοῦ τῶν ἐνωμοτων ὑπάρχετο Κυρίῳ τῷ Θεῷ τὰ ῥηθησόμενα.

VERS. 2. *Quomodo juravit Domino, et votit Deo Jacob.* Memento ejus, inquit, quemadmodum cum juramento ea Deo pollicitus sit, quæ inferius dicentur.

Εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκήνωμα οἴκου μου, εἰ ἀναβήσομαι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου, εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμόν, καὶ ἀνάπαυσιν τοῖς κροτάφοις μου, ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ Κυρίῳ, σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ (33). Πῶς ποτε ζηλώσας ὑπὲρ τοῦ φέρεσθαι τῇδε κἀκεῖσε τὴν κιβωτὸν, ἐνωμότως ὑπέσχετο, ὅτι Οὐ ποιήσω ἢ τόδε ἢ τόδε, ἕως οὗ εὕρω τὸν τόπον τῷ Κυρίῳ ἅξιον, ἤγουν οἰκητῆρον, τουτέστι τόπον ναοῦ· καὶ οὐκ ἀνεπαύσατο, ἕως εὑρεῖν ὡς ἡ βίβλος τῶν Βασιλειῶν ἡ πρώτη διαλαμβάνει. Τὸ δὲ εἰ δὲ, τὸ οὐ σημαίνει, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Σκήνωμα δὲ καὶ οἶκος τοῦ Θεοῦ λέγεται, διὰ τὸ ἐκεῖθεν χρηματίζειν καὶ ὁμιλεῖν τοῖς ἁγίοις, ὡς καὶ προειλήφαμεν εἰρήκαμεν.

VERS. 3-5. *Si introibo in tabernaculum domus meæ, si ascendam super lectum strati mei, si dabo somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem, et requiem temporibus meis, donec invenero locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.* Memento, inquit, quemadmodum ipse olim zelo quodam correptus est, cum Domini arcam hoc atque illuc errabundam ac vagam circumferri videret, et cum juramento pollicitus sit, dicens: Non faciam ego hoc, neque illud, donec invenero locum Domino dignum, hoc est, locum templi, et habitationem arcæ ac tabernaculi. Et revera etiam non quievit, donec illum invenerit, quemadmodum in primo Regum libro traditur. Dictio autem *si*, hoc in loco, idem significat quod *non*, quemadmodum sæpe alibi diximus. Tabernaculum vero et domus Dei, dicebatur locus ille, ubi responsa atque oracula dabantur a Deo; ubi etiam ad probos et ad virtute præditos homines loquebatur, ut in superioribus diximus. (Nam alioqui Deus nulla habitatione seu domo indiget, aut tabernaculo.)

Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Εὐφραθᾶ. Ἐπειδὴ παρὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, ἢ παρὰ τῶν βίβλων ἐγνώκαμεν ἐνεχθῆναι τὴν κιβωτὸν, ἐν τῷ τόπῳ τῷ καλουμένῳ Εὐφραθᾶ. Καὶ τὴν Ῥαχὴλ δὲ θάψαι Ἰακὼβ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ τοῦ Εὐφραθᾶ· Αὕτη, φησὶν, ἐστὶ Βηθλεέμ· ἔφερε γὰρ ὁ τόπος τοῦ προκατόχου τὸ ὄνομα.

VERS. 6. *Ecce audivimus eam in Ephrata.* Quoniam, inquit, a patribus nostris, vel etiam aliunde ex sacris Libris audivimus eam, arcam nimirum in Ephratæ locum delatam fuisse. Est autem Ephrata eadem, quæ et Bethlecm. Legimus enim alibi apud Scriptorem: *Bethlecm domus Ephrata* [a], illum Jacob uxorem Rachel sepelivit in Hippodromo Ephratæ: Hæc, inquit, est Bethlecm. Appellabatur namque olim locus ille primi possessoris nomine.

Εὕρομεν αὐτὴν ἐν τοῖς πεδίοις τοῦ δρυμοῦ. Εὕρομεν αὐτὴν ἀπὸ τῶν εἰρημένων· παρὰ τούτων ἐμάθομεν αὐτὴν αἰτιζομένην ἐν τοῖς πεδίοις τοῦ δρυμοῦ, τουτέστιν, ὧδε κἀκεῖσε περιφερομένην, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν τόπον ἁρμοσμένον. Ταῦτα δὲ λέγουσι συνιστῶντες ὅτι ἀναγκαίως ἐζήλωσεν, ὑπὲρ αὐτῆς ὁ Δαβὶδ, καὶ τὸν τόπον εὗρεν, ὑπὲρ οὗ καὶ νῦν ἱκετεύουσιν.

Invenimus eam in campis silvæ. Invenimus eam, hoc est, eo modo didicimus, ut supra dictum est, a majoribus nimirum nostris, seu ex divinis libris: didicimus, inquam, eam commoratam fuisse in campis silvæ, hoc est, hinc atque illuc errantem in morem circumlata, utpote quæ certum ac destinatum locum aliquem non haberet. Hoc autem dicunt, demonstrare contendentes, quod beatus David necessario admodum pro ea zelo correptus est, ut locum illum inveniret, pro quo ipsi in præsentia ad Deum supplicant.

Εἰσελευσόμεθα εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ, προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ. Ταῦτα προσώπῳ τῶν ἐν αὐτοῖς ἁγίων, προφητευόντων αὐτοῖς, ὅτι ἀναστήσεται ὁ ναὸς, καὶ εἰσελεύσονται καὶ προσκυνήσουσι καὶ λα-

VERS. 7. *Introeamus in tabernacula ejus, adoremus in loco, ubi steterunt pedes ejus.* Hæc verba ex sanctorum persona dicta sunt, qui populo ex captivitate in patriam restituto aderant. Prædicitur autem his verbis, quemadmodum templum

[a] Mich. v 2.

Variæ lectiones.

(33) Supple Μνήσθητι.

Digitized by Google

demo erigendum erat, et quemadmodum ipsi illuc ingressuri erant, et adoraturi ibi Deum, ut antea. Tabernacula autem, templi aulas appellavit, vel ipsum templum, plurali usus numero Hebræorum more, ut sæpe diximus. Præterea Dei tabernacula, ac pedes Dei, et stetisse Deum, humano more dixit, ut auditorum hebetudini condescenderet. Illinc etenim horrendæ illæ voces exibant, quæ obscura atque ambigua quælibet de Judæorum rebus declarabant, et futura prædicebant.

A

τρεύσουσιν, ὡς τὸ πρότερον. Σκηνώματα δὲ ἢ τὰς αὐλὰς αὐτοῦ ὠνόμασεν, ἢ αὐτὸν δὴ τὸν ναόν, πληθυντικῶς εἰπών, ὡς πολλάκις ἔθος Ἑβραίοις. Σκηνώματα δὲ καὶ πόδας καὶ στάσιν εἶπε Θεοῦ ἀνθρωποπρεπῶς διὰ τὴν παχύτητα τῶν ἀκροωμένων. Ἐκεῖθεν γὰρ ἐφέροντο αἱ φρικταὶ φωναὶ περὶ τῶν ἐν Ἰουδαίοις πραγμάτων, λύουσαι τὰ ἀσαφῆ, καὶ περὶ τῶν μελλόντων προλέγουσαι.

Vers. 8. *Exsurge, Domine, in requiem tuam.* Hoc est in templum tuum atque ad ejus ædificationem, in quo antea requiescebas : hoc est, veni ad illud templum, atque ad illius loci auxilium, quod refrigerium, ita ut dicam, præstare tibi solebat, et requiem.

Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀναπαυσίν σου. Εἰς τὸν ναόν σου, εἰς οἰκοδομὴν αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἀνεπαύου, τουτέστιν, εἰς τὸν ἀναπαύοντά σε ναόν, εἰς συνεργίαν αὐτοῦ.

B

Tu et arca sanctificationis tuæ. Exsurge, inquit, tu una cum sanctificationis tuæ arca. Potest enim et illa, quemadmodum olim, admiranda nunc etiam multa perficere, propter divinam gratiam, quæ in ea est. Divinæ etenim gratiæ domus merito poterat appellari. Sanctificationis etiam arcam dixit, tanquam sanctificatione plenam, et per quam multa sanctificari dicebantur. Nam et omnia quæ in ea reponebantur sancta erant, et præsertim lex, quæ quolibet ad se accedentes sanctificabat. Vel per sanctificationem templum ipsum intelligit, tanquam Deo sanctificatum, et quod in psalmo LXXIII sanctuarium appellavit, dicens : *Incenderunt in igne sanctuarium tuum.*

Σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου. Ἀνάστηθι σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τῆς ἁγιωσύνης σου. Δύναται γὰρ καὶ αὐτὴ, ὡς πολλὰ πολλάκις τερατουργήσασα, διὰ τῆς ἐν αὐτῇ χάριτος· καὶ ὅτι καὶ ταύτης οἶκος ἦν οὗτος· κιβωτὸς δὲ τῆς ἁγιωσύνης, ὡς πεπληρωμένης ἁγιωσύνης, δι' ἧς ἡγίαζε· τά τε γὰρ ἐναποκείμενα αὐτῇ, ἅγια ἦσαν, καὶ τούτων μᾶλλον ὁ νόμος ἡγίαζε τοὺς μετιόντας αὐτόν. Ἢ ἁγίασμα τὸν ναὸν λέγει, ὡς ἡγιασμένον τῷ Θεῷ, καὶ ἁγιάζοντα, καὶ τῶν ἁγίων παρεκτικόν, ὃν καὶ ἐν τῷ ογ' ψαλμῷ, ἁγιαστήριον ὠνόμασεν· *Ἐνεπύρισαν γὰρ τὸ ἁγιαστήριόν σου*, φησὶν, *ἐν πυρί.*

Vers. 9. *Sacerdotes tui induentur justitia.* Si hoc factum fuerit, sacerdotes tui instar vestis justitiam induent, cultus nimirum divinos. Vel, Omni justitia induentur, hoc est, universa virtute, utpote jam Deum colentes, atque in dies magis virtutis ipsius studium amplexuri.

C

Οἱ ἱερεῖς σου ἐνδύσονται δικαιοσύνην. Εἰ τοῦτο γένηται, οἱ ἱερεῖς σου ἐνδύσονται, δίκην ἱματίου, τὴν δικαιοσύνην τῆς λατρείας· ἢ δικαιοσύνην πᾶσαν, εἴτουν παντοίαν ἀρετὴν, ἤδη λατρεύοντες, καὶ μᾶλλον ἀρετῆς φροντίζειν ὀφείλοντες.

Et sancti tui exsultabunt. Et reliqui, inquit, homines, qui tibi sanctificati ac dedicati sunt, exsultabunt, hoc est, universus populus tuus lætitia afficietur. Vel per sanctos, eos intelligit, qui præ cæteris excellebant virtutibus. Deinde rursus ad memoriam confugiunt beati David, Deo possint impetrare.

Καὶ οἱ ὅσιοί σου ἀγαλλιάσονται. Οἱ λοιποὶ, οἱ καθωσιωμένοι σοι, τουτέστιν ὁ λαός σου, ἀγαλλιάσονται· ἢ ὁσίους λέγει τοὺς ἐναρετωτέρους. Εἶτα πάλιν ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ καταφεύγουσιν, ἀναξίους ἑαυτοὺς ἡγούμενοι.

seipsos indignos esse judicantes, qui gratiam a

Vers. 10. *Propter David servum tuum non avertas faciem Christi tui.* Hoc est, cum non respuas, qui, ut princeps foret super nos, a te in regem unctus est. *Tuum* autem dixit, ut Dei benevolentiam erga eum ostenderet; vel unctum a te per legem tuam. Non avertas autem eum nobiscum pro templi, civitatis, et regni erectione supplicantem, nec inanes illius preces fore permittito.

D

Ἕνεκεν Δαβὶδ τοῦ δούλου σου, μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου. Τουτέστι τὸν χρισθέντα εἰς τὸ ἄρχειν ἡμῖν. Τὸ *σοῦ* δὲ, οἰκειώσεώς ἐστιν· ἢ τὸν χρισθέντα διὰ σοῦ διὰ τοῦ νόμου σου. Μὴ ἀποστρέψῃς αὐτὸν ἄπρακτον, δεόμενόν σου μεθ' ἡμῶν ὑπέρ τε τοῦ ναοῦ καὶ τῆς πόλεως, καὶ τῆς βασιλείας.

Vers. 11. *Juravit Dominus ipsi David veritatem.* Hoc est, stabilem ac veram promissionem fecit.

Ὤμοσε Κύριος τῷ Δαβὶδ ἀλήθειαν. Βεβαίως ἐπηγγείλατο, ἀληθινὴν ἐπαγγελίαν.

Et non contemnet eam. Cum verax sit, quinimo et ipsa veritas. Quænam autem fuerit hæc promissio, audi :

Καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτήν. Ἀληθὴς ὢν καὶ αὐτοαλήθεια. Τίς δὲ ἡ ἐπαγγελία, ἄκουσον.

De fructu ventris tui, ponam super thronum tuum.

Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ

Digitized by Google

θρόνου σου. Ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς βασιλείας σου. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερα. Τίνα δὲ ταῦτα, ἄκουσον.

A Hoc est, in throno, atque in sede regni tui. Nec tantum hoc dixit, sed et alia quæ sequuntur.

Ἐὰν φυλάξωνται οἱ υἱοί σου τὴν διαθήκην μου, καὶ τὰ μαρτύριά μου, ἃ διδάξω αὐτούς, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἕως τοῦ αἰῶνος καθιοῦνται ἐπὶ τοῦ θρόνου σου. Ἐὰν τηρήσωσι τὸν νόμον μου οἱ υἱοί σου, ἐκ διαδοχῆς βασιλεύοντες· τοῦτον γὰρ ἐκάλεσε διαθήκην· ἔτι δὲ καὶ μαρτύρια, ὡς ἐν τῷ ριη' ψαλμῷ, πολλάκις δεδήλωται. Ταῦτα δέ, φησὶν, ἃ διδάξω αὐτοὺς διὰ τῆς ἀναγνώσεως αὐτῶν, οὐκ αὐτοὶ μόνον βασιλεύσουσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ τούτων υἱοὶ ἀεὶ βασιλεύσουσι κατὰ διαδοχήν. Τοιαῦτα μὲν τὰ τῆς ἐπαγγελίας· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐφύλαξαν, ἐξέπεσον. Ταῦτα δὲ λέγουσιν οἱ δυσωποῦντες ὥσπερ ἀναμιμνήσκοντες τὸν Θεὸν τῆς τοιαύτης ἐπαγγελίας, καὶ εἰς ἀποπλήρωσιν αὐτῆς παρακαλοῦντες, ἢ καὶ ἀλλήλους παραμυθούμενοι, καὶ τῷ λαῷ χρηστὰς ἐλπίδας ἐντιθέντες. Εἶτα καὶ τὰ ἑξῆς ἐπισυνάπτουσιν, ὡς καὶ αὐτὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ τότε ῥηθέντα πρὸς τὸν Δαβίδ.

Vers. 12. *Si custodierint filii tui testamentum meum, et testimonia mea hæc, quæ docebo eos, et filii eorum in sæculum sæculi sedebunt super thronum tuum.* Si filii tui, inquit, qui per successiones regnabunt, legem meam observaverint. Per testamentum enim et per testimonia, legem ipsam intelligit, quemadmodum et sæpe alibi, præsertim in psalmo CXVIII, ubi etiam diximus. Si observaverint, inquit, testimonia, quæ ego eos docebo, si lectionem legis meæ vacaverint, non ipsi solum regnabunt, sed illorum etiam filii perpetuam regni successionem consequentur. Et hæc quidem a Deo eis promissa sunt : verum postquam ipsi pacta non observaverunt, jure etiam a promissis deciderunt. Possunt etiam hæc verba intelligi, ut ab eis dicta sint, ea ratione ut Deum sibi magis conciliarent, revocantes ei in memoriam antiquas pollicitationes, et rogantes quodammodo ut eas adimpleret, vel ut mutuo sese consolarentur, et bonam populo spem præstarent. Deinde addunt etiam sequentia verba, veluti et quæ a Deo olim dicta etiam fuissent ad beatum David.

B

Ὅτι ἐξελέξατο Κύριος τὴν Σιών, ἠρετίσατο αὐτὴν εἰς κατοικίαν ἑαυτῷ. Καθιοῦνται, φησὶν, ἐπὶ τοῦ θρόνου σου, διότι καὶ τὴν Σιὼν ἐν ᾗ ὁ θρόνος τῆς βασιλείας σου ἐξελέξατο ὁ Κύριος, ὁ ταῦτα ἐπαγγελλόμενος, ἦγουν ἐγώ.

Vers. 13. *Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi.* Sedebunt, inquit, filii tui in throno tuo, quoniam Dominus elegit Sion, in qua sedes est regni tui. Ille, inquam, Dominus, qui hæc tibi nunc loquitur verba : Ego videlicet qui Dominus sum.

Αὕτη ἡ κατάπαυσίς μου εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Ἡ κατοικία μου.

Vers. 14. *Hæc requies mea in sæculum sæculi.* C Hoc est, Hæc habitatio mea.

Ὧδε κατοικήσω, ὅτι ἠρετισάμην αὐτήν. Καὶ ταῦτα καὶ τὰ ἑξῆς λέγουσιν ὡς ἐπαγγελμένα καὶ αὐτά.

Hic habitabo, quoniam elegi eam. Hæc et sequentia dicunt tanquam etiam sibi promissa.

Τὴν θήραν αὐτῆς εὐλογῶν εὐλογήσω. Θήραν ὠνόμασε τὸν πορισμὸν καὶ τὴν συγκομιδὴν τῆς τροφῆς. Εὐλογῶν εὐλογήσω, τουτέστι χαριτώσω εἰς δαψίλειαν καὶ ἀφθονίαν.

Vers. 15. *Venationem ejus benedicens benedicam.* Per venationem, ciborum atque eduliorum suppeditationem intelligit. Hæc, inquit, benedicens benedicam, hoc est, Præstabo magna cum abundantia.

Τοὺς πτωχοὺς αὐτῆς χορτάσω ἄρτων. Πλουτήσω.

Pauperes ejus saturabo panibus. Hoc est, divites reddam.

Τοὺς ἱερεῖς αὐτῆς ἐνδύσω σωτηρίαν. Ὑγείαν, ἀσφάλειαν.

Vers. 16. *Sacerdotes ejus induam salute.* Hoc est, securitate, ac bona valetudine.

Καὶ οἱ ὅσιοι αὐτῆς ἀγαλλιάσει ἀγαλλιάσονται. Εἴρηται περὶ τῶν ὁσίων. Τὸ δὲ Ἀγαλλιάσει ἀγαλλιάσονται, καὶ τὸ Εὐλογῶν εὐλογήσω, καὶ τὰ τοιαῦτα, τινὲς μὲν ἰδίωμα φασὶ τῆς Γραφῆς, τινὲς δὲ ἐπίτασιν ἐμφαίνειν, ἢ βεβαίωσιν.

D

Et sancti ejus exsultatione exsultabunt. Quinam sint sancti Dei, jam sæpe alibi dictum est. Quod autem ait: *Exsultatione exsultabunt*, item : *Benedicens benedicam*, et alia hujusmodi, quidam idioma esse dicunt Hebraicæ linguæ ; quidam vero hujusmodi sermone uti dicunt Scripturam, ad majorem intensionem, et ad validiorem sententiæ confirmationem.

Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαβίδ. Ἐν τῇ Σιών· ἐκ τοῦ γένους τοῦ Δαβὶδ αὐτῷ ἀνατελῶ κέρας, ὕψος, τιμὴν, δοξαζομένῳ παρὰ τῶν μετέπειτα, καὶ ἐπὶ τὸ τοιοῦτον ἀεὶ γένος αὐτοῦ.

Vers. 17. *Illic oriri faciam cornu ipsi David.* In Sion scilicet, in qua oriri ei faciam gloriam, ac celsitudinem ex genere David, quia et a posteris glorificabitur, et illius generatio semper regnavit.

Ἡτοίμασα λύχνον τῷ χριστῷ μου. Ἡτοίμασα λύχνον τῷ βασιλεῖ μοῦ Δαβίδ. Οἰκειώσεως ὡς τὸ μοῦ λανταῦθα· Λύχνον δὲ λέγει τὴν εὐκλειαν τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, δίκην λύχνου μηνύουσαν ἅπασι τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ τρόπον φωτὸς ὑποδεικνύουσαν ταῖς ἑφεξῆς γενεαῖς τὸν πρόγονον τοῦ τοιούτου γένους·

Paravi lucernam christo meo. Christo meo, hoc est, regi meo David. Meum autem ideo dixit, ut benevolentiam suam erga eum ostenderet, ut diximus. Per lucernam vero gloriam posterorum ejus intelligit, quæ, lucernæ instar, gloriæ ejus splendorem omnibus demonstrat, et hujuscemodi genera-

Digitized by Google

tionis progenitorem, veluti quoddam lumen futuris generationibus illucere facit. Vel per lucernam, generis sui splendorem ideo intelligit, quia splendet inter gentes. Verum hæc omnia ea conditione illis promissa sunt, si testamentum Dei custodiverint, ut dictum est.

A ἢ λύχνον τὴν λαμπρότητα τοῦ γένους αὐτοῦ, λάμπουσαν ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Ἀλλὰ ταῦτα πάντα, ἐὰν φυλάξωνται τὴν δικαιοσύνην, ὡς εἴρηται

Vers. 18. *Inimicos ejus induam confusione.* Inimicos scilicet David aut generis ejus.

Κύριος ἀγαπᾷ δικαίους, Κύριος φυλάσσει τοὺς προσηλύτους. Δικαίους μὲν, τοὺς πρὸ τοῦ Εὐαγγελίου λάμψαντας ἐν ἀρετῇ· προσηλύτους δὲ, τοὺς μετὰ τὸ Εὐαγγέλιον, προσεληλυθότας τῇ εὐσεβείᾳ· ἢ δικαίους μὲν, τοὺς τελειοτέρους εἰς ἀρετὴν, προσηλύτους δὲ, τοὺς ἀρτιπαγεῖς. Ἐκείνους μὲν γὰρ ἀγαπᾷ, ὡς εὐαρεστοῦντας, τούτους δὲ φυλάττει, ὡς ἀπαλοὺς ὄντας ἔτι, καὶ μήπω πεπειραμένους τῆς πρὸς τοὺς δαίμονας συμπλοκῆς.

Orphanum et viduam suscipiet. Hoc est, defendet. Quod dupliciter potest intelligi. Orphanus enim est, qui parentes relinquit propter Christum; et vidua, simili ratione ea est, quæ virum dimittere sustinet propter Christum. Quemadmodum autem orphano parentes charissimi sunt atque honoratissimi totius sui generis, ita etiam viduæ maritus charissimus esse solet et summo honori. Orphanus etiam dici potest, quicunque dæmonem relinquit, quem antea veluti patrem ac vitiorum doctorem habebat. Simili modo per viduam anima illa potest intelligi, quæ desponsatum antea diabolum relinquit, cui etiam adjuncta erat atque inserviebat.

C *Ὀρφανὸν καὶ χῆραν ἀναλήψεται.* Ἀντιλήψεται. Διττῶς δὲ περὶ τούτου νοήσεις. Ὀρφανὸς μὲν γὰρ, ὁ καταλιπὼν πατέρα καὶ μητέρα διὰ Χριστόν· καὶ χήρα πάλιν, ἡ καταλιποῦσα τὸν ἄνδρα διὰ Χριστόν. Ὥσπερ δὲ τῷ ὀρφανῷ τὰ τιμιώτατα καὶ φίλτατα τοῦ γένους πατὴρ καὶ μήτηρ, οὕτω καὶ τῇ χήρᾳ, ἀνήρ. Εἴη δ' ἂν ὀρφανὸς, καὶ ὁ ἀποβαλὼν τὸν διάβολον, ὃν εἶχε πρότερον πατέρα καὶ διδάσκαλον ἐν κακίᾳ· καὶ χήρα πάλιν, ἡ ἀποβαλοῦσα ψυχὴ τὸν διάβολον, ᾧ κεκόλλητο διὰ τοῦ θεραπεύειν αὐτόν.

Et viam peccatorum disperdet. Via peccatorum vitium est et pravitas. Dictum est etiam in fine primi psalmi: *Et iter impiorum peribit.*

Καὶ ὁδὸν ἁμαρτωλῶν ἀφανιεῖ. Ὁδὸς ἁμαρτωλῶν, ἡ κακία καὶ πονηρία. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ τέλει τοῦ α' ψαλμοῦ, *Καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.*

VERS. 10. *Regnabit Dominus in sæculum.* Filius Dei, qui nunc regnat, ut Deus, regnabit etiam, ut homo, in sæculum; quando dicet: *Data mihi est omnis potestas in cælo et in terra*[a]. Vel simpliciter: Deus regnabit perpetuo, et regni ejus non erit finis.

D *Βασιλεύσει Κύριος εἰς τὸν αἰῶνα.* Ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ βασιλεύων, ὡς Θεὸς βασιλεύσει· καὶ ὡς ἄνθρωπος εἰς τὸν αἰῶνα· καθ' ὃν λεγει· *Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς·* ἢ, ὁ Θεὸς ἁπλῶς βασιλεύσει αἰωνίως, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.

Deus tuus, Sion, in generationem et generationem. Subintellige verbum, *erit*, aut verbum, *regnabit.* Dictum est autem in præcedenti psalmo: *Regnum tuum, regnum omnium sæculorum, et dominium tuum in omni generatione et generatione.* Per generationem igitur et generationem morientium, et resurgentium generationem intellige. Sion vero, fidelium Ecclesia dicitur, ut in XCVI psalmo declaratum est, ibi: *Et exaltaverunt filiæ Judææ.*

Ὁ Θεός σου, Σιὼν, εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Βασιλεύσει δηλονότι, ἢ ἔσται. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ· *Ἡ βασιλεία σου βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων, καὶ ἡ δεσποτεία σου, ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ.* Γενεὰ δὲ καὶ γενεὰ, ἢ τε τῶν ἀποθνησκόντων, καὶ ἡ τῶν ἀνισταμένων νεκρῶν. Σιὼν δὲ καὶ ἡ Ἐκκλησία τῶν πιστῶν, ὡς δεδήλωται καὶ ἐν τῷ ϟ' ψαλμῷ, ἔνθα τὸ, *Καὶ ἀγαλλιάσονται αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας.*

[a] Matth. XXVIII, 18.

Digitized by Google

Ἀλληλούϊα. A *Alleluia.*

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΣ'.

PSALMUS CXLVI.

Αἴνεσις καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς, καὶ οἱ ἑξῆς πάντες ὁμοίως.

Laudatorius est etiam hic psalmus, et similiter omnes sequentes.

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, ὅτι ἀγαθὸς ψαλμός. Ἀγαθὸν ὁ αἶνος, ἢ ὑμνολογία τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, *Ἀλληλούϊα, ὅτι ἀγαθὸν ᾠδή.*

Vers. 1. *Laudate Dominum, quoniam bonum est psalmus.* Bonum est, inquit, laus, seu divina laudatio. Symmachus vero transtulit, *Alleluia, quia bonum est canticum.*

Τῷ Θεῷ ἡμῶν ἡδυνθείη αἴνεσις. Ἡδεῖα λογισθείη, προσδεχθείη. Τοῦτο δὲ γίνεται, ὅταν ὁ αἰνῶν βίον ἔχῃ ἐνάρετον. Ἔοικε δὲ καὶ ὁ ψαλμὸς οὗτος εἶναι περὶ τῆς ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανόδου, καὶ δῆλον ἀπὸ τῶν ἑφεξῆς ῥητῶν.

Deo nostro jucunda sit laudatio. Jucunda ac suavis reputetur nostra laudatio, atque ab eo benigne suscipiatur. Hoc autem fit, quando, qui Deum laudat, vitam vivit virtute præditam. Videtur etiam hic psalmus spectare ad reditum ex Babylone, quod manifestum fit ex sequentibus.

Οἰκοδομῶν Ἰερουσαλὴμ ὁ Κύριος. Ἔστι δηλονότι. Ὅμοιον δὲ λέγει τῷ, *Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες.* B

Vers. 2. *Ædificans Jerusalem Dominus.* Subaudi verbum, *est.* Pertinere autem videntur hæc verba ad illam sententiam quam alibi tradidit, dicens : *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam* [a].

Τὰς σποράς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισυνάξει. Περὶ τῶν ὑπολειφθέντων ἡ προφητεία· οὐ γὰρ ἅθρόοι πάντες ἀνήχθησαν.

Dispersiones Israelis congregabit. Prophetia hæc est de Judæis qui in captivitate relicti fuerant. Neque enim una omnes reversi sunt.

Ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, καὶ δεσμεύων τὰ συντρίμματα αὐτῶν. Τοῦτο καὶ Παῦλος εἶπεν· *Ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινούς.* Ψυχῶν γὰρ ὢν μᾶλλον ἰατρὸς, ἔργον ἔχει ψυχαγωγεῖν καὶ ἀνακτᾶσθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν ὑπὸ πειρασμῶν καὶ συμφορῶν. Εἰ δὲ τούτους, πολλῷ μᾶλλον τοὺς τὴν ἐνάρετον ταπείνωσιν τεταπεινωμένους. Δεσμοὶ δὲ συντριμμάτων αἱ δι' C ἔργων καὶ λόγων θεραπεῖαι καὶ παρηγορεῖαι. Τοῦτο μὲν οὖν, περὶ τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, τὸ δὲ μετὰ τοῦτο, περὶ τῆς δυνάμεως, ἵνα θαῤῥήσωσιν.

Vers. 3. *Qui sanat contritos corde, et alligat contritiones eorum.* Hoc etiam apostolus Paulus dixit, asserens, quod *Deus humiles consolatur* [b]. Animarum enim medicus cum sit, consolandi officium suscepit, ut eos refrigeraret qui, præ summis tentationibus et calamitatibus, corde contriti sunt. Quod si hujuscemodi afflictos homines consolaturus est, multo etiam magis eos consolabitur, qui vera humilitatis virtute humiliati sunt. Harum autem contritionum vincula quibus afflicti homines alligantur, piæ quædam curationes atque admonitiones sunt, quæ partim in bonis operibus, partim vero in sanis sermonibus consistunt. Hæc igitur de divina benignitate dicta sunt. Quæ sequuntur, illius potentiam prædicant, et nobis omnibus fiduciam, atque animum apud eum præstant.

Ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων. Ὁ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν ἀκριβῶς εἰδώς· τινὲς δὲ ἀριθμὸν τὴν γνῶσιν ἐνόησαν· οἷον, ὁ γινώσκων τὰ πλήθη τῶν ἀστέρων, πῶς ἔχουσι κατὰ θέσιν, καὶ τάξιν, καὶ σχῆμα, καὶ μέγεθος, καὶ σχέσιν πρὸς ἄλληλα, καὶ αἰτίαν.

Vers. 4. *Qui numerat multitudines stellarum.* Qui illarum numerum apprime novit. Quidam vero numerare dictum putant, pro cognoscere, ut sit sensus, quod stellarum etiam multitudinem Deus novit, et quomodo se habeant, loco, ordine, forma et magnitudine : et denique quod habitudinem, quam inter se habent, cognoscit, et causam.

Καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν. Ὀνόματα ἀφορίζων, ὀνομάζων, ὃ μεῖζον, τοῦ ἀριθμεῖν αὐτά. Ἔδειξεν οὖν ὅτι ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους, δεσμήσει καὶ τὰ συντρίμματα αὐτῶν, ἔτι συντριβομένων ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ· καὶ ὁ τοσοῦτον γινώσκων τὰ ἀναρίθμητα πλήθη τῶν ἄστρων, ὡς καὶ ἕκαστον αὐτῶν ἐξ ὀνόματος καλεῖν, ὃ τῆς ἄκρας ἐστὶ γνώσεως ἐμφαντικὸν, οἶδε πάντως καὶ πάντας τοὺς ἐσπαρμένους ἐν ταῖς χώραις τῶν αἰχμαλωτισάντων· καὶ ὡς μὲν πανοικτίρμων, οἰκτειρήσει τούτους, ὡς δὲ παντοδύναμος, δυνήσεται ἐπισυναγαγεῖν αὐτούς. D

Et omnibus eis nomina vocat. Qui nomina determinat, quibus ea appellet : quod sane majus est quam dinumerare. Demonstrare igitur illud videtur Propheta, quod qui sanat contritos, alligabit etiam eorum contritiones, qui in captivitate conterebantur : et quod ille qui innumerabilem stellarum multitudinem adeo cognoscit, ut unamquamque proprio nomine appellet, quod sane summæ cognitionis ac scientiæ indicium est; quod ille, inquam, omnino etiam eos omnes novit, qui dispersi sunt, aut in diversis captivi regionibus : et quod veluti omnium misericors eorum etiam miscrebitur : et quod tanquam omnipotens, eos dem facillime poterit congregare.

[a] Psal. cxxvi, 1. [b] II Cor. vii, 6.

Digitized by Google

VERS. 5. *Magnus Dominus noster, et magna potentia ejus.* Quia rem grandem Propheta superius dixit : quod scilicet tot Judæorum multitudines, ubique gentium dispersas, Deus esset congregaturus, deinceps de divina pertractat potentia, confidere omnes jubens, et absque ulla dubitatione in eum credere.

Et sapientiæ ejus non est numerus. Noli quærere quonam modo, aut qua ratione illud facturus sit. Nam quemadmodum divinæ magnitudinis nullus est finis, ita etiam ejus sapientiæ nullus est numerus. Noli igitur de eo aliquid dubitare, cujus magnitudinem ac sapientiam infinitam esse didiceris.

VERS. 6. *Suscipiens mites Dominus.* Fovens ac recreans, patrisque seu curatoris instar, eos fovens.

Humilians autem peccatores usque ad terram. Destruens eos funditus, et ad solum vehementer eos allidens. Hoc enim significant ea verba, *usque ad terram.* Per mites autem humiles corde homines intelligit, per peccatores vero, superbos, juxta illud : *Dominus resistit superbis, humilibus autem dat gratiam* [u].

VERS. 7-9. *Præcinite Domino in confessione.* Præcinite el canticum aliquod in gratiarum actionem ; vel canite ei per gratiarum actiones.

Psallite Deo nostro in cithara, qui operit cœlum in nubibus, et præparat terræ pluviam : qui producit in montibus herbam et olera servituti hominum : qui dat pecoribus alimentum eorum. Tegit quidem Deus cœlum nubibus, ut pluat ; pluit autem ut herbam producat atque olera. Olera vero atque herbam producit, ut mitia simul atque immitia alat pecora, quæ herbis vescuntur. Dictum est autem in psalmo CIII : *Irrigans montes de cœnaculis tuis.* Quod si montes irrigat Deus, multo magis fructiferam terram irrigabit : et si irrationalium curam ac providentiam habet, multo magis rationalium habebit, propter quos irrationalia ipsa ab eo creata sunt. Quæ sequuntur in eodem similiter habentur psalmo, ibi : *Producens fenum pecoribus* [v].

Et pullis corvorum invocantibus eum. In eodem etiam psalmo dixit : *Omnia ad te exspectant, ut des illis cibum in tempore.* Sensus est, quod corvorum pullos qui parentum crudelitate ab eis derelicti (oderunt enim corvi proprios fœtus) clamant vehementer, et superne oscitant et cibum quærunt, quod hos, inquam, corvorum pullos Deus admirandum in modum alit : ad supremæ scilicet benignitatis et summæ providentiæ suæ demonstrationem. Auram etenim quamdam Deus in eorum ora demittit, per quam nutrimentum nescio quod ex aere congregatur, quo ad grandiorem usque ætatem nutriuntur. Invocant autem Christum, non quod intelligant quid agant, sed quia invocare vi-

Μέγας ὁ Κύριος ἡμῶν, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ. Ἐπειδὴ πρᾶγμα εἶπε μέγιστον, ὅτι τοσούτας μυριάδας πανταχοῦ διασπαρείσας ἐπισυνάξει, περὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ λοιπὸν διαλέγεται, θαρρεῖν παρασκευάζων καὶ πιστεύειν ἀνενδοιάστως.

Καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός. Μὴ ζήτει πῶς, καὶ τίνι τρόπῳ. Ὥσπερ γὰρ τῆς μεγαλοσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας, οὕτω καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός· οὗ δὲ καὶ ἡ μεγαλοσύνη καὶ ἡ σοφία ἄπειρος, περὶ τούτου μὴ ἀμφίβαλλε.

Ἀναλαμβάνων πραεῖς ὁ Κύριος. Ἀνακτώμενος, φέρων, διαβαστάζων, πατρικῶς τε καὶ κηδεμονικῶς

Ταπεινῶν δὲ ἁμαρτωλοὺς ἕως γῆς. Καθαιρῶν εἰς ἔδαφος, καταράσσων σφόδρα. Τοῦτο γὰρ ἐμφαίνει τὸ, ἕως γῆς. Πραεῖς μὲν οὖν λέγει τοὺς· ταπεινοὺς τῇ καρδίᾳ· ἁμαρτωλοὺς δὲ τοὺς ὑπερηφάνους, κατὰ τὸ, *Κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.*

Ἐξάρξατε τῷ Κυρίῳ ἐν ἐξομολογήσει. Ἐξάρξατε αὐτῷ ᾠδῆς δηλονότι, ἐν εὐχαριστίᾳ· ἢ, *ἐξάρξατε*, ἀντὶ τοῦ ἄρασθε αὐτῷ δι' εὐχαριστίας.

Ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν ἐν κιθάρᾳ· τῷ περιβάλλοντι τὸν οὐρανὸν ἐν νεφέλαις, τῷ ἑτοιμάζοντι τῇ γῇ ὑετόν, τῷ ἐξανατέλλοντι ἐν ὄρεσι χόρτον καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων, διδόντι τοῖς κτήνεσι τροφὴν αὐτῶν. Καλύπτει μὲν γὰρ τὸν οὐρανὸν ἐν νεφέλαις, ἵνα ὑετίσῃ· ὑετίζει δὲ, ἵνα χλόην καὶ χόρτον ἐξανατείλῃ· ἐξανατέλλει δὲ ταῦτα πρὸς τροφὴν τῶν ποηφάγων κτηνῶν ἡμέρων τε καὶ ἀνημέρων. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν τῷ ργ' ψαλμῷ· *Ποτίζων ὄρη ἐκ τῶν ὑπερῴων αὐτοῦ.* Εἰ δὲ τὰ ὄρη, πολλῷ μᾶλλον τὴν καρποφόρον γῆν· καὶ εἰ τῶν ἀλόγων τίθεται πρόνοιαν, πολλῷ μᾶλλον τῶν λογικῶν, δι' οὓς παρῆγε καὶ τὰ ἄλογα. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἐφεξῆς ἐρρήθη ἐν τῷ δηλωθέντι ψαλμῷ· *Ὁ ἐξανατέλλων χόρτον τοῖς κτήνεσι, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων.*

Καὶ τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν. Εἶπε καὶ ἐν τῷ ργ' ψαλμῷ· *Πάντα πρὸς σὲ προσδοκῶσι δοῦναι τὴν τροφὴν αὐτῶν εἰς εὔκαιρον* καὶ ζήτει ἐκεῖ· φυσικὸς δὲ ὁ λόγος· ὡς οἱ νεοσσοὶ τῶν κοράκων ἐγκαταλιμπανόμενοι διὰ ὠμότητα καὶ μισοτεκνίαν παρὰ τῶν γεγεννηκότων, κράζουσιν ἰσχέως, κεχηνότες ἄνω, καὶ ζητοῦντες τροφήν· οὓς ὁ Θεὸς ἀπορρήτως τρέφει, πρὸς ἔνδειξιν τῆς οἰκείας προνοίας, καὶ περὶ πάντα χρηστότητος, αὔρας τοῖς στόμασιν αὐτῶν ἐμπιπτούσης, βρῶσιν ἐξ ἀέρος τινὰ ἐπισπωμένοις. Ἐπικαλοῦνται δὲ τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς συνιέντες, ἀλλ' ὡς δοκοῦντες ἐπικαλεῖσθαι, καὶ ὡς τῆς κραυγῆς μιμουμένης δέησιν· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἰδικῶς τοὺ-

[u] Jac. IV, 6. [v] Psal. CIII, 13.

Digitized by Google

τους ἐνταῦθα μνημονεύει· νεοσσοὶ δὲ κοράκων ἀναγωγικῶς, οἱ ἐξ ἐθνῶν, τῶν ἀκάρπων καὶ μεμολυσμένων τὰς ψυχὰς τῷ ζόφῳ τῆς ἁμαρτίας, οἷς δίδωσι τροφὴν ὁ Θεὸς πνευματικήν τε καὶ μὴ ἀπολλυμένην· ἐπεὶ δὲ ἀσθενεῖς ἦσαν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ ὅπλων ἔρημοι, καὶ πάντων γεγυμνωμένοι, ἵνα μηδ' ἐντεῦθεν θορυβῶνται, καὶ ταύτην αὐτῶν θεραπεύει τὴν ὑποψίαν, λέγων ·

A dentur, et quia illorum clamor obsecrationem quamdam ac preces imitatur. Hac igitur de causa nunc corvorum specialiter meminit. Juxta anagogen : Corvorum pulli fideles populi sunt ex gentibus congregati, veluti qui immundi erant, et fœdatas peccati caligine olim animas habebant : quibus Deus spiritualem cibum præbet, et non percuntem. (Dicunt etiam aliqui, quod cum ille, qui summæ bonitatis est fons, justam Eliæ prophetæ in Judæos indignationem mollire cuperet, famem induxit, ut satietatis fructus castigaret : et illum præparavit nutriri a corvo, a volucre dico, proprii fœtus inimica, quæ parit quidem pullos, sed eos non nutrit (nutriuntur enim minutissimis quibusdam animalibus, quæ illorum nidos circumvolant) : ac hujusmodi facto, visus est consilium Eliæ præbere, ne nimia in Judæos indignatione uteretur, neve se inhumanum magis ostenderet, quam in eum vel illa avis fuerit, quæ tanto odio proprios persequitur filios). Quia vero Judæi, qui ex Babylonica reversi fuerant captivitate, debiles erant, ac sine armis, omnibusque aliis rebus denudati, timens Propheta ne idcirco animo perturbarentur, hanc eorum in sequentibus timoris suspicionem sanat, dicens :

Οὐκ ἐν τῇ δυναστείᾳ τοῦ ἵππου θελήσει, οὐδὲ B *ἐν ταῖς κνήμαις τοῦ ἀνδρὸς εὐδοκεῖ.* Θέλησιν καὶ εὐδοκίαν τὴν ἀρέσκειαν λέγει, καὶ αὖθις δυναστείαν καὶ κνήμας, τὴν δύναμιν. Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς βραχίοσι, τῶν χειρῶν, οὕτω καὶ ἐν ταῖς κνήμαις, τῶν ποδῶν ἡ περιουσία τῆς δυνάμεως· οὐκ ἐν τῇ δυνάμει, φησὶν, τοῦ ἵππου, ἢ τοῦ ἱππότου ἐναρεθήσεται, ἢ εὐδοκεῖ τὸ κράτος, ἀλλ' ἐν τίσιν, ἄκουσον.

Εὐδοκεῖ Κύριος ἐν τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν, καὶ ἐν τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Λοιπὸν οὖν, φόβον τοιοῦτον καὶ ἐλπίδα τοιαύτην κτησάμενοι, μὴ θορυβεῖσθε.

Vers. 10, 11. *Non in fortitudine equi volet, neque in tibiis viri complacet.* Per voluntatem et complacentiam, ipsum Dei beneplacitum intelligit, et rursus, per fortitudinem et per tibias, ipsas vires. Nam quemadmodum in brachiis vires manuum potissimum consistunt, ita in tibiis vires pedum. Non in equi aut equitis potentia, inquit, delectabitur ; sed in quibusnam delectetur audi.

Delectatur Dominus in timentibus eum, et in iis qui sperant in misericordia ejus. Restat igitur, ut parto hujusmodi timore ac spe, amplius non perturbemini.

Ἀλληλούϊα.

Alleluia.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΖ'.

PSALMUS CXLVII.

Αἴνεσις καὶ οὗτος ὑπὲρ τῶν ἀγαθῶν τῆς Ἱερουσαλήμ. C

Laudatorius est etiam hic psalmus, et gratiarum actiones continet pro bonis Jerusalem.

Ἔπαινει, Ἱερουσαλὴμ, τὸν Κύριον, αἶνει τὸν Θεόν σου, Σιών. Ἱερουσαλὴμ μὲν, ἡ οἰκοδομηθεῖσα πόλις· Σιὼν δὲ, τὸ ὄρος ἐφ' οὗ αὕτη ᾠκοδόμητο · ἀμφότερα δὲ τῆς αὐτῆς ὀνόματα.

Vers. 12. *Lauda, Jerusalem, Dominum, lauda Deum tuum, Sion.* Per Jerusalem quidem conditam ipsam civitatem intelligit ; per Sion vero, montem in quo erat ædificata.

Ὅτι ἐνίσχυσε τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν σου. Ὕμνει, φησὶν, αὐτόν· δόξαζε δὲ καὶ εὐχαρίστει, ὅτι ἐνεδυνάμωσεν τοὺς μοχλοὺς, τῶν πυλῶν σου, θεὶς αὐτοὺς ἀδιαρρήκτους τοῖς πολεμίοις. Εἶτα λέγει καὶ τὰς λοιπὰς εὐεργεσίας.

Vers. 13. *Quia fortificavit vectes portarum tuarum.* Lauda, inquit, Deum, et gratias ei age, quia portarum tuarum vectes adeo validos esse effecit, ut ab hostibus frangi nequeant. Deinde alia persequitur beneficia.

Εὐλόγησε τοὺς υἱούς σου ἐν σοί. Ἐχαρίτωσεν αὐτοὺς, εἰς πλῆθος, εἰς ἰσχὺν, εἰς σύνεσιν, εἰς πλοῦτον, καὶ τὸ μεῖζον, ὅτι ἐν σοὶ ὄντας, κατοικοῦντας ὁμοῦ· τὸ γὰρ *ἐν σοὶ*, ἀντὶ τοῦ, ὁμοῦ κατοικοῦνται. Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, *τί καλὸν ἢ τί* D *τερπνὸν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό.*

Benedixit filiis tuis in te. Tribuens tibi eos, et multos, et fortes, et sapientes, et divites, et, quod cæteris longe majus est, hi filii in te una omnes sunt. Nam quod dixit *in te*, idem sibi vult, ac si dixisset : Eos tibi tribuit una ac pariter in te habitantes. *Ecce* enim, inquit, *quid bonum, aut quid jucundum, quam habitare fratres in unum*[1].

Ὁ τιθεὶς τὰ ὅριά σου εἰρήνην. Ὁ πάντων τῶν ἐχθρῶν σου τὸν πόλεμον ἀπελάσας, ὁ τιθεὶς τὰ ὅριά σου εἰρηνεῦσαι· ἢ ὁ τιθεὶς εἰς τὰ ὅριά σου εἰρήνην.

Vers. 14. *Qui posuit fines tuos pacem.* Ab omnibus finibus tuis bellum removit. Unde regionis tuæ terminos effecit pacificos. Vel, qui posuit pacem in finibus tuis.

Καὶ στέαρ πυροῦ ἐμπιπλῶν σε. Οὐ σῖτον ἁπλῶς, ἀλλὰ πιμελὴν σίτου· λέγει δὲ τὴν σεμίδαλιν· αὕτη γὰρ, τὸ πιότατον καὶ καθαρώτατον τοῦ ἀλεύρου· καὶ οὐ διδοὺς ἁπλῶς, ἀλλ' ἐμπιπλῶν· ὅτι'

Et adipe frumenti replet te. Non frumento simpliciter, sed frumenti adipe. Ipsam autem siliginem intelligit, quæ pinguissima ac purissima est farinæ pars. Nec dare eum simpliciter dixit, sed re-

[1] Psal. xxxii, 1.

Digitized by Google

plere : quo sermone abundantiam pariter ac largitatem fructuum denotavit.

VERS. 15. *Qui emittit eloquium suum terræ.* Sicuti ei mos est, a privatis ad communia sermonem transfert, et rursus a communibus ad privata. Cum enim de particularibus dixerit beneficiis, quæ in ipsam sunt collata Jerusalem, nunc in universum de divina loquitur providentia, per eloquium mandatum Dei intelligens, de ferendis ac producendis fructibus.

Velociter currit sermo ejus. Mittente Deo eloquium suum, id est, jubente aliquid sermone, seu verbo suo, hujusmodi sermo velociter currit, hoc est, cito et quamprimum perficietur. Juxta anagogen vero : Jerusalem et Sion Ecclesia esse dicitur fidelium, ut alibi diximus. Portæ vero illius, baptisma et fides. Per earum etiam vectes sanctam intelligimus crucem. Benedixit autem Deus filiis ejus Ecclesiæ: hoc est, apostolis Christus. *Extollens* enim, inquit, *manus suas, benedixit eis*[a]; et per eos omnibus similiter benedixit, qui apostolicæ fidei successores fuerunt. Posuit etiam ejus Ecclesiæ fines, pacem : quia dum persecutorum pugnas constanter sustinet, vincendo postmodum pacem adipiscitur. Per frumenti vero adipem, spiritualis cibi puritatem ac munditiam intellige, et per eloquium quod terræ emissum est, prædicationem fidei, atque Evangelium, quod celeriter cursurum esse prædicit Propheta. Sed ne quis hujusmodi prophetiam impossibilem putaret, fidem sermoni facit sequentibus miraculis, ac si diceret : Numquid is qui tam de facili omnia hæc potuit perficere, imbecillis aut infirmus in illis existimabitur.

VERS. 16. *Qui dat nivem suam sicut lanam.* Adeo copiosam ac densam, ut brevi tempore universa ab ea contegatur terra, non secus atque a candida quadam lana.

Nebulam sicut cinerem spargit. Multam hanc quoque et similiter densam.

VERS. 17. *Mittit glaciem suam sicut buccellas.* Defertur etiam ejusmodi glacialis nix, parvis quibusdam buccellarum frustis persimilis. Quidam vero per glaciem, majorem grandinem intellexerunt.

Ante faciem frigoris ejus quis sustinebit? Hoc quoque admirabile est, et magnam Dei potentiam demonstrat : quomodo scilicet tam repente magnum adeo frigus fiat.

VERS. 18. *Emittet verbum suum, et liquefaciet ea.* Est et hoc aliud admirandum, quod ejus mandato nives et glacies statim liquescant.

Flabit spiritus ejus, et fluent aquæ. Per spiritum, ventum intelligit : austrum nimirum, aut notum. Tuto autem hoc sermone, Propheta illud nobis manifestum facere intendit, quod hæc omnia, quæ superius commemoravit, non fortuito, aut casu fiant, nec sponte sua, sed quod divinis ol tempe-

A ὧν ὁμοῦ τὴν εὐθηνίαν καὶ δαψίλειαν τῶν καρπῶν δηλοῖ.

Ὁ ἀποστέλλων τὸ λόγιον αὐτοῦ τῇ γῇ. Ὅπερ αὐτῷ σύνηθες ἀπὸ τῶν ἰδικῶν ἐπὶ τὰ κοινὰ μεταφέρειν τὸν λόγον, καὶ πάλιν ἀπὸ τῶν κοινῶν ἐπὶ τὰ ἰδιάζοντα, τοῦτο κἀνταῦθα ποιεῖ· εἰπὼν περὶ τῶν μερικῶν εὐεργεσιῶν τῆς Ἱερουσαλήμ, νῦν λέγει καὶ περὶ τῆς καθόλου προνοίας, λόγιον καλῶν τὸ περὶ τοῦ καρποφορεῖν πρόσταγμα.

Ἕως τάχους δραμεῖται ὁ λόγος αὐτοῦ. Ἀποστέλλοντος αὐτοῦ τὸ λόγιον, ἤτοι κελεύοντος, ὁ τοιοῦτος λόγος ἕως τάχους δραμεῖται, τουτέστι, ταχέως δραμεῖται, παραυτίκα τελεσιουργηθήσεται. Κατὰ δὲ ἀναγωγήν, Ἱερουσαλὴμ καὶ Σιών, ἡ Ἐκκλησία τῶν πιστῶν, καθὼς πολλάκις εἰρήκαμεν· πύλαι δὲ αὐτῆς ἡ πίστις καὶ τὸ βάπτισμα· μοχλοὶ δὲ αὐτῶν, ὁ σταυρός· εὐλόγησε δὲ αὐτοὺς υἱοὺς αὐτῆς, τοὺς ἀποστόλους ὁ Χριστός. *Ἐπάρας*, φησὶν, *τὰς χεῖρας αὐτοῦ ηὐλόγησεν αὐτούς*, καὶ δι' αὐτῶν πάντας τοὺς ἐξ αὐτῶν. Τέθεικε δὲ καὶ τὰ ὅρια αὐτῆς εἰρήνην, ὅτι καὶ πολεμούμενος εἰρήνην ἄγει ἐν τῷ νικᾷν· στέαρ δὲ πυροῦ, ἡ τῆς πνευματικῆς τροφῆς πιότης καὶ καθαρότης· ἀποστελλόμενον δὲ ἐν τῇ γῇ τὸ λόγιον, τὸ κήρυγμα τῆς εὐσεβείας καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, ὃ καὶ ταχέως δραμεῖσθαι προεφήτευσεν ὁ Δαβίδ. Ἵνα δὲ μήτις νοήσῃ ἀδύνατα τὰ τῆς προφητείας, πιστοῦται ταῦτα διὰ τῶν ἑφεξῆς· θαυμασίων, μονονουχὶ διδάσκων, ὡς ὁ ταῦτα ῥᾳδίως ἰσχύων οὐδ' ἐπ' ἐκείνοις ἀδυνατήσει.

B

Διδόντος χιόνα αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον. Οὕτω πολλὴν καὶ οὕτως ἀθρόαν, ὡς ἐν βραχεῖ πᾶσαν καλύπτεσθαι τὴν γῆν, ὡς ὑπό τινος ἐρίου λευκοῦ.

C

Ὁμίχλην ὡσεὶ σποδὸν πάσσοντος. Πολλὴν καὶ ἀθρόαν καὶ ταύτην.

Βάλλοντος κρύσταλλον αὐτοῦ, ὡσεὶ ψωμούς. Καταφέρεται γὰρ καὶ τοιαύτη κρυσταλλώδης χιὼν, δοραχέσι κέρασι ψωμῶν ἐοικυῖα. Τινὲς δὲ καὶ τὴν μεγάλην χάλαζαν ἐνόησαν.

Κατὰ πρόσωπον ψύχους αὐτοῦ τίς ὑποστήσεται; Καὶ τοῦτο γὰρ θαυμαστὸν, καὶ μεγάλης δυνάμεως ἀπόδειξις· πῶς αἰφνίδιον τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον ψύχος.

D

Ἐξαποστελεῖ τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ τήξει αὐτά. Ἕτερον τοῦτο παράδοξον· πῶς τῷ προστάγματι αὐτοῦ, τήκεται καὶ ἡ χιὼν, καὶ ὁ κρύσταλλος.

Πνεύσει τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ῥυήσεται ὕδατα. Τὸν νότον λέγει. Δείκνυσι δὲ διὰ πάντων, ὡς οὐ ταυτόματα γίνεται ταῦτα, πάντα δὲ τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ πειθαρχεῖ, καὶ ῥᾳδίως μεταβάλλεται· νῦν μὲν ἐξ ὕδατος εἰς χιόνα καὶ κρύσταλλον· νῦν δ' ἀπὸ τούτων, εἰς ὕδωρ· καὶ ἄρτι μὲν ἀπὸ θέρμης εἰς

[a] Luc. XXIV, 50.

Digitized by Google

ψύχος· ἀπὸ δὲ τούτου εἰς θέρμην· ὥστε οὐκ ἄπιστον ἐκ πειρασμῶν γενέσθαι ταχεῖαν ἄνεσιν, καὶ ἐκ πολέμων ἀθρόαν εἰρήνην, καὶ ἀπὸ συμφορῶν καὶ θλίψεων, αἰφνίδιον μεταβολὴν καὶ χαράν. Αἰνίττεται δὲ τὰ ῥηθέντα καί τι βαθύτερον· ὅτι καθάπερ τὰ τοῦ χειμῶνος εἰ καὶ λυποῦντα, ὅμως χρησιμεύει τῇ γῇ, οὕτω καὶ τὰ τῶν πειρασμῶν εἰς καιρὸν ὠφελοῦντα, πάλιν οἰκονομικῶς μεταβάλλονται· τοῦτο μὲν παιδεύοντα, τοῦτο δὲ ψυχαγωγοῦντα, πρὸς τὸ λυσιτελοῦν ἑκατέρωθεν. Εἶτα πάλιν ἀπὸ τῶν κοινῶν ἐπὶ τὰ ἰδιάζοντα μετάγει τὸν λόγον, ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται.

A rant mandatis : atque ideo de facili commutantur, nunc quidem ex aqua in nivem, aut glaciem, nunc vero ex his in aquam : item modo a calore ad frigus, modo ad calorem a frigore. Quocirca non difficile est, ut credamus brevi futuram esse etiam tentationum ac calamitatum dissolutionem et finem, ac demum ex ardentissimo bello maximam pacem : similiter et calamitates atque afflictiones cito esse in gaudium convertendas. Significare etiam videntur superiora nescio quid profundius : et quod quemadmodum hibernum tempus, tametsi ipsum per sese molestissimum sit, terræ tamen utilissimum est, sic et præsentis sæculi tentationes valde prosunt, tametsi multas secum afferant molestias : et dum divina dispensatione commutantur, partim castigant, et partim afferunt solamen; utrumque tamen ex re nostra, atque ad humanum commodum. Deinde a communibus rursum ad particularia sermonem convertit, ut superius declaratum est.

Ὁ ἀπαγγέλλων τὸ λόγιον αὐτοῦ τῷ Ἰακώβ. Ἀρχόμενος μὲν τοῦ ψαλμοῦ, περὶ τῶν αἰσθητῶν διεξέρχεται, καὶ σῶμα ὠφελούντων, οἷον ἀσφαλείας, εὐανδρίας, εἰρήνης, καὶ εὐθηνίας. Ἐνταῦθα δὲ περὶ τῶν ὑψηλοτέρων καὶ ψυχὴν ῥυθμιζόντων, τὸν περὶ τῆς νομοθεσίας λόγον εἰσάγων ἐστίν· ἐκ τούτων τε κἀκείνων διεγείρων τὸν λαὸν εἰς ὑμνολογίαν καὶ ἀγάπην Θεοῦ, τοιαῦτα καὶ τούτους εὐεργετοῦντος. Ὁ ἀναγγέλλων, φησὶν, τὸ πρόσταγμα αὐτοῦ τοῖς Ἰσραηλίταις. Ὁ διδάσκων, ὁ γνωρίζων αὐτοῖς· αὐτὸς *Ἐγνώρισε* γὰρ, φησὶν, *τῷ Μωϋσῇ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ· τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τὰ θελήματα αὐτοῦ.* Σαφηνίζων δὲ τὸν λόγον, ἐπήγαγε·

B

Δικαιώματα καὶ κρίματα αὐτοῦ τῷ Ἰσραήλ. Ὁ προλαβὼν εἶπε λόγιον, τοῦτο λέγει νῦν δικαιώματα καὶ κρίματα.

C

Οὐκ ἐποίησεν οὕτω παντὶ ἔθνει. Οὐδενὶ ἔθνει.

Καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ οὐκ ἐδήλωσεν αὐτοῖς. Οὐκ ἐποίησέ τινι ἔθνει τοσαῦτα· καὶ τὰ προστάγματα καὶ τὰ θελήματα αὐτοῦ οὐκ ἐδήλωσε τοῖς ἔθνεσιν, εἰ μὴ μόνοις τούτοις· τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἔθνεσι τὸν φυσικὸν ἐνέθηκε νόμον, τὸν ἀπὸ τοῦ συνειδότος, καθ' ὃν καὶ κρίνων αὐτοὺς κολάζει· τοῖς Ἰραηλίταις δὲ μετὰ τοῦ φυσικοῦ, δέδωκε τὸν γραπτὸν, δηλοῦντα τὰ κρίματα αὐτοῦ· διὸ καὶ βαρύτερον κρίνονται· καὶ γὰρ ἡ πολλὴ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία πολλῆς συγκαταβάσεως τοῖς ἐρῥᾳθυμηκόσι γίνεται.

Vers. 19. *Qui annuntiat eloquium suum Jacob.* In psalmi principio de sensibilibus beneficiis et corpori utilibus tractavit, veluti de civitatis tutela, de prolis fecunditate, de pace, de abundantia : nunc autem de sublimioribus bonis pertractat et animam ipsam ornantibus : per hæc scilicet atque illa populum excitans ad laudem atque ad dilectionem Dei, qui hujusmodi eis beneficia contulit. Qui annuntiat, inquit, mandatum suum Israelitico populo, illudque eos docet, ac notum eis facit : *Notas* enim, inquit, *fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas* [16]. Quod magis etiam declarans, addidit :

Justificationes et judicia sua Israel. Quod superius eloquium dixit, hoc nunc justificatione sappellat et judicia.

Vers. 20. *Non fecit sic omni nationi.* Nulli nationi sic fecit.

Et judicia sua non manifestavit eis. Tanta ac talia beneficia alieni nationi non contulit. Quippe qui mandata, aut voluntates suas gentibus non manifestavit, sed Judæis tantum. Aliis enim gentibus naturæ tantum legem præstitit, quæ a conscientia nascitur, juxta quam eos etiam judicat et punit, populo vero Israel una cum naturali lege scriptam tradidit, quæ divina judicia declarabat : atque ideo ipsi magis punientur. Multa siquidem Dei misericordia majoris condemnationis causa negligenti ac contemptori efficitur.

Ἀλληλούϊα.

Alleluia.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΗ'.

PSALMUS CXLVIII.

Ἔθος τοῖς ἁγίοις διὰ πολλὴν εὐγνωμοσύνην, ἐπειδὴν μέλλωσιν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, πολλοὺς καλεῖν κοινωνοὺς, καὶ παρακαλεῖν συνεφάπτεσθαι τῆς καλῆς ταύτης λειτουργίας αὐτοῖς· τοῦτο καὶ οἱ τρεῖς παῖδες πεποιήκασι, τὴν κτίσιν ἅπασαν, ἡνίκα ἦσαν ἐν τῇ καμίνῳ, πρὸς τὴν εὐφημίαν τῆς ὑπὲρ αὐτῶν εὐεργεσίας, καὶ τὴν ὑμνῳδίαν τοῦ Δεσπότου καλέσαντες. Τοῦτο καὶ οὗτος ἐνταῦθα ποιεῖ· ἑκάτερον κόσμον συμπεριλαμβάνων, τὸν ἄνω, τὸν κάτω, τὸν νοητὸν, τὸν αἰσθητόν· οἵτε γὰρ οὐκ ὄντες πρὸς

Consueverunt sancti viri, ob summam animi gratitudinem, quando gratias Deo acturi sunt, multos laudationis participes advocare, rogareque, ut pulchrum atque honestum hujuscemodi laudationis officium secum assumant : quemadmodum et tres illi sancti pueri fecerunt, cum essent in camino, universam creaturam pro collatis in se beneficiis advocantes, ut Deo benediceret. Hoc in præsentia facit etiam Propheta noster, utrumque mundum complexus, superiorem scilicet atque

[16] Num. xx, 10, 11

Digitized by Google

inferiorem, intellectualem et materialem, atque, ut ita dicam, sensibilem. Nam veluti per se soli, ad benedictionem et laudem divinam idonei non sint, omnia sermone suo circumeunt elementa, omnesque ad Creatoris gloriam creaturas advocant. Possumus etiam dicere quod Propheta hoc sermone aliud quoddam profundius voluit significare: docere nimirum, quod creaturarum omnium unus sit atque idem Creator, et eos reprimere, qui duos esse opifices dicebant, alterum nimirum intellectualis, alterum vero materialis creaturæ. Etenim ne ex operum diversitate varios quis opinaretur esse creatores, unum ex utroque hoc creaturarum genere chorum statuit, atque unam complicat laudationem, uni atque soli Deo.

A τὴν εὐφημίαν ἱκανοὶ, περιέρχονται τῷ λόγῳ πάντα, καλοῦντες εἰς ὑμνολογίαν τοῦ Κτίσαντος. Καὶ ἕτερον δὲ βαθύτερον ἐκ τούτων κατασκευάζει, δεικνὺς ἕνα ποιητὴν ἑκατέρας κτίσεως, καὶ σαφῶς ἐπιστομίζων τοὺς λέγοντας δύο δημιουργούς· ἕτερον μὲν τῆς νοητῆς, ἕτερον δὲ τῆς αἰσθητῆς. Ἵνα γὰρ μή τις ἐκ τῆς διαφορᾶς τῶν ἔργων διαφόρους ὑπολάβοι, ἕνα χορὸν ἵστησιν ἐξ ἁπάντων, καὶ μίαν ὑμνῳδίαν πλέκει τῷ ἑνὶ μόνῳ Θεῷ.

Vers. 1. *Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis.* Ex cœlis quidem, hoc est, ex primo atque ex secundo cœlo, ad divinam laudem angelos vocat, et stellas, et omnia quæ in cœlis sunt: et deinde paulo post, ex terra dracones advocat, atque alia, ut in sequentibus, et demum in hominibus sermonem perficit. Puto autem idem voluisse eum significare, quando ait: *Laudate Dominum de cœlis*, quod significavit, quando dixit: *Laudate eum in excelsis.* Deinde connumerat quosnam de cœlis, aut quosnam ex excelsis partibus advocet.

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις. Ἐκ μὲν τῶν οὐρανῶν, τοῦ τε πρώτου καὶ τοῦ δευτέρου, καλεῖ πρὸς αἴνεσιν τοῦ Κυρίου τοὺς ἀγγέλους, τοὺς ἀστέρας, καὶ ὅσα τὰ κατ' οὐρανούς· ἐκ δὲ τῆς γῆς προϊὼν, καλεῖ τοὺς δράκοντας, καὶ τὰ ἑφεξῆς, καὶ καταλύει τὸν λόγον εἰς τοὺς ἀνθρώπους· ταυτὸν δὲ τὸ, *ἐκ τῶν οὐρανῶν*, τῷ *ἐν τοῖς ὑψίστοις.* Εἶτα λέγει τίνας ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐν τοῖς ὑψίστοις μέρεσι καλεῖ.

Vers. 2. *Laudate eum, omnes angeli ejus, laudate eum, omnes virtutes ejus.* Cumque de angelorum ordine dixerit, collectim addidit de cæteris omnibus ordinibus, Virtutes, seu potentias eos appellans. Vel per angelos et per Virtutes, universos illorum ordines significavit: alterum quidem, quia divina annuntiant mandata (angelus siquidem *nuntius* interpretatur); alterum vero, quia jussa sibi a Deo possunt perficere: *Potentes* enim, inquit, *viribus, ut faciant verbum ejus* [9].

Αἰνεῖτε αὐτὸν, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ· αἰνεῖτε αὐτὸν, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. Εἰπὼν περὶ τοῦ ἀγγελικοῦ τάγματος, ἐπήγαγε συλληπτικῶς καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ταγμάτων, Δυνάμεις αὐτὰ καλέσας· ἢ τὰ ὅλα τάγματα καλεῖ Δυνάμεις καὶ ἀγγέλους· τὸ μὲν ὅτι τὰ θεῖα διαγγέλλουσι ῥήματα, τὸ δὲ ὅτι δύνανται τὰ ἐπιταττόμενα τελεῖν· *δυνατοὶ* γάρ, φησὶν, *ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ.*

Vers. 3. *Laudate eum, sol et luna, laudate eum, stellæ et lux.* Hæc secundi sunt cœli, hoc est, firmamenti. Per solem igitur lunamque, et stellas, ipsa organa intelliges, quæ lucem suscipiunt; per lucem vero, eam lucem, quæ organa illa illuminat, atque in ea divisa est. Vel, per solem, lunam et stellas, creaturas eas intelligit, quæ quarta die a Deo conditæ sunt; per lucem vero immensam illam lucem, quæ prima creationis die a Deo facta est. Verum si quæris, quomodo hæc, aut reliqua hujusmodi elementa, Deum laudatura sint, cum voce careant, cum mentem aut animum non habeant, dic, quod tres modi sunt, quibus laudari ac glorificari Deus potest: per vocem nimirum, quemadmodum Moyses fecit, simul cum sorore Maria laudans, et dicens: *Cantemus Domino, gloriose enim glorificatus est* [10]; item per aspectum, seu præsentiam, juxta illud: *Cœli enarrant gloriam Dei*, de quo diximus in psalmo XVIII; tertio per vitam et conversationem nostram, juxta quod dictum est: *Ut videant bona opera vestra, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est* [11]. Laudant igitur Deum ipsa etiam inanimata atque irrationalia, sua nimirum magnitudine, pulchritudine, situ, utilitate,

Αἰνεῖτε αὐτὸν, ἥλιος καὶ σελήνη· αἰνεῖτε αὐτὸν, πάντα τὰ ἄστρα καὶ τὸ φῶς. Ταῦτα τοῦ δευτέρου οὐρανοῦ, ἤτοι τοῦ στερεώματος. Ἥλιον μὲν οὖν, καὶ σελήνην, καὶ ἄστρα, τὰ φωτοδόχα τούτων ὄργανα, νοήσεις· φῶς δὲ, τὸ καταμερισθὲν εἰς αὐτά. Ἢ ταῦτα μὲν, τὰ ἐν τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ κτισθέντα· φῶς δὲ, τὸ γεγονὸς ἐν τῇ πρώτῃ, τὸ ἄσχετον. Ἀλλὰ πῶς αἰνέσουσι ταῦτά τε καὶ τὰ ἑξῆς, φωνὴν οὐκ ἔχοντα, οὐ γλῶτταν, οὐ λογισμὸν, οὐ ψυχήν; Τρεῖς δὲ τρόποι δοξολογίας· διὰ φωνῆς, ὡς Μωϋσῆς ἐδόξασε μετὰ τῆς Μαρίας αἰνῶν καὶ λέγων· Ἄσωμεν τῷ *Κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται· ὁ δι' ὄψεως*, ὡς, *Οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ*, περὶ οὗ διελάβομεν ἐν τῷ ιη' ψαλμῷ· καὶ ὁ διὰ βίου καὶ ἔργων· Ὅπως γὰρ, φησὶν, *ἴδωσι τὰ ἔργα ὑμῶν τὰ καλὰ, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Αἰνεῖτε γοῦν τὸν Θεὸν, καὶ τὰ ἄλογα καὶ ἄψυχα, τῷ μεγέθει, τῷ κάλλει, τῇ θέσει, τῇ χρείᾳ, τῇ διακονίᾳ, τῇ διαμονῇ, καὶ τοῖς τοιούτοις, τὸν θεατὴν εἰς θαῦμα καὶ εὐφημίαν τοῦ πεποιηκότος ἐνάγοντα, καὶ τῇ γλώττῃ ταύτῃ πρὸς ὑμνολογίαν χρώμενα. Κατὰ γὰρ τὸν Θεολόγον Γρηγόριον, πάντα Θεὸν ὑμνεῖ καὶ δοξάζει φωναῖς ἀλαλήτοις. Ἐπὶ πᾶσι γὰρ εὐχαριστεῖται δι' ἐμοῦ Θεός· καὶ οὕτως ὁ ἐκεῖ-

[9] Psal. CII, 20. [10] Exod. XV, 1. [11] Matth. V, 16.

Digitized by Google

νων ὕμνος ἡμέτερος γίνεται, παρ' ὧν ἐγὼ τὸ ὑμνεῖν λαμβάνω.

A ministerio, perseverantia, atque aliis similibus modis : et spectatorem in admirationem, atque ad laudem Factoris movent, unde spectatoris lingua ad Dei laudem utuntur. Omnia enim, ut, inquit, Gregorius Theologus, Deum laudant, inenarrabilibusque et mutis etiam, ut ita dicam, vocibus Deum glorificant. Pro his omnibus etenim, inquit, gratiæ a me aguntur Deo : atque hoc pacto illorum laus, qua Deum laudant, mea efficitur, dum ab illis ego laudandi occasionem accipio.

Αἰνεῖτε αὐτόν, οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπὲρ ἄνω τῶν οὐρανῶν, αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα Κυρίου. Εἴρηται διαφόρως, ὅτι ἔθος τῇ τῶν Ἑβραίων φωνῇ, τὰ ἑνικὰ πληθυντικῶς ἐκφέρειν. Οὐρανοὺς οὖν οὐρανῶν, τὸν *οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ* καλεῖ· δηλαδὴ τὸν πρῶτον· ἄλλαχοῦ γάρ φησιν, *Ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ Κυρίῳ*· καὶ τὸ *αἰνείτω* δὲ, καὶ τὸ *αἰνεσάτωσαν*, τοιαῦτα νῦν εἰσι πληθυντικά, ἀντὶ ἑνικῶν. Ὕδωρ δὲ ὑπὲρ ἄνω τοῦ οὐρανοῦ, τὸ ὑπὲρ ἄνω τοῦ στερεώματος· πῶς δὲ αἰνεῖ ὁ πρῶτος οὐρανὸς ἀθέατος ὤν, εἴρηται ἐν τῷ ιη' ψαλμῷ· ἔνθα τὸ, *Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ*. Εἰ δ' ὁ ἀθέατος ὑμνεῖ, πρόδηλον ὅτι πολλῷ μᾶλλον ὁ θεατός.

VERS. 4. *Laudate eum cœli cœlorum, et aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini.* Jam sæpe diximus Hebraicum esse idioma, ut quæ singulari sermone efferenda essent, dicantur plurali. Cœlos enim cœlorum dixit, pro *cœlum cœli*; primum nimirum cœlum, de quo alibi dictum est : *Cœlum cœli Domino* [12] ; unde et verba illa : *Laudate et laudent*, plurala sunt pro singularibus. Per aquam vero quam supra cœlos esse dicit, eam intellige, B quæ est supra firmamentum. Quomodo vero primum cœlum, cum non videatur, laudare Deum possit, diximus in psalmo XVIII, ibi : *Cœli enarrant gloriam Dei.* Quod si ipsum invisibile cœlum Deum laudat, multo magis ab eo laudari par est, quod dicitur visibile.

Ὅτι αὐτὸς εἶπε καὶ ἐγενήθησαν. Διὰ τοῦ, εἶπε, δύο ταῦτα ἐνέφηνεν, οὐ μόνον ὅτι μὴ ὄντα παρήγαγεν, ἀλλ' ὅτι καὶ μετὰ πολλῆς εὐκολίας. Ὥσπερ γάρ σοι τὸ ποιεῖν εὔκολον, οὕτως τῷ Θεῷ τὸ ποιῆσαι οὐκ ὄντα· μᾶλλον δὲ πολλῷ πλέον· οὐδὲ γὰρ δυνατὸν παραστῆσαι τῆς εὐκολίας τὴν ὑπερβολήν.

VERS. 5. *Quoniam ipse dixit et facta sunt.* Hoc sermone Propheta duo hæc nobis demonstrare voluit, quod et creavit Deus ea quæ antea non erant, et quod multa cum facilitate id fecit, dum dixisse tantum eum dixit, et facta esse. Ac si dixisset : Quemadmodum tibi facile est aliquid dicere, ita et Deo facile est ea creare quæ non sunt. Quinimo et multo facilius id potest. Neque enim possibile est divinæ facilitatis magnitudinem demonstrare.

Αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν. Τὸ αὐτὸ λέγει πάλιν, ὡς εἴωθε πολλάκις ποιεῖν. Γέγραπται γὰρ ἐν τῇ βίβλῳ τῆς Γενέσεως· *Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο*, καὶ τὰ ἑξῆς ὁμοίως.

C *Ipse mandavit et creata sunt.* Eamdem more suo Propheta repetit sententiam. Scriptum est autem in libro Genesis : *Et dixit Deus, fiat lux, et facta est* [13] ; et reliqua simili ratione ac modo.

Ἔστησεν αὐτὰ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ἡδραίωσεν αὐτὰ κατά τε τὴν τάξιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, καὶ τὴν χρείαν, ἀμετακίνητα δι' αἰῶνος, μὴ παραβαίνοντα τοὺς ὅρους τῆς φύσεως.

VERS. 6. *Statuit ea in sæculum, et in sæculum sæculi.* Stabilivit ea, ordine nimirum, operatione atque utilitate, ut immobilia essent, ac sæculum et naturæ terminos non transgrederentur.

Πρόσταγμα ἔθετο, καὶ οὐ παρελεύσονται. Καὶ τοῦτο τὴν εὐκολίαν τῆς συνοχῆς καὶ διακρατήσεως αὐτῶν ἐμφαίνει. Ἔθετο, φησὶν, αὐτοῖς πρόσταγμα τὸν ὅρον, καὶ οὐ παρελεύσονται τοῦτο, καθάπερ δοῦλα μὴ τολμῶντα παρεξελθεῖν τὸ προστάγμα τοῦ δεσπότου.

Præceptum posuit, et non præteribunt. Hæc verba etiam facilitatem demonstrant, qua hujuscemodi elementa atque creaturæ in esse a Deo producta sunt, et qua deinceps conservantur et perseverant. Posuit enim, inquit, eis mandatum de terminis eorum, quod nunquam præteribunt, non secus D atque servi, qui transgredi non audent dominorum præcepta. *Omnia* enim, inquit alibi, *serviunt tibi* [14].

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῆς γῆς, δράκοντες, καὶ πᾶσαι ἄβυσσοι. Δράκοντας μὲν τὰ κτήνη λέγει νῦν, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ, *Δράκων*, φησὶν, *οὗτος ὃν ἔπλασας*· ἀβύσσους δὲ, τὰ πελάγη· Ὅταν γὰρ ἴδοι τις τοῦ κήτους τὸ μέγεθος, καὶ τὴν σύμπηξιν τοῦ σώματος, ἣν ἐν τῷ Ἰὼβ ἡ Γραφὴ μετὰ πλείονος διηγεῖται σαφηνείας, πῶς οὐ σφόδρα θαυμάσας, ὑμνήσῃ τὸν δημιουργήσαντα τηλικαῦτα ζῶα, καὶ χωρία τούτοις τὰ ἄπλητα πελάγη ἀποκληρώσαντα· καὶ μὴ συγχωροῦντα τῶν οἰκείων ἐκτρέχειν ὅρων, εἴτε πρὸς γῆν, εἴτε πρὸς τὰ πλεόμενα μέρη· μὴ δὲ

VERS. 7. *Laudate Dominum de terra, dracones et omnes abyssi.* Per dracones hoc in loco ipsa cete intelligit, quemadmodum et alibi, quando ait : *Draco iste quem formasti ei* [15]. Per abyssos vero ipsa significat maria. Quoties enim, inquit, videris cetæ magnitudinem, et corporis illius compactionem, quam apud beatum Job Scriptura plenius atque apertius describit, quomodo non admirabundus tantorum animantium Creatorem laudabis? qui innavigabiles maris sinus ac regiones, pro illorum habitatione eis tradidit, nec ea sinit statutos

[12] Psal. cxiii, 16. [13] Gen. i, 3. [14] Psal. cxviii, 91. [15] Psal. ciii, 26.

Digitized by Google

prætergredi terminos, nec ad terram, aut ad navigabiles maris partis excurrere? ne naves scilicet aut alia piscium genera ab illis vastarentur. Verum neque hoc tantum admiratione dignum est, sed et ipsum mare, non mediocrem admirationis divinæ potentiæ occasionem præbet. Quomodo scilicet cum tantam aquarum copiam habeat, et ventorum vi impellatur, atque horribiliter ebulliat, et furore pene quodam feratur, proprios tamen terminos non transgreditur, neque audet vicinam terram demergere, sed Domini mandatum observat : et quanquam instabilem ac nullo ordine constantem naturam habeat, ordinem tamen suum perpetuo conservat. Hæc si animo revolveris, divinam sapientiam, potentiam, atque administrationem vere admiraberis et maximam laudum occasionem assumes, quas in honorem Dei complices atque contexas

A λυμαίνεσθαι μὴ μόνον τοῖς πλοίοις, ἀλλὰ μὴ δὲ τοῖς γένεσι τῶν ἰχθύων; Οὐ τοῦτο δὲ μόνον ἄξιον θαυμάζειν, ἀλλὰ καὶ τὴν θάλασσαν· πῶς τοσοῦτον πλῆθος ὑδάτων ἔχουσα, καὶ ταῖς βίαις τῶν ἀνέμων ἐλαυνομένη, καὶ φοβερῶς ἀναβρασσομένη καὶ στροβουμένη, καὶ μαινομένη, τοὺς ἰδίους ὅρους οὐχ ὑπερβαίνει, οὐδὲ τὴν γείτονα γῆν ἐπικλύζειν τολμᾷ, τὸ πρόσταγμα τοῦ Δεσπότου φυλάττουσα, καὶ φύσιν ἄστατον καὶ ἄτακτον ἔχουσα, τὴν εὐταξίαν τηρεῖ. Ταῦτα τοίνυν ἀναλογιζόμενος θαυμάσεις ὄντως τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν δύναμιν, τὴν οἰκονομίαν, καὶ ὕμνον ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἄλλων, οὕτω κἀντεῦθεν ὑφανεῖς αὐτῷ.

Vers. 8. *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellæ, facientia verbum ejus.* Ministrantia scilicet atque inservientia ad hominum utilitatem, propter divinum mandatum : non quod fortuito, aut casu, id faciant, aut sponte sua. Per ignem vero, hoc in loco, ipsum fulgur intelligit.

B *Πῦρ, χάλαζα, χιών, κρύσταλλος, πνεῦμα καταιγίδος, τὰ ποιοῦντα τὸν λόγον αὐτοῦ.* Τὰ διακονοῦντα τὰ προστάγματα αὐτοῦ πρὸς τὸ λυσιτελοῦν ἀνθρώποις, καὶ μὴ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε γινόμενα· πῦρ δὲ νῦν λέγει τὴν ἀστραπήν

Vers. 9, 10. *Montes et omnes colles, ligna fructifera, et omnes cedri, feræ, et universa pecora, reptilia, et volucres alatæ.* Quoniam ea omnia quæ jucunda atque utilia sunt, manifestam atque apertam suam administrationem et divinam laudem ostendunt, in tristioribus ac severioribus immoratur, dicens : *Ignis, grando,* etc.; quibus etiam ea adjungit, quæ minus utilia videri poterant, dicens : *Montes et omnes colles, ligna fructifera et omnes cedri;* quibus insuper ea addit, quæ noxia existimantur, dicens : *Feræ et reptilia,* ex omni nimirum parte divinam plene providentiam demonstrans, ac docens quod etiam hæc omnia admiranda atque utilia sunt, et rationem habent, quare a Deo in esse adducta sint : tametsi id a nobis fortasse non percipiatur, vel difficile percipiatur. Fulgur etenim pluviæ signum est, et sæpenumero etiam ventorum. Grando autem nix et glacies, ad terræ cultum utilia sunt. Spiritus vero procellæ, aliquando quidem nubes dissolvit, aliquando vero etiam adducit : utrumque tamen ad nostrum commodum, tametsi ob ignorantiam nostram nobis plerumque secus videatur. Cedri quoque per quas veluti majores arbores, omnes aliæ infructuosæ comprehensæ sunt, ad domorum ædificationem, et navium constructionem, commodissimæ sunt et necessariæ : nihilque omnino superfluum est, aut fortuito factum. Leones præterea, pardi, elephanti, unicornes, rhinocerotes, atque alia hujusmodi, et reptilia, qualia sunt dracones, serpentes et scorpiones et reliqua, non mediocrem utilitatem ad humanam vitam afferunt. Timorum enim nobis Deus per ea præstat, et moderatiores fieri præparat, ac magis sollicitos, et primi parentis delictum in memoriam revocat : propter quod universa hæc immitia anomalia servitutem illam a se excusserunt, quam in

C *Τὰ ὄρη, καὶ πάντες οἱ βουνοί, ξύλα καρποφόρα, καὶ πᾶσαι κέδροι· τὰ θηρία, καὶ πάντα τὰ κτήνη, ἑρπετὰ, καὶ πετεινὰ πτερωτά.* Ἐπεὶ τὰ τερπνότερα, καὶ χρησιμώτερα, καὶ ὠφελιμώτερα πρόδηλον ἔχουσι τὸν θαυμασμὸν καὶ τὸν ἔπαινον, ἐνδιατρίβει πλέον τοῖς λυπηροτέροις, λέγων, *Πῦρ, χάλαζα,* καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ τοῖς δοκοῦσιν ἀχρηστοτέροις λέγων· *Τὰ ὄρη καὶ πάντες οἱ βουνοί, ξύλα καρποφόρα, καὶ πᾶσαι κέδροι·* καὶ τοῖς βλαβερωτέροις λέγων· *Τὰ θηρία καὶ ἑρπετά·* δεικνύων ἐκ περιουσίας τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν, καὶ διδάσκων ὅτι καὶ πάντα ταῦτα θαυμαστὰ, καὶ χρεώδη, καὶ λόγον ἔχοντα τῆς εἰς τὸ εἶναι παραγωγῆς· εἰ καὶ ἡμῖν ἴσως ἀκατάληπτον, ἢ δυσκατάληπτον. Καὶ ἀστραπὴ μὲν γὰρ, ὑετοῦ σημεῖον, ἢ καὶ πολλάκις ἀνέμου· χάλαζα δὲ, καὶ χιὼν, καὶ κρύσταλλος, εἰς γεωργίαν ἐπιτήδεια. Τὸ πνεῦμα δὲ τῆς καταιγίδος ποτὲ μὲν ἀπελαύνει τὰ νέφη, ποτὲ δὲ συνάγει, καὶ τοῦτο δὲ κἀκεῖνο, πρὸς τὸ λυσιτελοῦν, εἰ καὶ ἡμῖν οὐχ οὕτω δοκεῖ, δι' ἄγνοιαν. Τὰ ὄρη δὲ, καὶ αἱ κέδροι, δι' ὧν κέδρων ὡς μειζόνων, πάντα τὰ ἄκαρπα δένδρα συμπαρελήφθησαν εἰς οἰκοδομὴν, καὶ ναυπηγίαν χρησιμεύουσι, καὶ οὐδὲν ὅλως περιττόν· οὐδ' D ὡς ἔτυχε γινόμενον. Λέοντες, καὶ παρδάλεις, καὶ ἐλέφαντες, καὶ μονοκέρωτες, καὶ ῥινοκέρωτες, καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ τῶν ἑρπετῶν δράκοντες, καὶ ὄφεις, καὶ σκορπίοι, καὶ τὰ λοιπὰ, καὶ αὐτὰ χρησιμεύουσιν εἰς τὸν βίον· φόβον γὰρ ἡμῖν ἐπιτειχίζει, καὶ σωφρονεῖν παρασκευάζει, καὶ ἐναγωνίους ποιεῖ, καὶ ἀναμιμνήσκει τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ προπάτορος ἁμαρτίας, δι' ἣν ταῦτα τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἀπεσείσαντο δουλείαν, ὑποχείρια τούτῳ δοθέντα, καὶ τὰς κλήσεις παρ' ἐκείνου δεξάμενα· ἵνα μὴ λέγω τὴν ἄλλην χρείαν, ἣν πρὸς τὰ κατασκευαζόμενα παρέχουσι φάρμακα. Εἰ τοίνυν τὰ λυπηρὰ, καὶ τὰ δοκοῦντα ἄχρηστα, καὶ βλαβερὰ οὕτως χρήσιμα, ὡς

Digitized by Google

δι' αὐτῶν ὕμνον ἀναφέρεσθαι τῷ Θεῷ καὶ δοξολογίαν, τί ἂν τις εἶποι, περὶ τῶν μὴ τοιούτων;

A ea habuit Adam. Tradita enim ei a Deo fuerant in servitutem et subjectionem; atque ideo appellationes et nomina ab eo etiam susceperant. Tot ergo innumerabiles utilitates quas in medicinis præstant et pharmacis. Si igitur ea quæ tristiora sunt, aut molestiora, quæque inutilia videntur esse, ac noxia, adeo utilia sunt, ut per ea laus et gloria Deo cani debeat : quid dicendum erit de iis quæ hujusmodi non sunt, sed delectabilia sunt pariter atque utilia?

Βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ πάντες λαοὶ, ἄρχοντες καὶ πάντες κριταὶ γῆς. Πάλιν ἕτερον ἐνταῦθα κινεῖ κρονοίας εἶδος, τὸ τῶν ἀρχόντων τῆς τοῦ Θεοῦ γὰρ σοφίας ἔργον, τὸ εἰς ἄρχοντας καὶ ἀρχομένους τόδε τὸ πᾶν διελεῖν· τοὺς βασιλεῖς δὲ λέγει καὶ ἄρχοντας καὶ κριτὰς, ὡς τὸ ἄρχειν, καὶ τὸ κρίνειν ἔχοντας. Αἰνεῖτε γὰρ, φησὶ, τὸν Κύριον, οἱ μὲν ὅτι ἐπιμελεῖσθαι προεκρίθητε, οἱ δὲ, ὅτι ἐπιμελείας τῆς παρὰ τῶν κρειττόνων ἀξιοῦσθε, ὑμοῦ δὲ πάντες, ὅτι εὐταξίαν ἐντεῦθεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀνθρώποις ἐδωρήσατο. Τὸ μὲν οὖν ἄρχειν, ἔργον Θεοῦ· τὸ δὲ κακῶς ἄρχειν τῆς τῶν ἀνθρώπων φαυλότητος· τὸ δὲ καὶ πονηρὸν εἰς τὸ ἄρχειν ἄγεσθαι τῆς ἀνθρώπων πονηρίας. Εἰπὼν δὲ ὅτι *πάντες λαοὶ*, οὐκ ἀνδρας ἐδήλωσε μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας καὶ ἁπλῶς πᾶν γένος, καὶ πᾶσαν ἡλικίαν.

VERS. 11. *Reges terræ et omnes populi, principes et omnes judices terræ.* Rursum hoc in loco aliud pertractat divinæ providentiæ genus, de principum scilicet ac regum constitutione. Est etenim divinæ sapientiæ opus, universum orbem in principes atque in subditos distinxisse. Reges autem et principes et judices appellat, eo quod dominantur, regunt et judicant. Laudate enim, inquit, Dominum, vos quidem, quia præpositi et præfecti estis, B populi vero quia studio atque curæ et sollicitudini superiorum a Deo donati sunt. Una autem omnes id facite, quoniam ex hac ordinum varietate, ordinem quemdam Deus in humano genere constituit. Verum quod principes imperent ac dominentur, divinum quidem opus est, hoc est, a Deo datum; quod vero male imperent, hoc ad ipsorum principum pertinet perversitatem. Simili modo quod pravi homines ad imperium assumantur, maligni ac pravi ipsi homines in causa sunt. Dicens autem omnes populos, non viros tantum, sed mulieres etiam comprehendit, et omnem denique generationem atque omnem ætatem.

Νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων, αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα Κυρίου. Νεανίσκοι καὶ νεανίδες, ἵνα ἐθισθῶσιν αἰνεῖν· πρεσβύτεροι, ὅτι εἰς ταύτην ἔφθασαν ἡλικίαν· νεωτέρους δὲ τοὺς νεανίσκους αὖθις ἔφησεν, ἀντιδιαστείλας αὐτοὺς τοῖς πρεσβυτέροις.

VERS. 12. *Adolescentes et virgines, seniores cum junioribus, laudent nomen Domini.* Adolescentes et puellæ id faciant, ut assuescant laudare Deum. Senes vero Deum laudent quod in hujusmodi ætatem pervenerint. Juniores quoque et adolescentes dixit, ut ex opposito distingueret eos a C senibus.

Ὅτι ὑψώθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ μόνου. Ἐμεγαλύνθη διὰ τὰ μεγαλεῖα τῶν ἔργων αὐτοῦ.

Ἡ ἐξομολόγησις αὐτοῦ ἐπὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ. Ἡ εὐχαριστία, καὶ ἡ δοξολογία αὐτοῦ ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους, καὶ ἐπ' οὐρανοῦ ἀγγέλους.

Quoniam exaltatum est nomen ejus solius. Magnificatum est ob magna et grandia illius opera.

